Roderici a Castro Lusitani ... De universa muliebrium morborum medicina, novo et antehac a nemine tentato ordine opus absolutis simum ... : pars prima theorica ... [pars secunda, sive praxis] / [Rodericus à Castro].

Contributors

Castro, Rodrigo de, 1546-1627.

Publication/Creation

Hamburgi : Ex Bibliopolio Frobeniano, 1617.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/tf5d8pyq

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



5-57

Presented to the Medical Staff
Library by Staff Surgeon
C. G. Irwin
July 26th/65



Elizb: A Wall M.B.
Coll Nov: Oxon Soc
1776



TRO
Straingroom
RAMC
Coll.
/

22101951713

ROYAL ARMY MEDICAL COLLEGE
No.....
LIBRARY

? Libri Phall. Coll. Mert. Oxon. d.

RODERICI A CASTRO LUSITANI, PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTORIS,
per Europam notissimi,

De universa mulierium morborum

MEDICINA, NOVO ET ANTEHAC A NEMINE TENTATO ORDINE OPUS ABSOLUTISSIMUM.

Et Studiosis omnibus utile, Medicis verò perneccessarium.

Pars prima Theorica.

QUATUOR COMPREHENSA LIBRIS, IN QUIBUS cuncta, quæ ad mulieris naturam, anatomen, semen, menstruum, conceptum, uteri gestationem, fœtus formationem, & hominis ortum attinet, abundantissimè explicantur.

ALTERA EDITIO AUCTIOR ET EMENDATIOR.



HAMBURGI, ex Bibliopolio FROBENIANO.

ANNO cIↃ IↃ CXVII.

ARMED FORCES MEDICAL COLLEGE LIBRARY

LIBRARY OF THE MEDICAL SOCIETY OF THE

ILLUSTRISSIMO ATQUE GENEROSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. AUGUSTO JUNIORI, BRUNSVVICENSIUM AC LUNÆBURGENSIUM DUCI, DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

S. P. D.

POstquam prima Lege per vetitum pomi esum turpiter violata, justo DEI judicio humana cœperunt *In pejus ruere, & retrò sublapsa referri;* jamq; intellectũ tætra caligo & horribilis ignorantia obscurare inciperent; Corpori autem universo morborum hostiles copiæ, facto quasi impetu, calamitatem atque exitium molirentur: ab illo statim primævo omnium cãlamitatum exordio, peculiari quodam Dei miseros homines misericorditer respicientis munere, duo extitêre studiorum genera, quorum adminiculo illis ærumnarũ incursibus occurrere, damnis mederi, ac publicæ saluti quam rectissimè consulere humana sapientia, à divinâ adjuta, adlaboravit.

Horum unum intellectus culturam in se suscepit, & omni studio in id incubuit, ut homo Imaginem illam, ad quam primitus à Deo conditus erat, tantum

non temerario illo ausu penitus amissam, salutaribus monitis ê penu divinarum revelationum haustis, firmáque animi fiducia apprehensis, si non integram recuperaret, at certè, remotis magnam partem densis illis insciticæ errorumque nebulis jucundo alicui & ad πρωτογενῆ illum quam proximè accedenti splendori, divinæ particulam auræ restitueret, & affectuum imperio virtuti commisso, ad ejus amorem ac studium animum quam acerrimè inflammaret. Alterum corporis patrocinium suscipiens, diligenter observatis, exacteq; pensitatis iis, quæ ipsi aut noxam, aut salutem afferre possent, viam rationemq; præscripsit, qua non tantum, aut evitatis, aut depulsis morborum insultibus, virium integritas ac robur conservari, & quàm longissimo spacio protrahi, sed etiam humanum genus ad infinitas temporum ac individuorum myriadas propagari extendique possit. Atque ut, misso illo, cujus tractatio multò sublimior hujus loci non est, de altero, quod Corpus respicit, strictim, & quasi ἐν παρόδῳ, agamus, singulis mundi ætatibus divino quodam instinctu excitati sunt viri acri ingenio & indefesso studio, qui primum admirandâ corporis humani fabricâ sedulò ac penitius inspectâ, singulorum membrorum munia, quæ in μικροκόσμῳ illo óbeunt, attentè considerarunt, qua lege quæque operatio ab alia penderet, quid quamque promoveret, quid impediret. Adhibitis deinde in consilium & rebus

rebus terra naſcentibus, & reliquis, quæ ad hominis ſuſtentationem divina providentia ſubminiſtravit, horum cum ſingulis membris συμπαθείας & ἀντιπαθείας obſervârunt, cauſaſque earum occultas artificioſa indagine perſcrutati ſunt. Iſtâ porrò harmoniâ ritè conſtitutâ non modò certas ſalubriter vivendi leges humanæ neceſsitati præſcripſerunt, ut quod ſibi noxium, declinare ac vitare; quod amicum, amplecti ac tueri quiſque diſceret: ſed etiam, ſi quando aut à morbosâ ſui origine, aut neglectâ victus moderatione, aut fatali quodam caſu rectus valitudinis tenor turbaretur, is quàm convenientiſsimis remediis reduci, inque eo, dum extremum pateretur vivendi tempus, quàm diutiſsimè conſervari poſsit. Denique cum intelligerent, ſpeciei humanæ propagationem jam inde à primo ejus conditu divinâ lege ac benedictione imperatam eſſe, ut & variis incommodis, quæ iſtam fœcunditatem ſubindè impediunt, occurri poſſet, ſedulâ ac diuturnâ obſervatione habitâ virorum pariter ac fœminarum malis, quibus felix iſta humani generis propagatio retardatur, auxiliatrices manus attulerunt, ne & in illa ſtudiorum parte quid relinqueretur, de quo humanæ fragilitati rectè proviſum non eſſet. Atque in præclaro hoc ſcriptorum genere neſcio an ullum exſtet aliud magis doctum, magis elaboratum, magis abſolutum, ſive rerum gravitatem ac copiam, ſive tra-

ctationis evidentiam ac facilitatem quis ſpectet, quàm illud, quod Excellentiſsimus & medicarum rerum uſu experientiſsimus Vir, Dn. RODERICUS à CASTRO, Philoſphiæ ac Medic. Doctor (cui natales dedit Luſitania, Eruditionem Salmanticenſis Academia, domicilium autem jam ultra viginti annos nobile Germaniæ Emporium HAMBURGUM noſtrum) & multis vigiliis & incredibili aſsiduitate ac labore, addo ſummâ fide & mirabili induſtriâ concinnavit; de cujus viri gloria, cum eam non tantũ præſens ſcriptum, itemq; alterum illud, quod non ita dudum quoq; DE OFFICIIS MEDICOPOLITICIS edidit; ſed & peculiaris quædã medendi dexteritas ac omnibus expoſita, compluribus probata officij fides, pleno ore paſsim decantent, & ad ultimos totius Europæ fines extendant, plura hic non addo præter unicum illud Tullianum quod verè de ipſo dici poteſt: *Magna laus, & grata hominibus, unum hominem elaborare in ea ſcientia, quæ ſit multis profutura.* Illud itaque ipſum opus, quod graviſsimus hic auctor de promovendâ conjugum fœcunditate, & omnium fœminarum morbis, horumque remediis conſcripſit, cum annis abhinc tredecim, magno cum bono publico & multorum gratis cum gratiis eſſet hîc editum, ac diſtractis avidè exemplaribus ſecunda editio impenſè flagitaretur, pro meo in communem hominum ſocietatem ſtudio, provinciæ iſti, in quam ſingularis

gularis quædam divini numinis cura ac benignitas me collocavit, bonorumque desideriis deesse nolui: præsertim cùm auctor, pro singulari suâ in me humanitate ac benevolentiâ editionis iterãdæ potestatem mihi concederet. Ad Tuam autem Celsitudinem, Illustrissime ac Generosissime Princeps AUGUSTE Domine Clementissime, hæc acervatim præfari volui, tum quòd pro verè AUGUSTIS tuis ac Optimo laudatissimoque Principe dignis heroici ingenij atque animi dotibus, præter cetera omnia etiam præclarum hoc atque antiquissimum studiorum genus complurium sapientissimorum Regum ac Principum exemplis ductus, multùm legendo rectè intelligis, & rectè æstimando multùm amas: tùm ut pro summa tua in me remque meam librariam augendam beneficentiâ, qua plures jam annos magnâ cum voluptate atque utilitate fruor, publicum aliquod grati observantisque animi indicium exstet. Hoc publicum alloquium meum, ut Illustrissima Celsitudo Tua serenâ fronte excipiat, & inter cetera selectissima volumina, quibus AUGUSTAM tuam Bibliothecam singulos in dies instruis atque exornas, huic quoque libro locum aliquem pro genio suo dare digneris, omni studio quam humilimè peto atque contendo. DEUS Opt. Max. te Germanorum Principum decus AUGUSTUM, cum Illustrissima

sima conjuge publico & subditorum tuorum, & totius GERMANIÆ bono, meoque ipsius ac meorum præsidio, incolumem ac florentem longùm præstet atque conservet. Hamburgi VIII. Kal. VIIbr. Anno Christi incarnati CIↃ. IↃ. CXVI.

Illustriß.ª Celsit.ni T.ª

addictißimus omni

subjectionis studio.

GEORG. LUD. FROBENIUS.

D. RODE-

D. RODERICO A CASTRO LUSITANO, LUDOVICUS NONIUS DOCTOR MEDICUS LUSITANUS.

Civica si civi servato à morte corona
Sit data, & est lauro virgine cincta coma:
Si quibus hostili rorabant membra cruore,
Contigit, & multa cæde triumphus erat:
Innumeræ umbrabunt merito tua tempora lauri
A CASTRO, & lambet multa corona caput,
Innumeros homines solus nam subtrahis orco,
Et facis invita vivere posse colo.
Ipse fugas imo latitantes corpore pestes,
Agmina morborum disjicis arte tua,
Disijcis arte tua, Pandoræ quidquid in orbem
Sæva tulit pixis; quidquid & ira Deûm,
Mortaleis artus crebra ne tabe faciscant
Efficis, & diro solvis ab interitu.
Nec RODERICE satis, quod per te annosa Charontis
Cymba fuit toties ludificata senis,
Ni postquam Lachesis rumpet subtegmina vitæ,
Sentiat ex calamo pluria damna tuo.

D. DAVIDIS HERLICII MEDICI ET ASTROLOGI PERITISSIMI TETRASTICHON.

Scire cupis Morbos naturam arcanaque sexus.
Omnia fœminei? RODERICUM quære Magistrum,
Doctoremque tibi: hic reliquos supereminet omnes.
Ordine, doctrina, methodo, experientia & ipsa.

AD D. RODERICUM à CASTRO MEDICUM Lusitanum, Fridericus Tiliobroga Germanus.

Quæ terra, quæ gens unquam floruit magis
Virorum laude doctrinâ valentium
Iberia? orbis illo oeello totius:
Ubi omne, quod natura pulchrum protulit,
Simul videre, & admirarier licet.
Ubi Platani Borrodi opaca umbracula
Præbent, arcentque fervidum solem comis.
Ubi Tagus Pactoli æmulator, aureas
Late volvit dives suas arenulas,
Ubi Salo, atque Bilbilis ferrum gelat
Ferrum, quod genti tanta olim Saturniæ
Carorum acerba bello objecit funera,
Qua gloria etiam nunc superbit plurimum,
Belligerandi celebris arte Hispania.
Nec verò doctis nunc minus sese effert viris,
Quam cum suos Annæos, atque Silios,
Melas, Maternos, Licianos, Lucios
Habebat, in quorum loco feliciter
Viri tot eruditione præclues
Ut herba irrigua succrevere uberrime.
Quos inter primum RODERICE obtines locum.
Medica qui tantum excellis arte nobili,
Quantum retro Chiron, vel Æsculapius,
Imo si fas sit, nec religio dicere
Ipso Chirone major, & Æsculapio.
Fallor! aut iste monstrat hoc satis liber,
Iste, iste, pulcher, utilis, bonus liber,
Tam docte scriptus, tanta diligentia
Immensior cujusque laus, digne meis
Elogiis ut possiet laudarier.

HELIÆ PUTSCHII BELGÆ EPIGRAMMA.

FOEmina divorumq; hominumq; æterna voluptas
Quæ terras partu sustinet alma suo,
Et facit ut læti veniant ad aratra coloni,
Prodigaq; omnigenas terra ministret opes,
Morborum variis assultibus ægra jacebat,
Pallida anhelantem jam vomitura animam;
Nemo salutiferas morienti tradidit herbas,
Quiq; malum posset pellere, nullus erat.
Tu tamen occurris, RODERICE, fovesq; jacentem,
Propinasq; ægræ, quod medicamen habes,
Macte, Machaonia doctor clarissime, laude,
Grande quidem pretium posteritatis erit
Hoc quoque, sed majus quod cui vitam prius ipse
Debueras, vitam debeat illa tibi.

In absolutissimum hoc clarissimi viri

D. RODERICI DE CASTRO OPUS.

GRaja quod Hippocrati, Celso quod & Itala quondam,
Nostra tibi id præsens ætas, & postera debent:
Quis neget? In Medicis dum tu quod deerat ausis
Hactenus, instauras; latè diffusa decenti
Ordine pertractans, aliisque intacta reponens:
Scilicet, ut nullum perfecto in Corpore membrum
Desit, & immensæ statuatur terminus Arti.

Samuel Radermacherus Aquigranensis.

In universam muliebrium morborum MEDICINAM AD LECTOREM PRÆFATIO.

SUBIT OMNINO MISERERI FOEMINEÆ sortis, quæ præter fortuita casusq;, & humana omnia, quæ ad millia morborum, virorum singulis timenda, contingunt, variis insuper diris, ac difficilimis ægritudinibus, tum ratione primordiorum generationis suæ; tum ratione nativi temperamenti, à primis qualitatibus contracti: tum demum ratione instrumentorum, quæ ad conceptum, partum, & lactationem sunt necessaria, à virorum morbis plane diversis, excarnificari sæpissimè solent: ita ut qui gravissimi ex iis sint discernere stultitia prope videri possit, cum suus cuiq; fœminæ ad præsens atrocissimus nec immerito & sit, & videatur. Quod optime cognoscens sapientissimus Hippocrates, post eum Diocles, deinde Aëtius, ac tandem plerique eorum, qui doctissimi nostro seculo habiti sunt, summo jure de hisce affectionibus peculiares tractationes ediderunt: quia nimirum magnarum rerum hoc proprium est, ut pluribus magnum argumentum scribendi suppeditent: ideo quò quisque magis ingenio potens fuit, eo quoque libentius in hoc difficilimo negotio se exercuit. Verum Hipp. solita sua gravitate per difficili, & subobscura; recentiorum alij nimis diminute; alij præterquam quod in multis defecerunt, adeo prolixe multa disputant, ut merito illis dicere possimus, quod olim Lacedæmonij Samiis legatis: Prioris orationis vestræ partis sumus obliti, postremam ob primæ oblivionem non intelleximus; Et sane eadem ratione sæpe fit, ut cum causas apud hosce scriptores tyrones legunt, essentiæ morbi non recordentur: cum signa, causarum jam non meminerint, unde fit, ut nec rite indicationes desumere, neq; curationem, ut par est,

par est, instituere queant: & ab eorum lectione, quamvis verborum saturi, rerum non minus jejuni recedant, quam accesserunt: Illud insuper non exiguam parit confusionem, quod multis non sat fuerit, autores inculcare; sed integras eorum paginas absque fructu iterum atque iterum inserere; eandem curationem crebro rescribere, & eam congerere remediorum farraginem, ut flores à tribulis secernere sit valde laboriosum; quin potius hos pro illis non citra maximum ægrotantium detrimentum, sumptum, ac tædium incauti medici soleant frequentissime usurpare. Alij (quod dici solet) egregiè quidem saltant, sed extra chorum, dum fabellas, & pleraque alia (ipsi viderint, an ostentationis gratia) minus oportunè immiscent, quæ neque ad curationem, neque ad rei majorem elucidationem quicquam attinent. Plerique tum demum præclare se perfunctos officio suo putant, cum viginti latinis versibus, unum græculum ambitiose inserunt, sed fortassis, ut eorum opera animam, & spiritum in illis, quæ à quibusdam minus intelliguntur, inclusam habere existimentur à Plinio edocti homines minorem fidem habere iis, quæ intelligunt, parum tamen imitati disertissimum Galenum, quem Latinæ linguæ peritissimum fuisse legimus, nec tamen suis operibus ullum latinum verbum immiscuisse. Iam vero major eorum pars Romanæ linguæ, & comptæ dictioni nimium incumbentes, dum apprime eloquentes videri student, hoc incommodi primo statim ingressu consequuntur, ut parum medici videantur; nam verborum copia, quæ alioqui utilia essent, contra quam putant, faciunt, ut minus splendeant; quippe quemadmodū retundentium multitudine vis medicamenti infringitur, sic utilis doctrina verborum bullatis ambagibus. Sed hi eloquentiam pluris faciunt quam benè dicere: Et cum diu noctuq; maledicant, tamen minus eleganter dicere in horrore habent. At nec veritas ornari vult, nec optima & pulchra quæque, sermonis pulchritudine aut cultu indigent, & loqui proprie potius, quam eloqui sapientes decet; & causæ veritatem magis, quam loquutionis ornatum quærere. Videas illos toties execrantes miseriam illorum temporum, quibus Avicenna, Rasius, Averroes, Mesues, & quicunque sequuntur Arabum doctrinam,

fioruerunt, scilicet quamvis non alij Hippocratis, & Galeni dogmata melius assequuti sint; etsi multa utilissima medicamenta, aliis antea ignota, nobis invenerunt, pauciss imaq; modo habeamus, quæ non antea eorum fuerint (quamvis hoc seculo adimatur eis debita gloria) impurè tamen ac sine ornatu scriptorum serunt, quod præsens ætas piaculum existimat, quia omnium studiorum explicationem magis illustrem perpolitamq; desiderat. Quanto æquius possumus nos condolere seculi hujus infelicitatem, quo homines pluris verba faciunt, quam ipsas res, quarum causæ fuerunt inventæ. Sed omnis ætas de suo tempore questa est, ornat quidam sapientiam os eloquentium, rerum tamen differentias cognoscere, quam de vocibus curiosius contendere satius erat: ac si de aliquo periclitandum, de his potius, quam de illis putarem, ita enim comparatum est, ut tunc primum homines res ipsas neglexerint, cum nimio studio nomina quærere cœperunt, si Galeno credimus; quem ipsi posthabita viri singulari doctrina, ob elegantem potius, & compositum stylum tantopere admirantur.

Hos igitur defectus in hac medicinæ parte considerans operæ pretium duxi, & tunc demum de mortalium genere benè me meriturum existimavi, si ex ijs, quæ præclare à probatissimis scriptorib. dicta sunt, & aliis quæ ego mihi meditatione crebra, multo studio, summa diligentia, & assiduo ægrotantium usu, vera esse deprehendi, duos commentarios conscriberem, in quorum primo theoriam seu naturalem mulieris historiam: in altero mulierum affectionum praxin succincte, sed accurate comprehenderem, non ita breviter ut aliqua desiderarentur, aut tenebris res involveretur: nec ita prolixe, ut bullatis nugis pagina turgesceret, & laboriosa confusione legentes opprimeret: sed medio quodam stylo & facili, & apto magis ad proficiendum, quam ad suadendū, ita ut si fieri id possit, ubi maxime careat floribus, ibi plurimum pariat fructus, non enim eloquentiæ hoc opus est, sed medicinæ, in quo communem utilitatem quærimus, non gloriam.

In prima igitur hujus operis parte, quæ quatuor libris continetur, omnia, quæ ad uteri & mammarum anatomen, philosophiam, vel

fœminei

fœminei sexus historiam, pertinent, quæque ad semen, menstruum, congressum, conceptum, uteri gestationem, partum & lac spectant, textuum præterea difficultates, controversias, problemata & quæcunque longioris sunt speculationis, Deo benè juvante, exponemus. In secunda illud curabimus, ut nulla penitus ægritudo earũ, quæ miseras fœmellas solent exercere, quæq; hactenus à diversis scriptoribus disperse traditæ sunt, omitatur, quarũ essentiam, species, differentias, causas, signa, prognostica, servato ordine enucleabimus, & si quæ interim prolixiorem disputationẽ postulaverint ea in Scholia, quæ singulis fere capitibus appenduntur, relegabimus, ne properans ad curationem lector tarderis, aut impingenti desit, unde possis difficultatis lucem exigere. Ad remedia quod attinet, rejectis cunctis illis, quæ suspecta, difficilia, superstitiosa, immunda aut parũ probata visa sunt: munda duntaxat, facilia, securissima, aut pluribus eventis comprobata selegi, pernitiosum eorum errorem vitans, qui cum ad manus medicamenta habeant, ut admirationi sint, ad peregrina, exotica & ad ea quæ difficulter parantur, & cum minori utilitate, ne dicã cum maximo detrimento, sæpe confugiunt. Nec ullum mihi secretũ reservavi corũ, quæ variis morbis proficua esse assiduitate didici; quod quosdam in multis Europæ locis factitare, non sine horrore video: nam hic suũ herculẽ, alter suum balsamũ, aut panaceam; alius hoc, alius illud medicamentum summis laudibus evehit, quorũ tamen modũ faciendi invidiose celant, & quasi mystagogi quidam ab ipsis superis usum accepisse confingunt, Numam, Sertorium, Minoem, & Solonem imitantes, qui per cervam, & Egeriam, à Iove, & Apolline sibi significata, quæcunq; astute imperitabant, quo facilius vulgo persuaderent, comminiscebantur: At illi prudenter fortasse in Reip. usum: medicos vero sordidi lucri causa occultare, quæ humanæ saluti utilia sunt, indecens est, & inhumanum; nam Aristotelis decreto bonum tanto est melius, quanto est communius. Sed violenta sunt medicamenta illa, quæ, si bona ægri fortuna commode, ac oportune exhiberi contingat, illico prosunt, indeoque pleno ore commendantur: Si verò (quod plerumque fit, quia absq; morbi, naturæ, & artis cognitione) minus prudenter

ingeran-

ingerantur, interficiunt, & quamvis laudent, qui eorum fortuitæ ope superstites sunt: qui tamen violentia, aut præposterο ordine occubuerunt, vituperare nequeunt, quia error medicinæ terra contegitur. Eorum tamen pleraque quæ sint, & quo pacto concinnentur obiter in hoc opere patefaciam.

Non tamen existimes, amice lector, nos actum agere, quia plures extent de mulierum morbis tractationes, nam certe nullam absolutam invenies, quod tum facile deprehendes, cum reliquas quæ hactenus prodiere, hisce nostris diligenter contuleris: Imo erat quod hactenus fœminæ de nobis conquererentur, & cum Sorano exclamarent: O male occupatum virorum genus, occidimur nos non morimur: & ab illis, qui inter vos peritissimi existimantur, perperam curatæ, vos vero de qualibet vel levissima vestrarum affectionum libros ex libris facientes bibliothecas voluminibus oneratis, de nostris interea diris ac difficilimis cruciatibus, nulla vel exigua, & ea quidem satis oscitanter, mentione facta. *Neque vero me latet, non ita pridem Basileæ in aliquot voluminibus congestos omnes fere autores, qui de hoc negotio scripserunt, fuisse excusos: In quibus tamen supra enumerata incommoda procul dubio deprehendes. Alius enim nimis brevis, alius obscurus, hic de quibusdam morbis duntaxat edisserit, alter de aliis: plerique ita tumultuariè scribunt, ut nimium sit operosum, quod quæris, reperire, multa desideres, plura sæpissime repetita legas, pleraque in uno ex aliis supplere oporteat. Neque id mirum, non enim viri alioquin sapientes toti huic tractationi fuerunt intenti, sed obiter, quasi aliud agentes. Quemque tamen sua esse laude dignum, nec ullum tam jejunum, qui nobis non aliquid contulerit huic operi perficiendo, & per quem aliquid non profecerimus, ingenue fatemur. At unus Lud. Mercat. vir sine controversia doctus, & dignus, de quo longior sermo haberetur, mihi visus, ad perfectionem hujus Medicinæ partis proprius accessisse, nisi promiscue & confuse scripserit, atque adeo prolixe, ut vix caput perlegas, quin prius terminetur morbus, quem curas, inter cujus etiam odoratissimos suavissimosque flores nonnulla*

senticosa,

senticosa, & dura delitescentia interdum offenduntur. Quamobrem cum Hippocrate agnoscens præcipuum esse scientiæ votum, aliquid eorum invenire, quæ nondum fuerunt inventa, secundum semiperfecta ad finem perducere & absolvere: grana, uti ajunt, à paleis secernere, semina mundare, & aurum ex visceribus terræ ab aliis extractum purgare, quodque ipse emui, inserere, cuncta in ordinem facilem atque pellucidum digerere instituì, ita ut quæcunque continentur in illis quatuor vastissimis tomis, qui Argentinæ, adjunctis denuo aliis autoribus, tanquam in unum corpus varium sane, ac deformi monstrisimile, coacti colligatiq; absq; ordine sunt, exiguis hisce duobus commentariis, dilucide disposita reperias atque contracta, nulla bis legas, nec in ullas inter legendum nugas impingas, quæ te ab illa, quam cupis, lectione remorentur: Idque servata semper rei serie & ordine, quem à nullo ante nos de hac re scriptore servatum comperies: non incommoda, nisi fallor methodo, ita ut alibi lacera & disjecta membra in unum quasi corpus coalescerent. Neminem præterea calumniandi studio, sed veritatis indagandæ, eiq; lucem concilianda desiderio coacti refellimus, aut insectamur. Non enim idcirco scripsi, ut veterum arduos conatus, & recentiorum laudabiles annixus aspernarer, aut, quæ ab aliis de hac re dicta sunt, reprehenderem, sed ut ea, quæ in aliis aut obscura sunt, aut omissa, aut confusa, aut depravata, manifestiora fierent. Scimus enim quod Socrates ait apud Platonem, nullum insciticæ evidentius extare argumentum, quam si quis data opera à viris sapientibus dissentiat, & eorum, qui aliquid sciunt, scripta apud ignaros calumniari, non scientiæ opus esse, sed proditionem naturæ, & artis ignorantiam. Quæ omnia attuli, non ut studium meum insolenter extollerem, sed ut, utilitatis conscius, studiosos ad lectionem excitarem. Habes, amice lector, nostri instituti rationem, quod scio mortalibus plus utilitatis, quam mihi gloriæ allaturum: Et hic ipse est, quem captamus, laboris nostri optatissimus finis. Tu vero juxta inde perceptum fructum, de quo tibi judicium lubens permitto, invidiosorum mentes re-

prime. Quod si cubi, quia homines sumus, tibi plane non fuerit satisfactum, non ocio & desidiæ vertes, sed peregrinationi, in qua his studiis necessaria tranquillitas non datur. Memineris etiam illud Plinij, haud ullo in genere verius magis justiorem esse, si modo mirum non est, hominem genitum non omnia humana novisse. Non enim omnia possumus omnes, & hominis est labi, errare, falli: Suntq; etiam in pulcherrimis corporibus nævi quidam, nihilq; est in rebus humanis omni ex parte beatum. Debes insuper considerare rei difficultatem, est enim longe laboriosum, multa in pauca contrahere, & nihil quod desideretur omittere, ac perspicuitatem cum brevitate conjungere, & quæ post multum laborem inveneris, ad certa artis præcepta revocare. Idcirco ubique humanitatis memor lege, evolve, fruere, corrige, non tam quid ego fecerim considerans, quam quid alij hac in re hactenus præstare non potuerint. Vale.

INDEX CAPITUM PRIMÆ PARTIS.

CAPITA LIBRI PRIMI II.

I. Quid fœmina, quaque ratione à viro dissideat. Pag. 1.
II. Uteri ratio, situs, figura & magnitudo. 4.
III. De uteri partibus. 5.
IV De iis, qui utero adnascuntur. 12.
V. De uteri colligantia, consensu & usu. 15.
VI. Platonis, & aliorum de utero sententiæ, quod sedem mutet, & animal sit. 17.
VII. De mammis. 20.
VIII. De ossibus, quæ in muliere uteri & mammarum ratione à viri ossibus dissident. 23.
IX. De partibus, quas natura machinatur, dum fœtus in utero geritur. 25.
X. De vasis, quæ ex utero fœtui inseruntur. 29.
XI. De similitudine partium fœminarum, cum partibus viri. 33.

CAPITA LIBRI SECVNDI. 13.

I. Seminis definitio, materia, facultas, & quodnam excrementum sit. 36.
II. De seminis natura atque præstantia. 39.
III. Semen mulierem habere; & quid opis conferat in fœtus constitutione. 43.
IV. Semen non solum, ut opificem, sed etiam ut materiam fœtum attingere, & cur partes seminariæ non regenerentur. 48.
V. Semen non mole, sed etiam viribus à toto emanare, ac ubi substantialem accipiat formam. 53.
VI. De testium usu, quidque ipsi ad seminis generationem conferant. 60.
VII. Semen qua ratione dicatur animatum. 65.
VIII. De facultate formatrice, quid illa, & quam mira in nobis operetur. 69.
IX. De menstruo sanguine. 75.
X. Menstruum sanguinem sola copia peccare, eodemque infantem in utero nutriri. 78.
XI. Per quos ductus menstruus sanguis expurgetur. 85.
XII. De tempore, quantitate, duratione, atque substantia menstruorum. 88.
XIII. Menstruum sanguinem natura sua calidiorem non esse virili, quod quidam opinati sunt; & qua ratione fœmina absque, vel ante mensium præsentiam possit concipere. 94.

CAPITA LIBRI TERTII. 19.

I. Quid coitus, & quibus de causis excitetur. 100.
II. Coitus finis, & quod sola prægnans mulier virum admittat. 104.
IV. Notabilia nonnulla circa coitū. 107.
IIII. Quibus, quo tempore, ætate, & temperamento coitus conveniat, aut noceat. 111.

INDEX CAPIT: PRIMÆ PARTIS.

V. Admonitiones in ipso coitu observandæ ut & prolificus sit, & minime nocivus. 117.
VI. Possintne diversa genere coire. 119.
VII. De conceptu. 123.
VIII. De similitudine in sexu, & an fœmina viro sit imperfectior. 125.
IX. De similitudine specifica, & individuali. 132.
X. De similitudine ad majores, & consanguineos. 136.
XI. De causa dissimilitudinis ad parentes: & cur mola ac monstra generentur. 137.
XII. De Hermaphroditis. 144.
XIII. Qui superfœtatio contingat ac concipiantur gemelli. 147.
XIV. De fœtus formatione, & uteri gestatione. 150.
XV. De fœmineo conceptu: ac quo tempore fœtus sentiat, ac moveatur. 155.
XVI. Utrum viscerum prius generetur cor, an hepar. 158.
XVII. De operationibus quibus in utero infans caret, quibusve utitur. 161.
XVIII. Quo tempore rationalis anima corpori infundatur. 164.
XIX. Humanam sive rationalem mentem mortis expertem esse. 168.

CAPITA LIBRI QVARTI. 13.

I. Quid partus: & cur sola mulier incertum habeat pariendi tempus: ac maximos sentiat in partu dolores. 172.
II. Quo tempore contingat naturalis partus, & à quo legitima computatio sit ineunda. 176.
III. Variæ mensis acceptiones, ut legitimum partus tempus melius innotescat: enarratur etiam de eodem partu Hippocratis sententia. 179.
IV. Hippoc. de partu hominis sententia ulterius elucidatur: totamque dierum ac hebdomadarum vim in partu, à solis, ac lunæ actione pendere ostenditur. 184.
V. Astrologorum, arithmeticorumque de tempore partus opiniones. 189.
VI. Cur septimestres, octimestresq; non raro edantur: & cur 7. mense nati vitales sint, octavo verò minimè. 194.
VII. De partus exeundi modo, ac debita figura. 198.
VIII. Quibus signis partus cognoscatur: & de lochiorum expurgatione. 203.
IX. De lacte, quid illud, generationis modus, partes, conditiones, ac qualitates. 206.
X. Cur lacti albedinem natura tribuat: & an illud per concoctionem fiat aliaque scitu digna. 211.
XI. De crassamento, grumefactione, & caseatione lactis. 215.
XII. Matrem ipsam infantem lactare cõvenientissimum esse: sin minus id fieri possit, qualis sit nutrix eligenda. 219.
XIII. Parvæne, an magnæ mammæ ad conficiendum lac commodiores sint: & an lividæ nutrices eligendæ. 223.

INDEX

INDEX DUBIORUM, QUÆ HAC PRIORI PARTE CONTINENTUR.

Pag.

LIBRO PRIMO.

An in plantis uterq; sexus reperiatur 2.
An os uteri gravidis perpetuo occludatur 7.
An hymen sit coalitus partium an venarum contextus. 8.
An fœmina in virum verti possit. 11.
An uterus semen commutare valeat. 16.
An uterus sedem mutet, & animal sit. 17.
An pubis ossa in partu disiungantur. 23.
An fœtus in utero sudorem emittat. 27.
An acetabula reperiantur in humano utero. 29.
An conceptus felicius contingat incipientibus an desinentibus menstruis. 30.

LIB. SECUNDO.

Calidumne semen, an temperatum fœcundius sit. 40.
An fœmina semen habeat. 43.
An fœmineum semen prolificum sit. 44.
An fœmina solam materiam, vir efficientiam præstet in conceptu. 48.
An partes seminariæ possint regẽerari 50.
An semen à toto corpore decidat, & ubinam substantialem formam accipiat. 53.
An testes conficiendi seminis vim habeant. 60.
An semen sit animatum. 65.
An nutrire & generare sint duo munia vegetantis potentiæ. 69.
Quidnam sit facultas formatrix. Ibid.
Quantitatene sola, an etiam qualitate peccet menstruus sanguis, & an fœtus eodem nutriatur. 78.
Per uteri an per cervicis venas expurgetur menstruus sanguis. 85.
An caloris inopia sit causa, cur juniores fœminæ non concipiant. 90.

Pag.

An menstrua alba contingant virginibus, & non corruptis. 93.
An vir sit calidior fœmina. 95.
An fœmina absque, aut ante mensium præsentiam concipere queat. 98.

LIB. TERTIO.

Utrum vir quam fœmina magis in coitu oblectetur. 102.
Quænam sit causa sterilitatis mularum. 105.
An Venus melancholicis sit salutaris. 109.
Vespertinone, an potius matutino tempore sit concumbendum prolis gratia. 114.
An bruta ex hominibus possint concipere. 119.
An dæmones cum hominibus possint congredi, ac inde concipere Ibid.
An coitus per maleficium possit impediri. 123.
An ex lotio conceptus possit cognosci. 124.
Quænam sit causa similitudinis in sexu. 126.
An fœmina sit viro imperfectior. 130.
Quænam sint causæ similitudinis specificæ, & individualis. 132.
Quænam sit causa similitudinis ad majores. 136.
An mulier absque viro molam concipere possit. 142.
An plures fœtus pluribus membranis contineantur. 147.
An ad quadragesimum usque diem tota conformatio sit ex semine. 154.
An fœmina ad sui formationem decem dierum spatium ultra masculi tempus requirat. 155

Pag.

An fœtus ultimis menſibus minus alimenti conſumat. 158
Vtrum viſcerum prius gencretur. Ibid
An ſit animal id quod in utero eſt. 163
Quonam tempore rationalis anima corpori infundatur. 164
An vires & facultates animæ realiter ſint diſtinctæ. 165.
An rationalis anima ſit ex traduce. 166.
Utrum animam rationalem eſſe immortalem demonſtrari poſſit. 168.

LIB. QUARTO.

Cur ſola mulier in partu maximos ſuſtineat dolores, 173.
An ſola mulier habeat incertum pariendi tempus. 174.
An undecimi, ac duodecimi menſis partus ſit vitalis, & legitimus. 178.
An partus, qui decem dies ante nonum menſem oritur, ſit vitalis. 182.
An temporis ſupputatio integris diebus ſit facienda. 187.

Pag.

An planetæ fœtum in utero gubernent. 190.
An numeri ad ſupputationem temporis partus efficientiam habeant. 191.
An ante plenilunium geniti temporius matureſcant. 195.
Utrum ſerum lactis calidum ſit vel frigidum. 208.
An ſalita ad lactis copiam conducant. 210.
An lac fiat ex ſanguine per concoctionem, an per ſolam coloris mutationem. 212.
An fœminæ dum lac habent, perpetuo mẽſtruis careant, & ſteriles ſint. 213.
Serum an poſſit concreſcere. 215.
An lactis grumefactio à frigido fiat. Ibi.
An caſeatio à calido ſemper ſit. 216
An nutrix ſit admittenda. 219.
Parvæne mammæ, an potius magnæ ad conficiendum lac ſint præferendæ 223.
An lividæ nutrices ſint eligendæ, & lividum lac. 224.

FINIS DUBIORUM.

AUCTO-

AUTORES QUI IN HOC OPERE CITANTUR, QUIVE AD IPSUM ALIquid contulerunt.

Abenzoar.
Ælianus
Aetius
Alexandrinus
Alexand. Aphrodiſeus
Alexander Benedictus
Alexander Trallianus
Albertus Magnus
Albumazarus
Alzaravius
Albucaſis
Alderetus
Albertinus Bontonus
Alexander Maſſaria
Amatus Luſitanus
Ambroſius Paræus
Anaxagoras
Antonius Muſa
Antonius Mizaldus
Andreas Lacuna
Andreas Fernandez, autoris pater.
Andreas Valcacer
Angelus de Gervaſiis
Antillus
Apollonius Medicus
Apulejus
Areteus
Ariſtophanis ſcholiaſt.
Argenterius
Ariſtoteles
Archelaus
Aſclepiades
Athamantius
Athenagoras
Aulus Gellius
Averroes
Avicenna
Auſonius
Augerius Ferrerius
Autor libri defin. med.
Autor libri de mor. mul.
Autor lib. cui tit. animal eſſe quod in utero eſt.
Autor lib. de carnib.
Autor lib. de ſpermate
Baptiſta Montanus
Baptiſta Mantuanus
Bonachiolus
Bejaminus.
Benedictus textor
Cardanus
Catullus
Cælius Aurelianus
Cælius Rodiginus
Cenſorinus
Cleopatra
Conciliator
Columella
Coquilatus
Cordæus
Curio Medicus
Cornelius Celſus
Cornelius Agrippa
Chriſtophorus Vega
Chriſtoph. de honeſtis
Chryſippus
Democritus
Dioſcorides.
D. Auguſtinus
Diocles
Diogenes
Dinus Florentinus
Dodoneus
Donatus ab Altomari
Empedocles
Epicurus
Eucharius Rhodion
Fallopius
Fernelius
Feſtus
Franciſcus Roſetus
Fracaſtorius
Galenus
Garcias ab Horto
Gainerus
Gaſpar Bavinus
Geſnerus
Gentilis Fulginas

Gorrhæus

Gorrhæus
Guido de Gauliaco
Herophilus
Homerus
Hippocrates
Hieronymus Gabucin.
Jacobus Rufus
Jacobus Silvius
Jacobus de partibus
Jacobus Forolivienſis
Joannes Lebon
Joannes Langius
Joannes Albоſius
Joannes de Vigo
Joubertus
Jſaac
Lactantius Firmianus
Lanfrancus
Leonus
Leonicenus
Leonardus Fuchſius
Levinus Lemnius
Leonides
Lobelius
Lucretius
Manardus
Martinus Akakia
Marhiolus
Marcus Varro
Marcus Tullius
Marcus Aurelius Rom. Imperator.
Macer
Manlius
Marcellus
Mathæus de gradibus
Martialis
Mercatus
Mercurialis
Meſues
Moſchio
Mileſius
Mundinus
Nicolaus Monardes
Nicolaus Rochæus
Nicolaus Florentinus
Ocha Doctor, dictus Angelicanus.
Oribaſius
Oratius
Ovidius
Parmenides
Paulus Ægineta
Paulus Jurisconſultus
Palladius
Petrus Vaez Luſitanus
Pererius
Petrus Salius
Perſeus
Philoxenus
Philo
Picus Mirandulanus
Plato
Plautus
Platerus
Plinius
Plutarchus
Polybius
Porphyrius
Priſcianus Medicus
Proclus Philoſophus
Proſper Alpinus
Pſellus philoſophus
Pythagoras
Rodericus de Sorea
Rondeletius
Rulandus chirurgus
Savanarola
Serapio
Schenkius
Soranus Epheſius
Solinus
Solenander
Sylvaticus
Scaliger
Stephanus Athenienſ.
Stobæus
Tagautius
Terentius
Tertullianus
Theophraſtus
Thomas à Garbo
Thomas à Veiga
Trincavelius
Trotula, ſive Erotis
Turiſanus
Varolus
Valerius Maximus
Valeriola
Valeſcus de Taranta
Valleſius
Verderius
Veſſalius
Virgilius
Zirbus.

RODERI-

RODERICI à CASTRO LUSITANI PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTORIS

De

Natura mulieris.

PARS PRIMA.

LIBER PRIMUS

Quid sit fœmina, quaq; ratione à viro dissideat.

CAP. I.

MIRAM ET PLANE DIVINAM ARTEM sapientissima natura excogitavit, ut quoniam possibile non erat, ea, quæ ex fragili materia venis, arteriis, nervis, & parum firma carne animalia composita fuerant, corruptibilia non essent, atque mortalia; eorum tamen genus nullum deficeret; sed in specie servaretur, quod in singularibus non poterat. Ideo concipiendi organa seminisq; genitalis, menstrui & lactis proferendi cunctis dedit animantium fœminis, quibus insuper ineffabilem concumbendi appetitum, incredibilemque voluptatem ingeneravit, ut facto utrinq; congressu sibi simile generarent, cujus felix sequeretur conceptio, uteri gestatio, partus, ac tandem in lucem jam editi infantis educatio. De quibus hic tractationem instituimus, eo ordine, ut prima hac parte quatuor comprehensa libris, quæcunq; circa præfata organa; generationis primordia: & actiones naturaliter con-

Natura mira ars.

Auctoris institutum.

ter contingunt, Deo omnipotente auspice, explicemus: Secunda, quæ quatuor ultimis continetur, quos de mulierum morbis, sive Praxin nuncupamus, earum ægritudines, tum quæ circa prædictas jam operationes, & organa fœminis omnibus in communi contingunt, tum quæ cuique fœminarum sorti propriæ existunt, earundemque remedia, & curandi methodum dilucidè afferamus; quæ certè tractatio sine prima admodum obscura, hæc verò sine illa propemodum inutilis videretur; utramque simul promiscuè conjungere, quod omnes ante nos fecerunt, legentibus plane operosum & confusum. Cæterùm quia in qualibet proposita contemplatione omnis inventionis initium est, ante cognoscere, quid illud sit, de quo quæritur, ut rectè divinus Plato in Alcibiade primo, & cum eodem Galenus mille in locis confirmat, de mulieris acturi natura & morbis, non absre ab ejus essentia nobis erit sumendum exordium. Atqui quemadmodum vir in alio, ita etiam mulier animal est ratione præditum generans in seipso. Fœminarum verò aliæ viro utuntur, aliæ non utuntur. Et quę viro utuntur, aut corruptæ tantùm sunt, aut steriles, aut gravidæ, aut puerperæ, aut lactantes. Quæ verò à viri consortio sejunctæ vivunt, aut viduæ existunt, aut virgines. Porrò mulier minus latè patet, quàm fœmina, quia fœminas humanæ speciei duntaxat complectitur, neque has omnes; sed propriè illas, quæ amplius virgines non sunt. Unde Cicero objurgantibus, quòd sexagenarius jam virginem duxerat, respondit; *Cras erit mulier.* Omnis tamen fœmina à fœminis mollitie, sive fœtu dicta, in id potissimum genita, ut masculo sociata generet. Maris enim ac fœminæ conjunctione, quorum ille principium effectivum, & generationis originem primam; hæc verò materiam, instrumenta, & concipiendi organa subministraret, ad procreationem opus esse latissimè probat Aristoteles; in opere de generatione animalium. Et adeò notum est, ut non solum in animantibus, verum etiam in omnibus aliis rebus naturâ constantibus, facilè possit facta inductione comprobari. Sic Philosophi duobus elementis activam & quasi masculam vim concedunt; duobus aliis passivam & fœmineam; Sic Astrologi ex signis masculina alia, alia muliebria constituunt; Et Chymici in metallorum genere utrumque sexum agnoscunt; Ipsum verò Aristotelem, qui primo de generat. animal 2. marem à fœmina in plantis non separari scripserit, Dioscorides, Theophrastus, Plinius ac reliqui rei herbariæ scriptores, sedulió;

Mulier quid & cur.

Mulierum diversi status.

Mulier in quem genita finem.

Maris & fœmina ad procreationem necessitas. 1. lib. c. 2. & 2. c. 1.

In plantis uterq; sexus

seduliqúe naturæ contemplatores planè convincunt; Et ipsa sensuum fides, quæ una omnium auctoritates & rationes evertere potis est. Siquidem alias masculorum more videmus crispas, hirsutas, densiores & tortuosiores: alias perinde ac fœminas molliores, & enodes, quæ steriles fiunt, si longis intervallis dissitæ sint; fœcundiores, quò propiùs masculis implantantur: Sic Philostratus, Plinius, Theophrastus & multi alii referunt palmam fœminam atque maremita se diligere, ut nisi prope serantur, & sese contingant, emacientur prorsus, & contabescant. Hæc certè species quædam est thalami & matrimonii, sub qua, dicente Palladio, felicior crescit utrisque decor; neque ab hac verissima sententia plane diversus fuisse videtur ipsemet Aristoteles 1. Cap. de gener. animal. ubi similitudinem proportionemque quandam sexus in plantis etiam reperiri apertissimè concludit. Quare non sine ratione interior plantarum pars, quæ à nonnullis cor, aut medulla dicitur, ab aliis matrix nuncupatur. Et concipere dicuntur arbores, cum humore turgent, parturire cum germinant, pariuntque cum florent, flosque ruptis constat utriculis, sed & educatio etiam in fructu est. Quæ cum ita sint, animalia tamen longè præstantiori evidentioriqúe ratióne sexibus sejuncta esse constat, & præsertim mulierem à viro, quæ, ut dictum est, istius potissimum operis causa, à primis statim mundi exordiis consilio ineffabili & inæstimabili providentia à Deo creatore fuit illi dedita, ut Veneris illecebris excitatus conjunctionis appetitu teneretur, procreandi causa, ne cum vitæ tempore dimitteretur commemoratio nominis sui, sed ad omnem posteritatem prolis propagatione deveniret. Quia enim ipse generationi aptus erat, neque tamen per se solus huic operi perficiundo sufficiebat; ideò commodo indiguit adjutorio, quale erat fœmina, quæ materiam segetemque in procreatione subministraret, concipiendiqúe ac fœtus nutriendi organa haberet, quibus à masculo dissideret. Quæ quidem organa uteri sunt, & mammæ; quorum anatomen presso contractoque stylo enarrare operæ precium erit, deinde ad reliqua servata serie procedemus:

Phi. in icon. Plin. lib 13 cap. 4 Theop. 3 de causis plan. 20.

Quibus fœmina à viro dissidet.

Sed ante omnia Dei immortalis auxilium implorabimus, à quo rerum omnium capienda primordia sunt.

Uteri ratio, situs, figura & magnitudo.

CAP. II.

Uterus & eius definitio.

UTerum, qui Græcis μήτρα & ὑστέρα, Latinis matrix, quasi omnium mater, vulva, mulierum loci, & utriculus nuncupatur, partem definimus organicam, in qua semen concipitur, fœtus formatur, augetur & nutritur. Medici quicunq; ejus fabricam enarrarunt, oportunè infundum & collum, sive cervicem dissecant. Situs est supra os pubis, sic, ut ipsius cervix à mulieris pudendo sursum, versus posteriorem ipsius ossis, & vesicæ regionem, ac secundum recti intestini anteriora in Peritonei cavitatem ascendat; donec ferè è directo sedis pertingat, qua rectorum abdominis musculorum initia à pubis ossibus exoriuntur: illic namque uteri cervix in fundum definit, qui in abdomine consistit, inter vesicam & rectum intestinum. (Hinc obiter insolentissimi hominis vilem & abjectam conditionem æstimare licet, ex fragili ac peritura materia inter excrementa nati, & in terram ac cinerem resolvendi, ut cum Plinio lamentari liceat: *Heu dementiam ab his initiis æstimantium ad superbiam se genitos.*) Hic tamen situs peroportunus fuit, utpote valde amplus; & à facie, nobilissima rationis arce, longè dissitus; deinde ibi ossa nulla, quo minus uterus distendi queat, atque ipsi parituro exitus ad inferiora & versus crura facilis est; tandemque uterus ibi anteriori parte ab osse pubis; posteriori ab osse sacro: à lateribus ab ossibus ilium, tanquam tutissimis vallis circundatur. Prægnantibus non exactè mediam partem occupat, sed in dextrum aut sinistrum vergit, quod etsi aliquando fœtuum sexus ratione fiat: non tamen perpetuò est, ut infrà constabit. Figura illi rotunda, nisi quòd ad cervicem paulò sit longior, majusculo pyro similis, aut nonnihil compressæ cucurbitulæ, & si apices, quæ cornua vocant, excipias, ipsam vesicam refert: uteri enim fundus ab angulis seu cornibus deorsum rectà sensim arctior redditus, ad ipsius cervicis originem fertur, ita ut cervice instar meatus cujusdam longa & tereti, totus interim fundus non multò fiat longior, quàm est latus, sortiaturque figuram rotundæ proximam, quâ & capacior redditur, & injuriis minùs obnoxius. Magnitudo ejus non æqualis existit in omnibus; multo siquidem minor illius, quæ peperit, quàm prægnantis, ejus

Situs uteri.

Hominis abiecta conditio.

Ossa quæ uterum utrinq; tutantur.

Uteri figura

Magnitudo

ejus verò quæ nunquam peperit, multò minor, quemadmodum & adhuc minor earum, quæ nondum Veneri indulsêre; ætatum etiam ratione non parum evariat, quippe iis, quæ adhuc augentur, vesicæ sunt matricibus majores, perfectis matrices vesicas superant. Sunt qui mediocri utero secundum longitudinem à loco, in quem incumbit, ad extremum pudendi finem, undecim digitorum intervallum tribuant, alii affirmant tres vel quatuor transversos digitos non excedere, neque multò majorem esse, quàm ut manu comprehendi queat. Utrique vero similia adstruunt, modò illi intelligantur de utero, cum ipsius cervix in Anatome manu attollitur, aut in coitu ad penis titillationem, in gestatione, & partu ad fœtus formam extenditur; Hi verò de eodem cum cervix complexa rugosaque connivet, fundusque in se collapsus concidit: breviter non minus difficulter cervicis uteri, quam penis (cujus instar vagina est) longitudo, latitudovè exactè describi potest; fundus verò pro contentæ in illo genituræ, aut fœtus quantitate evariat; atque ita quamvis in altitudine recti intestini & vesicæ terminis (ut dixi) circumscribatur: mediocris tamen tenuia intestina nonnunquam pertingit; maximus, qualis prægnantium, etiam imum ventrem replet. In latitudine etiam dispar, ut plurimum tamen in non prægnantibus duos transversos digitos parum excedit: Mirum dictu, cum receptaculum sit, in quo infans procreatur, quodque adeò, dum mulier uterum gerit, ampliatur, ut apicibus suis seu cornibus ad utraque ilia porrigatur; cum præsertim ipsius substantia, quantumcunque manibus & vi distendas, nec dilatetur, nec nisi naturæ viribus cedat, contrà quam de cervice dictum est, quæ rugosa cum sit, levissimo diducitur conatu.

Longitudo.

Latitudo.

De Uteri partibus.

CAP. III.

PORrò uteri, & præsertim fundi ipsius substantia nervea membraneaque est, & crassa admodum; externa superficie levis, madens & æqualis, non tamen ad amussim candicans, sed carneum quid præ se ferens, hanc aliqui tunicam internam & ipsius uteri propriam appellant. ad differentiam alterius triplo tenuioris, quâ superintegitur, quæq; à peritonei portionibus utrinque lateribus uteri adnatis utero obducitur, eumque nonnihil retinet; Hinc inter anatomes scriptores

Substantia uteri.

Tunica duplex.

dissidium compones, nonnullos duplicem tunicam sive membranam utero tribuentes, alios unicam tantum, quia internam non tunicam, sed uteri substantiam pleriq; vocant: hæc in non prægnanti utero omnes reliqui corporis tunicas vel tres etiam ventriculi & intestinorum simul implexas vincit, venosaq; est, multisque venis & arteriis intercepta, sicuti superior nervea; constat etiam tribus fibrarum generibus longitudinalibus, quibus viri genituram trahit, quæ admodum paucæ sunt, quia opus ipsarum facile; transversalibus, quæ rectarum copiam superant, quia his & raptam genituram, & fœtum toto gestationis tempore retinet; ac demum latitudinalibus, iisq; etiam plurimis & validissimis, quibus fœturam in lucem edit. Media ejus pars non tam altè ac cornua conscendit; sed in sinus cavitatem exuberat, quâ in parte sicuti uteri os crassior multò occurrit, quàm quâ uterus in angulos sive cornua definit. Superior enim fundi pars utrinq; ingentem processum unum constituit, perinde ac frontem vituli jam primum cornua producentis, ob quam effigiem hos processus angulos sive papillas, veteres Dioclem secuti uteri cornua nuncuparunt. Interna verò superficies, si in longum uterum dividas, duos sinus promit, dextrum ac sinistrum, nullo septo discretos; sed sutura quadam, qualis virili scroto inest; obscutiori tamen, ideò antiqui matrices, perinde ac si duæ forent, appellaverunt, & papillarum numero correspondere dixerunt; qui quidem sinus leves admodum sunt & angusti, adeò ut iis, quæ uterum non gerunt, fabam majusculam vix capiant. Hinc Gentilis, Nicoli, Mundini, Alberti Magni, Bonacchioli, & aliorum, quorum penè innumerus est numerus, error apparet, qui in humano utero septem cellulas esse asseruerunt, tres in sinu quolibet, in medio unam; in singulis insuper decem rugositates, sic ut septuaginta consurgerent, totidemque simul fœtus concipi posse, parum profectò anatomicè autumarunt. Plures enim fœtus juxta seminis quantitatem in utero non cellulis, atriis aut thalamis, qualia illa forent, sed propriis involucris distinguuntur; Et quamvis substantia uteri interna, si dilatetur, foraminibus plena appareat, hæc nihilominus foramina non cellulæ, sed cotylidonum ora existunt, per quæ gestationis tempore, sanguis ad uterum delabitur. Communis insuper est via ab his sinibus in os uteri, quâ non concepturæ proprium semen deponunt, concepturæ virile excipiunt. Os verò uteri vocamus internum illud ostium, quâ

Fibra.

Cornua uteri.

Superficies interna. Sinus.

Cellulas nõ habet uterus.

Via communis à fundo uteri ad ipsius os.

Os uteri.

quâ fundus desinit & cervix inchoatur, quod etiã os matricis, vel fundi orificium appellatur, &, si extra spectes, tincæ piscis, vel canini oris imaginem tibi offeret, eiq; glandi similem, quæ in extremo est masculi genitalis, ac sciſſura transversa veluti litera Θ centro simili donatur. Parturientibus adeo extenditur & patet, ut nihil ferè ejus superſit, sed cavitas una propè æqualis appareat, à fundo uteri ad pudendum usq;. Quæ nuper pepererunt, sciſſuram habent ampliorem; in prægnantibus specillum vix admittit, nec nisi in partu aperitur, cum fœtũ & illius involucra emittit, aut in coitu, cum virile semen naturali motu fugendo allicit, & quando non concepturus masculum semen, unà cum muliebri, iterum eructat, alioqui arctiſſimè occluditur os illud, nec ex mulieris arbitratu, sicuti cervicis orificium, aperiri potest, aliàs nullo conceptionis habito metu lascivæ mulieres parentibus maritisq; facilè imponerent; ideò virginibus ferè inutile & ociosum hoc orificium censetur: ut plurimum n. per illud menses eisdem non expurgantur, quod pleriq; existimarunt, ut suo loco patebit. Cæterùm hujus meatus perinde ac cervicis nimia & præternaturalis sagina Hippocratis decreto conceptioni nocua est. Sed dices, si toto gestationis tempore os uteri non aperitur, non fiet superfœtatio. Quidam opinantur, tunc tantùm aperiri, cum superfœtat; superfœtat autem rariſſimè; rariſſimè ergò gravidis aperitur. Alii putant, veteres solum docuisse, sponte sua gravidarum uterum non hiare: in accessu tamen perpetuò recludi, quod maiorem habet probabilitatem. Quia, etsi tum temporis virile semen ad fundum uteri non penetret, muliebre tamen, quod ad fundum demandatur, exitum postulat. Sed cur ad expulsionem seminis non ejicitur fœtus? Quia alligatus est & immaturus; ideo periculosus coitus primis mensibus, dum adhuc tenellus est, & vincula parum firma. Sequitur uteri collum sive cervix, ab Aristotele matrix etiam nuncupata, quæ masculorum peni correspondet; nisi quod hic foris in viris: illa intus in fœminis sita est; hoc iter spermati virili intrò; fœtui jam perfecto extrà natura ante munivit, & licèt unicum eum fundo efficiat corpus continuum, diversam tamen sortitur substantiam, quippe partim musculis, partim membranis & nervis condita est, non verò impensè crassa aut cartilaginosa, præsertim in ætate puellari, ut multi rentur, nisi quòd callosior est eis, quæ frequentius pepererunt, aut crebrò congressæ sunt, ita, ut vetulis jam sit du-

Ant. lib. 3. cap. 12. Hip. 1. de morb. mul. tert. 30. 5. aph. 49. lib. de aere aquis & locis.

An os uteri graviduper petuo occlusdatur.

Obiectio.

Solut.

Uteri cervix.

sit duriuscula, & similis summitati asperæ arteriæ, ut rectè Herophilus comparavit, fungosæ tamen substantiæ ac duriusculæ nonnihil possidet; fungosæ, ut plurimum contrahi ac dilatari possit, concubitusque tempore penis modo extuberet; duriusculæ verò, ne in iis mutationibns, quæ in partu fiunt, afficiatur, utque semen protinus recipiat, neque præ nimia mollitie partibus quibusdam elevatis, aliis concidentibus anfractus fiant, quibus detentum prolificum semen ad vulvam minus celeriter permeare queat; longioremq; moram in cervice trahens, spiritu genitivo ocyssimè exhalante penitus evadat infœcũdum. Juxta cervicem uteri in anteriori sua sede jam fermè supra pudendum veſicæ collum ingreditur; per quod urina defertur, & Nympha fatiscente foras excernitur, (non enim ut idiotæ & mulierculæ ipsæ mingentes opinantur, per uteri cervicem lotium prodit) ibi cervicis portiuncula excrescit in ipsius cavitatem propendens, & postquam urinam cervicis uteri pars ferè extrema admittit, ipsius, alteriusve humoris regressum in collum vesicæ impedit, illis processibus similis, qui regressum urinæ à vesica ad urinarium meatum prohibent, hinc mulierum lotium occurſante, impetuq; collisa cletoride (ita enim hunc processum vocant) magis quàm virorum inter mingendum perstrepit. Uteri cervicem medio circiter progressu à tergo ejus partis, qua collum vesicæ implantatur, pleriq́ue tradunt in virginibus exili membrana venulis conspersa dirimi, quæ primo concubitu profuso sanguine disrumpatur; Hymen seu Eugion dicitur. Miror tamen nonnullos ejus crassitudinem describentes, cum inter secandum nunquam sese offerre ipsimet fateantur; quamvis in puellis diductis ipsarum cruribus persæpe conspiciatur, uti ipsi scribunt, situ simili illi quem habet in pectore septum transversum, longa in medio sectione instar rimæ, cujus occasione hymen sanguinis menstrui purgationem in virginibus etiamsi ab interiori parte excerneretur, non impediret, neq́ue mirum, (inquiunt) si in dissectionibus hæc membrana non appareat, quia apud aliquot nationes sedulæ obstetrices illam quasi frustra mulieribus datam effringunt; sicuti solent puerorum recenter natorum ori indicem indere ac linguæ vinculum, si fortè plus justo contractius sit, dilacerare. Hæc est multorum de hac membrana opinio. Arabes verò quinque venas ad cervicis uteri medium utrinque inseri tradiderunt, ac dextrarum venarum ora cum sinistris committi, ex hisque centonem

Quare fungosa & duriuscula.

Colli vesicæ situs.

Hymen. Vesalii & aliorum opinio de Hymene.

Arabum sententia.

nem ipsis appellatum atque adeò hymen efformari, quas tamen venas ex sanguine, qui in prima coitione profluit, potius, quàm ex sedula dissectione, cum ibi nullæ reperiantur, procul dubio sunt imaginati, tanta superstitione, ut adhuc reperiantur in felici Arabia nationes, non procul à regno Precioſi Joannis, juxta BABEL MELEC urbem, natione Arabes, sectà Mahumetani, apud quas filiolarum vulvæ consuuntur, medio relicto foramine, sicque quoad viris maturè conjungantur, dimittuntur, quibus eas obseratas & quasi sigillatas tradunt, ac tunc reserantur puncta & alæ uteri, adeò jam cohærentes ac si ita à natura fuissent fabricatæ; Et hinc ac ex superiori fatuitate obiter colligas, quàm variis & contrariis opinationibus mundus distineatur, ut non planè ineptè dixerit Aristippus gloriam ac virtutem non in natura consistere, sed in consuetudine. Diligentiores cervicis latetera nondum Venerem expertis duntaxat quasi conglutinata connivere, ac angustum ibi collum efficere affirmarunt, quæ primus coitus magna ex parte divellit & quodammodo dilacerat, ideo, ut mulieres ferunt, acerrimus ille est, quorum ego sententiæ libentius subscribo. Nam, ut plerique referunt, & Nicolus auctor est, visæ jam sunt mulieres, quæ post partum cum obstetrices decoris gratia medicamenta oppido adstringentia adhibuissent, ita clausæ redditæ sunt, ut non potuerint coitum exercere, id quod etiam meretriculæ hodie factitare dicuntur, ut virgines appareant: nec non honestæ aliæ fœminæ, quæ suis viris gratiores esse cupiunt. Dignum tamen consideratione, quo artificio ingenioſa natura, hac solum in parte, & in lingua frenum posuerit, nempe ut hominem hisce in locis, à quibus maximum nocumentum impendebat, continentiæ admoneret. Definit matricis collum in pudendum muliebre, quod etiam muliebre genitale, os genitale, os cervicis uteri, facies seu potius larva dicitur, & est veluti cutacea quædam hujus colli ἐπίφυσις sive additio, masculorum præputio respondens; & ut præputium ornamenti gratia existit in ambitu rimæ seu oris genitalis, collibus seu monticulis protuberantibus, qui in partibus exterioribus crinibus in fœminis jam maturis ornantur; ab interioribus verò, carunculæ illæ cuticulares instar geminæ linguæ propendulæ adnascuntur utrinque, quæ Nymphæ nomine donantur, quas uteri alas vocant, eaſdemque natura eo progenuisse creditum, ut uterum à pulvere, frigore, & aliis externis injuriis tutaretur; quale enim uva pharyngi pro-

Vera opinio.

Natura artificium.

Muliebre pudendum.

Ala uteri.

Nymphæ.

gi propugnaculum est, tale utero nymphæ: fungosa ipsarum est sub-
Nymphæ seu eletorus. stantia longitudinalemque rimam efficiunt canalis instar seu literæ I,
in cujus elatiori parte, ac pinguiori pubis loco, ubi hæ caruncul æ con-
veniunt, juxta id foramen unde lotium exit, occultatum processum
parvum efficiunt, exiguo peni, qualis est cuniculi, admodum similem;
substantia fungosa, nervosa, & sanguine plena: forma in glandem
desinentem, parvo quoque præputio obtectum, quem antea regres-
sum urinæ ad vesicæ collum impedire diximus, quique alium præstet
usum non contemnendum. In eo enim pruritus eximius efficitur, ideo
præcipua sedes delectationis mulierum, dum Venerem exercent, sta- 10
tuitur; In hanc etiam partem bina desinunt ligamenta oblonga, ner-
vea cavaque, quæ à matricis lateribus constituta præcipuam esse illius
summæ delectationis causam inveniisse se ex recentioribus gloriatur
Columbus. Verùm processus ille aliquando naturæ modum excedit,
& ad tantam magnitudinem excrescit, ut extra uterum propendens
deformitatem atque pudorem inducat, & vestimentis jugiter attritus
ad libidinem adeo irritat, ut non desint, quæ per hanc partem etiam
erectæ mulieres virorum instar in venerem ruant, & mutuis coitibus
incubis, ac succubis sese polluant, quod de duabus Turcis Thessalo-
censibus Amatus refert, & nos Ulisponæ ob simile fœdissimum scelus 20
aliquot mulieres publicè puniri vidimus, Tribades dicuntur à Celio
Aureliano, à Plauto subigatrices, & Martial. de Bassa quadam inquit:

Lib. 4. cap. 9

Commenta est dignum Thebano ænigmate monstrum,
Hic ubi vir non est, ut sit adulterium.

Quamobrem Ægyptii in virginibus excidere consueverunt, quod qui-
dam indistinctè faciendum esse putant in carunculis illis cuticulari-
bus quæ ante os uteri adnatæ visuntur; qui tamen meo quidem judi-
cio errant, quoniam illæ suos habent à natura usus, nam & magnam
fœminis in coitu delectationem pariunt, & uterum, uti diximus, ab ex-
ternis tutantur. Cæterum hæ caruncul æ propriè nymphæ appellan- 30
tur, ac gallorum cristis similes prope os uteri in cervice astant, quas
propterea à Poetæ per saltus & nemora, satyros quærere referebant,
quia in ipsis Venereorum delitiæ, quibus illi æstuabant, insunt; Ab his
tamen nymphis differt alia pars nympha dicta, quia hæc processus il-
le est musculosus, ac pelliculosus supra alarum pudendi commissuram
situs, quo loco urinarius meatus existit, quam quidem particulam

potius

potius scindendam auctores præcepisse arbitror, & hoc manuale opus nymphotomiam nominasse, non affectum ipsum ut Moschio perperam prodit. Mercatus censet, hanc esse affectionem, in qua Medici fœminas in viros migrare existimant, & propriè Symptoma turpitudinis nominari, cui ego non invitus assentior, nisi quod sexum interdum circa pubertatis annos in quibusdam detegi potius quam mutari crediderim & hoc ut plurimum ipso nuptiarum die, quia tunc protuberantes ad Venerem partes facilius foras à natura protrudunt, quæ antea latitabant, ut testantur pleræque tum priscorum tum nostri seculi Historiæ. Ideo Agrigentinus Empedocles dicebat:

Nymphotomia quid.

Cap. proprio.

Dub. an fœmina in virum verti possit.

Et puer ipse fui, nec non quandoq; puella.

De qua re plures congessit historias Schenckius ad quem lectorem relegamus: Quod tamen ipse ex aliorum auctoritate scribit, fuisse, quæ & conciperent, & postea in viros versæ, in alio generarent, commentitium omnino est. Porro an processus ille seu Nympha tantæ magnitudinis cunctis insit fœminis, quod Columbus existimat, affirmare non ausim, potiusque crediderim, illis tantum adnasci, quæ secundæ jam speciei sive classis Hermaphroditi censentur, ut infrà patebit: Exiguum tamen processum omnibus inesse fœminis, & in cervicis cavitatem propendere in eos quos diximus usus, haud equidem dubito, cum in eum desinant alæ ipsæ seu membranei processus. In carunculârum medio longitudinalis illa scissura est, quæ penem admittit, & adeo horrenda obscœnaque visu censetur pars, ut defunctarum etiam fœminarum cadavera, uti auctor est Plinius, contra quam virorum, prona fluitent; seu parcente naturâ earum pudori; quamvis & hujusce rei Physica etiam ratio assignari possit, quia muliebris ventris intercapedo ampla & vasta admodum, cum ob viscera, tum ob continendum fœtum, aqua potissimum per genitale muliebre ingrediente impletur & extuberat; deinde mulier vertebras dorsi minores habet, utpote angusto thorace prædita; Ilii vero ossa ad anticam partem sustinendo fœtui prominentiora; adde etiam uberum molem; quæ pronas eas reddit. Atque hæc sunt quæ uterum constituunt.

4. Obs. c. 54.

Mulierũ cadavera prona, virorũ supina fluitant.

De iis, quæ utero adnascuntur.

CAP. IV.

Testes mulieris. INter ea verò quæ utero adnascuntur, testes inprimis occurrunt, corpora duo glandulosa, alba, rotunda, seminis, & generationis principium: Ii adjacent à lateribus vulvæ, ad fundum utrinque singuli, paulo supra cornua, non prægnantibus aliquanto elatius, quàm fundi superior consistit pars; utero gerentibus eandem ferè sedem occupant: Magnitudine multo minores atq; imperfectiores, temperatura frigidiores fœminæ testes, quam maris; forma latiores, quasi sphæræ utrinque compressæ, magis tamen glandulosi, substantia enim non constant, sicuti virorum testes, molli, continua & æquali, sed duriori, & tuberculis plena; intus, præter vasa, sinus quosdã habent tenui aquoso-

Testium substantia.

que humore ac crassiusculi lactis sero simili, aut ovi candido liquori, plenos. Hæc testium substantia facultate sibi insita sanguini, & spiritus perfectam seminis naturam impertit, sicuti jecur chylum in sanguinem convertit, atque hæc facultas in masculis virilitatis, in fœminis mulierositatis causa existit. Epididimi de membrana sive darto conteguntur, perinde ac viri testes, quæ quamvis duritie sit mediocri, non tamen à testium substantia facile divellitur, non secus, ac si continuum

Testium facultas.

Testium membrana.

cum testium substantia corpus esset; aliis duobus involucris, quibus virorum testes insuper conteguntur scroto, & eritroide sive vaginali carent, nisi quod peritonei processus testium mediam duntaxat partem involvunt, ubi seminaria vasa, uterique venas & arterias suscipiunt, à quibus circumfusi cinguntur. Horum vasorum eadem, atque in maribus, est origo, eo solum dissimilia, quod concidunt in lumborum musculis, neq; extra abdominis membranam procedunt, cùm & ipsi testes intra peritoneum lateant; non enim fœminam foràs, masculi modo, sed in suam ipsius vulvam semen emittere conveniebat. Quatuor etiam hæc vasa sunt, perinde ac in mari, venæ nimirum seminales duæ, totidemq; arteriæ ejusdem nominis; atque hæc quatuor conceptacula paulo infra vasa, quæ ad renes tendunt, collocata sunt. Venarum dextera à venæ cavæ caudice sub emulgente juxta os sacrum pullulat, sinistra ab ipsamet emulgente sinistra deducitur, quod factum plerique autumant, ut serosus humor per illam deferatur, qui acrior ex mo-

Vasa seminaria.

Origo venarum.

ex mora effectus, & semini permixtus, majorem in coitu voluptatem pareret, quam si ab ipsa vena deduceretur; alii, quia in sinistro latere magna arteria prope venam cavam sita est, quæ quidem arteria cum perpetuo moveatur, periculum esset, ne tenuis vena seminalis in his perennibus motibus rumperetur, quod magis probo, quia juxta primam sententiam humor ille acris in sinistrum tantum latus emitteretur, subindeque vasorum spermaticorum munia diversa forent, quod vero simile non est. Arteriæ seminales, tam dextra, quam sinistra prope idem os sacrum sub emulgente scaturiunt, spirituoso sanguine plenæ, non solo spiritu, ut cum Erasistrato Aristoteles sentit, quibus Bonacciolus & Mercatus consentire videntur: Hæc vasa dum descendunt, primum aliquantulum distant, postmodum ita implicantur, ut vena arteriam, & arteria venam ingrediatur, factaque eximia quadam anastomosi, ipsorum quædam portio usque ad testes descendit, ramos in testium substantiam, & illos proximè ambiens involucrum diffundens, postea in deferentia vasa prodeunt, quæ variciformia, latè contortis vitis pampinis, capreolisq; assimilantur, iis etiam brevis est via ad uterum, at non directa, sed pluribus gyris anfractibusque flexuosa, quam maribus, ut viæ brevitas flexum multitudine compensaretur. Hæc vasa semen per uteri cornua in interiorem ipsius uteri sinum deferunt, & intrudunt, atq; ob id deferentia hîc nuncupãtur, sicuti antequam testes pertingeret præparantia. Quæ quidem eademne sint, quæ antea præparantia dicebantur, an verò diversa, ex ipsis testibus peculiarē ducentia originem, nihil moror, dummodo intelligatur in præparantibus seminis fieri apparatum, & sanguinem, qui prius ruber erat, sensim alterari, & albefieri, qua inchoata elaboratione, magna laboris pars testibus imminuitur; Alia istarum venarum arteriarumq; seminalium portio, antequam testes pertingat, ad matricis corpus tendit, ut laudabili sanguine conceptus ali commodè possit, & mensium portio expurgetur, corruptis præsertim & non gravidis; Ipsam uteri substantiam hæ venæ penetrant, ut ipsum nutriant, & ramorum serie sparsa, suis osculis acetabula efficiunt, quæ Græci cotylidones appellitant, quibus partus per umbilici radices utero validissimè committitur: partem dixi sanguinis menstrui per has venas prorumpere, quia pars alia per venas à venæ cavæ divisione juxta os pubis exorta, in uteri cervicem deponitur, non in fundum, maximè virginibus, & prægnantibus, quibus os uteri occludi-

Arteria.

Arist & Erasist. apud Gal. lib. ad id dicato. Bonacc. in sua enneade Mercat. lib. 2. cap. 1.

Deferentia vasa.

Præparantia.

Uteri venæ per quas mẽses purgantur.

Acetabula uteri seu cotylidones.

cluditur; nam cava vena inferiori sui parte, in duos insignes ramos dividitur, qui obliquè ad dextrum & sinistrum crus iter habent; à quibus præter alias propagines illæ etiam venæ prodeunt, quæ in hominibus ad vesicæ latera proficiscuntur, ut ipsam, & intestini recti musculos nutriant, in fœminis cervicis uteri principium petunt, ex quo loco menstruæ purgationes prædicta ratione effluunt, de qua re inter anatomicos professores scio maximam semper versari contentionem, quam nos proxime sequenti libro illustrare atque dirimere conabimur. Ex hac ipsa venæ cavæ divisione geminæ suboriuntur venæ, altera dextrorsum, altera sinistrorsum, quæ peritoneum subeuntes, ad mam- 1
mas singulæ ad singulam perveniunt, sanguinem in lac commutandum iis suggerentes, quæ potissimum causa est magni illius, qui teste Hippocrate ac Galeno inter uterum & mammas consensus fit. Quamvis & hic ut tergiversetur Vesalius, & suo more Galenum suggilet, nullum alium agnoscit consensum inter has partes, præter illum, quem per venam cavam fieri dicit. Porro Galenus ex Herophili decreto perinde ac viris, fœminis etiam glanduloſas prostatas inesse scribit quarum sit usus, salivalem quendam succum generare, qui acrimonia & salsedine sua in coitu delectet, ad Venerem excitet, & urinarum meatum madefaciat, quò & facilius urina profluat, & ejusdem morsionibus 2
occurratur; negant alii, quia in fœminis matricis collum neq; oblongũ neq; nudum est ut virile pudendum, sed intus situm ex continentibus ipsum partibus copiosum madorem recipit, & menstruis irroratur; salivalem vero humorem per ramusculos vasorum spermaticorum in internum vulvæ ostium ad alios usus suo loco explicandos ejaculari non refragantur, quibus & ipse Galenus alibi ex animi sui sententia loquẽs apertissimè subscribit. Ejusdem Herophili placita secutus Galenus lib. de vulvæ dissectione, alia quatuor vasa venas duas totidemq; arterias ab emulgentibus demandatas utero muliebri aliquando inesse ratus 3
est; quæ tamen in dissectione minimè reperiuntur, inde ortum lapsum existimo, quia cum vidissent sinistram venam seminalem ab emulgenti originem trahere diversam esse ab illa quæ à trunco venæ cavæ in dextra oritur, sibi perperam persuaserunt, ac perinde de arteria sentientes, totidemq; in dextro latere inesse putantes quatuor illa vasa sibi confingunt. Cæterum ut ad utero adnascentia, quibus hoc caput dicavimus, oratio redeat, duo nervorum genera eidem donata sunt, à spinali medul-

Prostata. 14. De usu part. 11.

Salivalis humor.

Salivalis humor in fœminis unde ejaculetur. 2 de semine.

Herophili lapsus.

Nervi utero adnascentes.

medulla unum, quod tenuibus furculis in uteri cervicem & circa humiliorem fundi sedem excurrit; alterum à sexta nervorum conjugatione, à quo subinde nervi perquam graciles ad elatiorem fundi regionem diffundumtur.

De uteri colligantia, consensu, & usu.

CAP. V.

Connexus uteri cum vartis part.

ASTringitur præterea, nectiturq; uterus vesicæ ac recto intestino tenuibus ex peritoneo ductis appendiculis; similiter coxarum ossibus validis sed admodum laxis vinculis, tum nervosis tum musculosis; quæ ad illius cornua pertingunt, & propterea laxa sunt, ut vulva plurimum moveri sursum & deorsum possit, plus minus in coitu cum genituram expetit, & ad penis summum tanquam animal quoddam (ut Plato dicebat) hiare possit. Cum his tamen nec animal est, neq; errat, neque propriam relinquit sedem, sed parum duntaxat dimovetur, ut infra latius apparebit. Ex dictis constat, uterum cum aliquibus conjunctum uniri, aliis connexum esse, ab aliis intextum, dependere ab aliquibus, & ab aliis nutriri: enimvero collo, vesicæ, & recto intestino juxta fundum perinde ac testibus & vasis seminariis coalescit; aliis vesicæ & recti intestini partibus annectitur; annexus quoq; est ossi sacro, ex quo etiam dependere rectè dicitur: Ex dorsi verò medulla & lumborum musculis pendere solummodo nervis, & annexus, & contextus est atque conjunctus; arteriis venisq; non solum annexus, conjunctus & contextus hæret, sed ab ipsis etiam nutritur. Rursus semen utero præparant testes & seminalia vasa, duæ venæ totidemq; arteriæ, quarum etiam portio illi dicata est, ut nutriatur tum ipse, tum fœtus, mensiumque portio aliquando expurgetur, nam earum pars antequam testes ingrediatur, deorsum fertur, ut matricis substantiam alat, semen verò ipsum suscipit per vasa deferentia, ac varici conformia, quinetiam salivalem humorem per alias ipsarum propagines; mensium reliqua pars in cervicem demandatur per ductus, qui ab inferiori cavæ venæ parte propagantur: sensum suscipit per nervos, à sexto pari & ab spinali medullâ. Nil igitur mirum, si cerebro, dorsali medullæ ac nervoso generi uterus consentiat: non solum quòd membranosa constet substantiâ, ut Mercatus sentit, sed ēt quod nervorum propa-

Vterus propriam sedē non relinquit.

Eximius uterus consensus cum diversis part. Mercati ipsius.

propagines ab ipsis partibus mutuetur: insuper mammis & jecori per venas consentit, cordi per arterias, vicinia & colligantia partibus circumjacentibus, vesicæ, recto intestino, ac peritoneo; sed & per spiracula cæca ventriculo, lieni & meseraicis, præterquam quòd membranosæ, ac nervosæ sunt plurimæ istarum partium, quæ propterea etiam per similitudinem coafficiuntur. Jam verò uteri sic constituti triplex est munus; unum sibi proprium, quatenus pars est similaris, & ita alimentum allicit, pro sui ipsius nutritione, per illas, quas suprà enumeravimus, sibi insitas venas à trunco seminalium exortas. Secundum uteri munus est fœminæ saluti perneccessarium, quatenus illi inest excrementa evacuandi ratio, quemadmodum enim in deficientibus vesica & intestinis à proprio munere maximum corpori subsequitur detrimentum; ita si in fœminis hæc pars menstruationis officio, suppressione, aut utcunque aliter destituatur, longè periculosiora scaturiunt mala & graviora accidentia, non tamen (quod Mercatus existimat) in hunc præcipuè usum fuit uterus creatus; sufficeret enim sola cervix cum venis huic muneri dicatis; sed potius fuit uterus propagandæ speciei causa mulieri datus, quod tertium ac præcipuum uteri munus est, quodque nullibi commodiùs fieri poterat, & magis necessarium videtur, quam fœminam elui à recrementis, quæ per alias vias commodè possent alioquin expurgari; idcirco anatomes professores meritò uterum definierunt, partem in quâ semen concipitur, fœtus formatur, & augetur, nulla de menstruis aut aliis excremẽtis factâ mentione. Nativo, & incredibili quodam desiderio uterus semen virile attrahit, nullam tamen vim illud commutandi habet, sed conservandi tantummodo. At dices; virtutes naturales coordinatæ sunt; si ergo trahit & conservat, oportet, ut ulteriori morà commutet, & alteret, qua ratione, Galenus lib. de nat. facult. nil trahere propter tractionem ipsam, sed propter fruitionem disertissime prodidit. Solutio est, non esse perpetuum, ut quidquid trahit, propter nutritionem trahat, semper tamen propter fruitionem, ut rite Galenus; sed fruitio duplex est, nutritoria una altera refocillatoria, illo modo partes sanguinem trahunt, hoc utraque vesica, bilis & urinæ, hos licores, & semen uterus, cui natura indidit hanc mirificam cupiditatem, ut traheret, & tantisper retineret, donec præstantior opifex, hoc est, formatrix facultas ad operis elaborationem insurgeret. Mulierem absque matrice posse vivere, autor est

Vteri munus triplex.

Mercati lapsus alter.

Vterus cur mulieri datus.

Vteri definitio.

Vterus semẽ trahit.

Dub. an semen commutet uter. lib. 8. cap. 6

Solutio.

Fruitio duplex.

Formatrix facultas.

Aven-

Avenzoar; quia, inquit, fieri potest, ut universa ligamenta putrefiant, & collabatur uterus, muliere salva permanente, quod tum ex libris medicorum, tum aliorum fide dignorum testatur, seque nobilem fœminam vidisse, de qua erat rumor, absque matrice vivere; idipsum Roussetus, quem videre non pigeat, plurimis eventis confirmat, & Antonius Benevenius lib. de abdit. morb. causis, alterius fœminæ meminit, à se visæ, quæ cum vulva putresceret, & frustulis comminuta tota decideret, sana tamen supervixit annos decem. Illud fortasse non minùs mirabere, quod Gesnerus & alii scribunt & plurimi norunt, in Paria provincia haud procul à Patagonum regione, animal reperiri semivulpam à nostris dictum, cui natura duos concessit uteros, internum unum, ad generandam prolem, sicuti reliquis animalibus; alterum externum subter communem illum, ad fovendos defendendosque catulos suos, quos inde non nisi lactandi causa promit.

Mulier sine matrice vivere potest. Sect. 4. de part. Cas. cap. 5. Cap. 11.

Semivulpa animal duos habens uteros.

Platonis & aliorum de utero sententiæ.

CAP. VI.

PLato in Timeo, & cum eo Areteus atque alii non contemnendæ eruditionis viri sedem uterum mutare, & animal esse, sibi persuaserunt, ac idcirco in uteri strangulatu mulierem respiratione privari, quia uterus sursum ascendens septum transversum suo corpore comprimit, dum enim prolem generare cupiens, seminis masculini avidus, ac menstruo sanguine destitutus, indignabundus per corpus vagatur, ad septum conscendit, & quasi animal quoddam succensens omnifarios morbos excitat. Ita autem videntur istam sententiam vallare; Quæcunq; sensus habent, ea dicuntur esse animalia, perfectiora, quò plures, ut bos, equus; imperfectiora, quò pauciores, ut hyatulæ marinæ, quæ duos tantum tactorium & gustatorium; spongia, quæ tactorium duntaxat habet: cum igitur matrix odoratorium sensum habeat, gustatorium etiam possidebit, atque ita cùm hos præter tactum (quem obtinere ex seminis oblectatione clarum esse putant) sensus habeat, proprie dicitur & est animal: quod autem odoratorium sensum possideat liquet, propterea, quod ipsa (ut illi ajunt) superius quidem existens in thorace graveolentiâ adhibitâ, molestè ferendo fugit,

Dub. an uterus sedem mutet, & animal sit. Platonis & Aretæi sententia.

Ratio 1.

 desti-

Neoterici insolenter Galenũ vel litantes.

destituitq; eas partes, atq; ad beneolentia, quæ subter apponuntur, eurrit. Hinc Galenum sibi non constare dicunt Neotericorum plurimi, qui sexto de locis hanc opinionem planè convellat; alibi vero naribus gravissimè olentia, matricibus bene olentia adhibeat, quasi continuò uterum animal esse fateri teneatur. His acutè magis quam disertè dictis addit Fernelius se adstantium mulierum modò querimoniâ, modo precibus adductum uterum sæpé tactum deprehendisse, instar globi cujusdam, in ventriculum efferri, eumque graviter opprimere, hincque manu depressum manifeste in propriam sedem propulsum, neque id magis alienum videri, quam ejusdem prolapsum ad inferiora, quo totus fere prodit, atque adeò, etsi animal esse non patiatur, sedem tamen posse mutare planè confitetur. Cæterum ut, quod posterius retulimus in Platonis opinione, id primo infringamus, planè indignum & à Philosophica mente alienum est, opinari, ex multis animalibus unum animal constare: odoribus refici ventriculus solet, neque idcirco animal esse ullus unquam concludit, recreantur enim membra odoribus, non quod jucundam qualitatem percipiant, sed quia vapor boni odoris spirituum est accommodatissima materia, quibus partes illæ abundant: quamobrem, præterquam quod calefaciunt, facultatem etiam quãdam sympepticam possident, quę partium tenuitate affectus in iisdem particulis existentes curare, & sanare valet, quod enim de sympathia & dispathia uteri nonnulli causantur, acutum est magis, quàm firmum. Sed ut alia omittam, quâ ratione graveolentia tot partes pertranseuntia ad matricem ferri possunt? fortassis cum Fernelio dices, ad thoracem per nares facilem esse meatum, ad quem ipsa matrix reliquas partes prætergressa jam pervenit. At certè neq; id fieri posse, ex dissectionibus apparet; si enim dissecta muliere uterum manu sursum ad ventriculum violenter trahas, ad os ventriculi eum ducere, quin disrumpantur ligamenta, vix poteris, multò ergo minus suopte impetu, aut violenter impulsus intestina, ventriculum, & septum transversum, ac reliquas illic positas particulas prætergredietur: Vidimus nos sæpè talem tumorem, qualem nobis depingit Fernelius, sed, ut ingenuè fateamur, ventriculum non transcendebat, solumque pertingebat ipsius fundum, quod nos fieri non imus inficias, neque ipsa dissectio dissuadet, aut Fernelii adversa ratio quicquam aliud concludit, nam uterus facilius descendit, quia gravis suo pondere excidit, neque inde sequitur, posse similiter ad ventriculum ascendere, imo neque

Ratio II.

Platon. sententia infringitur.

Cur membra odoribus gaudent.

Fernelii ratio infirmatur.

uteri ſubſtantiam eſſe id admittit Galenus, quod in hoc affectu fœminæ deprehendunt inſtar globi cujuſdam in ventriculum efferri, ſed interjacentes partes ab ipſo utero flatuoſis ſpiritibus, aut teterrimis nidoribus vexato, ſurſum compulſas; quod tum fit, cùm ad uteri vaſa ſanguis, vel alius humor confluit, ſed ad interna ipſius, aut quia craſſus, aut quia clauſa ſunt venarum ora, ingredi non poteſt, tunc enim implentur, & quantum in latitudine ampliantur, tantum de longitudine detrahitur, itaque quo efficiuntur breviora, eò magis ad originem retrahuntur: quòd ſi id undique æqualiter fiat, uterus recta trahitur, idque perexiguum, ut ad ventriculum accedat potius, quàm aſcendat; ſi vero inæqualiter, ad partem vehementius trahentem intenditur: Et hic affectus uteri contorſio, ille uteri ſuffocatio nuncupatur. Cur igitur, inquies, graveolentia naribus adhibentur? quia cerebrum illa ſentiendo ab ipſis moleſtatur, & contrahitur, ſimulq; cũ ipſo odoratorius ſpiritus, ac per continuum ex hac moleſtia reliquæ etiam particulæ contrahuntur, qua contractione trudunt ac veluti exprimunt, propelluntq;, ac deorſum provocant matricem. Adhuc tamen majori cachinno digna videtur eorum ſententia, qui, ubi ſuppreſſa ſunt menſtrua, uterum exſiccari ajunt, dein humectari cupientem viſcera petere, cumq; aſcendendo ſeptum tranſverſum oppetit, animal reſpiratione privari; quod cum priſcis illis, qui naturæ opera inveſtigarunt potiùs, quam invenerunt, Cordæus etiam nuper in primum de morbis mulierum parùm circumſpectè prodidit, ac multa ſuper hanc rem compilat, quæ non niſi ab angulo ad parietem concludunt, ut vel hinc colligas, vulgatis illis gynæciorum tribus voluminibus una cum præſtanti doctrinâ, ſimiles fabellas & prodigioſa multa figmenta contineri, quæ facilè poſſint tyronibus fucum facere; planè enim ridiculum eſt id, quod de uteri humectatione comminiſcuntur, tametſi Hip. ejus ſententiæ auctor fuerit, aut ex aliorũ mente, aut quia non eſt cuiq; uni datum omnia ſcire. Si enim uterus requirit humorem, paratiorem illum habet, & propinquiorem in incumbente veſica, recto inteſtino, & veſis, quæ utero implantantur, quàm ut ipſum ex ſepto mutuetur, particulâ omnino arida & ſiccâ. Liquet igitur uterũ neq; animal eſſe, neq; ullum voluntarium motũ poſſidere, neq; ſupra ventriculum aſcendere, ſed propter convulſionẽ vaſorũ modo ex repletione, modo ex inanitione ortam ad ipſius ventriculi fundum tantummodo retrahi.

Supra cit.

Vteri aſcenſus.

Vteri contorſio.

Graveolentia naribus cur adhibeantur.

Aliorum ridicula opinio.

Notatur Cordæus com. 2 tex. 1

1. de morb. mul. text. 7. & 25.

De Mammis.

Cap. VII.

Mammæ definitio.

NUnc memores instituti nostri ad mammarum historiam accedamus; mammam enim alteram partem generationi dicatam esse superius retulimus. Hæc quidem eminentia carnosa, glandulosa, ac semicircularis est, gignendi lactis vim à naturâ habens; sita ad latus pectoris, in cujus medio papilla prótuberat. Duæ sunt mammæ in thoracis anteriori sede ad ossis pectoris latera collocatæ, secus ac in aliis animantibus, cùm hic locus non impeditus ad lactandum mulieribus manibus usuris commodissimus extiterit, & generationi lactis, propter cordis viciniam, cui reciprocum calorem ut gratus vicinus mammæ retribuunt, in modum pinguedinis seu pelliceæ vestis; quam eandem in viris positionem servant, quibusdam tamen mulieribus vicinius ad pectoris medium invicem accedunt, quibusdam autem (quod & pulcherrimum ducitur) utrinque recedunt, & thoracis lateribus magis appropinquant. Mammam multæ sed Parvæ glandulæ constituunt, sibi mutuo incumbentes, & inter se commissæ adipis, & fibrarum interventu, in medio tamen ad papillæ centrum una magna, & instar mammillæ effigiata habetur. Hæc glandulosa substantia varia est, nam viris pene nulla eademque arida; uti etiam admodum puellis; juvenculis vero paulo compactior & duriuscula, vetulis flaccida, quæ vero mulieres magnas ac pendulas habent mammas, mammosæ, seu ut Paulo placet mammeales dicuntur, quæ an ad lactis generationem conveniant, inferius disputabitur. Cæterùm universa mammillarum substantia inter cutem & generalem membranam continetur, venis magnis ac frequentibus intertexta; quarum alias externas, à ramo venæ cavæ axillam jam petentis descendentes, suscipit; alias ìternas à venâ cavâ pariter descendentes ex jugulo summoque sterno, quæ partim absumuntur in mammas, & pectoris internos musculos; partim ad Xyphoìdem cartilaginem, & musculos rectos delapsæ paulò supra umbilicum surculis suis occurrunt surculis ascendentibus ex illa divisione venæ cavæ ad dextrum & sinistrum crus, ex qua antea diximus venas in matricis cervicem derivari, per quas mẽstrua fluunt; quippe hæ venæ ascendentes oriuntur à ramulis, qui originem habent

Situs.

Glandula mammarũ.

Mammeales mulieres quæ dicantur.

Vteri consensus cum mammis.

can-

eandem, quam illi, à quibus venæ ad uteri cervicem propagantur; & hinc est tantus ille uteri cum mammis consensus in mulieribus, ut mammæ solidiores validum esse fœtum nuntient, tradente Hip. etsi refragetur Vesalius; graciles vero fiant iis, quæ corrupturæ sunt conceptus; & mammarum altera gracilis facta abortum portendat, & utero gestanti ex mammis lac fluens debilem fœtum significet, (cujus rei causa infra lib. 4. constabit, cap. de lacte) & mammæ tumidæ ac magnæ ad conceptum valeant. Adhæc arteriolas etiam cum his venis habent mammæ, quamvis paucas & graciles, subinde & nervos, qui in easdem sicuti in alias thoracis partes excurrunt, quorum crassissimus ille, qui è quinto costarum intervallo papillam adit, cui exquisitissimum sensum communicat. Forma penè semiglobum referunt, utpote exterius rotundæ gibbæque sunt, papillam instar processus obtinentes; intus vero, qua pectori committuntur, plana lataque innituntur basi; hanc illis semicircularem figuram natura tribuit, non tàm quò minus paterent injuriis, quam quò plus lactis continerent: Etenim rotundum omnium capacissimum; exterior tamen pars in ambitu papillæ circulo quodam obscuratur, pallescente in virginibus, fusco in gravidis & lactantibus, nigro in vetulis, & rugoso in iis quibus flaccescunt jam mammillæ; à Græcis φῶς nuncupatur, & efficitur à connexu cutis in hoc loco cum subjectis corporibus. Ipsa vero papilla substantiâ constat ad penem proximè accedente, est enim illi nervea quodammodo cutis, substantiam intus spongiosam continens quæ dirigi ac vicissim laxari, similiter ac penis, potest, habet autem tenues, & conspicuos meatus, fibræ ac nervi modo albicantes, qui venarum surculi sunt, multiplici serie per glanduloſam mammarum substantiam excurrentium, ex quibus lac effunditur. Usus ejus est, ut cum infans angusto teneroque suo osculo mammillam integram capere non posset, hunc illius prominentem canaliculum, in quem omnia terminantur vasa, labiis apprehenderet, & per illius foramen lac sugere commodius posset, quin etiam papilla nervorum surculis, & subinde exactiori sensu abundat, ut mater illecebram ac voluptatem persentiens, fœtus in lucem recenter editi nondum dentato ori libentiùs titillandam pruriendamque inderet, ac sugendam offerret. Hæc in virginibus rubet, in lactantibus magis eminet, livetque; in vetulis oblonga nigricat. Mammarum usus triplex: primus & maximè proprius, ut nuper nato fœtui,

3. Popul. juxt. finem 5. Aph. 37. 5. Aph. 38. 5. Aph. 51. 2. Prædict. 31.

Arteriæ.

Nervi.

Forma.

Circulus.

Papilla.

Papillæ usus

Mammarum usus triplex

Mammarũ usus triplex

quamdiu solidiori cibo uti nondum potuerit, alimentum, hoc est, lac suppeditent, sanguinem, quem per venas magnas & frequentes sibi distributas aliquantisper elaboratum recipiunt, in illud ipsum convertentes, hanc enim à naturâ insitam vim habent. Secundus, ut sint veluti propugnaculum quoddam ac operimentum cordi, & ab eo calefactæ, ipsum recalefaciant, non aliter quam operimenta alia, quæ nobis extrinsecus injicimus. Tertius, sed minus principalis, ut ex contactu voluptatem afferant; neque hic recipienda est Aristot. sententia 4. de partib. animal æstimantis, mammillas propter cordis tutelam potissimum fuisse creatas, quemadmodum enim uterus propter generationem fœtus, sic mammas ad ipsius in lucem editi nutritionem fuisse à natura primò constitutas, magis est rationi consonum. Sed quorsum in maribus mammæ dicit Aristot. quos nutrire non oportebat? Quia natura marem, & fœminam effingens, qui ejusdem erat speciei, similitudinem ac notam ejus membri, quod alteri sexui fructuosum admodum esset, huic etiam voluit imprimere, & ut sagax suam etiam utilitatem invenit cordis tutelam, quin & ad titillationem in viris faciunt, & papilla centrum ac terminus in pectore est, in quem venarum & nervorum huc pertingentium fines desinunt, ac copulantur: Perforatæ tamen in eisdem non sunt, quia lac non oportebat emittere, quamvis & id aliquibus contingere certum sit, & mammas aliquando habent viri, qui humidius temperamentum sunt sortiti, aclævore quodam præditi paryisque venis ut Aristot. auctor est 7. *de Hist. animal.* 1. quibus etiam nonnunquam lac generatur, ut suo loco patebit. Quod si quæras, cur mammillarum contactu provocantur mulieres ad libidinem? Sunt, qui respondeant, quia ex caliditate, quæ obtrectando mammis ingeneratur, incalescit uterus, & propter harum partium consensum excitatur libido. Ego verò non parum etiam ad illecebram illam voluptatem adjuvare puto acutum papillæ sensum, ex cujus pruritu titillatione vè mulier venit in memoriam anteactæ voluptatis, nam ut vir, in quo hujuscemodi consensus reperitur nullus, quodammodo oblectatur, magis tamen mulier, quia mollior in illa contrectatio; habet enim perinde ac culcitram substratam pinguedinem, ideoque papilla, sicuti in viro, offi non colliditur. Habet mulier duas mammillas, reliqua autem animantia plures, quia hæc plures fœtus illa unum tantum vel alterum nutrit; aviculæ mammillis carent,

Aristoteles notatur.

Mammillas cur habeant viri.

Mammarũ contactu libido excitatur.

Duæ cur mammæ.

carent, ne pondere earum volatus impediretur; pisces etiam mammis & lacte sunt destituti, quia, ovo intra se conceptо, animal posteà in lucem excludunt, in eo tamen genere cete, delphinus, balenæ, ac marinus vitulus mammas, & lac habere dicuntur.

De ossibus, quæ in muliere, uteri & mammarum ratione à viri ossibus dissident.

CAP. VIII.

NE quippiam huic tractationi desit, consonum erit, explicare, quæ ossa in mulieribus, uteri & mammillarum ratione, à viri ossibus diversam constitutionem acceperint. In primis os illud, sacrum appellatum, quod amplitudine superet reliquas omnes verbras, quibus veluti basis substernitur, in viris rectiùs, in fœminis ad exteriora magis recurvatum conspicitur, ne tamen cum medicis plebeis existimes, os istud fœminis, dum pariunt, dilatari ac propterea sacrum dici, quod sacram & magnam hanc operationem edat; cùm potiùs sacrum, hoc est, magnum, quod Græcè ἱερὸν sonat, nuncupetur: neque enim ulla ratione cedit, quare commentitia profectò, & adscriptitia prima appellatio censenda est. Fortasse tamen primum coccygis os ad aliquem motum in partu edendum, ubi imam sacri ossis partem media cartilagine excipit, vertebrarum compagem imitatur: Differunt etiam à virorum ossibus coxendicum ossium partes infimæ, quoniam in mulieribus mutuò longè magis distant: insuper ilium ossa, quæ intestina ac vesicam sustinent tuenturque, multò ampliora sunt, ipsorumque spina in latera latiùs, quam in viris, expanditur, quò levius ac minori negotio mulieres uterum gererent, ideoque etiam extrorsum insigniùs excavantur. Ad hæc infimæ pubis ossium partes magis in mulieribus sejunguntur, ac invicem veluti sinuatæ distant, sic ut vacua sedes inter os caudæ & internas regiones infimarum ossium coxendicum partium multo amplior & capacior, quam in viris occurrat. Præcipua pubis ossa non tam longa linea ac in viris committuntur; hac enim ratione & horum ossium brevitate natura fœtui gerendo excludendoq; prospexit. Illud verò est maximè absurdum, quòd quidam etiam magni nominis viri sunt commenti, pubis ossa in viris

Os sacrum.

Coccygis os.

Coxendices

Ilium ossa.

Pubis ossa.

Quorundã opinio vana

viris esse continua, in mulieribus autem cartilaginis interventu coalescere, ut partus tempore remitti, invicemque disjungi queant. Nam etsi commissura illa in utroque sexu cartilagine oppleatur, parturientibus tamen mulieribus hæc ossa invicem minimè disjunguntur, (cujus enim ope ad se ipsa posteà redirent rejungerenturvè?) quin potius obfirmavit natura valentissimis nexibus eas partes quæ aliquando violentia coactæ disjungi periculum esset, ut validum impetum sustinerent, sicuti futurum erat in enixu. Si opponas Hipp. in lib. de nat. pueri asserentem, circumstare partes ad latera muliebris pudendi, quæ diducuntur in partu; nec auctoritati experimentum deesse, siquidem apparet in parturientibus nonnullis partes ossis pubis à se invicem divelli: Respondeo, Hipp. ibi non de osse pubis aut sacro, sed de superioribus partibus coxendicis esse intelligendum, quæ quidem ob laxum nexum, quem cum sacro osse habent, fœtus impetui nonnihil cedunt, quæ tamen si extra modum per violentiam dissitæ fuerint, claudæ & ad incedendum impotentes redduntur mulieres; ad justam vero perfectamque ætatem nondum perveniisse illas, in quibus pubis ossa dissociantur; quod si in partu contigerit, rem esse periculo plenam, ac ob id quamplurimas obiisse, à quibus fortasse experimentum fuit desumptum.

Hipp. locus enarratur.

Crena usus Cord. 1. de morb mul. cap. 4. & 7.

Jam vero crenam (sic vocant cavitatem illam, quæ sub media ossis pubis parte inferiori latet) naturam efformasse, ut uretera partus tempore eò se reciperet, ne à compressione egredientis infantis læderetur, verosimile est, viris etiam propterea absque illo usu inesse, nequid in utroque sexu dissimile appareret, ut supra de mammis dictum est.

24. Dorsum.

Dorsi etiam superior pars diversam sortitur figuram, retrorsum vero magis in muliere inflexa est, ut, cùm uterum gestat, anteriori sede pondere gravata, posteriori corporis parte moles sustentetur, ac ita in æquilibrio corpus consistat; hinc est, quod gravidæ superiora corporis retrorsum inclinant cum incedunt.

Fœmoris ossa.

Fœmoris ossa ob coxæ amplitudinem superiori sede in mulieribus magis ab invicem distant, hinc lumbos prominentiores & fœmora crassiora habent.

Thorax.

Porro thorax anteriori sede nonnihil depressior est, quam in viris ut mammillis aptam pararet sedem; & costarum cartilagines, quæ in viris ad extremum senium cartilaginosæ persistunt, puellis ubi primum mammillæ excreverunt osseæ in ambitu nonnihil fiunt, ut mammillarum molem, quæ ipsis incumbit, melius sustineant, nec introrsum comprimantur.

Cartilagines costarii.

Quod

Quòd autem plerique opinantur pectoris os, quod sternon dicitur, in mulieribus esse perforatum, ut venæ extrorsum ad mammillas utrinque ferantur, figmentum omninò est, cùm solùm parte sui posteriori spongiosum sit & plenum foraminibus, in quæ vasa, à quibus alimentum capessit, ingrediuntur; venæ autem, per quas in mammas sanguis defertur, per spatia, intercostalia dicta obrepunt. Nec subinde in sceletis apparet, quod plurimi ferunt, virum unius costæ numero à muliere superari; fatendum tamen est cum sacris literis Evam ex Adæ costa à Deo Optim. Maxim. procreatam fuisse. Cæterum quamvis Adæ corpus ex altero latere unâ caruisset costâ, non ob id omnibus deinceps viris illam quoque deficere necessium est; cum præsertim ex Theologis multi adstruant, illam costam in primo homine, ratione individui, fuisse superfluam, ideo sublatâ remansisse perfectum: fuisse tamen necessariam, ratione speciei, quia de ipsâ mulier erat ædificanda, ut sic Adam principium esset totius humanæ speciei, sicuti semen, individuo superfluum, speciei perneccessarium est; Alii verbum in Hebræo positum non minùs latus quam costam significare scribunt, (ut Gallicè *coste*;) Itaque fuisse mulierem non de costâ viri formatam, sed de latere cui posteà excerpta caro supercreverit. Pro quibus facit id, quod sequitur: *Et replevit carnem pro ea*, seu, & clausit carnem in loco suo, ut Hebræi legunt.

Sternon os.

De partibus, quas natura machinatur, dum fœtus in utero geritur.

CAP. IX.

AGe vero explicemus nunc etiam, quæ intra prægnantis uterum toto gestationis tempore oriantur: Hæc autem sunt fœtum involventes membranæ, umbilicalia vasa, & fœtus ipse. Tria igitur numerantur circumdantia fœtum involucra, quæ non solùm sibi mutuo incumbunt, sed multis locis coalescunt, quæque natura quoad fieri potuit, unire satagit, ut quod roboris cuique deerat, id omnes à sese mutuò adipiscerentur. Primum & exterius involucrum, carnosa quæpiam affusio est, sive multarum venarum & arteriarum contextus, qui fœtui extrinsecus in orbem circumjicitur, ut quod ipsi

Involucra cur triplicata.

Primum chorion.

subest nullo pacto matricem contingat, per eamque mediam fœtus matrici connectitur; Chorion nuncupatur; & quamvis in brutis spatia quædam habeat membranis obducta, in muliere tamen, de quâ sola agimus, minime membrana est, sed venarum affusio, & carnea substantia; quæ propter formam medicis placenta dicitur, eamq; lienis carni recte conferes; ut n. hæc vasis undiq; attexitur, ita substantia illa uteri vasa in interius involucrum tendentia circumplectitur, nutrit, ac continet, simulq; sanguinem ipsorum nonnihil adhuc elaborat, fœtuique aptiorem reddit, adnascitur vero hæc substantia utero, & externæ Allantoidis membranæ superficiei, ac in partu eidem membranæ cum vasis ipsi intextis adnata exit, cui sane in latitudine ac situ correspondet; quam causam fuisse puto cur Platearius ipsam intestinalem, chorion nuncupaverit, apertius tamen decipiuntur alii, existimantes intestinalem tunicam esse eandem, quam Græci chorion dixerunt, eamq; ab Allantoide diversam, cum tamen intestinalis eadem omnino sit; quæ Græcis Allantoides, apud quos ἀλλᾶς intestinum est; fuit tamen facilis fucus, ob maximam sententiarum varietatem, quæ de fœtus involucris apud scriptores reperitur, nam & chorion propriè non hanc aut illam membranam, sed omnes una secundas, & totam involucrorum cõpagẽ significat, quamvis à Galeno ac reliquis Græcis singulariter pro affusione illa accipiatur, quam placentam neoterici dicunt, & in brutis mẽbrana est, in homine carnea substantia, seu: ut Galeno placet *lib. de vul. dissect.* multarum venarum, & arteriarum contextus; qui ita, ut exit, cum Allantoide conjuncta ab aliquibus etiam chorion dicitur, quasi fœtus sedes, à Latinis secunda vel secundina, quasi secundus partus: dicitur etiam loculus, Gallis *la deliurance*, Germanis büschele, Hispanis PAREAS. Nos affusionem illam seu placentam cum Galeno chorion dicimus, & clarioris doctrinæ gratia primam membranam constituimus, & maximè externam. Altera tenuissima est quam à similitudine farciminis Allantoidem Græcis nuncupari protulimus, seu intestinalem, aliis biles nuncupatur, Ascari, secca; hæc autem prius oritur, quàm Amnium, inter quam & chorion mediat, initium suum ex uracho meatu accipiens, angusta autem est, fascisq; modo infantem cingit, neq; enim totum comprehendit, sed eminentibus tantùm partibus capiti, natibus & pedibus superjacet, & ab uno uteri cornu ad alterum usq; porrigitur; tenuis & infirma admodum, ut quæ ex serosiori muliebri se-

Vsus chorii.

Platearii lapsus lib. de part. mul.

Secundina quid propriè dicatur.

Chorii nomina. Alterũ, Allantoides sive intestinalis.

bri semine tenui & infirmo coalescat ut quidam adstruũt, aut ex salivali humore viri, ut aliorum fert sententia, ad fundũ vesicæ ipsius fœtus recto & insigni meatu pervia, ut cum vesica committatur per urachũ in medio situm, est autem urinarium illius intestinalis membranæ initium. Hujus membranę usus est fœtum involvere, ac fœtus lotium in se ipso colligere usq; ad partum, modo duabus tunicis constat, quarũ altera amnio, altera chorio adhæreat, & inter eas urina fœtus contineatur, quod aliqui putant; modo una tantum, inter quam, & amnium urina fluitet, ut sanior est opinio; commodum vero naturę visum fuit, urinam illam tam acrem, ut nares Allantoidem secantiũ feriat & horrorem inducat, longius à fœtu in hujus membranæ spatium abducere. *Vsus intestinalis.*

Tertium & interius fœtum ambiẽs involucrum exquisita est membrana, longè quam farciminalis mollior, & prorsus alba tenuissimisq; venis & arteriis ad ipsius solam nutritionem intertexta, ideo à candore & mollitie ἀμνίον, ac veluti agnina, vel ut quibusdam placet, amiculum, ab obstetricibus conceptus armatura, Avicennæ Abgas; aliis avitium, sella, alicas, & aurelia nuncupatur. Inter hanc & fœtum, utrumq; excrementi genus, quod ex singulis partibus per concoctionem secedit, sudor nempè, & quæ proprio nomine carent sordes, colligitur humor albus, & sine fœtore, imo tam mitis, & innoxius, ut fœtus cutem, quam continenter tangit, nullo modo violet. Hæc duo excrementa primum in partu exeunt, & aquas vocant obstetrices, multus autem toto, quo geritur fœtus, tempore colligitur sudor, eamq; membranam propterea multum distendit, quamobrem ne disrumperetur, facta est à natura robustior, licet tenuior quam farciminalis: Illius humoris utilitas non contemnenda est, nam fœtus in eo quasi innatans sursum attollitur, ac vehitur, ut minus sit gravis iis vinculis, per quæ matrici cohæresçit. *Tertium amnium.* *Sudor fœtus.*

Non potest sibi persuadere Mercatus, sudorem esse humorem istum qui intra amnium continetur, sed alium à natura excogitatum pro fœtus commodo. Si enim, inquit, extra uterum non nisi violento motu sudor fit, quomodo infans sudare poterit, qui non exercetur. Hæc tamen ratio invalidior est, quam ut illa commotus à sapientissimis viris discedere debuisset; extra uterum quidem non sudamus, nisi vehementer exercitati; quia densiori sumus contexturâ, & non nisi valido exercitio meatus rarefiunt; at infans cum humidissimus sit, & contexturæ rarissimæ, facile sudare absq; ullo exercitio potest, præsertim præ- *Vsus sudoris in fœtu.* *An fœtus sudorem in utero emittat.* *Mercati sententia improbatur*

pollente calore, quin etiam extrà videmus, multos absq; exercitio æstivo tempore abundante calore & humiditate in lecto jacentes copiosè sudare, maximè si calidum bibant aut comedant; meminerit quoties propinato guajaci poculo, aut simili alio absque motu sudor copiosissimus erumpat; Atqui puer, & humiditate, & calore abundat, & in loco calidissimo multis stragulis opertus continetur, & humido calidoque sanguine alitur, & raram habet contexturam: Quare nil obstat, quo minus sudorem possit emittere; quod si admittit, humorem hunc à naturâ excogitatum fœtus gratia, unde illum demandaverit etiam indicare oportuisset, non autem aliunde propius aut commodius, quàm ex sudore fœtus; sic enim solet solers natura ex uno opere sæpius nobis multas commoditates impertiri. Sed ut ipsi Mercato iter omnino occludamus, revocemus illi in memoriam id, quod ipse absq; controversia fatetur, dùm fœtus in utero est, totam menstrui sanguinis materiam, ad illum converti; in lucem edito ad mammas; menses viro quantumvis frigidissimo nunquàm evenire; fœminæ ob fœtus nutritionem, excrementum in menstruum converti; cur igitur, quæ hæc novit, non noverit etiam infanti sudorem provocare, ut & ab illo expurgetur, & purius alatur, & substratum humorem, quem aliunde debuerat alioquin mutuari, inde suscipiat, quò tandem in partu humectetur, laxioresq; viæ fiant, & fluidiores; quæ altera est ex supra dictis humoribus, tùm fœtui, tùm matri communis utilitas; quo enim tempore vasa pariter membranæq; disrumpuntur, fœtus hoc liquore perfusus, facilius elabitur collo matricis; neq; solum fœtibus lubricandis confert, sed etiam ipsius matricis collum ad maximam dilatationem facile reddit; à prædicto siquidem liquore humectatum mollius efficitur, dilataturque facilius, summo Dei beneficio, ac magno naturæ mysterio, quæ humoribus iisdem, quos pro fœtus salubritate gigni oportuerat, ad ipsius promptiorem exitum summa providentia utitur.

Natura solertia.

Alter usus seu utilitas.

Obiectio. Sed ut ad fœtus involucra, quæ hoc caput sibi vendicant, tandem redeamus, dicet fortasse aliquis, si velamina hęc sunt adeo tenuia, ut aranearum telis similentur, &, nisi inter dissecandum moderate tractes, facile abrumpantur, cur quæso ipsa non disrumpuntur cum gravida ipsa currat aliquando atque saltet? Cui respondemus, non fortunæ temerariæ, sed mirabilis artificis hoc esse indicium, cognoscentis tenuia ac debilia corpora firmiora reddi, & ad quemlibet impetum sustinendum

Solutio.

dum aptiora, si alia aliis invicem conjungantur; sic quæ ex lana aut aliis fomentis vel pilis contexuntur, robur longe maximum ex mutuâ compositione adipiscuntur. Sed cur non statim initio natura singulas ipsas fortes effecit? hoc etiam naturæ, & ejus immensi auctoris maximum fuit beneficium, quia si crassæ essent ac durę, pondus cum tumore maximo à gravidâ pependisset, quòd non illi modò esset molestum, sed angustiam non necessariam fœtui præberet; & insuper dum pariendum esset, rumpi etiam omnes non facile possent.

De vasis, quæ ex utero fœtui inseruntur.

CAP. X.

SUperius jam explicuimus, qua ratione pleraque venarum & arteriarum oscula ad uterum perveniant; hæc autem intra ipsum extremitatibus suis nodosas quasdam eminentias, ani hæmorrhoidibus similes, habere plerique dicunt, quas alii cotylidonas, hoc est, acetabula, appellant, ejus herbæ figuram imitantes, quam Græci ob acetabuli seu heminæ formam cotylidonem, & à cymbali imagine cymbalitidem nominarunt, nos umbilicum Veneris, & acetabulum dicimus. Cæterum hujuscemodi eminentiæ num in solis brutis, an etiam in utero muliebri reperiantur, quæstio fuit jam Galeni tempore controversa, & de qua adhuc apud insigniores anatomes professores pugnaciter contenditur, quod contigisse suspicor, quoniam, qui primi corpora brutorum dissecuêre, in vaccæ, cervæ, ovis, & capræ utero illas eminentias ad acetabuli formam effigiatas invenerunt, ideoque qui post ipsos in humano utero eadem vasorum ora terminari considerârunt, etsi protuberationes illas insignes non haberent, tamen analogicè eodem nomine appellandas censuerunt; quod melius est ita existimare, quàm vasa ipsa ab Hip. & reliquis antiquis acetabula dici, quêadmodum Vesalius comminiscitur, non aliâ ductus ratione, quam ut tacitè Galenum suo more convellat; cum tamen is differentiam inter acetabula uteri humani, & brutorum apertè cognoverit, quod in muliebri utero minora multo sint, quam in aliis brutis reperiantur, & Hipp. exponens 5. Aph. acetabula non vasa, sed ipsa vasorum ora Hipp. nominasse concludat: hanc tamen quæstionem quia voculas

Dub. Acetabulæ seu cotylidones an in humana specie sint, an vero in brutis dũtaxat

Tenendæ sententia.

5. de fabrica 10. Vesal. Lib. de vulva dissect. Galenus. Dub.

Conceptio an facilius contingat incipientib. deficientibusq; mensibus.

Medicorum sententia.

Improbatur

Diluitur ratio.

Conceptionis ratio.

spectat de quib. sum parũ sollicitus, missum facimus; si modo intelligas prædictas eminentias in utero, ubi mulier conceptura est, aperiri: conceptionis vero tempus esse, vel incipientibus vel cessantibus menstruis medici tradiderunt, quia tunc aperta sint vasorum oscula, ex quibus uterus exasperatus melius semen retineat, & purgatio lunaris neq; multa neq; acervatim tunc effundatur, sed ea mediocritate, ut ab elabentis sanguinis paucitate semen abunde alatur, non suffocetur: sed enim priusquã fluere menses cœperint, mulierem non concipere, quod & semen careat alimento, & unde adhærere possit non habeat, levem enim tunc uterum esse, ob vasorum concluſionem, ut inde semen, tanquam calx à levigato pariete ocyssime elabatur, qui n. parietes illituri sunt, eos prius exasperant, deinde colores inducunt: Et quamquam reliquo toto purgationis tempore apertæ sint venæ, tamen (inquiunt) mulieres non concipere, quod semen influentis sanguinis multitudine eluatur: In eo tamen videtur peccare hæc ab Hip. Galen. & reliquis, tum Græcis, tum Arabicis medicinæ scriptoribus concepta, & à neotericis omnibus probata opinio, quod dicat mulierem non concipere, nisi cessantib. aut incipientibus menstruis, hoc siquidẽ è diametro pugnat cum sacris literis Lev. 15. ubi interdicitur mulieri, accedere ante numeratos septem à suâ purificatione dies, quod ipsæ religiosissime observabant, & tamen fœminas Hebræas fœcundissimas fuisse constat: Neq; verò eorũ ratio ulla est tota n. in eo consistit, quod occlusis vasorum osculis levigetur uterus, ideoq; semen non adhæreat, quasi vero uterus ipse non habeat attrahendi & retinendi semen nativam vim: potest levis ventriculi superficies interna alimentum non adeo aliquando familiare usq; ad concoctionem retinere: potest levigata vesica urinam acrem & mordacem, potest folliculus fellis amaram, & supervacaneam bilem complecti: cur igitur vulva seminis substantiam sibi adeo familiarem, & tanta aviditate prolectam non poterit retinere? sed donem⁹, opus adhuc esse uteri asperitate, illa mihi profectò satis videtur, etsi perexigua quam oscula venarum ẽt obcæcata, & nullo sanguine fluente efficiunt, dũmodo non multò pòst fluat in eos, quos (ut jam tandem institutum repetam) usus aggredior. Posteaquam semen concipitur, illiq; membrana veluti refrigeratis pultibus obducitur (quam ovi internæ pelliculæ Hip. assimilavit) venæ, & arteriæ uterũ implicantes aperiuntur, membranamq; eam, ipsumq; semen amplectuntur: ex iisq; quasi augeantur,

nova

accreſcũt vaſa, ita ut ab unoquoq; oſculo vas generetur, ab oſculo nimirum arteriæ arteria, à venę oſculo vena, ex quib. fœtus jam formãdo enutriendusq; eſt, non aliter quam matris brachium aut crus: Quæ tñ quia ſui in exortu plurima ſunt, & incommodiſſimũ fuiſſet fœtus corpori tot implantari: poſtquã affuſionẽ illam genuere, quam orbicularẽ eſſe, placentæ in modũ, & chorion à Galeno nuncupari, ſupra jam diximus, quò validius firmarentur inter ſe deinde, coeunt, & in duos veluti ſtipites deſinunt: coaleſcentiæ autem modus talis eſt, qualis dum multæ ac tenues arboris radices binæ & ternæ inter ſe ita conjunguntur, ut ex ipſis aliæ majores quidem mole, numero vero pauciores exoriantur, & hæ rurſus coeuntes alias producant, idq; tantiſper fiat, quoad in unum duove conflatæ omnes ad terræ ſuperficiem, & arboris trũcum deſinant, hâc enim penitus ratione vaſa hæc ad ipſum fœtum, allantoidem perforantia, ſe ingerunt, & dicuntur umbilicalia. Nihil n. aliud eſt umbilicus, quam quatuor hæc vaſa, in medio ſui urachum habentia, h. e. lotii ductorem Avicennæ ſumen appellatum, hic verò eſt principium farciminalis tunicæ, & propterea perforatus ad fundũ veſicæ ipſius fœtus, ut per ipſum excretum lotium, ea, quâ diximus, parte colligatur, longè n. præſtiterat, fœtum non per pudendum urinam reddere, ſed ut nunc habet, per umbilicum, propter ipſius urachi rectitudinẽ, cui tamen muſculus circumjectus eſt nullus, qui proſpiceret, ne excrementa intempeſtivè effluerent, cujuſmodi in natis, quoniã nullũ tempus ad id fœtui eſt intempeſtivum. Hic tamen meritò dubitabis: ſi verũ eſt, puerum ex collo veſicæ urinarium meatum usq; ad apicẽ virgæ apertum habere, cur potiùs lotium per urachum tranſmittit, quam per illum? vel ſaltẽ cur non aliquam ejus partẽ ipſa veſica per virgam ejaculatur? cauſa hujus rei eſt quia latitudo urinaculi multo major exiſtit, quam ea quæ veſicæ collo ineſt, item rectitudo ejus major, qua quidem ad educendam urinam colli obliquitate eſt præſtantior: propterea nullus eſt muſculus extrinſecus urinaculo appoſitus, uti diximus, qui effluxum urinæ prohibeat, cujuſmodi ſphyncteris reperitur ad collum veſicæ, pro quo conſtringendo aut laxando voluntariâ actione fœtus indigeret, qua tamen in utero caret, ut Galenus autor eſt lib. de fœtus formatione, & infrà latius patebit. Ratio autem experimento firmatur, ſi enim dividas eam peritonei partem, quæ veſicæ præponitur, & umbilicum attollas, & quod in veſica continetur, manu comprimas, cernes

Vaſa umbilicalia.

Vmbilicus quid. Vrachus.

Cur per urachum & nõ per penem urinam reddit infans.

Solutio.

cernes lotium per urachum in farciminalem effluere membranam, quam si rursus compresseris, vesicam implebis; sed redibo ad sermonem, quem reliqui. Ex illis vasis in interiori farciminalis involucri superficie veluti ex puncto unum teres longumq; instar chordæ corpus prodit continens umbilicum, duas arterias, totidemque venas, ac urinaculum; ubi ex venis una tantum efficitur, quæ per umbilicum delata simæ parti epatis ipsius fœtus inseritur, venaque cava appellatur, & per hanc ad fœtus alimentum sanguis ab utero derivatur, qui postea ab epate in omnes corporis partes distribuitur. Similiter duæ arteriæ circa vesicam firmantur, & arteriæ magnæ inseruntur. Hæc vasa ubi unum corpus efficiunt, & chordæ instar aut teretis alterius corporis ad fœtus umbilicum deducuntur, locis nonnullis veluti tuberculis nodisque distinguuntur, ut mora in illis facta adhuc amplius sanguis elaboretur; quibus numeratis nodis (non enim iidem numero sunt omnibus) prædicit Zirbus, ex mente Albumazaris, tot adhuc fœtus ab eo utero prodituros, quot ipsi sint nodi, à quibus auctoribus hanc prognosticationem, quæ sciolæ videri volunt, obstetrices susceperunt, licet totidem ferè in extremo partu, quot in puerperio primo, sæpenumero conspiciantur. Porro umbilicus laxus est, duos plerunque cubitos longus, & multis modis fœtum præcingens; quem tamen usum fœtui in utero præbet, eundem nato infante amittit, propterea exsiccatus ligamenti usum acquirit. Sed enim vena umbilicalis non gibbæ epatis parti, sed simæ inseritur, quia bilis receptaculum ibi erat, satiusq; fuit sanguinem prius purgari. At cur ipsa statim post umbilicum in unam coit, arteriæ vero longo itinere manent duæ? quia tutius erat venas coalescentes unum magnum vas efficere, sic enim minus esset injuriis obnoxium; insuper quia epati parti non admodum distanti venam erat necesse, arterias vero, ut quæ supra vesicam tuto vehuntur, neq; statim ad cordis sinistrum ventriculum perveniunt, non erat necessum unum efficere. Nunc quoniam de membranis & vasis egimus, de ipso fœtu cujus gratia reliqua in utero generantur, nonnihil adjiciamus. Situs ejus in utero ferè talis est, incurvus totus, ac contractus talos ad nates applicat, ipsum vero caput in genua pronum decumbit manibus inter genua & caput utrinq; insertis, vultus & os in genua ita obversa inclinantur, ut nasus inter genua dependere, oculi autem uterque alteri genuum propemodum impressi videantur; itaque forma ferè

Vasorum umbilicalium implantatio.

Per umbilicum fœtus in utero nutritur.

Vmbilici nodi.

Card. de rer. var. lib 8. cap. 44. Zirbi commentum de nodis umbilici.

Longitudo umbilici.

Dub.

Solutio.

Fœtus.

Situs in utero.

ferè sphæricus est, sic enim melius retinetur, paulo tamen oblongior, ut in partu claustra angusta melius penetrare possit, & sic ad anteriora uteri aspicit mas, fœmina ad posteriora, quãvis & aliquando capite elato, aliquando transversim jaceat, quæ tamen positiones, & multa alia, præter naturam, nec sine periculo sunt. Per umbilicum fœtus utero toto gestationis tempore, perinde ac per pediculum fructus arbori, alligatur, cæterum partus tempore instante cum magnus & perfectus infans uterum distendit, tunicæ pro infantis mole angustæ redduntur, neque jam sanguis sufficiens alimentum exhibet, ideoq; concitatus infans sese convolutans exilit, membranas disrumpit, acetabula dissolvit, & tunc arcana quadam ratione uteri ostium aperitur, aquæ dictæ prius exeunt, vasa umbilicalia ab utero suisq;, unde prognata fuerant, vasis cum in modum abscedunt, quo maturus fructus, aut in autumno folia suis pediculis ab arboribus abscedi abrumpiq; cernimus: tandemq; fœtus progreditur umbilico adhuc nexus, quem mulieres forpicula, aut cultro, bruta vero dentibus discindunt: ipsa autem involucra fœtus mox cum sanguinis defluxu quodam, propter abrupta vasa, subsequuntur, quæ mulieres asperso sale exurunt, aut aliquo defodiunt, bruta devorant, nisi ipsis ab astantibus præripiantur. Sed videtur jam hoc caput justam adeptum magnitudinem, quapropter reliqua, quę tum ad fœtus formationem, tum ejusdem in lucem editionem spectant, in tertium, quartumq; hujus operis librum oportunius explicanda rejecimus.

Per umbilic cum fœtus utero alligatur.

Partus.

Vmbilici sectio.

Secundina exitus.

Lib. 3. c. 11.
Lib. 4. c. 7.

De similitudine partium fœminarum cum partibus viri.

CAP. XI.

EX dictis jam facile colligere est, easdem, quæ in viro insunt partes, in muliere etiam reperiri, hoc solùm differentes, quod in mulieribus quidem intus sint conditæ, in viris extra prominent. harum enim utras prius mente conceperis, mulierem extra invertendo, virorum verò intro replicando, omnes inter se similes invenies. Si enim fingas virorum pudenda inversa, & inter rectum intestinum ac vesicam constituta, matricis locum scrotum occupabit, extrinsecus autem utrinque testes adhærere, & colem maris in matricis collum evadere

Eadem quæ in viro, in fœmina etiam sunt partes.

comperies; quæ verò cutis est in fine colis, (quod in viris præputium appellatur) ipsum pudendum muliebre repræsentabit. Jam verò si rursus imagineris, matricem inversam & extrà prominentem, tunc testes ipsius parte interna contineri, ab eademq; veluti ab scroto circumdari necessum erit; collum autem, quod antea intra peritoneum erat abditum, nunc pendere, ac colem virilem efficere; pudendumq; muliebre, quod hujus colis cutaceam quandam ὑπόφυσιν esse diximus, invocatum præpûtium commutari. Perinde consentaneum erit, arteriarum, venarum, vasorumq; spermaticorum positionem una cum iis transferri. Tunc deniqúe plane intelligas, nullam viris partem inesse, quæ in mulieribus non sit, tantumq; positione differre, & magnitudine, idemq; fœmineis his partibus accidere, quod talparum oculis; obtinent enim vitreum ac cristallinum humorem etiam talpæ, & tunicas his circumdatas non minùs quam animalia, quibus oculi prominent; verùm neq; eis aperti fuerunt oculi, neq; foras prodierunt, sed intus imperfecti manserunt, veluti partes supradictæ in fœminis, propter caloris ad extrudendum infirmitatem, quæ an satis sit ad producendam sexus diversitatem, suo loco latiùs disputabitur. Nunc hæc sufficiant de partibus, quibus fœmina à viro dissidet, deq; iis, quæ gestationis tempore in ipso utero generantur, quæ propterea præmittenda esse omninò necessarium duximus, quia quemadmodum ad historiæ fidem Geographia, sic ad medicas tractationes partium humani corporis cognitio plurimum confert; ut enim, qui rerum gestarum memoriam repetunt, non illas rectè possunt exprimere nisi prius locos, quibus obtigerunt, depinxerunt atq; adumbraverint; sic procul dubio si, quæcunque circa hominis generationem solent contingere, sunt enarranda, necessum est eas partes perspectas habere, in quibus ea omnia agenda peragendaq; sunt, sive feliciter id fiat, ut per sanitatem; sive minus auspicate, ut per morbos. Qua tamen in re sicuti & in sequentibus innumera pene reperies, quæ & antiqui penitus ignorarunt, & nos opinari tantum ingenuè fatendum sit, multa quæ sibi soli reservavit summus & sapientissimus ille opifex, cujus inenarrabilem bonitatem, ac sapientiam in hoc potissimum pangendo divino opere, quod voluit cæterorum mirabilium perfectionem esse atque centrum, nemo unquam satis laudabit; quod cum ita sit & ignorantiæ non raro accedat philautia, qua nihil nos ignorare videri volumus, hinc factum, ut quicunque

Lib. 3. c. 8.

Anatomia ad geographiam similitudo.

Philautia multorum errorum causa.

cunque habiti sunt sapientiores, Hippoc. Plato, Aristoteles, Galenus, & qui post illos secuti sunt, ad propria commenta non rarò recurrerint in quibus quò quisq; in re dubia & obscurissima fuit acutior, eo apud scriptores locum obtinet præstantiorem: Quia nimirum ita placuit Deo glorioso & sublimi, velamento stultitiæ, ne arcanum sui divini operis in propatulo esset, thesaurum suæ sapientiæ abscondere, ut humanam sapientiam pessundaret: Quamobrem sanctissimus Rex idémque Propheta merito dicebat: *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmaverunt me*; Et sanctus Job corporis universi plasmationem tribuit Deo conditori. Quin & Aristoteles & Galenus ipse in DEUM assurgunt, quoties corporis humani divinam fabricam in pangendis, connectendis, ac disponendis membris summoperè admirantur. Nos igitur, etsi furorem esse existimemus temere ac insolenter nobis plus satis tribuendo, ea quærere quæ nostris mentibus excellunt, & ea docere, quæ fortè ignoramus: tamen honestum censemus laborem, qui ad humanas capessendas disciplinas comparatur; Ideò DEI Optim. Max. opem nitentes, eundemq; summa veneratione laudantes, in his, quæ diximus, quæq; dicturi sumus, curavimus ea, quæ pro captu humano vero similiora visa sunt, & magis rationi consentanea, quæq; à probatissimis scriptoribus, factà etiam pensiculatè inter eorum dicta electione accepimus, aut experimento comprobavimus, ea solummodo posteritati commendare.

Finis libri Primi.

Roderici à Castro Lusitani Philosophiæ ac Medicinæ Doctoris

De natura Mulierum

Liber Secundus

De Semine & Menstruo.

Quid semen, quidve genitura & humiditas salivalis.

Caput. I.

Generationis principia duo.

PRoditum supra jam est duo esse nostræ generationis principia, semen & menstruum, ac proinde superbissimi animalis originem debilem, fragilem, & prorsus imbecillem quinetiam corruptibilem atq; mortalem, de his igitur hoc libro agere decrevimus, & primò de semine, de quo, quid sit; quæ ipsius natura; & an mulieres semen emittant; quidq; ipsum ad generationem conferat: an vivat, & animatum sit: à toto ne corpore decidat: ubi generetur & formam accipiat: quidve testes ad ipsius generationem conferant; & cur orta ab eodē membra deperdita instaurari minimè possint; tandemq; quid sit formatrix facultas in eo contenta; quæq; sint boni ac prolifici seminis conditiones; breviter atq; contractè enucleabimus. Semen igitur auctore Aristotele *2. de generat. animal.* id est, ex quo primò oriuntur ea, quæ secundum naturam constituuntur. Galenus nihil aliud esse dixit, quam sanguinem in venis, quæ ipsum continent exquisitè confectum. Autor definitionum humorem esse dicit, in vasis, quæ à testibus exoriuntur, contentum, calidoque constantem spiritu, ex-

Fragilis est humana origo.

Semen quid Ar. cap. 4. Galen. 2. de semine.

Seminis definitio.

tu, ex quo nasci hominem liceat. Alexander, amator veri dictus apud Priscianum, dicit, semen esse sanguinis spumam; Ejusdemq; opinionis fuit Diogenes. Medici vero summo inter ipsos facto consensu definiunt utilem superfluitatem ultimi alimenti sanguinei in partes distributi; quam nos etiam definitionem libenter amplectimur. Quicunque de semine subtilius differunt, à genitura distinguunt, quia, inquiunt, genitura est causa, principiumque generationis, proveniens à perfectis animalibus, quæ naturâ coeunt: semen vero plantarum etiam est, & animalium imperfectorum: unde colligunt, genituram ens esse naturale imperfectum: utpote quod alterum tantum generationis principiũ obtineat, cujusmodi est semen viri: semen vero ex duobus rerum naturalium principiis constare, cujusmodi est nux, triticũ, hordeũ & alia semina, quæ perfecta sunt in genere suo, non minus quàm ipsum animal: Quâ ratione seminis, quam genituræ, latior est acceptio, ex semine enim, non ex genitura plantas & imperfecta animalia provenire recte dicimus, ex genitura vero perfectior tantummodo: cæterùm Hipp. non solum ipsum semen recens emissum, aut in suis vasis contentum, sed quamdiu fœtus nomen non meretur, etiam muliebri semini commixtum, & in utero conceptum genituram appellat. Porro autẽ semen excremẽtum esse ex eo concluditur, quod neq; pars aliqua corporis est, neq; res præter naturam: supereſt igitur, ut vel sit alimentum, vel colliquamentũ, vel excrementum: alimentum quidem res adventitia est non insita: cum igitur semen insitum sit non est alimentum, multo minus colliquamentum, quia omne tale præter naturam est: insuper quia locus secundum naturam nullus colliquamento est datus, sed hac illac fluit, quocunque facilius feri potest, naturalibus vero excrementis locus destinatus est, verbi gratia, alimenti sicci excrementis, alvus: humidi vesica: utilis ventriculus: seminalis testes, & vasa varicosa: præterea crassi homines multo minus fœcundi sunt, ac minus seminis habent, non est ergo colliquatio, nam crassum ab agente colliquante magis destillat: quid? quod si colliquatio esset, semper læderet: atqui nonnunquam allevat corpus redditque alacrius: supereſt igitur ut sit excrementum; Utile tamen, utpote à quo magnam utilitatem natura consequatur, & vegetior atque vigorosior reddatur. Cum igitur ultimum alimentum utilissimum sit, utpote ex quo jam unumquodque gignitur membrum, semen ejus potiùs, quam alterius

Genitura à semine quid differat.

Lib. de natura pueri.

Seminis destinatio explicatur.

Naturalib. excrementis locus est destinatus.

Excrementum quale semen esse.

terius alimenti excrementum esse oportuit, si adeò utile excrementum futurum erat, ut ex eo homo ipse generaretur: quo loco, uti Aristoteli placet, excrementum appello reliquias alimenti; colliquamentum verò id, quod resolutione præter naturam ex incremento secernitur. Unicum sanè perpetuæ propagationis atque subsistentiæ rerum præsidium semen est, cui nisi inesset propagatrix quædam vis, specierum conservatrix, brevi temporis spatio cuncta deficerent animantia, quæ in individuis ætatis progressu & morbis dissolubilia esse diximus atq; mortalia, in specie vero perpetua & æterna seminis ratione cõservantur. Constat semen materiâ, & facultate, illa ex primis rerum elementis conflatur; sanguis enim ex iisdem quatuor rerũ principiis, quæ in cibis inerant, constituitur, cujus seminis materia portio est; Facultas vero formativa pars est animæ vegetantis, ut suo loco dicendum erit, & in spiritu genitivo consistit, qui multò diviniorem naturam sortitur: Omnis enim animæ sive virtus sive potestas alterius cujusdam corporis particeps est, ejusq; divinioris, quam quæ elementa appellantur, dicente Aristot. *2. de generat. animal.* Porro duplex, tum maribus tum fœminis semen inest; prolificum unum, quod proprie semen appellant; salivalem succum alterum quod seminis nomine non nisi æquivoce comprehendunt, quippe quod inutile sit ac minime prolificum, nisi quod ex virili Allantoidem membranam coalescere, quam suprâ ex fœmineo semine generari prodidimus, quidam putant, cæteroquin ad oblectamentum duntaxat natura illud molitur; in viris eodem ferè itinere, quo fœcundum semen, progreditur; in fœminis uteri cervicem per tenuissimas fibras adit: Hoc cum emittunt, mira voluptate afficiuntur, quod non perpetuo in seminis prolifici emissione, sed plerumque evenit; plures enim citra libidinis voluptatem conceperunt. Hic porro humor reliquo tempore paulatim & sine sensu illabitur, in coitu repente, ideoq; cum maximo suo sensu, & incredibili, ut fertur, voluptate exsiliendo, ac per saltus, haut secus quam virile semen tanto in plerisque impetu irrumpit, ut marium more longius prosiliat; tot voluptatum illecebris & irritamentis ad coitum opus fuit, quæ nisi sagax natura paravisset, vix quisquam esset, qui conceptionis humanæ locum contemplatus, tot sordes quæ assiduo influxu ipsum inquinant, subjecti crassi intestini, & superpositæ vesicæ viciniã, mulierum complexus persequi voluisset: nec ulla viro se jungere fœmina

Excrementum quid.

Colliquamentum quid.

Seminis materia.

Facultas.

Semen duplex.

Galen. lib. de sem.

Salivalis humoris usus.

mina appetiviſſet, quæ nonimeſtris geſtationis labores, & partus matri ſæpe funeſtos dolores animo volviſſet. Sed ut ad ſalivalem ſuccum redeamus, illum fœminis affluere planeconſtat, cum ipſæ in coitu vehementer oblectantur, & qui concumbunt, circa pudendum ſibi eum effundi percipiunt: At ſpadonibus hic humor voluptatem quandam afferre videtur; quamvis Alexander Aphr: non propter illum, ſed propter memoriam anteactæ voluptatis illos tantummodò, qui jam juvenes fuerunt caſtrati, in coitu delectari exiſtimat, ſed nihil vetat duplicem hanc cauſam voluptatis in ſpadonibus conjungi, ideo haud ſine ratione amatores eos eſſe mulierum maximos tradidit Comicus Poeta. Idem humor fœminæ utpote frigidior, ac ad prolis generationem prorſus ineptus, jure poſt coitum effunditur ſuo jam functus officio. Quod ſi verum eſt, non video qui poſſit conceptionis ſignum eſſe à fœmina exſiccato pudendo diſcedere, & ex humectatione eandem non concepiſſe colligi; quandoquidem hac humiditate diluitur, etiamſi ſemen contineat uterus, quare potius exiſtimo concepti ſeminis ſignum eſſe arido pudendo diſcedere; dilutum vero non ſemper coitus infœcunditatem arguere, quia potuit retineri prolificum ſemen, quod ad uteri fundum projicitur, affluere ſalivalis hic ſuccus, qui ad cervicem. Virorum autem ſalivalis humor in coitu fundo retinetur, utpote vigoroſior, & qui fœcundi ſeminis fœminei naturam prorſus refert, ſunt tamen auctore Galeno ſpecie ſimilimâ, ſemen, quod in fœminarum teſtibus continetur, & humor, qui in glandulosis marium corporibus reperitur.

Salivalem ſuccum fœminis ineſſe

Spadones quare incoitu delectentur.

Virorum ſalivalis humor.

14. de uſu part. cap. 11

De ſeminis natura atq; præſtantia.

CAP. II.

SEmen natura calidum & humidum eſt ideo aliquando nomine calidi innati, & humidi radicalis, unà cum ſanguine comprehenditur; & ſi probè concoctum fuerit, colore album & ſplendens eſſe oportet, ut vel hinc pateat, quam parum verè Herodotus ſcribat, ſemen nigrum Æthiopes promere: ſubſtantiâ craſſum redditur, lentum, ſambuci vel paimæ odore, apibus expetitum, & quod in aquæ fundum immergitur: Eſt etiam fœcundum & bonum id, ad quod plurimum vitalis

Seminis temperatura.

Color.

Subſtantia.

Odor.

vitalis ſpiritus ex corde & univerſo corpore confluxit, qui ibi teſtium & vaſorum vi genitivus fit: aereum inſuper ac globulentum, & quod inſtar grandinis concreſcit, non tamen à frigore, ſicuti grando aut nix, ſed à proprio ingenitoque vaſorum, & teſtium calore, neque humore ejuſdem vi diſſipato, ſicuti illa, quæ multum terrenæ ſubſtantiæ admixtum habent, veluti lutum, & reliqua terrena, quæ fervore ſolidantur, ſed ampliore concoctione agitante, & ut candidum ovi, oleumvè diutius agitatum in ſpumam ingentemque tumorem vertitur, coercito flatu, ita ſemen ab immixto ſpiritu in denſiſſimam turgeſcit ſpumam, cujus bullas vix cernere poſſumus, ſicuti neque butyri: Hâc de causâ Poetæ Venerem Aphroditen & ex maris ſpuma prognatam dixere. Hic tamen ſcrupus eſt, ſi enim craſſum ſemen, albumque ex homine prodit; cur mox refrigeratum humeſcit, & in aquæ ſpeciem coloremque convertitur; nam ſi terrenum ſemen eſt, in humorem totum & aquam converti non poſſet; ſi aqueum à frigore potius, ut cætera, quæ aquea ſunt, quàm à calore congelari oporteret atq; concreſcere? Solutio ex dictis eſt, ſemen enim duplici ſubſtantiâ conſtare docuimus, ſpirituosâ unâ, alterâ craſsâ, & tenaci, quæ interno calore & ſpiritus copia, eâ, quâ diximus, ratione calore in ſpumam converſo ſpiſſatur albeſcitque; egreſſum vero ſemen calore exhalante liqueſcit, non congelatur, propter incluſum incongelabilem aerem, & ſpiritum, qui ſi etiam evanuerit, veluti aqua remanet minimum habens terrenæ portionis: Venit itaque culpandus Theſſeus medicus, qui apud Priſcianum elephantorum ſemen ita poſt egeſtionem ſolidari dixerit, ut electri ſimilem ſubſtantiam ſumat. Sed ut ad ſeminis conditiones regrediamur, illud etiam bonum ac prolificum eſt, quod in tertii ſeptenarii complemento generatur, quia tunc ſtat longitudinis diameter, & corpus incipit inſpiſſari ſecundum latitudinis, & profunditatis diametros; verum circa triginta annorum ætatem habet homo ſemen perfectè maturum; imo mulier, ſi imprægnetur ante vigeſimum primum annum, debilitatur, & palleſcit; albi etiam, nec multum pingues, nec admodum graciles, plus ſemine abundant, quàm nigri aut fuſci, quia etiam humore redundant, qui ſeminis materia eſt. Infœcundum vero ſemen habetur, quod aut in aqua innatat, aut prædictis qualitatibus caret; item viri ſemen multum coeuntis, quia incoctum eſt, & vaſa ſeminaria debilitantur: non eſt etiam prolificum ſemen.

Venus Aphrodite quare dicta Dub.

Solutio.

Theſſei medici opinio de ſemine Elephanti.

Semen qua ætate maturum.

Infœcundi ſeminis indicia.

men senis in ultima senectute, quia non satis eorum natura potest concoquere: neque pueri ante decimum quartum annum, propter incrementum, & quamvis aliqui referant vidisse quosdam, qui genuerunt in duodecimo, illud nihilominus rarissimum est, nam vel nondum semen habent, vel si habent, aquosum est & penitus indigestum; est præterea invalidum semen ægroti propter imbecillitatem, & ebrii aut nauseabundi, quia aquosum etiam est, & indigestum. Quæres fortassis, calidumnè semen an temperatum fœcundius sit? Respondeo: semen fœcundum dupliciter dici: aut quod facit ad plurium generationem, aut quod cum plurimis fœminis generat: primo modo calidum semen valdè fœcundum esse manifestè inquit Galen. *art. med. 95.* quia quemadmodum ex ventriculi functionibus coctio in calido melior fit, quam in temperato, eo quod calore promovetur coctio, ita cum conceptio coctione peragatur, semen calidius magisq; coctum aptius est ad generationem, & fœcunditatem: Secundo modo fœcundior uterus appellatur teste summo dictatore Hip. temperatus, quia ex pluribus viris, etiam variè temperatis, liberos suscipit, quâ etiam ratione temperatum semen pluribus uteris susceptum fœcundatur. Ejus verba 5. Aph. ita jacent; *Quæcunq; frigidos & spissos uteros habent, non concipiunt, & quæcunq; præhumidos uteros habent, non concipiunt, exstinguitur enim in iis genitura; & quæcunq; siccos multum & præcalidos, nam ex defectu alimenti corrumpitur semen: quæcunq; vero ex utriusq; mediocrem habent temperaturam, eæ fœcundæ sunt.*: Ex quibus Galenus in comment. colligit, tàm mulieres quam viros si temperatè quatuor qualitatum potiantur, generare, quamvis temperie illa privatis commisceantur, intemperatos vero cum iis solùm, quæ contrario sunt temperamento, copulatos gignere, nimirum calidos frigidis; humidos siccis: & sic de cæteris: Quæ tamen Galeni sententia repugnantiam videtur involvere, nam si intemperatæ solis contrariis naturis junctæ generare valent, ut in ultima sententiæ parte legitur, non poterunt profectò temperatis junctæ generare, ut initio ejusdem sententiæ Galenus prodiderat. Respondet Mercurialis, & cum eo Mercatus, uterq; viri doctissimi, temperatos si temperatis misceantur semper gignere, intemperatos vero tunc solùm, quando contrariis suæ temperiei copulantur; sed non advertunt, Galenum dixisse, temperatas naturas, quantumvis temperie illa privatis commisceantur, omnino gignere; potius ergo arbitror temperatas naturas intemperatis

Dub. Calidumne semen an tẽperatum fœcundius sit. Fœcundum semen dupliciter dici.

Galeni sententia examinatur.

Mercati & Mercurialis interpretatio. Mercurial. lib. var. lect Mercat. lib. 3. cap. 2.

peratis quibusvis collatas contrariarum vicem gerere: & quemadmodum anodina dicta medicamenta non solum à calidâ causâ, verùm etiam à frigida subortos dolores mitigant, ita etiam muliebre semen temperatum calidam pariter ac frigidiusculam viri genituram contemperare, fovere, ac fœcundam reddere; quamobrem adhuc minus probo Brassavolæ ibi interpretationem, qui per temperatas naturas non multum distemperatas intelligit, quæ utrisq; extremis junctæ valeant generare; etenim fridididiusculam fœminam frigidissimo viro junctam posse gignere minimè puto, neq; unquam vidi, aliud tamen erit, si calidiuscula calido viro conjuncta sit, quia calor præsertimq; moderatus ad hominis procreationem non parum momenti habet, frigiditas vero nocet. Sit igitur conclusio, non solum temperatam utriusque conjugis naturam fœcundissimam esse; & intemperatam utriusq; contrariam, dummodo non sit intemperantia maxima, sed etiam temperatam si intemperatæ copuletur eidem, quæ cum suo contrario non admodum gignere apta erat. In fœcundos vero eos esse judico, qui similem obtinent intemperiem, frigidam potissimum, quamvis non intensam: sunt etiam infœcundi, qui intemperiem nimis immoderatam sortiuntur quibusvis conjungantur, hi enim prolificum semen haudquaquam gignunt. Obtrudes, temperata corpora esse similia, & ob id infœcunda esse oportere, quia nullam inter se præstare possunt actionem, quæ ad generationem requiritur, non enim unum ex altero generare potest, nisi mutua eorum actio fiat. Memineris tamen justitiale (ut vocant) temperamentum utriusq; sexus à temperamento justitiali alterius plurimum dissidere; quare ob hanc diversitatem, quæ ad agendum sat est, generare optimè quidem poterunt. Quæ vero de seminis temperie dicta sunt, eadem uteri constitutioni pulchrè eodem tenore quadrant, in quibus longior aliquantulum fui, quia, ut Platonem meminisse constat, non mediocris ars est nosse, & viros & fœminas temperamento ad gignendam prolem inter se convenientes conjungere, atque hoc fuit olim maximum obstetricum op°; de quo etiam ita cecinit Lucretius:

Brassavola interpretatio reiicitur

Dirimitur cõtroversia

Obiectio.

Solutio.

Obstetricis munusquod nam olim.

Vsq; adeò id magni refert, ut semina possint
Seminibus commisceri generaliter apta,
Crassaq; conveniant liquidis, & liquida crassis.

Ex dictis omnes dissolves nodos, facileq; compones vulgatissimum illud dissidium, quo quæritur, utrum temperati an intemperati melius generent.

Semen mulierem habere, & quid in fœtus constitutione opis id conferat.

CAP. III.

QUia de solis mulieribus contemplationem decrevimus, & an hæ semen habeant auctores non adeo sunt concordes, frustra hæc de semine tractatio instituta foret, si hęc res indiscussa maneret. *An fœmina semen habeat.*

Præcedit quæstio, an sit, quæstionem quid sit, scio, at hic non absolutè an sit, sed an fœmineum sit, quærimus; quæ autem huc usq; diximus, tam fœmineo quam virili facilè possunt accommodari; Enimverò cõveniunt medici in eo, quod etiam mulier præter menstrua quid aliud emittat, de hoc tamen dubitant, semennè sit, id est, an facultatem habeat formatricem, vel ut ipsi loquuntur, an actione ad generationem concurrat, sicuti viri semen. Arist. naturæ alioqui scientissimus in libr. *de generat. animal.* fœminas neque semen habere, neque emittere multis rationibus confirmat, in cujus etiam sententiam pedibus discedunt Averroes & Avicennas. Athenæus, referente Galeno secundo de semine, ejus fuit opinionis, ut crederet, fœminas semen quidem promere, sed inutile; quia, inquit, emittitur extra matricem per foramina, quæ à lateribus seminariis meatibus juxta uteri cornua extrinsecus adsunt. E converso Galenus cit. lib. de semine ex Hippocrate validissimis rationibus contendit, fœminas non solùm semen excernere, verum id etiam magno esse usui universo fœtui constituendo. Rei veritas sensuum fide comprobatur, cui repugnare debilitas est intellectus: nam dissectis fœminis, quæ diutius à coitu temperârunt, vasa seminaria, testes, & uteri cornua, albo crassoque semine referta esse apparent; quod si tenuis humor, lachrymæ similis ab oculo frictione excussæ esset, quod contrarii putant, cur quæso crassum est, album, spumescens? mora, inquiunt, illud fit, at cur illo excreto uterina cessant accidentia? cur non exstinguitur libido antequam excernatur? nisi quod antea ad coitum excitabat; cur gonorrhæam patiuntur? cur turgens fœmina statuto tempore ad marem properat? si enim à solo menstruo, non cessarent hæc omnia maris accessu, in quo sanguinis excernitur nihil. Insuper fœminæ non minus quam viri nocturnis pollutioni-

Arist. sententia. Lib. 1. c. 20. Lib 2. c. 4. Cal. cap. 1. Athen. sententia.

1. Ratio.

tionibus infestantur, & viduis, ac iis, quæ Hysterícis vexantur symptomatibus, copiosissimum, crasissimumq; semen obscænarum partium titillatione erumpit: quæ excretio si non imaginationem, sed tantum frictionis vim, ut oculi lachryma sequeretur, quî fieri posset, ut quæ somniat cum nulla rarefactione proritetur, solâque ducatur imaginatione, semen excernat album & crassum, quod quia in accessu sternutat fœmina, signum est à cerebro delabi. Idipsum declarant subventanea ova, & molæ, quas mulieres ex proprio duntaxat semine, absq; ullo virilis seminis accessu, sæpissimè concipiunt. Ad hoc quia fœminæ in coitu non minus quam viri delectantur; at viri delectatio ex semine est: ergo etiam mulieris. Hanc voluptatem ab spiritibus, & motu fieri Aristotelici contendunt: sed contra est, quod sentiunt, aliquid emitti, quo emisso voluptas atque libido cessat. Quod si ad hominem argumentum texere liceat, ipse profecto Aristoteles est, qui naturam utrumque sexum in fruticibus commiscuisse propterea putat, quod sola vis mascula non satis esset ad procreationem, etsi terra alimentum administret: multo ergo magis in animantibus, quæ præstantiori sunt ordine, necessum fuerit maris & fœminæ vires conjungi, non modo ut fœmina materiam suppeditet, sed ut copulatis amborum viribus unum quidpiam procreationi aptum proferant. His rationibus planum fit, fœminas semen habere: Prolificum vero id esse, apertissimè concluditur ex similitudine filiorum ad matres, non solum secundum sexum, sed & secundum plurima alia accidentia, ut verrucam, & cicatricem: Non tamen hac ratione contrariæ opinionis fautores quicquam moventur, quia quemadmodum terræ vitio linum in lolium, triticum in typham degenerat; ita menstrui culpa filium in matrem degenerare arbitrantur; sed vim rationis non infringunt: Nam quemadmodum quando vis seminis obtinere, quod primo nititur, non potest, in proximam formam fingendam labitur, sic viri semen, cum patris similitudinem efformare nequit, in alterius hominis formam decideret, at cicatricem seu verrucam dextri humeri, quâ sola mater insignita erat, fœtus repræsentare non posset, nisi mater ei semine suo idolum suæ compositionis impresserit; non ergo ex alimento tantum similis infans matri evadit, nam persica arbor in Ægyptum translata ex eodem genita semine, sed mutato pabulo, bonitatem alimenti mutavit, non speciem; neque opinandum est Polycletum statuam fingere, quod vero oculi cæsii, na-

2. Ratio.

3. Ratio. Prolificum esse fœminæum semen. Adversariorum sententia.

fit, nasus simus sit, à luto esse. Adhæc si asini semen equa exceperit, fœtus non patris tantùm, sed ex utrisq; mixtam speciem præ se fert, ex vulpe & cane hybridæ, hoc est, canina vulpis, aut vulpinus canis generatur; cum igitur assimilatio æquè fiat ad patrem, & ad matrem, necessum est, ut à principio aliquo maris & fœminæ communi proficiscatur. Ad generationem concurrunt solum semen, & menstruus sanguis: hæc vis non potest esse in menstruo, quia hoc mari non est commune, & ideo nunquam assimilaretur fœtus patri: ergo necessum est, ut sit in semine, semen igitur est illud, quod fœmina emittit. Faciunt quidem hæ validissimæ rationes, ut cum Galeno credamus, non à mare solum, sed ab utroque parente semen prodire, cui formativa vis insit: Illud tamen supereſt ut videamus, quam sint penetrantia Aristotelis, Avicennæ, Averrois, Athenæi, ac suæ phalangis autorum tela. In omnium, inquiunt, procreatione aliud materiam, aliud efficientem causam præbere oportet: fœmina dat materiam, non potest ergo efficiens esse. Solutio est, utrumque semen secundum diversas sui partes materiam & efficientiam præbere. Secundò; si præstans, & integre coctum virile semen sufficiens est generationi, quor sum adjiciet natura muliebre? Dic, semen viri non ideo prolificum esse, quòd ex sanguine quippiam generare possit, sed quòd muliebri commixtum ad generandum sit aptum; disponens enim omnia benignè & suaviter Deus, non uni sexui, sed utriq; generationis opus commisit, ut fœmina voluntarie congrederetur, nō solum oblectamento, & delectatione illecta, sed etiã ut sui individui substitutio, & similitudo quoad fieri posset, duraret: Ob hoc igitur semen habere oportuit, & ut auctius prodeat virile semẽ, ac gignendis mẽbranis quib. contegitur fœtus, sit sufficiens: nã etsi exiguũ virile semen fingendis solidis membris satis esset, membranæ tamen bullas & spiritum inclusuræ ante formationem fœtus, & alimenti tractionem, quæ die septimo fieri incipit, viri semen non sufficeret; id eo fœmineo suppletur, & integrum redditur. Tertio, quo tempore mas pubescit, & semen fundit, pubescit etiam fœmina, & menstrua apparent: respondet igitur semini virili, menstruum muliebre, non semen alterum: Non tamen vident matrem & gignere cum mare, & alere sine mare fœtum: ideo mas non solum semen, fœmina & semen & menses habet. Hoc tamen penes ipsos præcipuum est, & inevitabile telum, si semen muliebre materiam & efficientiam habet (nam

2. *Ratio.*

Arist. & al. argumenta proponuntur ac solvuntur.

2.

3.

4.

utrumque semen, materiam generationis solidorum membrorum, præbere omnes uno ore cum Galeno medici confirmant) posset fœmina sine semine virili concipere: contorquetur tamen facilè, si respondeas, concipere quidem sed sterile, aves subventanea ova, terrestria animalia molas: Infirmioris enim virtutis est semen muliebre, quàm ut solum sufficiat ad conceptum, eamque integram virtutis perfectionem à mare exspectat. Si obtrudas, contrarium prodidisse Hippocr. qui libr. de genitura, semen fœmineum fortius aliquando esse retulit, ac virile fieri, & econtra: Nos jam tradidimus, neutrum illorum quantumvis validissimum ad generationem sufficere si alteri non copuletur, quamobrem acutè magis, quàm appositè respondet Vallesius, fœminam non magni caloris semen habere invalidum, calidissimam menstruis non abundare, atq; ideo non concipere solam; quia aut debilius principium activum sortita est, aut materia caret; at considerâsse oportuit, menstruum sanguinem fœtus materiam non esse, sed pabulũ post septimum diẽ; quare potius si fœmineum semen completum haberet activum principium, conciperet quidem perfectè, sed non aleret: quod nequaquam admittimus, neuter enim parentum, quantumcunq; validum habeat semen, completum habet principium. Violentius hic urget Averroes, si singula semina per se prolifica non sunt ante commixtionem, post eam unde advenit illis illa virtus, quæ in neutro præerat? Respondeo fuisse in utroque, incompletam tamen; at à quo uniuntur? ipsa inter se in itinere commiscentur, aut in ipsa vulva, quæ validè & avidissimè amplectens, facit ut uniantur, adjuvante ad hoc, non solum activâ utriusque seminis virtute, sed etiam actuali virtute ipsius matris, quam Galeni decreto, mediantibus venis, & arteriis per uteri conceptacula eò transmittit. Quinta Aristotel. ratio: gravida fit interdum fœmina, nulla humiditatis suæ excretione, nunquam vero citra menses: menses igitur, non semen fœmineum, ad conceptum sunt necessarii. Respondeo, Aristotelem aliam in muliere non cognoviss humiditatem, præter salivalem, quam guttam vocat, hanc, quam in uteri cervice mares sentiunt, etsi fœminæ non emittant interdum, tamen in prolifico concubitu semen per vasa in uteri sinus semper ejiciunt, quod non persentitur, quia neque viri penem attingit, neque tantum fœminam delectat, utpote quod ad sinum uteri demandatur,

Obiectio.

Solutio.

Notatur Vallesius 2. controv. 7.

Averrois arg. 2. colig. 10.

Solutio.

4. Adversar argum. 2. de sem. 13

mandatur, cujus sensus hebetior est, quam oris ipsius; Neq; placet quod quidam arbitrantur, exquisitiori maris semine fœmineum interdum excusari, exemplo mulieris ducti, quæ concepit ex semine in balneo recepto, ut de Gedelia, & Averrois vicinâ proditur; quod ultimum, si verum fuit, potiùs existimo, per id temporis ad solam delectationem attractionis illius seminis virilis subsequutum etiam fuisse muliebre, accedente præsertim imaginatione, sicuti in somniis per pollutiones solet contingere. Puer, addit Aristoteles, eunuchus, & fœmina habitu similes sunt, voce, pilis, carne, & viribus: ergo & seminis inopiâ: concedimus, hos omnes non gignere exactè coctum semen, in quo virile robur consistat. Adjungit (nequid eorum, quæ adversus hanc sententiam congerit, prætermittamus) menstruum lac repræsentat, semen virile coagulum; sicuti igitur lac sola materia est, ita & menstruum: Similitudinem menstrui cum lacte non improbamus, coagulum dicimus esse in utroque semine incompletum, ideò commixta coagulari. Addit libidinosas fœminas crebro partu temperari; & nonnullas ex salaci conspectu ter intra mensem sanguinis menstrui profluvium pati, quasi conante natura id pellere, à quo irritatur. Vera tamen hujus eventus causa est, quoniam ex evacuatione quâvis, maxime sanguinis; seminis proxima materia, ac perinde libido ipsa imminuitur. His Aristotelicorum telis & hoc addi potest, quòd prægnans fœmina in coitu delectatur, & aliquid emittit, quod cum in utero maneat quia clausus is est, & semen tunc temporis nullius esset usus, sequitur menstruum emittere, quod ibi ad fœtus pabulum detinetur: Dic, fœminam aut ad uteri latera tunc excernere; aut si ad fundum, ipsum aperiri, cogente ita necessitate, ut, quod supervacaneum est, egrediatur. Vides itaque eorum rationes, quantumvis ex Philosophiæ intimis depromptæ videantur, corruere: perspicis maximos fœminei seminis usus, & utilitates, ut nimirum virile nutriat, & adjuvet, quod delectet in coitu, quod ex eo Allantoides membrana generetur, & salivali viri humore: sed ita, ne sola Allantoides ex eo generetur, ut reliqua membra non attingat: minimè imo postquam suas vires cum virili semine commiscuit ad formationem fœtus: ex materia illius fit Allantoides. Adhuc tamen facit ambiguitatem quod Levit. 15. Viri seminiflui, fœminæ sanguinifluæ expiatio ponitur, quasi huic menstruum solum, illi semen insit.

Sextum.

Septimum.

Octavum.

Nonum argumentum. Fœminei seminis usus.

Decimum argumentũ

Dic,

Scriptura locus,

Dic, fieri mentionem illius fluxus, qui in utroque sexu est magis conspicuus, lege vero semin flui viri mulierem etiam comprehendi: imo si sacræ paginæ, quæ supra omnem naturam est, locis in naturalibus speculationibus liceat contendere, legimus 3. Geneseos, serpenti dictum: Inimicitias ponam inter semen tuum, & semen mulieris; sed hæc alio pertinent.

Semen non solum ut opificem, sed etiam ut materiam fœtum attingere, & cur partes seminariæ non regenerentur.

CAP. IIII.

Arist & peripat. sententia.

MUlierem non aliud continere semen præter sanguinem menstruum Aristotelem sibi persuasisse jam supra memoravimus, & explosimus, ad cujus opinionem digitum attollunt non Avicenna solum, & Gentilis, sed omnes uno ore Arabicæ doctrinæ sectatores: Verum & illud addit Aristoteles, hoc ita constitutum muliebre semen seu potius menstruum solam materiam in conceptu: virile nudam efficientiam exhibere: ex illo omnia tam solida, quam cætera membra effici: hoc postquam vim generatricem menstruo impressit, & motionis principium dedit, foràs excerni, ut plerique omnes interpretantur peripatetici, aut in auras evanescere, aut in flatus discuti, ut eorum etiam nonnulli arbitrantur. *Dubitemus* inquit 2 de gener. animal. 3. *Si projecta in fœminam genitura nihil concepti fœtus pars efficitur, quo abeat corpulenta eius substantia: si modo facultate, qua in ipsa est, operatur*: Et non multò pòst: *Corpus genituræ in quo unâ semen animalis principium, abscedit, partim est separabile ex corpore, cujusmodi est, quæ appellatur mens sive intellectus, partim inseparabile, quod est genituræ semen, quod cum humidæ sit naturæ & aquosæ, dissolvitur, ac in spiritum diffiatur.* Hoc autem quam sit ipsi rei veritati contrarium, multis Galenus palam fecit in lib. de semine, & primo semen virile in vulva contineri, si fœmina conceptura sit, ex eo concludit, quod si capram, ovem, aut aliam quampiam fœminam dissecueris, nullam ex iis, quæ semen excreverant, concepisse, omnes, quæ retinuerant, gravidas fieri deprehendas. Secundo ex ipso relatu

Galeni rationes adversus Aristotelē, qui probat semē in utero retineri.

elatu fœminarum, quę ubi conceperint, quandam in vulva motionem sentire dicunt, quæ quasi convellat, ac paulatim in se illam contrahat, quod idem plena fide conceptionis etymon, id est, seminis in utero comprehensio, indicat. Tertiò ex auctoritate omnium ferè quos perlegerat medicorum, præsertim gravissimi Hippocratis: verùm enimvero non solum in vulva retineri, sed etiam in pangendo fœtu materiæ, non tantum opificis rationem habere, & ex illo novem seminaria appellata membra venam, arteriam, nervum, os, cartilaginem, membranam, tendines, ligamina, & cutem generari, magnis evidentiis ex sensuum fide experientiaq; depromptis confirmatur. Nam si semen fœtus pars non efficeretur, aut efflueret, aut in flatus evanesceret, aut computresceret: non putrescit, quia sic gravissima, & veneno similia excitaret symptomata: tantum verò abest ut effluat, quin potius post conceptum os uteri clausum sit, nec specillum admittat; *quæcunq; utero gerunt*, inquit Hippocrates, *his uteri os clausum est*: Neque aliter psaltrix puella se concepisse cognovit, ex quâ vidit Hippocrates, tenui pellicula contentum sexto à conceptu die semen excidere: Ita fœminæ quæcunque partus peritæ sunt, quo die genituram non excidere observant, eodem sese concepisse sciunt. Non etiam in halitus vertitur, ita enim à conceptu uterus inflatus, ac maxime elatus sentiretur, contrà quàm fit, & tempore partus cum crepitu erumperet, quod non observatur: Concoquitur igitur semen, & in fœtus seminales partes convertitur, quarum profectò exanguis, sicuti seminis, & non sanguinea, sicuti sanguinis substantia est, quæ seminis omninò, unde manarunt, speciem, ac naturam referunt. Adde, quòd & perforari, & extendi vel longissimis spatiis, sine ruptionis periculo, possunt, ad quod multò quam sanguinis accommodatior erat seminis materia lenta, & tenax; è converso neq; albus est, neque adeò lentus & crassus sanguinis succus, ut si intendatur aut fistulæ in modum perforetur, in sua continuitate valeat perseverare. Obtrudes, à sanguine ipso partes confici, verùm à naturâ immutato è rubro in album; è tenui in crassum, aliquando in lentum atq; tenacem: At si sanguis eas partes gignendi ex se facultatem haberet, semine profectò non esset opus, si ex semine, memineris naturam nunquam oblivisci insitorum motuum, & frustra per ambages fieri, quod per compendium commodiùs præstari potest; frustra igitur in hoc laboraret, cum jam rei principium haberet, quod non

Libr. de genitura & lib. de natura pueri.

Semen materiam etiam generationis esse.

Seminaria partes novem.

5. Aph. 51.

Obiectio.

Solutio.

solum est principium totius, ut vult Aristoteles ipse, verum etiam facultate totum esse Plato existimaverat; ut cum habeat album, crassum, & lentum humorem, ex quo seminaria membra efficere possit, hunc ejiciat, alterumque similem ex sanguine gignat; non itaque oportuit vim suam menstruo sanguini tribuere, qua in succum album, crassum, & lentum converteretur (quod Aristoteles putat) ac protinus foras ejectum in spiritum dissolvi: cum ipsum semen eandem vim & talem quandam substantiam possideat, quæ primarum partium procreatrix commodissima esset, quod quidem, etsi alii non sciviſſent, diligentissimum tamen naturæ scrutatorem Aristotelem ignorasse nefas est. Magnâ hîc contentione investigatur, cur prædictæ seminales partes, si deficiant, non queant regenerari: vera namque cutis vulnerata cicatrice, os callo unitur, arteriæ, ac reliqua membra spermatica nunquam, vena difficulter restauratur. Contra si carnosæ, & adiposæ partes à nostro corpore excidantur, pro carne, caro, & pro adipe, adeps, rursus facilimo negotio restituuntur. Auget difficultatem, quòd eadem est materia generationis, & nutritionis: Si ergo venæ, ut locupletissimus testis mille in locis Galenus est vim habent conficiendi similem quandam substantiam pro nutritione & incremento istarum partium, ex eâdem etiam substantiâ poterunt eædem partes regenerari. Ut obiter illi convellantur, qui pulchre responsum putant, cùm dicunt, genito jam integro animali, materiam generationis non amplius suppetere: Si enim per totum vitæ cursum pro nutritione subest, pro generatione quidem non deerit, quùm eadem sit; quod enim pro alimento reponitur, simile esse debet omnino ei, quod digestum est, siquidem nutritio est particularis generatio, id est, effluentis substantiæ redintegratio. Sunt alii qui respondent, suppetere quidem materiam, sed desiderari facultatem formatricem & generantem, quæ, ut ipsi autumant, ut abiit completo formationis tempore, ita nutriens successit: Sed hoc etiam, meâ quidem sententiâ, vitio non vacat, quia videmus, & carnem, & adipem in grandioribus corporibus regenerari, si ergo permanet in partibus carnosis pro carnis generatione, cur quæso non permanebit in seminariis pro earundem restauratione? Adhæc in humidioribus & delicatioribus naturis, ut in pueris, ac fœminis, non exiguæ procreantur venæ, & satis magnæ ac permultæ quotidie in ulceribus renascuntur, carne enim

Quæst. An partes seminariæ regenerari possint. 3. meth. 5. art. med. 81 1. de semine 13. 2. de semine 12.

Convellitur quorundam sententia.

Nutritio quid.

Aliorum sententia reprobatur.

ne enim nova replentur, quæ multis venis, & arteriis capillaribus referta est, anteriores etiam dentes non solum in infantia, & pueritia, sed & in adolescentia posteriores. Quidam videntes materiam & virtutem supereſſe, propterea tamen non regenerari affirmant, quia ubi hæc membra deficiunt, soluta est unitas, & caro etiam deest, cujus regeneratio anticipat, quia facilius & promptius supercrescit, utpote mollissima, & quæ minori indigeat elaboratione, ita Galenum intelligunt primo de semine dicentem solida membra non restaurari, quia quod mora temporis paulatim erat colligendum, carne jam increscente supprimatur. Hoc tamen, & à veritate, & à Galeni mente plurimum dissidet: si enim materia pro membri seminarii regeneratione accuratius elaborata sit: non poterit profectò ex eâ caro fieri, quæ ex solo sanguine minus elaborato conficitur. Vidimus avulso dente materiam solitam pro ipsius incremento ad partem mandari, juxta proximam gingivam in portiunculam evadere, non gingivæ quidem sed albæ cujusdam substantiæ instar calli; Meo etiam ex sorore nepoti, cui à prima infantia dens unus deficit, juxta ejusdem lateris auriculam, cuticularem quendam processum propendentem natura efformavit: Itaque redundante materia seminali in aliis partibus callosa; in cute cuticularis substantia gignitur non carnosa; neque is eo loci Galeni animus fuit, sed carne supercrescente materiam membri spermatici supprimi ac suffocari, alioqui neque etiam hæ partes nutrirentur, quia anticiparet nutritio carnosarum. Quatuor igitur sunt, quæ obstant, quò minus seminaria membra restaurentur; materiæ inopia, quæ, quamvis suppeditat pro nutritione, nunquam tamen in tantâ copiâ colligitur, quæ ad uniuscujusque quod interiit, regenerationem sufficiat: secundò debilitas facultatis formativæ, quæ quamvis per totum vitæ curriculum perduret, ut latissimè Joubertus suis paradoxis prodidit, tamen aut in membris eam pro futurâ necessitate natura conservet, aut eadem cum naturali sit, non adeo valida vehemensque existit, ut in utero erat, ubi à conceptaculorum & ipsius uteri fabricatrice vi fovebatur, & intra semen ipsum continebatur, agensque per se totam occupabat materiam: Tertio, carnis supercretio, quæ quicquid paulatim pro membrorum restitutione colligitur, supprimit, contrà quàm in primâ ex semine generatione factum fuerat, cùm & universus humor unà collectus, & multus

Tertia sententia quorundam.

Ne restaurentur seminales partes quatuor obstant.

2. Para. 7.

erat,& virtus fabricatrix non valida tantùm,sed duplicata;quod si medicamentum apponas,quod carnis supercretionem impediat, eâdem operâ arteriæ generationem inhibeas, non quod sua natura arteria generationi renitatur,sed quod impedimentum obstet : Quartò, siccitas membrorum in adultis,quæ causa est, ut difficulter coalescant, & ob id etiam non nisi in pueris,& molliusculis corporibus hæc membra regenerantur;in adultioribus vena solum, & illa quidem raro ; arteria verò quia sextuplo crassior est,nunquam, & multo minus os, cartilago,nervus,tendo,& cætera. At dices, plantæ abscissæ partes in totum possunt reponi, multò ergò magis hominis, animalis nimirum perfectissimi,in cujus superiori formâ omnes inferiorum vires,sicuti trigonum in tetragono,continentur. Respondeo : meritò naturam hanc vim opidò languidiorem in animalibus posuisse perfectis,quæ motu ac sensu vitam partium tueantur:adde plantas excrementitio vivere humore & paratu facili, cùm terræ affixæ sint, & exiguâ elaboratione esse contentas,& injuriis patere,decidunt enim hyeme folia& fructus, per æstatem exuruntur,ideo vim generantem validam sortitas esse,cujus interventu partes necessario casuræ substituerentur. Efficaciùs tamen urget dentium regeneratio, quorum etsi demus præcoces, & anteriores,qui in pueritia propter angustam basin, & debiles ac paucio-
res radices decidunt,regenerari posse,quia tàm citò cadunt, ut secundum generationis tempus inveniat adhuc mandibulam crescentem, ex cujus superfluo alimento,& generantur & possunt regigni, quia coacervatur adhuc sufficiens materia, & caro gingivarum circumscripta manet,ita ut non impediat:tamen molaresvigesimo anno multis,& omnium ultimi nonnullis senescentibus renascuntur, & trigesimo anno unus in extremo utriusq; mandibulæ, qui ideo vocantur dentes sapientiæ sive intellectus,quia frequentius in ætate intellectus, quæ est triginta annorum, pullulant ; Imo Albertus Magnus senem se vidisse testatur,cui in ætate octogenaria dens natus fuerit. Respondet Avicenna,dentes ex sanguine generari, & ad naturam carnis proximè accedere,quod vanum est,&rationi minimè consentaneum,cum dentes sint de numero ossium. Alii putant dentes,sicuti ungues,& capillos,ex corporis excrementis generari,ideoque semper accrescere, quia per ætatem indies minor est concoctio,& major excrementorum copia: Quod si semper generantur,nil mirum,si abscissi renascuntur,

Obiectio.

Solutio.

Diluitur alia obiectio.

Præcoces dentes cur regenerentur.

Dentes sapientiæ.

Avicennæ lapsus.

Dentes ab excrementis generantur

quorum

quorum ego sententiæ libentius adhæreo; sed contra est, quod sentiunt: ergo vivunt: Neque nos id quidem negamus, sed ex excrementis nutriri profitemur verâ nutritione, non autem, per juxta positionem, sicuti ungues, & pili. Qui verò gigni dicunt, quia ex ampliori basi nascuntur, & alimenti habent majorem copiam, minùs sufficientem afferunt rationem; quia sic ossa fœmoris & similia, quæ lata sunt, & multam habent medullam pro alimento, promptiùs renascerentur, cujus tamen contrarium experimur; neque majori jure vitiligantur, qui ajunt, partes esse extremas, in quas natura ultimum ponit conatum
15 quia eadem ratione, & auris, digitus, cutis, quæ etiam extrema sunt, renascerentur.

Semen non mole tantum, sed etiam viribus à toto emanare, ac ubi substantialem accipiat formam.

CAPUT. V.

DIssolvi à concubitu corpus universum arguere profectò videtur, ab omni corpore genituram emanare: perinde atque maximâ nos etiam perfrui in ipso congressu voluptate omnium membrorum: venæ item post aures sunt, quibus incisis steriles homines
20 reddi plerique credunt, quod fieri non posset nisi ex capite defluere etiam semen: Filii non solùm similes parentibus generantur, & in specie, & in habitudine, sed & si manci sint parentes, manci plerumque fiunt, & si quæ cicatrix in facie est, aut in alio parentis membro, hanc quoque recipit filius; Æthiopum alba genitura nigrum secundum cutem producit fœtum; Scythæ macrocephali dicti, à longis capitibus, fasciis quibusdam in longum obductis, deinceps communiter macrocephalos generabant. In Calcedonia vidit Aristoteles ex patre, cui brachium compunctum erat, filium natum cum eâdem notâ confusa tamen: Salmanticæ vidimus ex nobili patre dicto Godscalco Flores,
30 cui fissum erat labium, cum eâdem fissurâ progenitum filium. Quibus tot ac tantis rationibus, depromptis è sensuum fide, quæ una omnes alias evertere potis est, Hipp. ductus semen ab omnibus corporis mem- *Hipp. sententia.*

bris procedere testatum reliquit, à sanis, sanum, à morbidis, morbosum, quin etiam à solidis, & morbidis partibus, & ab humido omni totius corporis: cui etiam consentiunt Plato, & Empedocles, ac insuper ipsa ratio; nam ut totius est aliquod semen efficiens, ita cujusque partis esse oportet, alioquin membra sine semine generarentur, neque ulla est ratio, quòd ex hâc seminis parte crus, ex illa brachium generetur, nisi quia hæc ex crure, illa ex brachio decidatur, ab omnibus igitur defluit, quod omnia generat. Hanc ita confirmatam Hipp. sententiam quidam, ductore Polybio, ita intelligunt, ut ex toto corpore secretionem in solo concubitu fieri sentiant, seu colliquamentum aliquod motu agitationeque diffluens, quod quam sit absonum, superius jam monstravimus, & ex eo planum fit, quia fœminæ virovè, qui à coitu diutius abstinuit, copiosum, crassumque semen in testibus, ac vasis spermaticis congeritur; contra libidinosi, & ii qui supra modum rei Venereæ indulgent, tandem pro semine sanguinem emittunt, & si consectionem illorum fieri contingat, nihil seminis contineri deprehenduntur: Colliquamentum verò non esse, jam supra multis ostensum est. Sunt etjam, qui putent, seminis materiam ex toto secerni, non ita quidem ut ex unoquoque osse vel nervo, sed ex aliquo osse, nervo, membrana, vel cartilagine quidpiam ad seminis materiam confluat, quòd non illius tantum, à quo profluxit, sed omnis nervi vel ossis in conceptu materia fiat: proinde ex tantulo semine seminales omnes partes effici posse. Multi dicunt, ultimi quidem alimenti seminis materiam superantem partem esse, non quæ à toto decedat, sed quæ ad totum proxime esset accessura. Plures ita interpretantur Hippocrat. sententiam, ut sibi persuadeant, seminis materiam in singulis partibus progigni, & ab his, quotquot sunt, in testes confluere; ac ita explicatum Hippocratis placitum multis confutat Aristoteles rationibus, in primo de generatione animalium. Prima, Si materia seminis hominis & animalium ab omnibus partibus emanaret, etiam materia seminis arborum, sed videmus arbores abscissis ramis, semen progignere, ex quo tamen integræ postea enascuntur arbores; Ergo neque in animantibus ex omnibus membris proveniunt. Secunda Aut semen deciditur, ab omnibus partibus organicis, ut facie, & manu: aut à similaribus, ut carne, & osse; non ab illis, nisi similarium interventu fieri videtur: si à similaribus, nulla procul dubio ratio est de simili-

lib. de aere aquis & locis.
lib. de genitura.
Polybii sententia. 2. cap. huius libr.
Secretio seminis non fit in concubitu.
Aliorum opinio.
Quarta sententia nonnullorum.
Qua ratione pleriq; interpretẽtur Hip. dictum Cap. 18.
Aristot. adversus illã interpretat. argumenta
1.
2.

similitudine parentum, cum hâc ratione solo temperamento similes evadant. 3. Et quâ plurimum nititur Aristot. cum ab utroque parente semen decidatur, & vir ac fœmina reliquis partibus similes sint, genitalium formâ differant, necessum esset, ut perpetuò duo progignerentur fœtus, mas & fœmina, aut saltem Hermaphroditus, cum semen oporteat efficere membra omnia, à quibus decidit, & decidat etiam ab illis quæ sunt mari, & fœminæ peculiaria. 4. Si à singulis corporis partibus seminis aliquid efflueret, ingentem profectò seminis copiam toti corporeæ moli respondere omnino oporteret: contra tamen constat, perexiguam seminis molem in concubitu secerni: non igitur à toto decidi ac dimanari necesse est. Ad rationes vero pro Hipp. sententia propositas respondet, voluptatem, & extenuationem totius fieri, non quod ex toto aliquid decedat, sed quod prurigo vehemens accedat, ex calore & spiritibus ab agitatione excitatis, ubi vero pruritus, ibi voluptas fit: extenuationem ex nimio coitu contingere, tùm propter vehementem & assiduam exercitationem, tùm quia solida membra privantur alimento, est enim semen medullis, & arteriarum, venarumque alimento, similis substantia: similitudinem nullum esse indicium, siquidem & voce, & unguibus, & pilis similes procreantur filii, à quibus tamen partibus nullum semen decidit; avis insuper & proavis nonnunquam similes evadere, ex quibus subinde nihil secessit, ut de muliere ipsemet Aristoteles refert, quæ alba cum Æthiope concubuit, & albam filiam peperit, ex quâ posteà & albo viro Æthiops avo similis genitus fuit: cumque non semper ex mancis manci proveniant, casu id fieri posse arbitratur, sive etiam propter uteri angustiam eâ in parte, quâ mutilus infans evasit, sicuti arbores, quæ in terra non habent locum satis amplum, aut à lapide vel ab alia quapiam re, ne in hanc aut illam partem radices jaciant, præpediuntur: homines ad generandum impotentes reddi abscissione arteriarum, quæ sunt retro aures, quòd privatum cerebrum influxu spirituum vitalium imbecillum redditur, neq; potens est coitus labores sustinere, in quo maxime illud ipsum laborat, aut quia forte cum illis venis præscinditur nervus, qui à sexto nervorum pari in testes descendit & seminaria vasa, ut optime Vesal. animadvertit. His tàm multis Hippoc. sententiam Aristoteles explodit, qui tamen pro illâ aliam nobis meliorem non suppositit; Existimat n. duo gene-

Aristotelis opinio absurda quæ sexta est.

ratio-

rationis principia semen viri, & menstruum fœminæ, in corde gigni, à quo priusquam descendant ad partes seminarias, distribuantur per vasa in corpus, ut à membris permutationem alterationemq; suscipiant, quâ tandem ornata confluant ad seminarios meatus. Priorem hujus opinationis partem confirmare se putat, quia semen producturum simile toti parenti oportuit vel prodire ab omnibus partibus, vel ab unâ, quæ totius vicem gerat, quale est cor. Præterea quia utrumque horum principiorum, excrementum est sanguis, idem ergo agens gignens sanguinem, hæc etiam excrementa producit, ac sanguinem gignit, (sic enim ille putaverat) ergo & semen, ac menstruum. Sed enim in membra distribui contendit, quæ secunda assertionis pars erat, quia semen magis, quam sanguis elaboratum est, eam elaborationem non accepit à corde, quod solum generat sanguinem, recepit igitur à membris: & si ad singulas partes non accederet, quî, inquit, fieri posset, ut servaretur similitudo ad membra parentum: sic itaque explicat verbum, *accedere ac singula membra* quod aliter esse intelligendum mox ostendemus. Non est tamen quod immoremur in confutandâ Aristotelis opinione, cum non receptis, & jam ante multa sæcula exautoratis nitatur fundamentis, quod nimirum cor sanguinem gignat, & fœmina semen non habeat.

Galeni sententia 7.

Galenus in eâ fuit sententiâ, ut crederet, semen ex sanguine cum multo spiritu arteriali, hoc est, vitali solum in testibus gigni, & in flexibus vasorum seminariorum; hoc ex anatome argumento desumpto, quòd venam, & arteriam non recto tramite, sed pluribus factis gyris descendere videamus, in quibus paulatim albescit sanguis, & tum demùm, ubi testes attigerit, seminis substantia in ipsis conspiciatur; atque adeò materiam genituræ ex venâ cavâ potissimum renibus, & lumbis assistente ad vasa seminaria confluere, quinetiam omnes venas, & arterias gignendi semen facultatem habere fatetur; seminis enim vasa inter venas habentur, & similem cum iis substantiam acceperunt, hæc semen generare palam est; non igitur aliis venis per corpus dispersis deerit seminis generandi vis, si modo flexuosa etiam, & anfractuosa adeo essent, ut morâ & cunctatione concoctionis perfectionem sanguis in illis acquireret, sicuti in capreolaribus & varicosis vasis. Addit in omnibus venis talem quendam inesse humorem, quem rorem vocant, quiq; seminali omninò assimilatur, & proximum est venis alimentum,

Mora requiritur.

Ros semini assimilatur

mentum, paulatim albescens, dum amplius commoratur: manare autem à toto semen (quod Hippoc. ait) ita intelligendum, ut omnium membrorum vi ac potestate semen decidat, ab omnibusq; ipsum partibus notas aliquot referat; Atque illud esse quod vulgò dicitur, virtute non mole semen à toto defluere, non quòd materia à toto decedat, quę potius ad totum accedere potis erat, in qua quidem locutione cum Aristotele videtur ab Hippocrate prævaricari.

Sententia Avicennæ.

Alia est opinio, quam Avicennæ acceptam ferunt, quæ tradit, semen gigni quidem in testibus, confluente ejus fermento, hoc est, corpulenta parte, & spiritibus à tribus membris principalibus semper; à reliquis autem in hos fontes etiam aliquid resudare, cujus rei evidens indicium sit, fœtum in principalibus perpetuo parentibus respondere, in reliquis non semper, sed modo in uno, modò in alio membro; atque quemadmodum ex partibus crassis trium principiorum fit seminis materia, ita ex conflatis tribus spiritibus fieri unum genitivum: Hanc infringunt sententiam neoterici, quod non appareant meatus à tribus principiis ad testes, per quos prædictus fiat confluxus. Cæterum si quæ alia hæc certè ad mentem Hippocratis proximè videtur accedere, quod fermentum seu virtutem quandam à tribus principiis semen habeat. Existimant alii semen non ab omnibus decidi partibus, sed à quâvis indifferenter, instar seminis plantarum; sed contra est, quòd vis seminalis non in quâvis promiscue parte plantæ consistit, sed quibusdam inest radici: aliis semini, nonnullis nodo, cortici, vel ramo: Prætereà plantarum partes, sicuti abscissæ vivunt, ita separatæ germinant. Hæc sunt de hac re scriptorum dogmata, ex quibus nos tùm demùm, quid verum sit, eliciemus, cùm quidquid in singulis præclarè dictum fuerit, amplexi fuerimus, rejecerimus verò ea, à quibus incommoda subsequuntur. Quamvis autem Avicenna hujuscemodi rerum ignorantiam medico non nocere dicat, mutila tamen, & prorsus manca contemplatio videretur, si hæc res indiscussa maneret; ideo in semine duo comprehendi, materiam, & facultatem, id est, corpulentam partem, & spirituosam conclusio sit, illam, quæ patiendi vim habeat, hanc vero quæ penitus sit efficiens; spirituosam ex præcipuis partibus potissimum confluere, per arterias enim spiritus vitalis à corde: per venas naturalis (si quis est) à jecore; per nervos animalis à cerebro, & dorsali medullâ, in seminis materiam concidunt, ex quorum confusio-

Aliorum opinio.

Conclusio.

Controversia decidi-tur.

ne,& commixtione genitivus procreatur ſpiritus, qui ſeminis materiæ inſidens, procreationis potiſſimum inſtrumentum evadit ; præſertim autem à vitali genitivum fieri, cùm de ipſo conſtet, & ab ejus fonte ad teſtes aditus pateat ampliſſimus. Seminis etiam molem atque materiam à toto decidi,& portionem eſſe totius materiæ, quæ jam aut ad totum acceſſerat, aut proxime ad omnes ſeminarias partes acceſſurat erat;non tamen,quæ concubitus tempore decidat,ſed quæ,ubi abūdat, à naturâ in vaſa ſpermatica deponatur,& ab ipſis proliciatur,ibique cum prædictis commixta ſpiritibus vim quandam ex majori elaboratione,ac ſeminis formam acquirat, præſertim autem ſemen continetur in quibuſdam additamentis, poſitis ſub oſſe pubis inter rectum inteſtinum & veſicam; vaſa enim deferentia, quæ ſemen præparatum à teſticulis recipiunt,antequam in collum perveniant,coeunt in paraſtatis adenibus, ex quibus duæ pendent vacuæ appendices, quæ ſemen jam præparatum ac confectum continent, ut tempore coitus in vulvam ejaculetur: coitus tamen tempore nonnihil ſpiritus atq; facultatis valida agitatione derepente in teſtes irruere,indicium ſit voluptas,quæ tūc per univerſum corpus perſentitur maxima:Hinc Veneris exceſſus debilitat,quia non ſolum reſiduum, ſed etiam nonnunquam quod actu erat,vel futurum partium alimentum,ſucceſſivè trahitur. Inprimis autem cerebrum patitur, tum quia extremum eſt, ubi ceſſat vis teſtium attractivâ,tùm propter mollitiem ipſius, & dorſalis medullæ, quæ magis quàm ſolidiora membra concedunt trahentibus teſtibus, tum præſertim quia ejus ſubſtantiam teſtes avidius proliciunt, utpote ſemini non abſimilem, quam propterea Plato in Dialogo de natura ſemen appellavit; & in Timeo dorſalem medullam genitalem vocat, quia ab ea multum genituræ deſcendit,magisq; exhauritur ,ideoq; vulgo libidinoſi medullis exhauſti creduntur: & Albertus Magnus cujuſdam mentionem facit,qui ex immodica ſalacitate occubuit,& fuit inventꝰ ſine cerebro. Ita Hipp. ſententiam interpretandam eſſe cenſeo,neq; Avicennam ab eo multum diſſidere,&, quod magis mirabere, Galenum in eâdem propemodum fuiſſe:*contra igitur* inquit,*quam antiqui cenſebant dicendum eſt: illi enim quod ab omnibus ſecedere, nos quod ad omnia accedere natura comparatũ eſt ſemen, appellabimus, & partem eſſe ſemen ultimi alimenti, ex quo jam unumquodq; membrum perficitur*: ubi etſi non admittit ſemẽ portionem eſſe ejus humoris,qui ad partes jam acceſſerat, plane tamen confi-

Semen materia à toto

Veneris exceſſus cur debilitet.

Cerebrum in coitu imprimis patitur.

2. de animal. 8.

confitetur, partem illius esse qui in venis proximè ad partes accessurus continetur, & quem jecur, ac venæ pro nutritione singularũ partium, quasi adhibito earundem sigillo, elaboraverunt, quiq; , etsi ab omnibus membris non decidat, vim tñ habeat omniũ membrorum effectricem, & quia aptus erat singula nutrire membrà, aptus etiam est eadem generare, quippe cum ex iisdem procreatio fiat, ex quibus nutritio. Quamobrem mirari satis nequeo eos, qui cum vires seminis à toto profluere non diffiteantur, & alioquin semen ultimi alimenti excrementum esse definiant, tamen, quasi sui immemores, semen vì, & mole à toto decidere contentiosè refragantur, quia scilicet formaliter semen non est illud quod decidit, quod nos ingenuè fatemur: Neque somniandum est, Hippocratem existimâsse, semen cum albedine, spumositate, spirituum abundantiâ, ac denique cum ipsa seminis forma à singulis membris decidi; sed naturam doctam probè novisse, quid unicuique membro, pro sui nutritione conveniat, illud in jecore, ac venis genuisse, addidisseq; quoddam quasi nutriendæ partis sigillum, & mediante virtute regulativâ ad illas transmisisse, adjuvante adhoc attractiva membrorũ; quidquid verò ex ipsa nutritione supererit, testes trahere, quod etsi verum adhuc semen non sit, propius tamen, quàm sanguinem, ad seminis vim & naturam accedere dubitandum non est. Cur tamen, inquies, excrementum appellatur quartæ concoctionis, quæ enim in venis fit, tertia est? quia excrementum est non qualitate, sed quantitate superfluum, quod verò tale est, non in ipsa parte, sed in præcedenti officina generatur. Quod si ab Aristotele, quamvis ab adversario, hâc in parte petita similitudine nostram sententiam confirmare liceat, poterimus quod ipse cordi acceptum fert, nos jecori ac venis aptare: Oportuit enim (ut ille ait) semen producturum simile toti parenti, vel prodire ab universis partibus; vel ab unâ, quæ omnium vices gereret, quales venæ sunt, & jecur totius corporei alimenti officina. Præterea idem agens ultimum alimentum gignit, & excrementum ipsius, illud non in partibus, sed in venis gignitur, in iisdem igitur seminis materia generatur. Sed cur cicatrix & verruca, quæ erat in parente, apparet etiam in filio, & cur non semper, sed aliquando? quia ex venis etiam capillaribus, quæ unicuiq; vel minimæ parti insunt, aliquid aliquando, sed non semper, ad vasa spermatica confluit. Nõne hoc prestabit virtus formativa, quæ residens in membris parentis, non indigeat materiâ,

Nutritio & procreatio ex iisdẽ fit.

Virtus regulativa.

Obiectio.

Solutio.

Cicatrix & verruca parentis cur in filio appareat.

à singulis partibus accedente, sed semini in testibus imprimat formam agentem, conscium ejus similitudinis? nequaquam profectò, quia ita formatrix vis ageret pro voluntate, cum modò imprimat notam, modò non imprimat, cum tamen sit naturalis; quare potius si materiam habet, ab illo membro decisam, simile format, alioqui minimè: Ut obiter colligas, similitudinem non prodire ab agente solo, ut quidam putant, sed ab agente in tali materia; quis, dices, nativo situ tam multas partes collocavit? eadem, quæ eas effinxit, formativa virtus, ut mox patebit. Quid? quod in avulsione (ita appellant rei rusticæ scriptores portiunculæ corticis quæ alteri arbori inseritur) cortex arboris unius totam aliam plantam commutat, sic, ut fructus, & folia, & flores, similes iis, producat, unde prodiit, & tamen à solâ portiunculâ arboris fuit excisa; Quædam insuper animalia gignunt alia à se specie distantia, quæ non ex partibus in semine contentis. In insectis plurimorum fœminæ partinnculam quandam inserunt in marem, & ita ex solo maris calore fœcundantur evanescente semine: At de hominis generatione hic perscrutamur, non de imperfectis animalibus, quæ imperfectiori modo generant, ut vivunt. Particula autem plantæ nil mirum si per se generet, cum per se vivat, quare hæc nihil urgent: similiter enim multa absurda conficies, ut si ita ratiocineris; multa animalia citra epar concoquunt alimentum, ergò epar non habet virtutem chylificandi: Nihil concluditur, quia natura per pauciora exercet imperfectiorem operationem, perfectam per plura; sed fortè jam hoc caput nimis excrevit.

Similitudo unde proveniat.

Avulsio.

Insectorum generandi ratio.

De testium usu, quidq; ipsi ad seminis generationem conferant.

Caput. VI.

Quidquid à nutritione supereſt, testes ad se trahere superius jam retulimus; quid autem testes ipsi materiæ impertiant, nunc supereſt contemplandum: Atque ut jecur ab intestinis succum per mesenterii venas raptum in sanguinem vertit, qui postea à reliquis venis perficitur: ita profectò testes efficiendi seminis primi sunt aucto-

Testes quid conferant materiæ.

auctores, vasa deferentia id quodammodo præparant, jaculantia perficiunt. Solet enim sagacissima natura meatibus distributoriis, ne pereat, & otiosum sit delationis tempus, indere etiam coctionis vim, ut intestinis chylificandi, venis sanguificandi, & his, de quibus loquimur, spermaticis vasis, seminis conficiendi. Quemadmodum igitur summa sanguinis cum hepate affinitas, hepar sanguinis officinam esse convincit: ita seminis ad testes similitudo maxima; neque alius usus in corpore testibus tribui potest; natura vero nihil frustra fecit; capreolaria etiam sive hederaria vasa seminis conficiendi vim habere, ex anfractibus & sinuositatibus horum apparet: quæ non ob aliam causam fuerunt facti, nisi ut morâ ipsâ semen præpararent. Insuper in dissectione eorum animalium, quæ diutiùs à coitu temperarunt, evidenter conspicitur, semen in iisdem vasis contineri, quod certè non inveniretur, niti hanc vim possiderent quemadmodum in ventriculo, & intestinis sanguis nullus reperitur, propterea, quod nihil prorsus ea ad sanguinis generationem faciunt. Porrò ut materia, quam è singulis partibus, & venis testes magnâ vi traxerunt, in flexuosis illis anfractibus diutius cunctatur: ita in arteriis, quæ illis substratæ sunt, spiritus moram trahunt, quâ morâ cunctationeque vasa hæc nituntur, quidquid continent, tanquam alimentum in similem sibi speciem mutare, & illius colorem atque substantiam planè convertere, cumque ita præparatus humor in postremos anfractus, qui jam testiculos involvunt, tractus delatusque fuerit, concoquitur, aptusque perficitur procreationi; idque tum robore & calore vasorum, tum ipsorum testium ingenita vi. Hæc quamvis verissima sint, Aristoteles tamen non recipit, sed aliter sentit, sola vasa seminaria semen gignere, testes verò, ut cordis virtutem intenderent, fuisse genitos, & ut suo pondere instar planarum in textrinis rectum constituerent meatum seminarium, natura sua flexuosum: ne morosa reflexione, refrigeraretur semen, & generationi inutile redderetur: hoc tamen argumento videtur potissimum niti, quod multa animalia ut pisces & serpentes semen fœcundum emittant, quæ tamen testibus carent. Quod si ex illo quæras, cur refrigerati testes steriles fiant, quantumcunque adhuc deorsum, sicuti textorum pondera, contendantur? seminariorum conceptaculorum refrigerationem, quæ una accidit, non ipsorum testium, sterilitatis causam esse respondebit: cur si collisi fuerint? quia vasa etiam semi-

Testes efficiendi semen primi auctores sunt.

Semen ubi perficitur.

Capreolaria vasa semen conficiunt.

Arist. sent. 1. de gen. animal. 5. de gen. animal. c 7.

maria colliduntur: Cur si indurverint? quia etiam illa indurescunt, & quocunque testes vitio, eodem vasa seminaria mutuâ contagione afficiuntur: cur castrata animalia in imbecilliora mutantur? quia efficitur ut cor, ex quo contentio omnis corpori erat, ablatis ponderibus, quæ ipsum intendebant, resolvatur atque laxetur, & cesset reflexio caloris à testibus ad cor: Sic enim putabat ille testes speculo seu denso opacoque corpori assimilari, ad quod illabens ex corde calor, & spiritus in universum corpus radios virtutemque suam iterum refundant.

Aristotelis sententia confutatur.

Hæc tamen, si penisiculatius evolvantur, ingeniosè potiùs, quam concinnè dicta reperientur, & præstantissimum Philosophum in iisdem, sicuti in universâ ferè hâc de semine contemplatione cespitasse; nam

Robur membri unde proveniat.

robur ex calore, spiritibus, & temperatura, non ex annexis ponderibus membris accidere unanimis est Philosophorum sententia, quibus etiam Aristoteles ipse sæpissimè subscribit: præterea tentio præter naturam est, ut in fidibus constat, quæ si paulò longiori tempore intentæ permaneant, abrumpuntur: ideoque citharistæ lyras deponentes remittere ipsas solent. Neque majorem cum testibus consensum cor habet, quam cum reliquis membris, à quibus causatius posset sperare illam reflexionem. Neque solum sinuose procedit meatus seminarius sed multis spatiis circumvolvitur; ita ut tendi nisi longissimo queat intervallo; ad hoc flexus tentionem non admittit, cum undique hæreat; tantus vero est ante testes vasorum anfractus, ut si dirigantur, ad media usque femora pertingere possint; quid insuper de animalibus diceremus, qui ventri adhærentes neque pensiles sed planos testes habent, cujusmodi sunt fœminæ, & in maribus sues ac universum avium genus; quid? quod si ab annexis membris deorsum trahitur cor; multo magis à liene, renibus & epate utpote vicinioribus, & ad quæ, venæ arteriæque absque ulla revolutione demandantur; quarum vero in medio revolutio aliqua est, ea ab altera parte intendi minime est verosimile. Adhæc si cui testes ea moderatione fuerint amputati, ut Epididymis membrana illæsa relinquatur, seminarium vas non læditur, & tamen animal non solum seminis gignendi facultate, sed etiam virilitate omni, & masculo ingenio privatur, fœmina fœmineam naturam amittit, & in Venerem amplius non ruit, quod evidentissimum est argumentum, testes conficiendi seminis præcipuum esse instrumentum; vim tamen,

Aves & sues ventri adhærentes testes habẽt

men, qua fœcundum est, non à testibus sed à toto, è præcipuis potissimum membris semini communicari superius jam diximus: quod verò inter præcipuas partes connumerentur, causa est, quia ex se propriaque facultate robur obtinent, & vires, quas in omne corpus effundunt, quemadmodum cerebrum sentiendi & movendi, cor pulsandi facultatem impertit; adde quod materiam seminis concoquunt, & in alteram speciem convertunt, spiritusque cum ea commiscent, & eorum vires ac facultates illi inserunt. Hinc fit, ut qui eos amiserint, quales sunt Eunuchi, quibus exsecantur, privati altera caloris origine, frigescant, & omne ipsis corporis robur collabatur, neque latæ venæ neque sanguis eorum floridus sit; arteriæ imbecilliter sicuti senibus pulsent, acuatur vox, depiles non modo mento sed toto etiam corpore evadant, parvas, sicuti mulieres, venas habeant, nulla Venereorum libidine afficiantur: Ut & hoc vel corde ipso amplius habeant testes, quod, præterquam quod caliditatem & robur animalibus exhibent, generis etiam perpetuitatis sunt auctores, quod profecto cor præstare minime potest; unde Galenus ipsum vivendi, testes vero bene vivendi principium esse prodit. At quoniam de Eunuchis sermo incidit, oportune hic meminisse oportet, tres fuisse apud veteres Eunuchorum ordines: primus eorum est qui spadones dicuntur, quique, etsi membris genitalibus non destituantur, impotentes tamen ad Venerem sunt: quâ ratione Hippocrates *lib. de aere aquis & locis*, Scythas natura Eunuchos esse scribit, quia ob nimiam corporis humiditatem ventrisque mollitiem & frigiditatem, nec probe coctum semen conficiunt, nec spiritus vitalis ad intentionem eisdem suppetit, ideoque in virilitate reliquis nationibus sunt inferiores, de quibus etiam Jureconsultorum titulus de frigidis & maleficiatis intelligendus venit, quo etiam ordine vocabulo (frigidis) comprehenduntur ii, quibus pudendi meatus contortus est, aut pudendum admodum breve, & virilia tabida: adde etiam hermaphroditos, quos propterea neque generare, neque concipere posse arbitramur, nam ad impotentiam frigiditatis reducitur omne naturæ vitium, ad maleficium seu fascinationem omne vitium accidentale, ut abscissio, castratio, ligatio. Ita dicunt Jurisperiti duplicem esse impotentiam, naturalem, & accidentalem, acutramque contingere posse utrique conjugum tàm fœminæ quam viro. Secundò, Eunuchi dicuntur, quibus testes in ma-

Fœcunditas unde proveniat.

Testes cur inter partes præcipuas cõnumerẽtur.

Eunuchorũ cõditio qualis, Galeno autore 1. lib. de semine.

Testes perpetuitatis & benevivendi autores.

Eunuchorũ tres ordines

Jureconsul. titulus de frig. & malef.

Thlibiæ.

Eunuchi qui ad Venerem potêtes.

Cubicularii Turcæ eunuchi quales.

Tria ad coïtum necessaria.

2. Theis. Ar. 3. c. 1.

Eunuchi ut plurimũ morib. sunt corruptu.

Eunuchi cur libidinosi.

in manu imperitæ obstetricis, aut jussu parentum attriti, collisivè fuerunt, & hi peculiari nomine Thlibiæ nuncupantur. Tertiò, Eunuchi castrati, quibus aut exsecti sunt soli testes, (sicuti olim fiebat) & ii quidem, etsi fœcundi non sunt, ad Venerem nihilomines potentes remanent, qui etsi semen non emittunt, salivali tamen humore non privantur, qui ad voluptatem ac libidinem plurimum confert; aut non solum testiculi atteruntur exscinduntur vè, sed membrum scrotum ac virilia omnia adimuntur: sicuti iis accidit, quos hodie Imperator Turcarum cubicularios esse vult, atque hi non solùm infœcundi, sed etiam ad Venerem omninò inhabiles existunt. Cum igitur tria sint ad coitum necessaria, membrum cum suis partibus, materia, & jaculator spiritus, tria etiam reperiantur eunuchorum genera, quidam enim ob virilium privationem: alii ob vitium in illis, quo fit ut materia minus libere permeet; multi ob spiritus & naturæ impotentiam semen non generantis aut flatum non transmittentis; ut enim privatio aut corruptio testium causa est frigiditatis in toto, ita vicissim frigiditas causa est impotentiæ ad Venerem. Ut hinc obiter Avenzoarem assequaris affirmantem, nullum unquam fuisse castratum virum intellectu, aut moribus præstantem; quod perinde est, ac si diceret, castrationem hominem reddere frigidiorem, humidiorem, ac proinde quadantenus stupidum: & cum illa maxime appetant mortales, quibus potiri nequeunt, *Nitimur enim in vetitum, & quod non licet acrius urit*, hinc fit, ut qui, præsertim grandiores jam, castrati fuerint, memoria anteactæ voluptatis sæpius refricata libidinosiores evadant. Neque enim Avenzoaris placitis eatenus insisto, ut credam eos, quibus antea intellectus, ingenii, judicii & virtutum vigor inerat à natura, easdem non posse in posterum animi dotes retinere, imo verò assiduo usu meditationeque augere, cum præsertim omnis ætas eunuchos habuerit, qui judicio atque virtute cæteros homines non æquarent modo, verumetiam multis parasangis anteirent. Qua ratione (ut reliquos omittam) apud Josephum de antiquitatibus Judæorum legimus, jussu Darii Persarum Regis tres pueros Hebræos, & cum illis Danielem Prophetam factos fuisse eunuchos, qui tamen quantum virtutibus singulariq; intellectu fuerint conspicui, penes alios judicium esto: quamobrem præcipitanter Avenzoar, & post eum Mercurialis omnes uno ordine eunuchos lacerant: Nos instituto ordine cætera deinceps prosequamur.

Semen

Semen qua ratione animatum sit.

CAP. VII.

UTigitur revertamur ad susceptam de semine contemplationem, de eo investigemus, animatumnè sit, an prorsus inanimatum. Autor libri de spermate Galeno adscripti semen ab homine animatum exire putat, non tamen semper, sed tunc solum, quando à Deo statutum est hominem gigni. Galenus libr. de Marasmo animatum esse scribit, dicens vivorum tria esse genera, animalia, plantas, semina. Aristoteles animam quidem vegetabilem habere censet, non actu, sed potentiâ actui propinquissimâ; sed habeatnè semen animam (inquit ille) nec ne? ratio eadem atque de partibus reddenda est, neque enim anima ulla esse potest in alio, nisi in eo cujus est, neque pars ulla esse potest, quæ particeps animæ non est, nisi æquivoce ut mortui oculus: semen igitur & habere animam, & esse potentia animatum palam est. Porro agnoscunt Aristotelici tres potentiæ gradus sive species, remotam unam, quâ omnes formæ, quæ de potentia materiæ educi possunt, in eâ potentialiter existunt, & eam vocant potentiam materialem, qualem infans nunc natus ad scribendum habet, & seminis materia cum adhuc in fontibus membrorum sepulta jacet; propinquam alteram, quam in materiâ præexistere dicunt jam dispositâ, & inclinata per qualitates ad ipsam formam, vocant potentiam potentionalem, sicuti pueri potentiam ad scribendum, cùm instrumenta jam scriptoria cognoverit; & seminis in vasis ac testibus jam existentis. Tertiam vocant ultimam perfectionem, sicuti scriptoris, qui actu nondum scribit, potest tamen, cum velit, & seminis in uterum rejecti, & à generante concitati, alteriusvè materiæ, in quâ præexistit jam aliquod saltem principium activum ad formam, qualis est in semine complantatus spiritus, & formativa virtus, quæ etsi actu modo non operetur, ubi primum tamen obtinuerit commodum locum, & materiam, ad operationem insurgit, ac tandem suas vires exequitur; quod secundâ adhuc similitudine amplius illustratur: Nam quemadmodum dormiens remotius quam vigilans geometra est, isque remotius adhuc, qui jam contemplatur; ita semini substantia formativæ virtutis tota

Tria vivorum genera

2. de gen. anim. c. 1.

Tres potentiæ gradus.

Potētia materialis.

Potentia potentionalis.

Vltima perfectio.

Pulchra similitudo.

Vis formativa à quatuor motoribus cõcitatur.

Aristotelis sententia.

Vis formativa pars est animæ vegetantis.

Animam in semine præextitisse confirmatur.

Aristotelis dictum explicatur.

Duplex in semine virtus.

Vegetativa potentia undenam semini communicetur.

insidet, sed imperfectiori modo, dum in testibus ac seminariis vasis continetur, quam dum jam à quatuor quibus solet concitari motoribus, propriâ nimirum naturâ; calore, spiritu, & generantis animâ in utero concluſum agitatur, & adhuc multò imperfectiori, dum in membrorum fontibus resideret, cum tamen similis semper sibi sit, & æquè perfecta, sed clariori modo apparens, cum in actum prorupit, aut ipsi propinquior est. Itaque cum formativa virtus pars sit animæ vegetantis (ut proximo sermone constabit) sequitur vegetabilem animam in semine præextitisse, quasi dormientem tamen & consopitam. Insuper quia quorum principiorum actio est corporea, ea sine corpore esse non possunt, neque extrinsecus advenire aut per se accedere: atqui cum sint omnes formæ præter rationalem (quam extrinsecus advenire, & à Deo in temporis momento creari dubium esse non debet) corporeæ, cœlitus aut extrinsecus venire non poterunt. Aristotelis enim dictum, *Quicquid fit, ab eo, quod actu est, fieri*, perinde est, ac si diceret, ex subjecto sive semine, in quo potentia inest, efficitur ab eo, quod actu jam est, nempe à generante, non quod generans actum impertiat; sed cum semine potentiam conferat: Nec illos commovet, quod sit actus corporis organici; semen autem organicum non sit, nam sicuti semen potentiâ est animatum, ita potentia organicum esse dicunt, hoc est, animam quę actu inest, organicũ corpus exigere, ei vero quæ sola potentia etiam organicum potentia corpus satis esse; neq; mirũ, si semen à propria virtute se prępparet ad susscipiendam alteram formam, quasi agat ad sui interitum. Duplex enim est in semine virtus, passiva una quæ in crassâ, & materiali substantiâ cõsistit, activa altera, quæ in spirituosa viget, quæq; illam ex lege æternâ, ac Dei præcepto in perfectiorem commutare contendit. Si adhuc quæras, undénam vegetativa potentia semini communicetur? ab ipsâ naturâ nonnulli respondent, quid autem per naturam intelligant, an generantis formam, an substratam materiam, an vero aliam superiorem causam, non satis declarant, nobis tantum notissimum naturæ nomen obtrudentes, planeq; ignorata ejus substantiâ; quare potius à substantiali formâ generantis, & temperamento tum partium totius corporis, tum etiam testium, ac deniq; à quatuor illis, quibus antea moveri diximus, pendere dicendum est; ut superius etiam monstravimus, cùm de seminis decisione sermo erat. Sed interrogabis cùm ex eodem

semine

semine alias unum, alias plures nasci fœtus videamus, unica ne in toto, quod emittitur semen, anima fuit, an sua cujusq; seminis particulæ? unicam tantum potentiam præextitisse censendum est, qua juxta materiæ copiam & loci capacitatem unus vel plures fœtus generantur. Si rursus obtrudas, sicuti ex semine generantur solida membra, ita ex mẽstruo carnosa, oportere igitur mẽstruum animatũ esse? Solutio est sanguinem in carnem non commutari ante seminis adventum, cujus ac membrorum insitæ virtuti tribuenda est carnis generatio. Quod si mẽstruo vim effectivam inesse dixeris, piaculum non erit, nam & Galenus menstruo eandem tribuit facultatem, sic scribens: *Nam neq; semen facultas tantum inest, sed materia etiam quædam: neq; menstruum materia solum sed etiam facultas.* quâ ratione videtur intelligendus Levit. locus 17. ubi esus sanguinis interdicitur, propterea quod anima carnis in sanguine sit, quod tamen salvo Theologorum judicio dictum volumus, vel dic, animam in sanguine esse non quidem informativè, sed perinde ac in subjecto, hanc tamen facultatẽ non diffitemur à seminis virtute intendi, quemadmodũ & seminis materia à menstruo augetur. Hæc etsi constanter Aristotelici tueantur, non tñ desunt, qui semen animâ prorsus carere contendant, neq; minimum quidem vegetativæ, aut sensitivæ animæ semini insidere, sed solum spiritum genitivum, ac complantatũ, qui præter temperamentum, & conformationem, ultimam etiam, ac tertiam semini præparationem addat, quam potentiam ad formam ab Aristotele nuncupari existimant, quâ potentiâ materia sensim perficiatur consummeturq; ac vegetantis sentientisque formæ capax evadat, quam formam tunc repente de cœlo immitti dicunt: itaq; ut potentia perfectionem antecedit, ita perfectio formam; perfectionem à potentia fieri, formã extrinsecus omnino advenire: ac proinde omniũ vegetabilium sensitivorumq; formas de cœlo duci à Deoque creari in ipso temporis articulo, quo materia perfectionẽ consequitur, &, quod magis mirabere, imperfectorũ animalium, ut phalangiorum, culicum, muscarum, vermium, lumbricorum, viperarumq; formas à Deo creari; idq; de mente Arist. & Plat. supra naturã philosophantium, qui sanè sermo non improbabilis videtur, imo sacræ paginæ magis consentiens, quam superior, ut sequenti oratione planum fiet. Sic interpretatur Fernelius verba Dyotimæ fatidicæ mulieris, & Socratis magistræ apud Platonem in symposio dicentis; *Omniũ, ô Socrates, prægnans hominum, & gravidũ est*

Menstruum animatum non est.

2. de sem. 2.

Quorundã ac Fernelii opinio.

Dyotimæ opinio.

corpus, prægnans & anima, & inprimis cum ad certam ætatem pervenerimus parere nostra natura cupit: non quasi anima animab. prægnãs sit, & homo homine, sed amore & desiderio immortalitatis gravidam esse, & dici, quod generandi sit avida: neque jaculatis superius telis perterrentur, quia ut verum fateamur, non admodum sauciant. Quare cùm multos videamus utriusque partis fautores, ac ponderantes rationes, fatendum omnino est, hujusce difficultatis veritatem in occulto latere; eamque solum novisse Deum creatorem. Quod si nobis non quid verum, sed quid vero similimum sit, pronuntiare statuereq; liceat, semen existimamus, quamdiu in parente est, nondum vivere, decisum vero ac separatum à generante, uteroquè ex ceptum spiritibus fulcitum, & ab informativa virtute possessum non solum potentia, sed actu vivere vitâ plantæ: illicò enim incipit distendi seminis humida substantia, pulsat & ferit complantatus spiritus, formativa virtus opus aggreditur, ac tandem separantur ipsius spiritus, & sanguinis viæ: qui sunt quatuor primi in generatione actus: vivere autem potentia, non vivere est, sed potentiam habere ad vivendum. Num verò ipsa anima vegetativa, ibi ad perfectionem materiæ sequatur consequutione, & necessitate quadam de potentia ipsius, quia scilicet quæ antea latitabat, & materiæ imperfectione præpediebatur, jam istis adminiculis, & materiæ elaboratione prodit, ac operationes suas exequitur, an vero à Deo creetur, & extrinsecus adveniat, istud est quod affirmare neque velim, neque ausim, neque id hominibus, quantumvis crucientur, cognitum arbitror. De his enim & similibus Ecclesiastæ locum intelligo: *Mundum tradidit disputationibus eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usq; ad finem*, ac similium Dei operum nõ posse hominẽ rationẽ pervestigare, & Sap. 9. *Quis poterit scire consilium Dei cum sint cogitationes mortalium miseræ, periculosaq; nostra commenta*, Ecclesiast 3. *Altiora ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, nec in pluribus operibus Dei fueris curiosus*. Ut igitur præteream Platonem, Aristotelem & Galenum, alios mirari satis nequeo, qui cum hæc legant, adeo tamen logicis disputationibus delectantur, ut omnia Philosophiæ & demonstrationum cancellis nimia sua curiositate arctari velint, & logicis syllogismis acerrimis altissimarum rerum cognitionis hostibus & insidiatoribus omnia concludere.

Auctoris sententia.

Quatuor primi generationis actus.

De

De facultate formatrice.

CAP. VIII.

SEd quoniam in toto hoc de semine sermone facultatis formatricis sæpiusculè facta est mentio, de eâdem nunc cominus atque pensiculatius perscrutemur, de quâ quidem Philosophi multa subobscurè, & oscitanter percurrunt, alia penitus omittunt, quædam præter rem & auctorum mentem interpretantur? nos breviter priscorum opinionibus recitatis quid, in re adeo perdifficili, & scopulosâ statuendum sit, Deo opt. Max. auspice breviter aperiemus. Epicurus fœtus formationem ad casum & fortunam præter omnem rationem referebat; convincitur, quia fortuna eundem finem non semper assequitur, & parum credibile est, nullum in tanta partium multitudine errorem à fortuita motione committi; dextra sinistris perpetuo respondere, & trecentarum particularum, ducentorumque ossium structuram, cum scopis unicuique decem, formâ, figurâ, magnitudine, insertione, situ, principio, fine, colligantiâ, consensu, & temperamento, semper eandem fortuito fieri, quis sanæ mentis sibi persuadeat? Plato animæ mundi id acceptum ferebat; quod etiam impugnat Galen. libr. de fœtus formatione, quia etsi potentiam & artem, quæ in fœtuum formatione elucent, tanto artifice digna existimet, non tamen adduci potest, ut credat, imperfecta ac minutissima animalcula ab eodē fingi atque efformari; Addit Galen. fœtum non Deo, sed parentibus assimilari, atque ideo ab ipsis non à Deo ortum habere. Arist. in lib. de anima, asserebat, facultatem formatricem animam vegetantem in semine potentiâ contentam esse, ut de ejusdem sententiâ cap. præcedenti retulimus, ejus duo constituens munera nutrire, & generare, generationem autem esse perfectissimam omnium operationum, quæ vegetativæ conveniunt, quia omnia viventia maxime appetunt perpetuo esse, quod quidem per individuorum generationes procul dubio consequuntur: non tamen desunt Aristotelici nonnulli, qui virtutem generantem à nutriente non differre existiment, sed unā eandemq; esse, quæ cum integram conformationem operatur, generans, cum eandem conservat & auget, nutriens nuncupetur; hæc etiam sententia (quam nihilominus omnes recipiunt) parum ex eo redditur probabilis, quod

300 particula in corpore sunt.

Ossa 200. Scopi dec.

An nutrire & generare sint duo munera vegetantis potētia.

Reiicitur etiam hæc opinio.

non videtur facultas prorsus irrationalis in fœtus formationem tam mira præstare posse; summum nimirum artificium, eximium partium consensum, admirabilem ordinem, debitam figuram, & exactissimam compositionem, quæ summam sapientiam, admirandam potentiam, & infinitam bonitatem prorsus redolent; utpote inter se ita cohærentia, ut in nullo humani corporis membro, aut substantiæ modus, aut magnitudo, aut figura, aut situs citra læsionem possit commutari. Animam vero rationalem non esse nostræ generationis autorem hinc colligere licet, quod non differunt formationes reliquorum animalium à formatione corporis humani; quas tamen anima rationalis non conficit, imo ipsa post formationem Embryonis à Deo de novo ac in temporis momento procreatur ut suo loco planum fiet. Hæc cum advertisset Galenus, & nulla philosophorum demonstratio, nec de hac re opinio à reprehensione immunis sibi videretur, nusquam ausus est quicquam pronuntiare, de essentia animæ illius, seu facultatis, quæ semini fœcunditatis auctor existit; cum præsertim res sit, quæ neque sensu percipi, neque ratione inveniri possit; ideo postquam maximo dolore affectus sedulo investigavit, neque potuit philosophum reperire, qui hoc doceret, neq; aliam de structura animalium validam rationem (id quod ipse candide fatetur:) Philosophos hortatur, ut in hanc rem diligenter incumbant, & si quid pro sua sapientia invenerint, sibi velint sine invidia communicare. Alioqui ipsemet sibi parum constanti & nutabunda assensione, quò fluctus impellit, modò cum Hippoc. & stoicis hanc facultatem naturam vocat: modò cum Aristotele animam vegetantem: nonnunquam cum Platone mundi animam; sæpe etiam cum eodem Deum, summum scilicet opificem, & architectum nostræ formationis causam esse suspicatur. Non igitur mirum, si eorum qui nostro sæculo præstantissimi Philosophi habiti sunt, alii intellectivam potentiam hanc esse dixerint, alii vegetativam sed meliori instrumento conductam; alii mixtam ex naturali & animali, quia etiam in mixto spiritu genitivo viget, omnes certè argutè, ac pro sui quisque ingenii felicitate rem fere palpant, sed omnino non comprehendunt, neque mirum, cum res sit tenebris adeo involuta, & totidiverticulis dissectus labyrinthus, ut qui semel ingressus sit, exitum habeat perdifficilem, nisi ipsius facultatis definitione ductus id rimetur, quâ tum Galeni tùm juniorum scripta me posse hac in parte non parum

Anima rationalis non est nostræ generationis autor.

Anima rationalis à Deo in temporis momẽto creatur.

Galeni candor.

Galeni sententia.

Lib. de fœt. form. c. 6.

Recentiorũ opiniones.

Autoris

rum illustrare arbitror. Dicimus igitur facultatem formatricem non aliud esse, quam potentiam animæ vegetantis, quæ ex mente divina, seu præcepto Dei, ac lege æterna admirandam ubiq; habet & sapientiam & potentiam; vegetans ac naturalis ac proinde irrationalis facultas dicitur, quia non libere operatur, neq; intelligit, quæ operetur; unde igitur tam mira præstare potest? Hoc est, quod neq; Aristot. neq; Galenus potuit philosophum invenire, qui doceret, ab illo nimirum præcepto Dei ac lege æterna, quam nonnunquam naturalem instinctum, nõ nunquam vero divinum influxũ nuncupamus. Quemadmodũ n. horologia nihil temporum momenta ipsa intelligẽtia nos humano artificio certas temporum mensuras edocent; ita facultas formatrix divino artificio constans præstantissima & sapientissima opera exercet, ipsa sui operis insciа: hanc igitur facultatem divino influxu conductam, Platonem Justitiam ac legem nuncupasse existimo, & ex opinione Anaxagoræ mentem, imperatricem, reginam, ac principem, quæ omnia creat, per omnia commeans, ut cecinit Poeta

Sententia. Facultat. format. def. finitio.

Naturalũ instinctus. Divinus influxus. Similitudo.

Aeneid. 6.

Deum namq; ire per omnes
Terras tractusq; maris, cœlumq; profundum
Inde hominum pecudumq; genus, vitaq; volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Hanc etiam altius philosophatus Aristoteles in opere methaphysico intelligentia præditam esse dixerat, quod procul dubio voluit significare Hippocrates, vocans naturam justam, & sine doctore doctam, innumdrisque aliis encomiis illam celebrans; Galenusq; concludens tantum se habere, quod de causa animalium formatrice asserere possit, quod summa in ea ars, summaque sapientia insit; nec nisi à sapientissimo potentissimoq; artifice tot usuum myriadas in nostri corporis particulis factas esse crediderit; idem cum aliis conspiranter profitetur Avicen. *virtus* inquit, *formativa est illa ex qua præcepto sui creatoris procedit membrorum lineatio, & ipsorum figuratio*; & alibi de separatrice virtute ait, *est natura docta obedire creatori sublimi, & glorioso, & virtus quæ hoc agit est anima vel natura præcepto Dei.* Atq; idipsum est, quod voluit Virgilius, dum *Iovis omnia plena* esse cecinit. Et alibi

Lib. 2. c 18.

2. can. tr. 1. c. 4.

Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus

Mens

Mens agitat molem & magno se corpore miscet,
Inde hominum pecudumq; genus.

Ex quibus planum fit non solum formatricem, sed etiam reliquas omnes facultates, suas functiones exercere ex eadem doctrina mentis Divinæ, seu legis æternæ, & instinctus naturalis, sive influxus divini. Hinc enim non animata vacuum fugiunt, gravia & levia extrema norunt, plantarum radices interdum per rupes, & durissima saxa permeant, ut ex succulentâ terra alimentum possint attrahere, mutuam inter se servantes amicitiam aut inimicitiam; bruta animalia agnoscunt suos pastus, suas domos, suorum morborum remedia, & herbas etiam nobis ignotas, cæteraque perficiunt functiones, vitulus cornu petit, priusquam cornua produxerit, pullus equinus nondum solidis unguibus calcitrat, catulus licet dentes nondum validos habeat, ad mordendum incitatur, & ut Lucretius cecinit, hæc causa est.

Inanimatorum ordo.

Brutorum instinctus.

Cur acris violentia triste leonum
Seminium sequitur: vulpes dolus & fuga cervos,

Et de apibus Virgil. *His quidam signis atq; hæc exempla secuti*
Esse apibus partem divinæ mentis & haustus
Æthereos dixere. & cæt.

Naturales etiam facultates sua tempora in variis membris norunt nec agente attractrice retentrix, nec toto coctionis tempore, aut attractrix agit aut expultrix, & cum cõtraria operentur, non pugnant; hæmodia ad acida excitatur, ad turpem conspectum nausea; invitis nobis conspectu noxiæ rei retrahuntur spiritus, diffunduntur ad læta, recolliguntur ad somnum, & rursus suo tempore emittuntur ad expergefactionem, & in animi affectibus variè commutantur; totque sunt rerum naturalium vires & facultates, ut qui eas interpretatur, perinde sit, ac si faciat encomium Dei creatoris: Ideo affirmat Galenus in lib. de usu partium, se in illo opere verum Dei hymnum condere quibusvis hecatombis, & holocaustis gratiorem, in eoque sitam esse veram pietatem existimat, si noverit primus, deinde & aliis exposuerit, quæ sit ipsius creatoris sapientia, quæ virtus, quæ bonitas. Nunc definitionem accuratius explicemus, cujus ac formativæ virtutis essentiam jam omnino innotescere arbitror; nam quia spiritus & semen, in quo operatur vegetabilis anima, à parentibus communicantur, idcirco eorundem similitudinem fœtus referunt; quia vero vegetativa potentia à

Naturalium facultatum ordo.

Animi affectus.

3. lib. c. 10.

Definitio explicatur.

Deo

Deo creatore legem, & modum ſuarum actionum participat, ideo in omnibus creaturis ſimilitudo Dei eſt, in homine tamen per modum imaginis:

In creatura ſimilitudo Dei eſt.

Exemplumq; Dei quisq; eſt in imagine parva:

In aliis verò per modum veſtigii, quoniam in ipſis oſtenditur ſumma ſapientia, ſumma potentia, & ineffabilis bonitas ipſius creatoris; Et quia ſine judicio ac ratione operatur, nonnunquam monſtra committit, non quod erret influxus ille, aut lex æterna, ſed propter defectum aut ineptitudinem materiæ, ac ita intelligatur Ariſtoteles, dum inquit: *Sol & homo generant hominem*: ac ſi diceret, cauſa ſuperior, & ipſius influxus dirigens ſpiritum genitivum, & ſemen ab homine deciſum, hominem generat; nunc tandem aſſequeris, Ariſtot. ipſum in illâ toties celebratâ, ſed à nemine (quod ſciam) adhuc explicatâ ſententiâ nihil aliud ſignificare voluiſſe, quam virtutis formativæ impulſum à cœlo pendere; ſic ejus verba jacent in lib. de generat. animal. *Eſt in ſemine omnium, quod facit ut fœcunda ſint ſemina, videlicet quod calor vocatur, idq; non ignis, non talis facultas aliqua eſt ſed ſpiritus, qui in ſemine ſpumoſoq; corpore coercetur, & natura, quæ in eo ſpiritu eſt, proportione reſpondens elemento ſtellarum*: quæ verba, ut explicant nonnulli, triplicem in nobis conſtituunt calorem, igneum ſeu elementarem; attemperatum naturalem, ſive inſitum; & extrinſecus advenientem ſive cœleſtem, qui illum gubernet, & vitæ procreationis ac incrementi ſit auctor: Alii non niſi elementarem ponunt, atque cœleſtem, ad nos volantem ibique ſubſiſtentem; quibus ita conſtitutis, de calore naturali explicat Leonicenus lib. *de facultate formatrice*, Ariſtotelis ſententiam: Fernelius de cœleſti, Avicenna lib. *de medicinis cordialibus* de ſpiritu dicens: *Et ſpiritus eſt res generata ex commixtione elementorum vergens in ſimilitudinem cœleſtium corporum*: addit Fernelius ſtellas elementa ab Ariſtotele dici, quod ſuas etiam vires rebus omnibus impertiant, perinde ac quatuor prima rerum omnium elementa; ab his igitur ſeminis materiam, ab illis vero formatricem facultatem, genitivum ſpiritum, calorem & ſeminis ipſius naturam ipſi ſemini impertiri, ſic ut in materia, & denſo corpore ſpiritus, in ſpiritu calor innatus, in his duobus natura, & facultas ſeminis contineatur, atque adeo partium humani corporis ſubjectam materiam ab elementis fieri, quod vero jam animal, aut ſtirps, & hæc pars caro, illa os ſit, citra appulſum genitivæ virtutis in ſemine

Monſtra unde.

Ariſtotelis dictum enarratur.

Ariſtotelis locus alius obſcurus explicatur. Lib. 2. c. 3.

Triplex in nobis calor juxta aliquorum ſententiam.

1. cap. 2.

Fernelii interpretatio mutila.

contentæ haudquaquam fieri posse: In qua ità præclarè ac magnificè à Fernelio explicatà Aristotelis sententià illud unum desidero, ut quo pacto calor ille cœlestis atque adeo extraneus in nos commigrare possit luculentius expediat; plerique respondent, non planè cœlestem ab Aristotele fuisse nuncupatum, sed proportione respondentem elemento stellarum, & per illum non alium quam insitum nostrum calorem attemperatum & frigidi participem (ut vult Galenus) intellexisse, qui plane salutaris, ac pene divinus sit: Sed hæc parum concinnè dicta videntur, quia neque igneum esse, neque ab igne originem ducere dixit Philosophus: noster autem calor quantumvis attemperatus, est aut igneus ut febrientium, aut ex igne originem ducit, ut elementaris sanorum. Potius igitur per calorem in præfatâ Aristotelis sententiâ facultatem ipsam formatricem, seu illam, de quâ agimus, vegetantem animam semini potentiâ existentem intelligimus, hæc enim facit, ut fœcunda sint semina, hæc nec ignis est, neque ex igne originem ducit, verba autem *videlicet quod calor vocatur*, juxta eorum opinionem posita sunt, qui veram facultatis essentiam ignorantes calorem ipsum nuncupabant, quem loquendi modum antiquioribus fuisse in usu, ex Galeno constat, qui animam vocat nativum calorem libr. *de morb. vulg.* Hippocrates temperamentum in ejusdem numeri sententia & libr. *de diæta*. Hæc itaque est quæ in spiritu spumosoque corpore continetur proportione respondens elemento stellarum, quia sicuti virtus astrorum non constat ex his elementis, sic nec virtus facultatis formatricis, & sicuti virtus cœli, & astrorum, est causa universalis generationis rerum, quæ determinantur ad particulares generationes ex peculiari natura loci, & ex aliis causis infernis; ita facultas formativa ex se universalis est (non enim differunt generationes animalium à generatione plantarum) quæ tamen determinatur ad particularem generationem ex loco, ex quo deciditur, & in quem suscipitur semen: adhæc quemadmodum vis cœli aliquando superatur à causis infernis, & monstra prodeunt, sic facultas formatrix ab iisdem causis superata monstra generat; Est igitur de facultate formatrice intelligenda Philosophi series, non de spiritu calorevò nativo, aut cœlesti, quibus nulla ratione possunt aptari, ut pluribus fortasse, quam par erat, planum fecimus: sed quoniam de semine, & formativa vi jam nimis multa, ad menstruum nos tandem conferamus.

Calor naturalis frigidi est particeps

Auctoris interpretatio.

Sect. 5. com. 5.

Galenus 2. de sem. 7.

De men-

De menstruo sanguine.

CAP. IX.

DE altero nostræ generationis principio, hoc est, de menstruo sanguine tempestivum jam erit, sedulâ disquisitione perscrutari, quid illud sit; quæ ejus qualitas: quis generationis modus: quæ fluendi ratio; cur fœminis potius quàm maribus insit: qualitate ne an sola quantitate peccet; quo tempore incipiat, ac desinat; quamdiu duret: in qua mensura, & per quæ loca exurgetur: sitnè fœminarum sanguis virorum sanguine frigidior; & num mulier concipere possit menstruis suppressis, aut nondum fluentibus. Est menstruum, sanguis in muliere, superfluus, crudus, sed tamen utilis ordinatè, & secundum naturam profluens, ut colligere est ex Aristot. lib. *de generat. animal.* Et ex Galeno in opere *de usu partium.* Dicitur crudus ad differentiam seminis, quod excrementum concoctum est, utilis verò, ad differentiam cæterorum fluxuum uteri, in quibus inutilis sanguis prodit: ordinatè profluere dicitur, quia sunt alii humores, qui etiam à matrice sed absque ullo ordine excluduntur: Additur, secundum naturam, quia omnis sanguinis fluxus, præterquam menstruus, præter naturā est. Porrò autem ut intelligas, qua ratione superfluus sit, scire licet fœminam frigidiorem humidioremq; mare esse, idcirco sanguine magis abundare, quippe quæ alimentum quidem, quantum expedit, concoquit, verum propter caloris imbecillitatem, id, quod redundat, per halitum digerere nequit, proinde plus sanguinis, quam illi pro nutritione partium sit ex usu, accumulat, cujus partem cum sibi concoxerit & similaverit, reliquam tanquam superfluam per uterum excernit. Menstrui vero nomen non à propriâ substantia, sed ab accidenti inditum est, quòd singulis mensibus ejus excretionem natura moliatur, neq; tamen si aliquando naturaliter, aut præter naturam aberret, aut remoretur, aut anticipet, ob id desinit menstruus appellari ejus fluxus. Hujus autem periodi causam non ad vitiosam qualitatem, nec ad redundantiā sanguinis referendā esse arbitreris, sed aut ad vim naturæ, quæ omnia certis legib⁹ administrat, aut ad sempiternos & immutabiles Lunæ cursus, quæ ut luminis varietate tum crescens, tum decrescens, mensem demetitur, ita omnium maximeq; hominum, & adhuc magis fœmi-

Menstruum quid. Arist. lib. 1 cap. 20. Gal. lib. 14 cap. 8.

Menstrui generandi ratio. Fœmina mare frigidior.

Mēstrui nomen unde.

Periodi mēstruorum causa. Menses naturam & lunam sequuntur.

narum humores rata ordinis constantia regit, atque moderatur. Ita sapientiorum plures per singulas Lunæ quadraturas purgari mulieres existimant, juniores per primam, seniores per postremam; ætate medias per alias, ut in hoc vulgatissimo disticho continetur:

Luna vetus veteres, juvenes nova Luna repurgat.

Sed & hoc lubricum est, & minime constans; nam pituitosi menses sæpe cunctantur, bilioſi anticipant, unde fit, ut qui modò in novilunio prodeunt, post menses aliquot in plenilunio moveantur: quamobrem perpetuum non est, quod Aristot. scribit lib. *de generat. animal.* decrescente luna menses magis moveri, cujus ratio esse videtur, quia sines mensium frigidiores sunt, subindeque mulierum corpora, ideoque hoc potissimum tempore sanguinem natura convertere non potens, in uterum transfundit, videmus enim mulieres expurgari plerunque in novilunio. Cæterùm hunc sanguinem mulieres vocant menses, menstruas purgationes, sive lunares, tempora, consuetudinem, aliæ etjam malam septimanam, quod hæ fluxiones septem numero dies fieri soleant; item flores, quoniam, ut flos fructum antecedit, ita ut plurimum non nisi post hujusmodi purgationem fœmina concipit, vocant etiam per translationem cardinalem propter colorem. Propterea vero menstrua fœminis, & non viris contingunt, quia mulier ad procreandos liberos facta est, quorum generatio atque nutritio fieri non potest absque alimento, quo conceptum semen nutriat, fœtum conformet, augeat, foveat; & ob id oportuit in muliere longè copiosiorem sanguinem generari, quàm in viris, ut non solùm alendo conservandoque proprio corpori sufficeret, verum etiam nutriendo fœtui, donec ad integram perveniret perfectionem, imo post exitum in lucem ex eodem in lac converso sanguine nutriretur. Maribus autem, quia non in seipsis sed in alio generant, necessaria non fuit productio menstrui; ideoque calore robustiori præditi sunt, qui haud permittit similem superfluitatem aggregari; si quid redundet, multis exercitiis ac validissimis absumitur; adde quòd mulier frigidior cum sit, plus appetit, & minus concoquit, ac proinde frigidiori sanguine redundat; His accedit corporis habitus, & vitæ institutum, in quiete enim magis, & otio degunt, ubi mirari licet, quàm sapienter à summo opifice fuit factum, ut fœminæ frigiditas in prolis commoditatem redundaret; quantaque providentiâ tot fœminæ imperfectiones in eximiam utilitatem, semi-

nis ni-

Arist. lib. 2. cap. 4.

Menstrui sanguinu diversa appellationes.

Menstrua cur habeãt sola mulieres.

Viri cur mẽses non habeant.

Mira opifi-

nis nimirum & fœtus alimentum converteret; verum enimvero non, quemadmodum ſemen ultimi alimenti, ſed ſanguinei portionem, id eſt, excrementum non ejus coctionis, quæ fit in membris, ſed illius, quæ in jecinore, ac venis celebratur, mẽſtruum eſſe indicium eſt, tùm quod non refert naturam, aut colorem partium ſolidarum, ſed ipſius ſanguinis, tum quod neq; mariſcæ neque fluxus ſanguinis è naribus, neque varices, neque tale quicquam mulieribus accidit quamdiu menſes profluunt, & ſi quid horum erumpat, deterior fit menſtrua purgatio. Jam verò quæcunque animantia ovum pariunt, nec fœtum intra ſe vivum continent, ea quidem menſibus non purgantur; earum vero fœminarum, quæ vivum fœtum edunt, mulier maximè ſanguine abundat, & menſtruæ purgationis plurimum emittit, tùm quòd victu largiori, humidiori, & magis excrementoſo utitur, tùm quòd vitam inertem otioſamque traducit, neque adeo frigida eſt, ſicuti piſcis, neque adeo ſicca, ut avis, ſed calidam & humidam habet conſtitutionem, caretque munimentis illis, in quæ reliqua animalia, hujuſcemodi excrementa abſumunt, pilis nimirum, cornibus, ungulis, ſquamis, cortice & pennis, ob quam cauſam hæc purgatio mulieribus inter fœminas plurima evenit, equabus parcior, ſicuti & vaccis, atque canibus, ac inſuper, quia bruta uno victus genere utuntur, valideque laborant, ac exercentur. Cum his tamen mulieres reperies, quibus nunquam menſes, vel aliud quippiam fluxit ex utero, quæ nihilominus benè habitæ prorſusq; incolumes ad ſenectutem usque vixerunt; quod ut diſcas, quâ ratione poſſit contingere, ſciendum eſt; duplicem eſſe defectus menſtruorum cauſam, alteram toti corpori communem, quæ accidit illis, quæ inculpatè vivunt, utpote naturalis temperies, ſubſtantia, partiumq; omnium configuratio, quæ ſi ad amuſſim inter ſe conveniant, neceſſum eſt trahant, concoquant & expellant, quod proficuum eſſe noverunt, ideoque ſuperabundanti ſanguine carent, præſertim ſi adſit exercitium, ſolidæ ſint carnis, & calore abundantes; eas propterea viragines appellamus, quales etiam ſunt ruſticæ mulieres quas urbanis ſteriliores eſſe experientiâ conſtat, quia ob continuos motus & labores conſumitur in eis materia conceptionis & menſtrui ſanguinis, iis tamen ſenectute adveniente articulares morbi, paraplexiæ, & alii affectus ſuperveniunt, nam conſtitutio hæc, etſi fœminæ, cui ineſt, optima eſt, ſexui tamen & ſpeciei morboſa exiſtit, ut vel hinc innoteſcat, quàm ſit conducibilis

eiu providentia.

Menſtruum tertia coctionis excrementum eſt

Menſtruata ab aliis fluxibus immunis.

Menſtruis quæ animalia carent.

Mulier inter reliqua animalia maximè abundat mẽſtruis.

Mulieres menſes non habentes.

Menſtruorũ defectus duplex cauſa.

Viragines ſunt valetudinaria.

ad fœminæ in suo sexu perfectionem, illa concoquendi imperfectio, ideo Jurisconsultus *ff. de Ædilitio, l. 15. §. quæ incipit, qua*, inquit, *bis in mense purgatur, sana non est, item quæ non purgatur nisi per ætatem id accidat.* Altera deficientis menstrui causa est utero propria, quia etsi corpus sanguine menstruo abundet, uterus tamen à natura malè constitutus ob depravatam temperiem, conformationem, aut situm, ipsum suscipere & expurgare nequit; quæ causa tùm individuo tùm sexui morbosa existit, hæ igitur valetudinariæ degunt, priores sine nocumento vitam transigunt.

Sola copia menstruum sanguinem peccare, eodemq; infantem in utero nutriri

CAP. X.

Contr. agitatur. Plinii sententia. Lib. 18. nat. hist.

MEnstruum sanguinem non solâ quantitate superfluum esse, verum etiam qualitate', & illâ quidem non manifestâ solum, sed etiam occulta, Plinius existimavit eo ductus argumento, quod non sine molestia viarumque mordicatione profluat, ac per id tempus non solum universum fœminæ corpus malè coloratum appareat, verum imbecillius, & si, quamdiu menstrua purgatio duret, coitus contingat, virile membrum ruborem excoriationemque contrahat, innumeræq; aliæ ęgritudines hominibus inde contrahantur, quæ excedentis caloris manifestæq; vitiatæ qualitatis indicia sunt: Occultâ etiam pernicie inquinari inde palam esse, quod eo excidente si novella vitis tangatur, in perpetuum læditur, steriles fiunt tactu fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, mustum acescit, æs quoque & ferrum rubigine corripiuntur, prægnans mulier, si alterius menstrua supergrediatur, aut illis circumlinatur, abortit, ei vero, quæ uterum non gerit, concipiendi spem adimit, menstruatæ mulieris habitus speculi ac eboris nitorem obscurat, gustatus hic sanguis canem in rabiem agit, homines affligit miris cruciatibus, comitialem morbum, pilorum effluvium, aliaque elephanticorum vitia infert, &, ut auctor est Conciliator, homines menstruus epotus oblivioso s, Lunaticos, ac veluti præstigiatos, maleficiatosq; reddit. His omnino suum addit calculum Fernelius, ac propterea à veteribus inter venena relatum fuisse putat, neque mi-

Morbi qui ex manifesta qualitate menstrui sanguinis oriuntur.

Ex occulta qualitate affectus.

2. Phys. c. 7.

que minorē perniciem inferre, quam potus sanguinis elephantici, ideoque dum in muliere supprimitur, neq; statis temporibus emanat, ei etiam, cui proprius est, gravissima, quæ indies videmus, afferre mala, viscerum obstructiones, tabem, cancrum, morbum comitialem, uteri strangulatum, gravidis vero corporis gravitatem, fœdum colorem, varices, malaciam, ac tandem proclivitatem quandam ad omnes ferè ægritudines; quapropter adduci non potest, ut credat, eo fœtum in utero nutriri, sed ab alio puriori totius corporis sanguine, menstrui tantisper parte, una circa uterum hærente; alterâ priori illi sanguini permixtâ, ex qua præfata symptomata gravidis suboriantur; quin imo, inquit, quia tunc uterus mundus redditur, propterea mulier optimè concipit, quando repurgata est ab hac fœda illuvie. Subscribunt huic opinioni Aristoteles, Columella, Solinus, Ælianus, & Gentilis qui 39. extravagantium dupliciter accipit menstruum sanguinem; uno modo pro illo, qui singulis mensibus à corpore mulieris effluit: altero pro sanguine convenienti fœtus nutritioni, illum quantitate, & qualitate vitiosum esse: hunc sola quantitate, quem etiam sperma mulieris vocat, quâ in re cum Aristotele, Avicenna, eorumque interpretibus multipliciter ludificatur; Ejus tamen ac reliquorum de hac re sententia potest etiam ex Zabrorum legibus comprobari, ubi mulier, cui menses fluerent, sola domi manere præcipiebatur, loca cremabantur, in quibus pedem posuerat, neq; solum pollutus erat, qui eam alloquebatur, sed super quem ventus ab ea parte, ubi illa foret, transiisset. Nota est Leviticí lex de hac re, ad cujus normam hæc lata videtur. Eadem ratione nobiles Indi, quos Naires vocant, pollutos se putant ex contactu hominis alterius sortis. Alii sunt, qui licet non negent, menstruum sanguinem aliquando esse pernicioſum, nonnunquam tamen multorum morborum remedium esse affirmant; ita referunt podagram, strumas, parotidas, panos, sacros ignes, furunculos tactu menstruate mulieris leniri; gestatione vero portiunculæ vestis mulieris ita infectæ tertianas quartanasque febres curari, illitu comitiales morbos, ac rabie percitos omnino sanari. Hæc tamen omnia parum firma sunt, si ita intelligantur, quasi Aristotel. Plin. Fernel. & hujus opinionis assertores, sanguinem illum, quem natura ad uterum transmittit, ex propria conditione pernicioſum, ac pestiferum esse arbitrentur, ideoq; ex eo fœtum in utero alimentum non capessere, neque eum sed alium ex corpore

Fernelii opinio.

Arist. 3. de hist. animal. 19.
Col. 11. rei rust. c. 3.
Solin. Polyhist. 14.
Aelian. 6. de animal. cap. 36.
Aver. alleg. Zabrorum lex de menstruatis.

Aliorum opinio de menstruo sanguine. Menstrui illitu qui morbi curentur

Plinii & Fernelii opinio confutatur.

corpore pro alimento allicere: Si enim non aliâ de causâ nisi propter fœtus nutritionem natura in fœminis majorem sanguinis ubertatem excogitavit, id quod exuperat, vitiosum esse non est credendum, cum pro alimento sit à naturâ institutum, & per easdem vias transmissum, per quas fœtus alitur; insuper lactis ac menstrui eadem est natura, si igitur illud alimenti habet rationem, hoc etiam fœtum nutrit; adhæc si veneficus esset, fieri profectò nullo modo posset, ut per id tempus, quo naturaliter aggregatur, non officiat, & illius auctione symptomata quoque terribilia augeantur; parva quidem copia alterius humoris præter naturam, nauseam, vomitum, alvi fluxiones, dolores, febres, vigilias, & similes calamitates solet excitare, cur igitur, si venenosus hic humor est vehementiora non facit, qui majori copia accumulatur, & diutius cohibetur? At dices, propter consuetudinem perniciem hanc à fœminis facilius tolerari; sed quid de juvenculis, quibus primum menstrua erumpunt, nullâ præhabita consuetudine? quid de prægnantibus, in quibus naturaliter supprimitur? quicquid autem secundum naturam detinetur in sanis, non potuerat per se nocere corpori, cui inerat; adde quòd saltem nondum assuetum fœtum enecaret, generationemq; prohiberet, vel lac conspurcaret, contrarium vero experientiâ comprobatur; videmus enim toto gestationis, lactationisque tempore menses supprimi, neque tamen id fœtui aut matri per se officere: quid? quod gravidæ difficilius profectò ægrotarent, quàm non prægnantes, quoniam in his juxta eorundem sententiam sanguinis pravi pernicies boni alterius commixtione (quem illi dicunt fœtui destinari) corrigeretur, in prægnantibus vero nullo fræno cohibitus lethalia semper symptomata excitaret, cujus tamen contrarium eventus docet: Jam vero si sanguis menstruus pernicios esset, quantò in majori copia aggregaretur, tantò acquireret efficaciorem corrumpendi vim; atque ita in ultimis mensibus, in quibus major ejusdem copia accumulata est, fœmina deteriùs omninò se haberet, quod tamen contrariâ ratione contingere cernimus: sed quem quæso locum in corpore assignabunt, in quo tàm copiosè contineri possit ille sanguis, cùm per biennium, & diutius nulla illius expurgatio in lactantibus appareat? nam si dicas, ex eo lac generari, inde inferre licet, ergò alimentalis est materia, atque adeo benigna, laudabilis, salutifera, non ferox, pernicios neque venefica. Quæ cum ita sint, & ex alterâ parte videamus, menstruum

Contr. deciditur.

strruum sanguinem plurimarum ægritudinum sæpissimè causam esse, potius censendum est, sanguinem in fœmina redundantem dupliciter esse considerandum, non quidem de menstruo & seminali (quod putavit Gentilis) sed primo modo de eà sanguinis portione, quam natura singulis diebus ab universo sanguine segregat, & paulatim in utero collectam menstrualem efficit purgationem, quæ quidem portio redundat ex nutritione partium singularum, ita ut ex singulâ concoctione sanguis qui supereſt, non gravidis neque lactantibus, in vasis uteri reponatur, ut posteà singulis mensibus erumpat, gravidis vero in fœtus alimoniam cedat, lactantibus per ulteriorem elaborationem à propriâ mammillarum substantiâ in lac convertatur, unde palam est, humorem hunc ex propriâ naturâ partem esse sanguinis purioris illius, quem pro fœminarum alitione natura sejungit; quamobrem hunc dicimus esse ejusdem substantiæ, & qualitatis cum eo, quem sibi fœmina reservavit, & ad sui nutritionem usurpavit, utpote ab iisdem alimentis, & facultate eodemque nativo calore genitum ac gubernatum, & suis usque ad excretionem venis locisque contentum, quibus unumquodq; commode conservari solet; ideoque cùm sanguis iste superfluus aut excrementosus dicitur, non ad qualitatem manifestam vel occultam, sed ad quantitatem referendum est, nam si quod vitium illi ineſt, idem & reliquo toto sanguini commune existit, proprium verò & peculiare nullum possidet, hunc insuper asseveramus benignum esse fœtus in utero alimentum, atq; sincerum; infantis verò in lucem editi gratiâ à provida naturâ in mammas deferri, ut ibi lac jucundissimum fiat alimentum; & quemadmodum semen alterum nostræ generationis principium purissima est substantia, ita menstruus sanguis; neque ob aliam causam infantes & pueri plus habent nativi caloris, & humidi substantifici, quàm quia his duobus purissimis & laudabilissimis generationis principiis proximi sunt; quin etiam ideo natura sagax ex menstruali sanguine lac conficere decrevit, ut simile haberet fœtus alimentum suis principiis, quem si crassiori, aut minus benigno nutrimento alas, ob dissimilitudinem contabescit, ac propterea lactanti fœminæ menses denegavit natura, ut eorum materia ferretur ad mammas, & lac fieret, nec illicò, postquam in lucem editus est, destitueretur infans assueto ac sibi familiari alimento. Et quænam causa fuerit, cur infantes quàm matres præstantioris, laudabiliorisque caloris, ac substantiæ ori-

Sanguis redundans dupliciter consideratur.

Sanguis futurus menstruus sola quantitate peccat.

Sanguine futuro menstruo fœtus alitur.

Pueri quare plus habent caloris nativi.

Gal. lib. 14 cap. 6. Av. lib. 9. cap. 3.

ri videas? nisi quia, ut Galen. auctor est lib. *de usu partium*. Et Avicenna lib. *de animal.* ex puriori totius sanguinis parte alimentum intra uterum sumpserunt; & quod magis fortasse mirabere, hunc etiam sanguinem dicimus facultatem, perinde ac semen, possidere, sed tanto minorem, quanto plus materiæ informando fœtui subministrat: Nam cũ ex materia, & facultate unumquodq; animal gignatur, & in semine, & in mẽstruo utrumq; principiũ continetur effectivum & materiale ea moderatione, quã infra trademus, ab eo igitur carnosæ partes materiã & formam accipiunt, eodẽ attracto semen fruitur, conceptus in utero nutrimentũ capessit, in lucem editus alitur. Secundo modo cõsideratur sanguis menstruus, qua ratione in mulieribus non lactantibus, nec uterum gerentib. congeritur, & in corpore præsertim circa uterum tanquam otiosus, ac nullius usus detinetur, ac circa uterum coacervatur, ubi lõga facta morâ sensim ẽt alienam acquirit qualitatem ab alimenti sinceritate longe distantem; quin etiam nisi consuetis temporib. expellatur, superius allata symptomata, ac innumera penè mala producere cõsuevit; certum n. est uteri in mulieribus permagnam esse vim, ut qui non modo graviſſimorũ morborum causa sit, sed etiam corporis totius tẽperamentum immutare possit: Is igitur si à suo temperamento recesserit, si vitiosos humores aut in acetabulis aut in cornibus, aut inter tunicas, aut sinu suo collegerit, sanguinem menstruum, ejusq; maxime partem, quæ primum ad eum pervenerit, & in eo diutius resederit eodem vitio inficit, atq; depravat: unde supra ab adversariis commemorata maleficia: Verum vitium hoc ex accidenti potius quã naturâ inest hujusmodi sanguini, quia alias in muliere bene constituta omnis vitii expers gignitur. Unde planũ fit, non in omnibus vitiari, sed in iis, in quibus præter consuetudinem immoratur; plus enim afficit, si unâ die ultra mensem detinetur, quam toto mensis spatio, tantum consuetudo valet & naturæ lex illa æterna, à qua in vasis per mensem regulatur; itaq; nõ omnes menstruantes fœminæ speculum maculant, segetes exurunt, aut prædicta inferunt mala, sed illæ tantũ, quibus deterrimum inest uteri vel totius corporis temperamentũ, aut morbus aliquis, aut improspere procedunt menses, reliquis purus ac integer sanguis in uteri vasis aeervatur, quem Hip. rubentem ac victimæ jugulatæ similem ex intervallis à fœmina exire prodidit; Neque propterea, quod fecit Gentilis, sanguinis menstrui duas constituimus partes, species, & differentias, purio-

Et in semine, & in menst. utrũque principium continetur effectivum, & materiale.

Mẽstrua remorata alienam acquirũt qualitatem.

Uteri vis magna.

Menstruorũ maleficia unde proveniant.

Consuetudinis magna vis, & naturalegu

1. de morb. mul.

puriorem, cui beneficia prefata accepta ferantur, fœculentam, cui maleficia; sed eundem duobus modis variisq; temporibus consideramus, quamdiu nimirum integer incorruptusq; manet, aut contrà. Ex his jam patere arbitror, quàm parum appositè de menstrui sanguinis pravitate cum Plinio & Aristotele Fernelius judicaverit, quamq; hi omnes cum Polybio, sive quis alius fuerit auctor libri de fœtus formatione, minus concinne tradiderint, fœtum menstruo sanguine non nutriri, nisi eâ, quâ diximus, ratione interpretentur, quod equidem malim, quam erroris ab iisdem forte non commissi præstantissimos viros malevolè insimulari. At dices, magna est pernicies variolarum & morbillorum, hanc vero non aliunde contraxisse quam à menstruo summus est philosophorum consensus: cujus teli impetus ex dictis jam facile repellitur; nam, ut & nos innuimus, & ex Avicenna cap. *de generat. embryonis* etiam disces, sanguis in fœminâ redundans in tres dividitur partes, quarum prima toto gestationis tempore, materia fit generationis, & nutritiouis conceptus, eam enim quia purior ac sincerior existit, fœtus per acetabula pro alimento trahit; 2. ultimis mensibus ad mammas recurrere incipit, cum fœtus jam movetur, ut naturæ mutationibus in lac conversa, recenter nato infanti familiare & conveniens suppeditet alimentum, sitq; materia lactis: tertia est ea, quæ invenis uteri asservatur usq; ad tempus partus, quæq; ab alimento redũdans inter tunicas deposita ac mora contaminata, & infecta in ipso partu, & aliquandiu post copiosè dimanat, quæ ultima cum deterioris sit conditionis, sanguinem, qui defertur ad uterum pro fœtus nutritione, suâ qualitate in transitu inficit, qui deinde jecur fœtus & illius mẽbra simili qualitate afficit, nec mirũ, si cùm fœtus novẽ mensiũ spatio in utero contineatur, propter contactum imbibat qualitatẽ illius sanguinis retardati; quæ qualitas sive fermentũ inposterum quibusdã temporius, aliis seriùs causa est ebullitionis in sanguine, unde efflorescentiæ illæ atq; variolæ: sed cur sanguis hic novẽ mensib. citra evidens vitiũ in utero gerentibus detinetur? dic, incolumẽ ibi asservari, quod partim repleat vasa, partim fœtui præstet alimentum, pars vero illa, de quâ agimus, in secundina colligatur, quam ob id familiarissimã sanguinis substantiæ natura fabrefecit, ut ibidẽ citra evidentem corruptionem toto gestationis tempore contineri tutò posset. Ex quibus jam plane assequitur Gal. 1. *de sympt. causis* asserens, fœtum non solum nutriri optimo,

Variolarũ & morbil. pernicies à menstruo fit

Sanguis in fœmina redundans in tres partes dividitur.

Obiectio.

Solutio.

C. 5.

& laudabili sanguine, sed impuro & vitioso; Et adversus Erasistratum dicens, fœtum in utero nutriri eo sanguine, qui ad uterum solebat fluere, qualis est menstruus, quem secundo de semine salutarem vocat evacuationem in fœminis, quæ non concipiunt, in gravidis verò materiã, ex quâ fœtus generatur; causa etiam assequitur, ob quam fœmina majori ex parte cum à menstruis fuerit expurgata concipiat, collectus enim ante purgationem in utero sanguis vitium acquirit propter moram, ac genituram inficit ineptumq; fit ac pernicioſum alimentum, tantoque magis, quantò purior, & præstantior substantia fuerat, quia quo res aliqua perfectioris est naturæ, eò, dum corrumpitur, graviorem concipit labem, ut in putrescenti ovo, in hominis cadavere, & in semine corrupto evidentissimè apparet; ideo quæ vitia, fluenti jam menstruo, aut inquinato alterius opinionis assertores suboriri viderant, ea in futurum vocatum menstruum rejicere minimè debuerant, quin potius ex illis, si pensiculatius rem perpendissent, majorem sanguinis menstrui perfectionem possent arguere. Si autem scire aves, cur sanguis, & semen, quæ perfectissimæ sunt substantiæ, citiùs ac deterius corrumpantur, bilis eisdem multò deterior non solùm in vesica fellis, sed prope cutem in morbo regio: & pituita in articulis per articulares morbos incorrupta maneant? in mentem revoca Aristotelis sententiam lib. *de longit. & brevitate vitæ* dicentis, pura omnia, & impermixta, ut quæ magis à contrarietate recedant, diuturniora esse; contra citò vitiari, quorum essentia multâ oppositione constat: abi ad elementa, lapides, metalla, quæ simplicia cum sint, aut eis proximè accedant, ferè incorruptibilia creduntur, contrà ea, de quibus sermo antea erat, lac, sanguis, semen, quæ manifestâ, ac variâ compositione constant, servari diu minimè solent; testatur sanguinis grumus, lac in ventre infantis coagulatum, semen retentum, quæ vel ab aeris contactu vitiantur, quia variam & perfectissimam nacta sunt elaborationem; Testatur homo, qui crebriùs ob eandem causam ægrotat; vides igitur cur citiùs vitientur præstantiora quæque, cur item sordidiorem & deteriorem putredinem acquirant, ut de hominis cadavere constat, de ovis putrescentibus, & pomis, quæ quantò odora sunt magis, deterius corrumpuntur: duplex est ratio, 1. quod præstantissima substantia nequit superari nisi à causa vehementissimâ ac spurcissima. 2. quod ex pluribus & maxime diversis perfectiores mixtiones evadant, calore nativo veluti

Fœmina à menstruo purgata facilius concipit.

Præstantioris naturæ res deterius putrescunt.

Cur quæ perfectiora sunt, sordidiorem labem contrahunt.

veluti vinculo omnia colligante, quo dissoluto dispersisque omnibus prodit fœdus sapor, odor, & color, quæ horridæ putredinis sunt indicia, idcirco quod semen adhuc deterius putrescat, quam sanguis, seminis probitas facit, & major quàm in sanguine coctio, proinde in emissione sanguinis menstrui mulieres debilitantur minùs quam in seminis emissione, & quia cum semine multi spiritus exeunt, cum menstruo sanguine pauciores, adeo ut scriptum ab Avicenna reperiam *3. de animal. 3.* emissum semen multò plus inferre damni, quam si quadragies tantum sanguinis emitteretur.

In emissione menstrui quam seminis mulieres minus debilitantur.

Per quos ductus menstruus sanguis expurgetur.

CAP. XI.

NOn est autem silentio involvendum illud, quod à plerisque probatæ fidei auctoribus scriptum reperio, uterum in menstruâ purgatione nullam peculiarem operationem edere, sed usum: neque enim fieri posset, ut si menstruum traheret, utilem etiam fœminæ sanguinem non alliceret, quod si in gravidis fœtus alendi gratia sanguis ad uterum trahitur, attractio quidem illa non uteri munus est, sed fœtus ipsius: Ideo autē reliquis temporibus per hanc partem potius fluit, quàm per aliam, quia tempore, quo conformatur nutriturq; fœtus, in hanc ipsam fluere pro ejusdem alimento oportuerat. Cæterùm per quos ductus ab universo corpore ad uteri usque regionem confluat, priori jam libro à nobis proditum est; nunc per quam partem ab utero foràs expurgetur, erit compendiosè delibandum, de qua re anceps & subobscura controversia Anatomes professorum animos distrahere solet; aliis ad venas per uteri fundum tendentes, aliis per eas quæ ad uteri cervicem veniunt, non corruptis solum, sed etiam virginibus & prægnantibus perpetuò expurgari contendentibus. Vallant priores suam sententiam non rationibus solum, sed experimentis, nam mulieres se vidisse testantur, uteri procidentiâ laborantes, quibus ex uteri osculo sanguis evidentissimè promanabat, neque aliâ de causâ mulieri utero gerenti si purgationes procedant impossibile esse fœtum sanum permanere, dixisse magnum medicinæ dictatorem, nisi quia, præterquam quod fœtus privatur alimento, portendit illud quidem imbe-

Vterus sanguinem menstruum non trahit. Fœtus sanguinē trahit.

Per fundi an cervicis venas menses expurgentur.

Vesal. 5. de fab. 15.

5. Aph. 60.

Menstrua purgatio in prægnantibus unde.

imbecillitatem uteri sese aperientis, quo tempore debuerat occludi. Si autem ab illis quæras, qui fiat, ut saluberrimè aliquando in prægnantibus videamus menstruam purgationem profluere, dicunt chorion mẽbranam ac fœtũ ipsum non omnibus uteri vasis, sed lateralib. tantum adhærere, ut reliqua vasa supersint, tum ad mensiũ purgationem, si necessaria sit, (quam tamen non nisi perexiguã eo tempore salubriter posse contingere arbitrantur) tum ut nova involucra generari possint, si superfœtatio accedat. Hæc sanè disertè ac concinnè prodita sunt: sed in eo cespitare videtur hujus placiti auctores, quod omnem sanguinis fluxum in gravidis fœtui funestũ esse dicant; illud prætereuntes, quod pleriq;, ac nos sæpissimè observavimus, sanguineis & succulentis fœminis toto ferè gestationis tempore menses periodis solitis absq; ullâ noxâ prodire, imo plerasq; fœtũ nõ servare, nisi præter has evacuationes singulis mensibus sanguis mittatur; quamobrem disertissimus Gal. meritò ex verbo (*purgationes*) in plurali dicto, & (*procedant*) colligit, Hippocratem de immoderatis solum, & quæ diu ac multum fluunt, purgationibus esse intelligendum. Alii verò per cervicem uteri omnibus fœminis hunc sanguinem expurgari non minus acriter persuadere moliuntur, quod primũ de prægnantibus exploratum esse rentur, nam eisdem os uteri conclusum est, ideo prodidisse Gal. *in com. citat. aph.* excretionem, quæ in gravidis fit, ex venis, quæ in collo sunt existere: virginibus vero conveniens non fuisse per uteri interiores venas expurgari: ex concreto n. sanguine hymenem non penetrante, aut membrana intra uteri sinus disrumperetur, aut gravissima alia excitarentur accidentia; alias etiam fœminas per eandem partem sanguinem excernere fuisse consentaneum; quorsum n. propagines illas venarum, quæ juxta os ilii à divisione venæ cavæ exoriuntur, & in uteri cervicem utriq; implantantur, natura fabrefecisset? nisi ut per eas menstruus sanguis expurgaretur, sicuti per alias ad uteri sinum tendentes fœtus & ipsius uteri substantia alitur: Verum & hi etiam mea quidem sententia ludificantur nam quod de virginibus asserunt, ex ignorata hymenis fabrica evenit, quem pleriq; falso impervium arbitrantur, de prægnantibus verò quid sit sentiendum, paulò supra jam explicavimus. Quare ut inter gravissimos viros tandem lites componantur, ita de totâ hâc disputatione pronunciandum esse judico; fœminis quidem tum corruptis, & non prægnantibus, tum etiam virginibus, & utero gerentibus interdum per ve-

Hip. textus elucidatur

Positio auctoris.

nas

nas, quæ ad uteri sinũ, nonnunquã per eas, quæ ad ipsius cervicem deducuntur, expurgari, sæpe ẽt per utrasq́; illa nihilominus adhibita distinctione, quod virginib. & gravidis plerisq́; omnibus per colli venas, sicuti Gal. est sententia citato, reliquis, tùm per has, tùm per alias indifferẽter sanguiné effluere posse intelligas: quod planum omnino evadit, quia si natura duplices hasce propagines fabricavit in suos usus, & uterus toto gestationis tempore occluditur, credibile profectò est, si sanguis eo tempore redundet, per cervicis potius venas evacuari, sicuti & in virginibus, ut viter superius cõmemorata incommoda, vel quod magis crediderim, quia sanguis ad expeditiores ac patentiores vias agilius tendit, in aliis vero fœminis suo munere utrasque fungi credibile est. Porro illud etiam obseruatione dignum apparet, sanguinem istum neq́; in fundi sinu, neq́; in ipsa cervice toto mensis intervallo sensim coacervari, ac mensis periodo turgentibus his partibus promanare, ita enim nequaquam tenuis, floridus, & jugulatæ victimæ sanguini, ut inquit Hippocrates, similis proflueret, quin potius concretus frustulatimque educeretur, sicuti paulò post partum ab aliquibus exire cernimus, perinde ac sanguis per venæ sectionem extractus, & in vase aliquot horis asservatus, atque in partes cultro divisus: quod certè non alia de causa obvenit, nisi quia venæ quę secundinis innascuntur, in uteri sinum per id temporis laxæ sanguinem effundunt: Quamobrem potiùs credendum est, in sanis mulieribus, venas ad fundum cervicemq́; uteri pertinentes sanguinem hunc paulatim in se reponere, eumq́; tantisper gubernare, quousq́; illum singulis mensibus apertis earum osculis guttatim emittant; non enim, quod præcipitanter Aristot. adstruit, sanguinem hunc per vasorum resudationem, quam diapedesin vocant, sed potius per anastomosin sive per eorundem reserationem expurgari existimes, & ad ipsius uteri sive capacitatem sive cervicem devenire; quî enim fieri posset, ut tanta sanguinis ejusq́ue crassi copia brevi temporis spatio non seclusis venis ad illum veniret? in ægrotantibus verò fœminis, quibus aut obstructio aliqua inest, aut naturalis locus obstaculo quovis est denegatus, aut ipsa natura turgens errabunda vagatur, quibusdã per nares, aliis per os menses agit, per cavam n. venam & ftelecheiam, & ex eâ per mesenterii venas in jejunum intestinum, ac tandem in pylorum, & ventriculum pervenit, à quo vomitu rejicitur: Nonnullis etiam per mammas, quod licet Galenus non viderit, cum Hippo-

Sanguis redundans non in utero aut cervice; sed in vasis toto mensis spatio asservatur. 1. de morb. mul. Floridus est. Sanguis extra venas in grumum concrescit. 2. de gen. animal. 4.

Menses non per resudationem, sed per anastomosin expurgantur. Menses per varias partes erumpentes.

Hippocrate tamen Lusitanus Amatus in duabus nobilibus lactantibus sese vidisse testatur, & Musa Brasavolus refert à se visam mulierem, cui sanguis per ubera flueret, quæ gemellos nutriebat, qui cum vehementer sugerent, sanguinem in lac converti non patiebantur, perindè atque iis qui nimio utuntur coitu, sanguis pro semine excernitur, quia moram, ut in semen converteretur, non obtinuit: Sed (quod fortè magis mirabere) visæ jam sunt quibus per minimum digitum, & per annularem singulis mensibus sanguis profundebatur, quibus per uterum menstruam purgationem natura denegaverat, altera cui per majorem oculi sinistri angulum fluebat, aliis per sanguinis sputum, aliis in ruborem faciei singulis mensibus exortum cedebat, ut scribit Mercatus; quin etiam virum se vidisse testatur Vesal. qui ordinatis vicibus, ut mulieres, suis mensibus sanguinis fluxu per hæmorrhoidales venas vexari consueverat.

Hæmorroidum fluxus menstruus.

De tempore, quantitate, & duratione atq; substantia menstruorum.

Cap. XII.

Ingens circa pubertatis annos hominis mutatio

UT maribus sic etiam fœminis, circa annos pubertatis ingens corporis accidit mutatio, pubes erumpit, semen generatur, ubera tumescunt, quod peculiari vocabulo Fratrare dicitur, corpus libidine accenditur, vox in graviorem mutatur, maribus sanguinis narium profusiones, puellis menstruorum eruptiones contingunt, tum temporis enim illis venæ, quæ ad nares pertingunt, his illæ, quæ ad uterum, & ejus cervicem sunt constitutæ, facilius reserantur, quæ omnia ab increscente jam per id temporis, & vegetiore facto nativo calore, contingunt, undè etiam viæ ampliores redduntur. Tunc igitur puellæ nubiles sunt, & ad generandum aptæ, nam & viri accessum amare incipiunt, & citra damnum perferunt, ideoque hoc potissimum tempore magnâ indigent custodiâ. Quo verò ætatis anno id fieri incipiat, non est ita certum definire, ac plerique existimarunt totam rem hoc versiculo comprehendi:

Fratrare quid.

Adde decem ternis, mulierum menstrua cernis,
Ad quinquaginta durat purgatio tota.

Verum

Verum Hippocrate dicente, differt ætas ab ætate, & natura una ab aliâ naturâ, & id tempus, quod uni est pueritia, alteri adolescentiam esse apparet, ita illis quæ carnes habent molles, laxos meatus, lascivæque sunt, & Veneris imaginibus deditæ, temporius prorumpunt menses quam hirsutis, gracilibus, & iis, quæ pauci sunt sanguinis, & carnis, ac meatuum adstrictiorum, castis, pudicis, & à virorum consortio semotis; hinc fit, ut septentrionalibus fœminis rarissimè ante decimum quartum, sæpius post decimum quintum ac decimum sextum menstrua purgatio incipiat; commune autem ut plurimum est mediis regionibus, ac temperaturis, ut prorumpat circa 14. ætatis annum, tuncque ubera ad duos digitos prominent, & vox gravior efficitur, quibusdam tamen duodecimo & undecimo anno provenit, sed hæ vitæ sunt brevioris, quibus verò serius prorumpunt, diutius vivunt, propterea q; secundum jura publica duodecimus annus in fœminis, quartus decimus in viris constituunt pubertatis ætatem, ut autor est Macrobius. Quod si scriptoribus fides adhibenda sit, fœminæ visæ jam sunt, quæ novem annorum ætate utero gestârunt, quod & Savanorola & Sylvius tradiderunt, his tamen credendum est ætatem maturiùs provenire, ut quæ decimo, undecimo & nono anno circumscriberetur; cum tamen è converso aliis 15. annorum curriculum non sufficiat. Plinius refert apud quosdam populos in India quos Mandros & Calingas vocat, fœminas quinquennes, septennesque concipere, sed illas octavum vitæ annum, has quadragesimum non excedere: sed quia nostri Lusitani (qui forti præpotentique animo, & bellicâ virtute totas illas regiones peragrârunt, & ad earum intima penetrârunt, quæque rariora sibi visa sunt, inclytis literarum monumentis sedulo consecrârunt) hujusce rei nullibi (quod sciam) meminerint, figmentum potius, & ad forum excogitatum videtur, quippe cum in illa ætate angustiores viæ sint, quam ut per eas sanguis possit ad conceptum liberè permeare. Non minus autem incertum est tempus, quo naturaliter desinat hæc fluxio, frequenter tamen occultatur, 45. anno, quem si præterierit, mirum videri non debet, si sexagesimum attingat; pleraque vero exempla fœminarum, quæ in ultima senectute menses ordinatos habuêre octogenariæ, & nonagenariæ; vide in consiliis Solenandri Juliacensis medici, & apud Schenkium ubi de quinquenni, & octenni puella facit mentionem, quæ in mensibus laborabat; ego quidem aliam vidi no-

Menses quãdo incipiãt.

Pubertatis ætas quo anno constituitur.

Lib. 7. c. 2.

Lusitanorũ laus.

Menses quo tempore desinant.

4. obs. 23.

di novem annorum, quæ fluxu uteri vexabatur fœdo, & sanioso, non tamen menstruo, sed continuo. Porro à 45. rarò fœminas naturaliter fœcundas esse contingit, (naturaliter dixi, quoniam divinâ virtute multa in sacrâ paginâ reperies, quæ quoniam supra naturæ vires facta sunt, nec sub medicam, nec sub philosophicam cadunt contemplationem) nam etsi principium & finis mulieribus recipiendæ, & viris præbendæ prolis est menstruorum, & seminis emissio, non tamen cum incipiunt, statim prolifica sunt, neque cum desinunt, quia in utroque tempore pauciora, & infirmiora contingunt, in senioribus, quia sufficiens calor in corporibus amplius non reperitur, imo ossa incipiunt durescere, atque humido carere radicali: neque imbecillus calor jam conficit sanguinem nisi admodum pituitosum, deniq; expultrix ad uterum facultas valde languet ob ipsius nativi caloris imbecillitatem: in junioribus vero, quę causa sit, cur generationis illa principia sint imbecilla, dissidium est, quidam caloris paucitatem fœtui efformando in illa ætate impedimento esse arbitrantur, qui tamen ab Hipp. desciscere videntur, dicente: *qui crescunt plurimum habent caloris innati*, quid autem illi de intensivo atq; extensivo calore comminiscantur in promptu est, illum juvenibus, hunc pueris tribuentes, quòd plures in his reperiantur partes calidæ, utpote quibus ne os quidem multi caloris expers sit: juvenibus autem pauciores, sed acriori præditæ calore, ac vehementiori: quæ tñ vim argumenti non infringunt, quoniam suavis ille, qualem esse affirmat Galen. puerorum calor, & à primordiis generationis proximè deductum, atq; benignum ad generationem potius facere debuisset. Hanc charybdin vitare cupiens Mercurialis in scyllam incidit, existimans, in secundo septenario corpora esse valde calida, ita ut vehementer consumens calor, nil quicquam supereſſe sinat, post secundum vero remisso calore, materiam supereſſe atq; excludi, sed non advertit spiritum, & sanguinem, quæ præcipua appellantur caloris substantia, quod in iis nativus calor inhabitet, in juvenibus copiosa reperiri, eorundemque calorem non intensiorem, & acriorem solummodò esse, sed à puerorum calore non absimilem, convenit enim in eo citato, atq; ubiq; Galenus, quod calor puerorum atq; juvenum ejusdem ordinis existat; Non igitur exuperantia, & defectus caloris causa est, cur junioribus generationis principia sint invalida, sed operum naturæ firmissimus ordo, à quo fit, ut ipsa toto ferè adolescentiæ tempore corporis in-

An caloris inopia sit causa cur juniores nõ concipiant.

2. Aphoris.

ris incremento incumbens, minus adhuc generationi intenta sit; quare miror præstantes viros, quem pulverem ob oculos effusum habuerint, qui ad hãc, vel pueris perspicuam rationem, animum non intenderint: sed ne à proposito digrediamur, colliges ex dictis, eis, qui uxorem ducunt prolis suscipiẽdæ gratiâ, ab extremis ętatibus cavendum esse, quia infœcundę sunt, qui autẽ eam suscipiunt ne urantur ferè ad extremum usq; senium fœminas Venerem amplecti sciant. Dividit Arist. menstruam purgationem in albam & rubram; illam fœmellis, hanc perfectis jam fœminis propriam esse dicit: nam si sanguis probè concoctus est, ruber erit, si crudus, albus: sicuti in parvis puellis, & iis præsertim quæ cibo utũtur humidiori, ac crudiori qui, si frequenter & immodicè procedat, puellam extenuat, & incrementum prohibet. Cæterũ huic Arist. sententiæ cõtrarius videtur Hip. 2. *de morb. mul.* dicens, *fluxus albus in senioribus mulieribus magis fit, quam in junioribus fluxus, fulvus in utriq;, fluxus ruber in junioribus*, quâ quidem sententiâ ductus Baptista Mont. lib. *de uterin. affect.* credit virginibus alba menstrua nunquam contingere, & si accidant, puellam concubuisse ac virginem non esse; addit auctoritati rationem, quia, inquit, in illis non ea est latitudo viarum, per quã possit pituitosus crassusq; humor expurgari. Verum non video, cur temerè sint condemnandæ, cũm experientiâ constet, honestissimas virgines, & haud dubiæ pudicitiæ juvenculas albâ destillatione sæpè vexari, quâ quidem vel contabescunt: vel ingratè degunt, eademq; aliquando excernere calculũ pituitoso humore multo crassiorem, quod quidem Hip. innuit cit. loco, quoniam iisdem hunc fluxum non denegat, sed seniorib. frequentius fieri dicit, ex quibus hoc solum Montan. merito deducere potuisset, fluxũ illum album, qui fœminis contingit, pituitosum magis esse, & depravati humoris, qui verò virginib. serosiore, & incocti sanguinis quod & Hip. insinuâsse constat, & Arist. quasi ejus Paraphrast. apertiùs explicuisse citato, ac exemplo illius puellæ, quam hoc malo laborare vidisse superius diximus, probatur facile, ideoq; quæ alba vocantur mẽstrua, parvis adhuc puellis provenire dixit Arist. *de gener. animal.* Porro neq; etiam determinatum durationis tempus videtur habere menstrua purgatio, nam quibusdam biduo, aut triduo tantum terminatur, quod etiam spatium Hippoc. tempore, rarò excedebat, aliis ad sex, septemvè dies protrahitur, quod præcipue accidit eis, quæ genio nimis indulgent, & in otio vivunt, venosævè

1. de gen. anim. 20.

Duplex purgatio menstrua.

Menstrua alba quibus

Lib 4. c. 2.

Menstruorũ duratio.

sunt, humidæ, ac magnum hepar habentes, ac ut uno verbo dicam, iis quibus citius apparere menstruam purgationem superiùs dictum est, quibus etiam uteri strangulatio faciliùs contingit atque frequentiùs ex immodicis retentis menstruis, donec erumpant, quæ verò ab his deficit purgatio aut excedit, morbosa judicatur, nisi quod feliciores censentur fœminæ, quibus affatim, & brevi tempore profluit, dummodo justa sit quantitas, quàm quibus paulatim, & in longum tempus protrahitur, quia quamdiu fluit humor, omnes laborant, & habent corporis gravitatem, floridumque colorem magna ex parte amittunt. Sed quænam illa fuerit justa hujus sanguinis quantitas atque mensura? Hipp. 1. *morb. mul.* affirmat, moderatos esse menses, prodeuntes in muliere sana, si ad duas heminas Atticas quæ libris nostris propemodum sunt æquales secedant, aut paulò plures, vel pauciores. Quâ in re considerandum est, multa esse quæ faciunt, ut menses largius, & frequentius, aut contrâ, rariùs & parcius fluant; plures enim & frequentiores illis proveniunt, quibus diutiùs durare superiùs diximus: quibus etiam somnus longior, aër pluviosus, & australis, ac iis, quæ modicis frictionibus & balneis utuntur, quæque juvenes sunt ac debiles, si modo impinguante victu saginentur, & Veneri assuescant, ac in vere aut æstate sint constitutæ, quia tunc sanguis magis in corpore redundat, ipsiusque motus à natura fieri solet. A contrariis vero causis rariores, & pauciores fiunt, præsertim si crassus sit sanguis, lentus, aut mulieres calidiores siccioresque, in quibus superfluitas ferè omnis absumitur, fiunt etiam pauci menses illis, quæ febre diuturnâ corripiuntur, aut sanguinis per alias partes evacuatio contingit; ut per nares, sedem, gulam, asperam arteriam, inguina, aut per venam à medico sectam, vel aliter divisam, vel si alia larga fiat evacuatio per sudorem, alvi fluorem, puris vomicam, per vomitum, sputum, aut urinarium meatum, vel per ruborem alicujus partis, aut per efflorescentias, & pustulas; corpulentis insuper mulieribus multum sanguinis in corporis alimentũ transit, & in coitu candidæ plus evaporant, quam fuscæ, parciores igitur illis hâc ratione menses fiunt, præsertim si adsit labor, cura, aut tristitia; corpulentas vero cum Aetio appellamus, quæ planè viriles sunt, fuscæ, compactæ, robustæ, pilosæ, venosæ, lumbis & natibus ampliores, humeris latiores, quæ etiam quadratæ dicuntur, quippe hæ, etsi plurimum sanguinem generant, eundem tamen in corpus absumunt & pilorum gene-

Menstrua purgatio morbosa.

Quamdiu menses fluũs laborant fœminæ.

Quantitas menstruorũ.

Causa uberioris sanguinis menstrui aut parciorus.

Lib. 7. c. 5. lib. 16. c. 51

Corpulentæ mulieres quæ dicantur.

ra.

neratione, si præsertim victu utantur parciore & sicciore : Pauci etiam menses proveniunt iis, quæ naturâ sunt admodum obesæ, quia venas habent angustas, paucum sanguinem continentes, & qui in adipe fere absumitur, ob idque rarò nec nisi imbecillos fœtus concipiunt; hæ causæ sunt à quibus intra sanitatis limites uberiores vel parciores fieri menses contingit, quæ quantò plures conjungentur, tantò etiam copiosiores, vel parciores erunt, quâ etiam in re multum consuetudini tribuendum, ut si hâc vel illa quantitate purgari soleat mulier, si anteà morbosa erat ob nimiam vel paucam quantitatem, & nunc mutatione facta ad salubriorem statum transmutetur, quod optimum erit : cum itaque tot sint, à quibus possit immutari sanguinis mensura, à conferentiâ potius, ac tolerantiâ, quàm à copiâ metiendam esse dicimus. A quibus autem causis detineantur aut immodici fiant menses præter naturam, posteà, Deo bene juvante, investigandum suo loco erit, nunc de colore perscrutemur, de quo jam supra prodidimus, oportere, ut sit sanguis veluti à victimâ recenter jugulatâ procedens, in modo etiam exeundi medium tenere oportet, ita ut neque confertim nimis fiat, quia periculosum existit, neque admodum lentè, & guttatim, quia hoc commune omnibus est, ut quamdiu fluxerint menses aliquâ molestia afficiantur, præsertim si in qualitate mordacitatem aut calorem participent. Ex dictis planum fit, illam esse esse naturalem menstruorum excretionem, quæ quatuor potissimum conditionibus donata fuerit : Prima, ut servet periodos suas naturales, id est, ut singulis mensibus excernatur, quando vero seriùs vel temporiùs prorumpit, periodus naturalis non dicitur : Secunda, ut duret debito tempore, tribus nimirum vel quatuor diebus, quem terminum si citra tolerantiam pertranseat, non est naturalis : Tertia, ut sit in debita quantitate, id est, ad duas ferme cotylas Atticas, pendit autem cotyla uncias novem, ita sit oportet tota mensura octodecim unciarum : Quarta, ut præter quantitatem sit etiam naturalis color, ac substantia sanguinis, id est, neque admodum subtilis, & tenuis, neque crassa aut viscida; quin etiam odor nullus esse oporter, quia sanguis optimus expers est odoris. Quod igitur menstruum his præditum fuerit conditionibus, naturale erit, quantò vero per plures ab hac perfectione defecerit, tantò plura suboriantur mala necessum est. Illud præterea silendum non fuit, menstruam purgationem ad ætatis usque vigorem augeri, floren-

Vnde metienda sanguinis mẽstrui copia.

Color menstruorum.

Exeundi modus.

Menstruorũ naturalis excretio quatuor conditiones habet.

Menstrui substantia.

Odor.

Sentcrum menses quales.

Mulieres quæ probè purgantur, immuniores à morbis sunt.

florente ætate æqualem perseverare, parumvè auctam, aut diminutam, declinante vero paulatim minui, donec omnino desinat, & rursus ut admodum puellis sanies tantùm fluit aut serosus sanguis, sed copiosior, ita senioribus crassum, nigrum, paucumque exire, & facile concrescentem, ætate mediâ medium tenere. Quæ insuper mulieres pro multitudine sanguinis menstrui tempestivè purgantur, cæteris à morbis immuniores, fœcundiores, castioresq; vivunt, quibus autem parciùs fluunt, his imbecillitas, salacitas, infœcunditus, aut concipiendi ineptitudo contingit; Adhæc paucis mulieribus varices, aut profusio sanguinis narium accidit, neq; etiam hæmorrhoides, nisi iis, quæ sæpiùs & cum difficultate pepererunt, quia quæ viris per has partes prodeunt excrementa, fœminis per menses excernuntur; quamobrem si probè repurgentur, cæteris sanguineis morbis minùs quam viri infestari compertum est.

Sanguineis morbis mulieres quam viri minus infestantur

Menstruum sanguinem natura sua calidiorem non esse virili: & qua ratione fœmina absq; vel ante mensium præsentiam possit concipere.

Cap. XIII.

Contr. agitur.

PArmenides & Demetrius ut auctor est Arist. 2. *de part. animal.* mulieres viris esse calidiores existimârunt, quod etiam plerisq; aliis placuit, copia sanguinis ductis, quâ menstrua fiunt, cui sententiæ patrocinari videtur Hippocrates sive Polybius sive quis alius fuerit autor primi libri *de morb. mul.* sub his verbis; *habet enim* inquit, *mulier sanguinem calidiorem, & propterea calidior est quam vir*: Macrobius etiam idē omnino sentit, ita scribens; *neq; hoc tacebo, quod cum calor semper generationis causa sit, fœminæ ideo celerius, quam viri fiunt idoneæ ad generandum, quia calent amplius.* Hujusce autem rei indicium esse putant, quod quædam mulieres quibusdam viris proceriores sunt, imo omnes ferè citiùs ad incrementum veniunt, accretio autem a nativa fit caliditate, qui enim crescunt, plurimum caloris nativi habere Hipp. dixerat, superiori capite cit. sententia; Addunt autem audaciam & iracundiam à calore provenire plurimas vero mulieres viris esse iracundiores; quin etiam in ge-

Accretio à calore fit.

in genere rapacium avium fœmellas maribus præpollore, & fortiores esse & ad quærendũ alimentũ ac repellendas injurias promptiores, & venatorũ omnium summus est consensus, leænã quoq; leone esse ferociorem & ursam urso. Quæ tamen omnia infirmiora sunt, quam ut sanæ mentis quemquã eo impellant, ut dubitet de exuperantiâ nativi caloris in maribus, in quibus procul dubio cæteris partib. semper excellit, ut auctor est Hipp. *1. de Diæta*, cui summis assensionibus omnes adhærent tum medici, tum etiam Philosophi; sed videamus, quæ sit adversariorum tam firma, constansq; ratio; Mulieres dicunr menstruis abundare idq; non alia de causa, nisi quia, cùm vehementer calidæ sint, sanguinẽ gignunt acrem, & fervidũ, qui ubi excrescit, acrimonia suâ irritat ad excretionem; Hęc tamen si paululum invertantur, facilè in ipsos argumentum torquebitur, nam in fœmina redundat quidem sanguis, sed non propter vehementiam, imò propter inertiam caloris, qui superfluum discutere non potens, in menstruam purgationem convertit: ideo n. frigidiorem concessit natura fœminis temperaturam, quò plus appeterent, quam concoquerent, ut fœtui superesset alimentũ, auctâ vero sanguinis quantitate, non nisi ex accidenti incrementum capit nativus calor, imò muliebris sanguis ex se frigidior, non antequã in uteri vasis ad periodicã asservetur excretionem, ex suppressione incalescit, & sanguis ipse & corpus universum, quãdiu n. uteri venarum oscula minus patent, ex remorato sanguine incalescit uterus, & reliquo corpori calorem immittit, ut lib. *de nat. puer*, auctor est Hipp. tantoq; majorem, quantò propinquius instat menstruorum tempus, ut in iis fœminis videre est, quibus per id temporis, & manuũ, & pedum plantæ, perinde ac febrientium, calent. Hinc illud est, quod plerìq; affirmant sanguinis virilis parvam quantitatem nutriendo augendoq; efficaciorem esse, quam muliebris multò majorem, quia ille perfectior est, magis coctus, elaboratus, & majori spirituum copiâ refertus, quo fit, ut quidquid ingesserint in corporis alimentum facile convertant, superfluum per insensilem transpirationem facilius digerant atq; discutiant. Locum verò primi *morb. mul.* quidam ab Hippocrat. operibus exterminandum esse censent, imò propterea existimant totum librum non Hippoc. esse sed alicujus sectatoris Democriti, aut Parmenidis, quia in eo hæc virorum sententia reperiatur, Hippocrat. placitis planè adversa; alii per calidiorem sanguinem legunt ibi corruptiorem, & putredinosiorem, sed neque hoc placet, quia sequentibus Hippocratis verbis pa-

Positio

Fœmina plus appetit quam concoquit.

Calor pedũ & manuũ fœminus unde.

Sanguis viri perfectior & plus nutriens.

rum quadrat, & quia fœminarum sanguinem incorruptum, & ex se minimè putredinosum esse, jam superius accuratius retulimus, neque illud vim teli propulsat, nam etsi donemus Hippoc. lib. nou esse, omnes tamen in eo conveniunt, ut saltem vel à Thessalo ejus filio vel à Polybio discipulo conscriptus fuerit, qui sanè viri sui temporis magni nominis medici extiterunt, & non solum discipuli verum etiam Hippocraticæ doctrinæ disertissimi assertores, quorum propterea dicta amicè potius interpretanda, quam temerè rejicienda putamus, atque ideo mendum ibi subesse arbitramur, & per calidiorem uberiorem potius legendum, quæ sanè lectio toti seriei convenientissima est, imo ex eadem apertissimè colligitur, addit enim illico autor hæc verba; *Si vero amplior accedens sanguis cesserit, dolor non fit à sanguine neq; calor*, ac si dixisset, habet mulier sanguinem abundantiorem, ac propterea ex accidēti calidior est, quam vir, si vero copia sanguinis cesserit, quia residuū ex se admodum non est calidum, dolor à sanguine non fit neque calor quippe, ut suprà jam prodidimus, mulier quæ ordinatas habet mensiū purgationes, sanguineis morbis minᵉ affligitur, quorū soboles est dolor & calor, quam esse omnino congruam & à nemine (quod sciam) animadversam hujus loci lectionem asseveranter confirmo, & ab omnibus recte sentientibus approbandam iri confido. Hæc cum ita sint, nihil tamen prohibet fœminam aliquam aliquo viro fieri calidiorem, sunt enim quædam viragines, quæ firmissimos habent artus, neque plus viris sunt excrementosæ, quis enim dubitet biliosam fœminam pituitoso mare calidiorem esse, iracundiorem, potentiorem, ac promptiorem? rapaces vero aves igneo calore præditæ sunt, vehementi, ac sicco, qui in fœminâ frigiditate, & humiditate attemperatus ad operationes obeundas commodior redditur, in mare vero auctus igneus ille calor immodicâ sua intemperie debilitat ac operationibus officit, ut plurimum tamen imò ferè semper testibus ac membris genitalibus fœminæ maribus frigidiores existunt, præsertim in humana specie, mulier enim quantumvis calidissima tamen secundum illas partes frigidissimo viro est frigidior; quod si citiùs ad incrementi statum perveniunt fœminæ, minus tamen crescunt, atque illud propter humiditatem temperamenti fit, quæ magis cedit atque extenditur; hoc propter caloris penuriam, proindeque minores habent ætates, & breviores periodos, quæ etiam causa est, cur mulierum corpora candidiora sint, molliora, glabra magis, ac

Hipp. locus restituitur & enarratur.

Fœmina aliqua viro aliquo calidior esse potest

Rapacium avium temperatura.

gis,ac levore perpolita præter caput ac verticem,in quo capilli affatim erumpunt, quia vapores in sublime affluenter assiliunt, in cæteris vero partibus pilis nudata cutis est,quod humor calorem superet ; illis enim usu venit quod in solo palustri,& uliginoso, in quo ob immodicam humiditatem nulli nascuntur frutices,nec virescunt gramina: ubi enim humiditas affluentior est,impotentior redditur calor ac minus efficax, quam ut humorem in crines elaborare possit,præterquam in capite,ubi capilli ob humiditatem longiores nascuntur quam in maribus, & in abditis partibus iis,quæ fratrare virique congressum optare incipiunt.

Mulier toto corpore depilis cur in capite longiores habeat crines.

Cæterum mulierem ambidextram non fieri scribit Hipp. ratio est quia non mediocris,sed qui supra communem hominum statum sanguine & spiritu pollet ambidexter nascitur, qualem in lib. Judicum Aoth inclitum filium Gera fuisse legimus,qui, ut in sacris literis est, utraque manu pro dextrâ utebatur: cùm igitur mulier etsi calidissima ad illum caloris gradum venire non possit,ambidextram non vidit, Aponensis tamen se vidisse memorat, sed insuper non calvescere mulieres neque Eunuchos scribunt Hippoc.Galenus, Aristoteles & Plinius, ut antea diximus,propter temperaturæ frigiditatem, tametsi Albertus Magnus libr. *de animal.&* Argent. *in libr. artis medicæ* falsum id putant, exemplo vetularum quæ nudatum habeant caput,& alieno crine tectum, imo Albert. duas vidisse testatur: Insuper neq; podagra mulierem laborare, nisi menstrua deficiant,idem Hippoc. scribit,quanquam enim omnia, quæ ad id faciũt,in eâ videantur concurrere,imbecillitas articulorum, crapula,& Venus:tamen duo posteriora imbecillius, paucum enim semen edit, ideo Venere minus exsolvitur, rariusque crapulâ oneratur, nec sicci adeo sunt ejus articuli, quæ quidem siccitas ad articulorum enervationem facit:sed & mensibus expurgatur, ideo humores non adeo superabundant. Cæterum hoc olim verum esse potuit, ubi tamen non omnino menstrua defeciissent, quia parva delicta superioris ætatis mulieres committebant,nunc tamen ob eorum magnitudinè nonnullę podagrâ laborare visæ sunt,antequã menses deficiant. A dices,si menstruus sanguis profluit,quia non potest confici, & in membra converti,cur mulieres pinguiores viris apparent,potius enim emaciari debuissent debito privatæ nutrimento? Respondeo, mulieres etsi totum alimentum non perficiant, atque assimilent,assimilare tamen,quantum sat est, ad restaurandum deperditum, & ad augmentum pinguedinis,

7. Aph. 43. Mulier raro ambidextra.

12. Proble. 6 Aph. 28. Arist. 5. de gen. anim. 3 Pl. 11. c. 37. Al. 19. c. 6. Arg. lib. 2. Mulier & eunuchus non calvescit, neque podagra laborat.

Obiectio.

Solutio.

quæ pinguedo augetur propter adiposam mulieris humiditatem facilè concrescentem, non quidem à frigiditate positiva, sed à moderato calore: Facit enim, ut mulieres menstrua habeant, & obesiores sint, non multitudo caloris generantis, sed paucitas caloris discutientis. Si rursus interroges, cur natura non quotidie excernit paulatim hunc sanguinem, quod facilius videretur, & mulieribus minus operosum? rationem reddimus, quia si singulis diebus purgatio illa fieret, conceptionem procul dubio prohiberet, nam unà cum sanguine semen ob uteri lubricitatem prolaberetur; mulier præterea universam vitam cum tædio atque molestia transigeret, adhæc sordidum atque abominabile viris foret, cum hujusmodi mulieribus Venerem exercere, quibus uterus tali excremento madesceret. Superius quidem retulimus, nubiles, & ad generandum aptas esse mulieres, postquam menstruæ purgationes eis contingunt, quod placitum occasionem nobis nunc suggerit, ut antequam huic de menstruo tractationi finem imponamus, prius vocemus in examen, fieri nè possit, ut fœmina concipiat citra menstruorum profluvium; dubitandi ratio est, quia si menstrua purgatio in fœtus usum à natura potissimum dirigitur, cum deest, fœtus fieri non potest, quia deficit ea sanguinis copia, quæ fœtui alimentum futura erat: Ad quam tamen dubitationem, ne multis lectorem remoremur, non menstruantem mulierem dupliciter concipere posse dicimus; uno modo, quia, ut auctor est Aristoteles, fœmina natu grandior mensibus carere potest, cui nihilominus tantum sanguinis in uteri vasa coacervetur, quantum iis, quæ purgantur, post purgationem restare solet, quâ etiam ratione, quæ pepererunt, sive lactârunt, sive non, concipere possunt, priusquam menstrua purgatio recurrat; sed prioribus illud rarò contingit, quia mulieres illæ neque habent debitam sanguinis quantitatem in vasis, neque ora vasorum patentia. Altero modo concipere possunt juvenculæ, quibus nondum menses fluxerunt, si paulo ante debitum menstruationis tempus à viro compressæ sint: Jam enim in iis asservata erat debita sanguinis quantitas, quæ conceptui nutriendo abundantissimè suppeteret. Sed enim nonnullæ, dum profluunt menses, concipiunt, postea concipere nequeunt, quibus nimirum uteri os statim à purgatione comprimitur; sunt insuper, quibus prægnantibus menstrua usque ad po-

Fœmina citra menstruorum profluvium an possit concipere.

Dupliciter non menstruantem mulierem posse concipere.

Mulieres aliquæ non concipiunt nisi fluentibus menstruis.

ad postremum gestationis tempus proveniant, sed hæ ut plurimum parvos pariunt fœtus, aut invalidos, & minus vitales, nisi admodum sanguineæ fuerint; deniquæ visæ etiam sunt, quæ ad justum tempus fœtum gestare non poterant, nisi præter has evacuationes per sectionem quoque venæ cubiti sanguinem minuerent, à cujus copiâ fœtus alioqui suffocabatur, sicuti nos contingere vidimus illustri D. Joannæ Villæ Francæ Comitissæ, ac dominæ insulæ sancti Michaelis; multis præterea nutricibus, quæ valde sanguineæ sunt & victu utuntur pleniori, quamdiu lactant, menses etiam procedunt, sed hæc omnia perpaucis, & rarò accidunt, quæ verò magna ex parte fiunt, maxime sunt secundum naturam.

Prægnantibus menstrua fluunt aliquando.

Prægnantibus venam incidere sæpe oportet.

Menses nutricibus & lactantibus nonnunquam fluunt.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Roderici à Castro Lusitani Philosophiæ ac Medicinæ Doctoris

De natura Mulierum

Liber tertius

De Coitu, & conceptu.

Quid coitus, & quibus de causis excitetur.

Caput I.

Propagationis desiderium.

CUnctis animalibus, ut superius jam commemoravimus, ingenitum à natura est sui propagandi desiderium, ideo concipiendi organa seminisq; genitalis proferendi animantibus natura dedit, ipsisque genitalibus mirificam procreãdi virtutem, & ineffabilem quendam concumbendi appetitum, cui eximiæ delectationis voluptatisque illecebras copulavit, ut

Concubitus blando hoc naturæ stimulo in Venerem prona generis propagandi causa forent, quo nullum animalis genus deficeret. Hanc maris & fœminæ conjunctionem ex communi sese copulandi desiderio concubitum atque congressum nuncupamus: Coitus aliis dicitur, Venus, res Venerea, sive Venereus amplexus; de quo nobis in priori hujus libri parte futura indagatio est, quænam ejus causa sit? cur mas & fœmina alter alterius conjunctionem desideret? unde proveniat voluptas, quæ cum illa conjuncta est? cur tanta percipiatur? & num major fœminæ quam viro contingat? quisnam sit illius finis? cui ætati, temperamento, atque naturæ magis conveniat? quis modus tenendus, ut fœcundus con-

dus congressus sit? quæve salubris congrediendi ratio? Hæc omnia, ut accuratius percipiantur, scire inprimis licèt, quatuor esse ad fœcundum coitum necessaria inter se invicem coordinata. Primum salacitas est sive appetitus ad Venerem: 2. seminis copia. 3. protuberatio partium in fœminis, erectio membri in viris: 4. & ultimum fœcunditas. Porro excitatur appetitus duplicis illius humoris, prolifici, & serosi titillatu, qui ad sui excretionem turgens in vasis animal vehementer impellit, præsertim ætate florente, & virtute valida; quippe continetur in locellis muliebribus, & virorum partibus genitalibus serosa quædam humiditas (ut supra jam dictum est) acris & mordax, quæ motu suo ad usum & delectationem opidò excitare potis est; perinde ac iis, quibus sub cute acris & mordax succus delitescens ad scalptum stimulat, & vellicatu pungit, motuq; suo ac pruritu scalpendi excitat desiderium: quâ planè ratione humor ille copia redundans, naturâ acris, & pungens, spiritu multo calidoq; refertus, ad sui excretionem animal provocat, quo sanè in motu ob jucundum titillatum, blandumque genitalium partium sensum mira nascitur ad concumbendum tentigo, & incredibilis voluptas: hinc suavissima res censetur concubitus, in eoq; corpus gestit universum, aut quòd (ut in problematis Arist. est auctor) è toto corpore semen profluit, aut quia per eam partem se promit, in quam meatus omnes venæque applicantur, multò cute sensibiliores, adde seminis celerem expulsionem, à quâ fit subitus reditus ad naturalem statum, quem Galenus *1. de causis sympt.* maxime voluptuosum esse censet; his accedit, quod partes in eo actu propriam deprehendunt perfectionem, quâ anteà privatæ erant, quod maximam etiam parit voluptatem: & multo majorem in expulsione seminis, quam in expulsione cæterorum excrementorum, quia materia est temperata, & unitur membris temperatis, sicuti conveniens convenienti: quæ quidem omnia sapientissima natura ex industriâ machinata est, ut propagandi generis causa prona in Venerem animalia ultro ferrentur, ne fastidio superveniente periret animalium generatio: Ut enim Ovidius cecinit:

Quid creat omne genus volucrum nisi blanda voluptas?
Nec coëunt pecudes, ni levis adsit amor.

Quibus adhuc favet pinguedo, & unctura seminis, per quam membra ad propriam veniunt integritatem; ac denique motus spiritus, qui per omnia interiora discurrit, & intima subtiliter tangens corpus

Quatuor necessaria ad fœcundum coitũ. Salacitas sive appetitus concumbendi unde.

Salivalis humoris natura.

Voluptas unde.

In coitu universum corpus gestit

Reditus ad naturalem statum voluptuosus est.

Natura industria.

Seminis unctura & pinguedo.

Protuberatio partiũ. extendit ac oſcitare facit. Cauſa vero erectionis aut protuberationis partium eſt valida imaginandi vis, quæ cogit cor impellere ſpiritum flatuoſum, & caliditas renum validorum, & pinguium, trahentium, & tranſmittentium: De ſemine, & quid illud ad generationem conferat, fuſiùs jam ſupra explicatum eſt: Fœcunditatem efficiunt ea, quæ etiã appetitum augent ſpiritus, humor & ventoſitas, quorum (ſi fides Conſtantino ſit adhibenda) appetitus ab hepate potiſſimum eſt, ſpiritus à corde, ventoſitas à calore humidum diſſolvente, & ad membra genitalia dirigente, humor à cerebro (ut quidam ajunt) ſed nos aliter cenſemus, hunc potius à toto promanare. His ita conſtitutis, ſi in memoriã adducas, quæ 1. c. primi libri hujus operis tradidimus, facile perſpicies, quænam ſit cauſa cur fœmina marem tantopere deſideret, & alter alterius ope ad congreſſum indigeat, quia nimirum uterq; generationem appetit, & ſui perpetuitatem, uterq; etiam motum, & originem generationis in ſe continet, neq; tamen poteſt alter ſine altero generare, quia mas in alio gignit, fœmina in ſeipſa, ideo non facultate duntaxat, ſed partibus corporis quibuſdam diſſident, quæ quidem illi ad ſemen emittendum inſunt, huic ad recipiendum, & alendum fœtum. Fuit igitur convenientiſſimum, ad procreationem partes aliquot eſſe accõmodatas, easq; inter ſe diverſas, quibus mas â fœmina differret; nam ſi de toto animali mas, & fœmina dicitur, non tamen quâvis ſua parte potentiâq; idem mas, & fœmina eſt, ſed certa quadam virtute, & parte, ut docta eſt Ariſt. ſententia; haud immerito Empedocles dixiſſe videtur, maris & fœminæ quaſi ſymbolum eſſe, totum verò à neutro proficiſci, neq; ex utroq; eadem ſecedere, ſi quando enim generatio fieri debet, commiſceantur coeantq; neceſſum eſt, ut ex ambobus ſic copulatis unum tandem animal fiat: Ut enim ſacræ teſtantur literæ, *erunt duo in carne una*, ideoq; ibi fœmina adjutorium viri ſimile à divino vate nuncupatur. Altera etiam cauſa eſt, cur alter alterius opem requirat, quòd cum uterq; habeat incompletum principium effectivum, neceſſum omnino fuit fœminam cum viro convenire, ut quidquid uni deeſſet, alter ſubminiſtraret. Tertia & ultima cauſa eſt, quia oportuit ab utroq; parente materiam immitti, in qua amborum vis ac poteſtas contineretur, & tanquam confluentibus principiorum, & facultatum igniculis tertium quippiam inde gigneretur.

Seminis fœcunditas unde.

Cauſa cur mas & fœmina alter alterius opem requirat.

Vterq; principium generationis incompletũ continet.

Prima ratio ex diſſidiopartium

1.ª de gen. animal. 2.

Secunda ratio à principio effectivo.

Tertia cauſa.

Dub. Vir an fœ

Sed vir an fœmina in coitu magis delectetur, quærunt noſtri ſeculi ple-

pleriq;,& quæsitum jam olim fuerat Tyresiâ arbitro, qui quidem fœminis majorem voluptatem adjudicaverat,considerans fortassis ipsam diutius immorari,ac ut auctor est Avicenna,tres in coitu percipere delectationes,primam eum projicit proprium semen, & tunc toties delectari,quoties projicit. 2. deglutiendo virile semen. 3. cum matrix commovetur;quæ tametsi ita sint,sanior videtur illorum opinio,qui putant virum majorem percipere delectationem, quoniam ex prima conformatione calidior est, proinde latiores habet vias, & in coitu moratur minùs,quia plerumq; citius effundit,imo (ut scribit lib. *de genit.* Hipp.) derepente secernit fortiori agitatione, ac turbatione, quam mulieres, quæ etsi longiori tempore delectentur, non tamen ab intensiori voluptate id fit, sed quia propter viarum structuram lentiùs emittunt, imò nonnunquam omninò emittere nequeunt, quod eisdem vehementem, & difficilem irritationem indit,ac multis imponit, existimantibus à calore id fieri,cum potius ideo contingat, quia cum viri citius emittant, destituuntur ipsæ re inconfectâ; quod non aliter evenit, quam dum in flammam vinum infunderet,primo n. contingit flammam exilire,& per modicum tempus augeri ad vini infusionem,postmodum desinere. Quin etiam vehementia delectationis mares excedere,indicio est maxima virorum exsolutio,quæ non nisi à voluptate fit,differtante Galeno:ad hoc ejaculatum à mare semen copiosius,& crassius, ac calidius, & tantò per plures involutiones velocius exiens, quanto expultrix virorum quam fœminarum validior est: Quæ causa censetur, cur in fœminâ habeatur libido criminosior,& minus excusabilis, quia minus intensè oblectantur; est & alia hujusce rei non infima ratio,quòd quia mulieres alia virtutum gloria non adeo præstant,nec ad præclara alia facta aptæ videantur, cùm igitur ejus potissima, ac propria operatio sit,procreatio prolis,quæ vaga Venere præpeditur,ut pudore,atque infamiæ timore, hanc maximè conservarent, ideo leges humanæ dedecus & infamiam, natura vero verecundiam fœminis ingeneravit, quæ custos esset atque tutela pudicitiæ, ut quæ alias virtutes nequeunt exercere, & quibus earum defectus facile condonatur, hanc omnium pulcherrimam omni molimine, industria, & circumspectione tuentur.

mina in coitu magis oblectetur.

In coitu fœmina tres percipit delectationes.

Positio.

Fœmina longiori tempore,viri intensiori voluptate delectantur.

Similitudo.

1. de sem. 7.

Semen viri copiosius & crassius.

In fœmina libido criminosior,& minus excusabilis.

Coitus

Coitus finis, & quod sola prægnans mulier virum admittat.

Caput II.

SI quæreres ab Epicuro viro alioqui modestissimo, atque optimo, & sui temporis philosopho summo, ecquisnam esset coitus usus in sanitate? nullum profectò responderet; neque is suâ destituebatur ratione, quia existimabat, Veneris etiam moderato usu, & corporis & animi vires labefactari: Et haud multum ab hac opinione diversus fuerat Pythagoras, qui interrogatus, quando congrediendum cum fœmina foret? cum voles, inquit, teipso fieri debilior. Diogenes Cynicus in eâ fuit sententiâ, ut crederet, modestis hominibus Venere utendum esse, non ob copulatam illi voluptatem, sed ut noxam vitarent, quæ à retento semine nasci solet, ut de eo scribit Galenus, ubi in eandem sententiam inclinat. Aliis præsertimque mulierculis ac sensualibus, libidinosisque hominibus videtur Venerei coitus oblectamentum à natura mortalibus datum, ad humanæ vitæ miserias, voluptatis illius tanquam blandimentis leniendas, demulcendasque. Verumenimverò moderatæ Veneris salutarem sæpissimè esse usum, & suadet ratio, & docet in arte medica Galenus, & nos jamjam demonstrabimus, non tamen in illum potissimum finem, quem voluptuarii, & in Venerem putres homines putant, neque solum ad depellendum nocumentum humanæ speciei, de quâ agimus, sed ad sobolis potius propagationem, & sui conservationem coitus fuisse concessus videtur; cui tamen insignes illecebras, ac superflui excernendi cupiditatem copulatam esse voluit industria natura, ut tantò libentius imò avidius inter se invicem conjungerentur. Si enim solâ voluptate, quæ omnium est esca malorum ad congressum, non ductu naturæ, impellamur, futurum omnino esset, quod Epicurus dicebat, ut non corporis modò sed animi vires frangerentur, & unà cum vita perirent, quod etiam ita Poeta significavit:

6 de locis

Coitus usus moderatus salutaris est.

Coitus finis est sobolis propagatio.

Voluptas esca malorũ Corporis & animi vires ab immoderato coitu franguntur.

Vina sitim sedant, natis Venus alma creandis,
Sed fines horum transiluisse nocet.

At ut rectissimè animadvertit Constantinus Africanus; pauci (prò do-

(prô dolor) coeunt hodie propter prolem, plures propter ſanitatem, plurimi propter luxum ac delectationem; ideoque non mirum, ſi coitus ut plurimum ſuperfluus eſt. At fortaſſe Epicurei mulum in medium afferrent, quiob acceſſus abſtinentiam multo eſt parentibus, aſino, & equâ vivacior, mares itidem paſſeres, qui citiùs fœminis ob Veneris aſſuetudinem ſeneſcunt. Meminerint tamen aliud eſſe in totum abſtinere, quod corporis ſanitati procul dubio officit; aliud temperantem eſſe, quod perpetuò confert, mulum autem non in totum abſtinere, ſed minus parentibus ſalacem eſſe, ſic fœminas paſſerum maribus collatas; nam ſi retinetur calidum humidum in loco calido humido, putreſcat neceſſum eſt, & non quâvis ſed peſſimâ putredine, qualis corripere ſolet optimas quasque ſubſtantias, ut ſanguinem, lac, ſomen, quod quidem in frigidum venenum abit, cujus vapor cordi accedens minuit reſpirandi uſum, ad cerebrum verò permeans ſpirituum vias obſepit, & hyſtericam immotam reddit.

Obiectio.

Solutio.

Coitus abſtinentia quo pacto noceat.

Quoniam autem de mulis ſermo incidit, obiter excutiendum erit, quænam ſit cauſa, propter quam genus hoc animalium ſterile omnino cenſeatur; Ariſt. frigiditatem cauſatur, quia, inquit, aſini ſemen frigidum eſt, equi calidius, cum igitur mixtum utrumque, vel calidum cum frigido, vel frigidum cum calido eſt, conceptus evenit, at quod ex iis provenit infœcundum exiſtit, quia in exiguo jam continetur generandi vis corporis aſinini. Si obtrudas ſaltem mulam ex equo hac ratione poſſe concipere, idipſum inficias ire videtur, quia tota fere illa vis equina eſt, aſini perexigua, aſinus igitur gigni non poteſt, quia exilis ibidem reperitur ejuſdem facultas, neque etiam equus, ubi aſini materia reperitur, neque mulus, quia is ex æquis utriusque portionibus fit; addit mulam non concipere ſolum ſed enutrire opus eſſe, quod nequit, quia menſtruis caret, utpote quæ ſuperfluam menſtruorum materiam una cum urinæ excrementis expellat; quare etſi dicamus gravidam fieri poſſe, quod ipſe jam viſum fuiſſe teſtatur, non tamen poterit perficere, & edere prolem; marem autem mulum aſinum generare poſſe non negat, quoniam & calidior eſt, & nihil præter ſemen generationi confert. Cæterum Empedocles, & Democritus, quibus hâc in re libentius adhæreo, aliam hujuſce rei ex ſenſuum fide depromptam rationem prodiderunt, quod è duobus diverſis generibus nata tertii generis fieri obſervatum eſt, & neutri parentum aſſimilari, eaque ipſa

Mulorum genus ſterile.

Mula gravida iam viſa.

Diverſa ſpecie tertii

am gignunt speciem.

quæ sunt ita nata, non gignere in omnium animalium genere, quia ex his alia quædam natura procrearetur, & alia ex eâ, atq; ita in infinitum procederent species, quod (vel ipso Aristotel. dicente 1. *de gener. animal.*) natura, quæ semper finem quærit, pro virili vitare contendit. Quod si

Cappadocia, & Syria mula concipiunt.

in Cappadociâ, & in Syriâ, ut Theophrast. & Arist. sunt auctores, mulæ coeunt, & pariunt, non mulæ quidem illæ sunt, sed diversum ac sui generis animal, alteri tamen similimum.

In animalium genere sola mulier gravida virum admittit.

Illud autem silentii velariis involvendum non erit, quænam sit causa, cur in animalium genere sola mulier gravida admittat marem? de quâ re jam olim interrogata Populea Agrippæ filia, & cur bestiæ non coeunt, nisi cum volunt concipere, causam esse respondit lasciva fœmina, quia illæ bestiæ sunt. Lactantius lib. *de vero cultu*, duas hujusce rei morales adducit rationes 1. est, Deum immortalem hoc humano generi concessisse, ut fœminæ gravidæ sine noxâ virum sustinerent, ne alienas mulieres calcare cogerentur; altera, ut mulier gravida renuens virum posset mereri continentiæ laudem; quo potissimum nomine inter alias conspicabiles animi sui dotes integerrima matrona Zenobia Palmerinorum Regina laudanda venit, quæ Obedenatum maritum gravida nullatenus admittebat, modestam mulierem non propter voluptatem, sed prolis causa matrimonium celebrare dicens.

Morales causa.

Zenobia cõtinentia.

Naturales causa.

Sed illius etiam rei naturales causæ sunt, quòd brutorum uterus gravidus valdè extuberet, & propinquus est foramini exteriori, ideo mares qui alioqui genitalia magna habent, facile quatiunt, & impellunt plenum uterum, quas molestas, & dolorosas percussiones brutorum fœminæ ferre nequeunt, ideoque resistunt; Mulieri verò, quæ locos circa uterum habet crassos, plenus uterus non extuberat, neque genitale humanum adeo est durum, & oblongum, ut ab ipso uterus moleste percutiatur. Præterea bestiæ sensu tantum moventur ad id, quod adest, ideoque elapsæ voluptatis, postquam conceperint, immemores à coitu abhorrent, Veneris enim sensus illis solùm ad prolis generationem datus est, minime ad voluptatem, & delectationem, quamobrem sentiunt tunc temporis noxam sine delectatione, quod si materia abundet, transit in pilos, cornua, & ungues, ac reliqua integumenta: atque hinc est quod somnium coitus nulli animalium nisi homini tantummodo accidat: nam, ut sentiunt Dinus ac Thurisanus supra caput *de generat. embryonis*, delitia pollutionis nocturnæ sive somnii coitus, sicuti &

Soli homini somnium coitus, & no-

uti & quodvis aliud gaudium in somnio apparens, utpote cum somniamus gratulari cum amicis, ad cogitativam, & imaginativam potentiã potissimum pertinet, quare nil mirum si brutis non contingat, quæ cogitativa carent, ac viros infestet, quibus illa per somnium liberius operatur, etiamsi sensus externi ligati sint. Illud tamen probe intelligendũ erit, apprehensionem istius, aut illius objecti etiamsi non præsentis, sed actualiter moventis, utpote quod homo sit cum hâc, vel illâ fœminâ, ad internam potentiam pertinere, cui famulatur expulsiva virtus genitalium, ad quam expulsionem sequitur actualis delectatio in sensu tactus realis: sensus quippe exteriores non semper per somnum privantur omnino spiritu sensitivo, neq; ita sunt ligati, ut forte sensibile non sentiant aliquando aut delectans aut contristans, ut in propatulo est in quibusdam dormientibus, quorum membra, si pungas, contrahuntur, & dolent, neque tamen excitantur à somno, quare mirandum non est, si semen, quod vehementissimum est sensibile, per genitalia membra transiens, quæ subinde exactissimo sensu prædita sunt, etiam dormientibus delectationem inferat. Si verò quæras, an sit consultum mulieri prægnanti viro uti? Respondemus, si non appetat, satiùs esse carere usu Veneris, ne fiat superfœtatio, aut provocentur menses qui causa abortus sint: si verò appetat, & sit in mediis mensibus, uti poterit, quia gravida nil debet desiderare; si in primis, nequaquam, quia eo tempore sunt fœtus quasi recentes fructus, qui quolibet vento decutiuntur, ut scribit Galenus; In postremis, est omninò abstinendum, quoniam, dicente Aristotele, si eo tempore mulier concubuerit, solent exire fœtus muco oppleti.

Nocturna pollutio contingit.

Pollutio nocturna quatione contingat.

Sensus externi per somnum non ligantur omnino.

Notabilia nonnulla circa coitum.

CAPUT III.

MEdicorum princeps Hippocrates coitum partem quandam comitialis morbi appellavit, propter spirituum ni fallor conturbationem indeque concussionem, quæ à cerebro præsertim fit, in quo epilepsia sedem habere consuevit. Hominem autẽ primi coitus duntaxat pœnitet, augurium calamitosæ vitæ à pœnitenda origine. Scitum est, Demosthenem fœminæ quam amabat, postulanti ab eodem, ut sui copiam faceret, centum talenta, tanti respondisse, pœnitere non eniam.

Coitus est quidã morbus comitialis.

Primi coitus hominẽ pœnitet.

Melancholici libidinosi

Problema.

Vir primo sibi cognitã fœminam odit, contra fœmina virum incredibili amore prosequitur.

Coitum mulieres æstate magis: viri hyeme appetunt.

Assuetudo rei Venereæ curhomines reddit libidinosiores.

Subpubertatem mares & fœminæ potissimum servari debent.

Virginitatẽ servare facilius est quam castitatem.

Tribades seu fricatrices mulieres sunt.

emam. Libidinosiores melancholici sunt, quia plurima ventositate oppleti. Illud non fuerit omnino præter rem dicere, quod etiam Aristoteles in problematibus quærit, cur juvenes mulierem, quam primò ineunt, coitu peracto, odio ut plurimum prosequantur, cujus rei permutationem magnam, quâ nostra tunc corrumpuntur corpora causam esse putant: ideoque sequentis tristitiæ ex amissâ virginitate, & corporis ac animi operationum permutationis memores, eam fugiunt tanquam hujus rei fontem. Sed hac ratione etiam fœmina virum odio habuisset, contrà quam videmus, illam marem, cum quo prius fuit congressa, incredibili amore prosequi. Conciliator ductus eorum auctoritate, qui fœminam viro imperfectiorem esse arbitrantur, ideo id fieri putat, quia perfectior vir fœminæ conjunctus imperficitur, fœmina perficitur, aut quia materia, cujus vices gerit fœmina, formam appetit, quam assequuta quiescit, hæc verò à materia nihil accipit. Coitum porrò mulieres æstate magis appetunt, quia semen earum frigidum tunc calore temporis contemperatur, ac movetur, in viris autem fit exhalatio, consumptio, ac debilitas à calore adaucto: hyemis vero frigore vigoratur, & vegetior ac fortior redditur, ideoq; magis appetunt viri hyeme, quam mulieres. Sed enim assuetudo rei Venereæ homines reddit libidinosiores, tum ex memoriâ blandimenti, tùm quia corpus lubricum fit, & meatus latiores maxime adolescentibus, quorum membra nondum constiterunt; ideo per pubertatem mares ac fœminas summopere reservandas esse monet Aristoteles quo per totam vitam continentiores degant: nam & in ventriculo assuefactio multi alimenti hominem edacem reddit; quibus accedit, quòd per exercitium tractrix roboratur, & valida fit. Hinc teste Tertulliano lib. ad uxorem facilius est virginitatem servare, quam castitatem, nam facilius est non optare, quod nunquam habuimus, quam quo aliquando fuimus potiti, ideoque virgines quæ nunquam coitu usu fuerunt, non tantopere optant, quia solum ad deponendam molestiam, reliquæ fœminæ tum hac de causa, tùm quia præteritæ voluptatis reminiscuntur, optant exercitium illud, imò quædam, quæ tribades dicuntur seu fricatrices, solam fricationem inter se amant, & ita infamem actum mutuo inter se exercent, cujus flagitii aliquot jam accusari, & convictas in exilium missas fuisse diximus; insuper virgines, etsi appetant, timent illius naturæ ornamenti amissionem, quod hymen vocavimus, simulque

anne-

annexum voluptati dolorem, quem tamen fœminæ jam præterierunt. Cur autem coitus cerebrum lædat, pituitosos sanet morbos, causa est quia caput, cùm sit extremum, ubi cessat vis tractoria, Veneris excessum plus sentit, adjuvat cerebri mollities, & dorsalis medullæ concedentium trahentibus testibus, quorum tractoriæ virtuti solidiora membra non tam facile cedunt, ideo magis evitantur, exhauriunturque, & ideo voluptuarii exhausti creduntur, ut supra diximus, dorsali humore & medullis: quia verò Venus motu excalefacit corporis habitum, vacuatione vero & resolutione siccat, quæ duo sunt potissima pituitæ remedia, idcirco morbis pituitosis medetur; quâ in re sciendum est, illis etiam affectionibus, quas fœmina patitur ex retento semine, aut menstruo sanguine, coitum esse præsidium non contemnendum, quoniam hâc viâ, expurgatur uterus, & immunis fit, quâ etiam dissenteriam coitu, aut superveniente partu sanari, auctor est Hippocrates, quoniam fortassis fit humoris diversio, non tamen adduci possum, ut credam, quod Amatus ait, ante partum dissenteriam omnino salubrem esse, ductus illâ Hippocratis sententiâ, *Epicharmi uxori ante partum dissenteria, dolor alvi, egestiones subcruentæ, mucosæ, ubi peperit statim sana erat, diversionis fortè ratione*: Et quod duæ à se fœminæ visæ sunt, quæ dissenteriâ incurabili laborantes partu superveniente fuerunt liberatæ, nam & nos contrarium sæpè sumus experti, & ratio dictat, ut suo loco dicendum erit, nam etsi diversionis causa aliquando partus sit utilis, quia lochiorum viæ & sanguinis liberæ manent, quibus anteà à fœtu compressus sanguis nec ad uterum penetrare pro alimento poterat, nec ad cervicem, ut foras expelleretur, tunc vero liberè permeat, tamen illud est ubi vires sunt satis constantes, alioquin non potens mulier tolerare duas evacuationes lochiorum, & ventris, ac duas etiam affectiones, partus, seu abortus, & ulceris intestinorum facile succumbit, Major tamen & à priscis jam orta de melancholicis, præsertimq; hypochondriacis dubitatio est, an scilicet eis usus Veneris sit salutaris, qui, uti Galenus & Aristoteles perhibent libidinosi sunt, quia in ipsorum præcordiis flatuum copia excitatur, atque adeo ejusmodi vitia præcordialia, spirituosa, seu flatuosa nominantur: flatuum vero pars pudendorum meatus distendit, & semen facit pruriens. Quod autem usu Veneris juventur, tribus potissimum rationibus confirmari videtur. Prima, quia Galeno auctore, in opere *de locis affect.* ex retentione seminis

Coitus cerebrum ladit.

Coitus pituitosis prodest morbis. Alijs etiam morbis prodest.

Coitu vel partu dissenteria sanatur.

7. Epid.

Dub. An Venus competat melancholicis.

G. 6. Epid. 3. 2. Arist. in lib probl. 1. Ratio. Gal. 6 de locis c. 5.

fiunt multi melancholici, qui seminis excretione necessario allevãtur quando enim retentio alicujus substantiæ est causa morbi, evacuatio illius est medela; exemplo est quidam, cujus eo loci meminit, dicẽs: *Quidam uxoris mortem lugens, & à concubitu quo antea creberrime fuerat usus, abstinens, cibi cupiditatem amisit, ubi vero seipsum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitum excitabatur, mœstus etiam apparebat: verum hic ad pristinam consuetudinem rediens quam celerrime liberatus fuit.* 2. Secunda ratio est, quia per Venerem flatus cum semine excernuntur, & ipso congressus calore discutiuntur, detruduntur que ex hypochondriis; sublevantur ergo hanc ob causam, ut etiam ructibus sublevari t 3. certum est. Tertia ratio ex voluptate Venerea desumitur: cum enim melancholici metu, & mœstitia maxime affligantur, evenit, ut voluptate reddantur alacriores, atque adeo melius habeant. Ex alterâ tamen parte est, quod Venus refrigerat & exsiccat, exhauritque spiritus, idcirco adversissima melancholicis esse videtur; Nam melancholici *Positio.* frigidi sunt & sicci, jhorosi, & flatuosi, ac spirituum bonorum inopes. Quocirca sic statuendum videtur, eis quidem, qui ob retentionem corrupti seminis, facti sunt melancholici sive Hypochondriaci, sive non, dummodo non sint adhuc admodum debiles in essentiâ, haud dubie Veneris usum esse convenientem; nam uti antea diximus, affectus ex repletione sanat evacuatio, cum qualia oportet excernuntur, hoc est, propria cujusque morbi materia & causa: Aliis vero omnibus melancholicis noxia est Venus, nisi forte admodum moderata, & rara nondum debilibus: his enim, non quod propriæ materiæ fit evacuatio, sed ob flatus discussionem, & alacritatem aliquam, levamen quoddam affert, sed neque id magnum neque firmum, imò si quis leviusculo illo solatio allectus Venere ulterius utatur, recidet in longe majorem noxam, ob refrigerationem, exsiccationem, & spirituum resolutionem: etsi qui sint jam per essentiam debiles, quales eorum multi existunt, non à longâ duntaxat & multâ, sed à quantulâcunque Venere maxime lædentur, neque id solum paulo post, sed mox ab ipso congressu deterius se habere sentient. Denique cum varia animalium genera variis suæ ætatis temporibus coitum appetere incipiant, nam ovis, & capra ad primum ætatis annum, vacca, & equus cum duos habent dentes, quod ut plurimum fit ad annum secundum cum dimidio, porcæ circa sextum mensem, canis ad octavum, homo eo tempo-

Varia animalia diversis temporibus coire incipiunt

re ge-

re generare incipit, quo anteà pubescere diximus viros, fratrare mulieres quod à 14. ad 60. usque plus minusvè durat, tametsi, ut à plerisque scribitur, Phares vivebat annum nonum cum genuit Ezron, & Salomon 11. annos natus genuit Roboam. Nam Roboam annum 40. vitæ agens patri Salomoni successit, Salomon autem cum vitam & regnum deseruit, erat annorum 52. cum anno ætatis 12. regnum susceperit; Achaz etiam decennis procreavit Ezechiam, ut colligere est 4. Regum 16. quomodo vero gignendi periodus in mare & fœmina finiatur infrà patebit.

Homo quando incipit generare.
2. Reg. 14.
3. Reg. 11.
Lib. 4. c. 8.

Quibus, quo tempore, ætate & temperamento coitus conveniat, aut noceat.

CAP. IV.

FRequens & inordinata Venus habitum corporis dissolvit, senectutem accelerat, canos maturat, nervorum incontinentiam, podagram, arthritidem, tremores, sensuum hebetudinem, intellectus ac mentis torporem, malum corporis habitum, succorum cruditatem, visus, auditus, cerebri, ac ventriculi debilitatem, mejendi difficultatem, consumpto nimirum humore oleoso, quo natura prostatas respersit ad urinæ vias lubricandas parit, vires resolvit, imbecillioresq; reddit, quia plurimi spiritus vitales unâ excernuntur, pallorem inducit, sensuum etiam internorum imbecillitatem, oblivionem, artuum tremorem, pravum halitum, renum, & vesicæ dolores, dentium cruciatum, ac denique omnes corporis ac animi infirmitates parit: præterea multus adolescentiæ coitus reliquis ætatibus semen imbecillum, aut corruptum efficit, ob vasorum spermaticorum cœptam imbecillitatem, neque solùm læditur à prædictis corpus quod voluptate multâ Veneris motus acrius intenditur, & subinde corpus dissolvitur, sed quod à crebro concubitu multa fit nativi spiritus atq; caloris dissolutio, in eo n. plurimum seminis excernitur, in quo ista continentur, & tandem continuato tractationis motu non solum quidquid in testibus & vasis seminariis continetur, sed quidquid in proximis erat venis testes trahunt, & hæ rursus ab aliis, donec nutrimentum partibus solidis aufertur, & tandē pro semine verus cruor excernitur, ac repentina mors nonnunquam

Inordinatæ Veneris noxamenta.

Sanguis pro semine excernitur.

Venere consumpti. quam sequitur, qua ratione Cor. Gallum & Q. Æthérium equites Romanos in Venereo actu expirasse, Plinius lib. 7. auctor est, & Bertrandum Fererium Barchinonensem Hispanum, ut scribit Jovianus Pontanus in opusculo de obedientiâ, quod pariter cuidam studioso Salmanticæ paucos ante annós contigit: inde etiam macies, pallor corporis, & virium defectio: potissimum autem nocet refrigeratis, inanitis, exsiccatisque corporibus, imbecillibus, senibus, aut adhuc junioribus: quin etiam coitus, si cum puellâ nimis pusilla exerceatur, proprietate quâdam semen corrumpit, uti & si quis morbo cerebri laboret, cordis, hepatis, lienis, renum, vasorumve spermaticorum aut testium, quæ ferè omnia Galeno 2. *de sanit. tuend.* ferimus accepta: Hinc Democritus Veneris raritatem commendabat, & Celsus concubitum frequentem dissolvere dicebat; Et Aristot. plurimum coeuntes parum vivere, ac cito senescere, ideoque mulus longioris est vitæ, equâ, &, asino à quibus genitus est; sic castrati plus vivunt, quam non castrati, & fœmina ex accidenti plus quàm masculus, cum tamen ex naturâ masculus non castratus sit longioris vitæ, quam fœmina, quia calidior, in calore verò stat vita hominis: de quo quidem immodico atq; effrænato coitu Claudianus ita cecinit:

Quibus potissimũ nocet Venus.

Lib. 1. c. 7. Semen a quibus corrumpatur.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitrio, hebetat caligine sensum,
Membraq; Circæis effœminat acrius herbis,
Blanda quidem vultu: sed quâ non tetrior ulla.

E converso moderata Venus plurimas secum affert commoditates, quia corpus recrementis plenum inanit, excitat, & auget seminis instrumenta, indurata mollit, meatus dilatat, pituitam expurgat, impeditam mentis vim explicat, iras remittit, unde melancholicis, mœstis, furiosisque convenit, interdum comitiali morbo laborantes sanat, capitis gravitatem & dolorem emendat, emaciatos recreat, ægre spirantibus opitulatur & cibi cupiditatem amissam restituit, ac nocturnas pollutiones depellit; præsertim autem pituitosis morbis succurrit, itaque ut læditur natura nimio alimento, & nimis modico, mediocri servatur, ut etiam offenditur nimio motu & nimis modico, mediocri recreatur; sic nimia Venus nocet homini, moderata conducit, sicuti demum *Omnibus in rebus modus est pulcherrima virtus*: quamobrem salu-

Venus qui-

berrima Venus censetur, si justis intervallis moderatè exerceatur ea-

tenus,

tenus, dum corporis vires non lædat, & levitatem corpori inferat, ac alacritatem, & meliorem illi habitum conciliet, potissimumque ætate florentibus, iisque, qui calido, & humido sunt temperamento, succulento, ac optimo corporis habitu constantes (quos quadratos vocant) iis enim teste Celso præallegato, rara Venus corpus excitat, imo animam exhilarat, iram ingentem remittit, & plurimas pituitosas melancholicasque ægritudines aufert, vertiginem tollit, seminis fumositates ac vapores à cerebro divertendo. Ideoque salubrius cæteris indulgere Veneri poterunt modo intervallo tàm longo repetita sit Venus, ut neque (uti diximus) resolutio aliqua inde sentiatur, neque languor, aut dolor, sed homo seipso quodam modo levior sibi factus ac melius respirare videatur; quod ut plurimum fiet, si bis in septimana celebretur: frequentior enim languorem imbecillitatemque afferre solet non solum viro, sed etiam fœminæ, ut videre fuit in conjuge illius Tarraconensis, quæ ut in historiis est, apud Arragoniæ reginam marito litem intendens atque conquesta, quod cum illa decies in die congredi solitus esset, effecit, ut capitali supplicio imposito, hoc imposterum ne faceret, prohiberetur: neque satis video, an magis hanc mirari possimus, quæ, cum fœmina sit alioqui insatiabilis, ut refert Salomon, tamen de hâc re querimoniam excitaverit; an juvenculam illam germanicam, quæ, ut refert Mizaldus, unâ nocte triginta quinque seriatim militibus prostitit, aut Proculum Cæsarem, è quo centum germanicas virgines intra quindecim dies concepisse ferunt, decemque ex virginibus unâ nocte fœminas reddidisse, aptus omnino Imperatrici Messalinæ vir, quæ etsi centies à viro calcaretur, ut erat prostitutæ libidinis mulier, defatigari se dicebat, non satiari, quæque hanc planè regiam existimans victoriam, eligit in id certamen nobilissimam è prostitutis ancillam, eamque die ac nocte quinto ac vigesimo concubitu superâsse, auctor est Plinius; narrant Herculem quinquaginta virgines una nocte oês mulieres reddidisse, & herbā ajunt Indicā tantæ virtutis esse ut ea comesta quidā ad 70. coitus processerit: sed isthæc inauditæ libidinis exempla insectari, hujus loci non est, crederem equidem hos semen non emittere, sed quandam duntaxat exhalationem: Est etiam raræ libidinis exemplum, ac penè inauditum, ut Cœlius narrat cujusdam, qui quo pluribus afficeretur plagis, eò impetuosius, ac ardentius in concubitum præceps ferebatur, proinde precibus flagellari exposcebat,

bus salutaris.

Moderata Ven. utilitates.

Intervallū.

Veneris tergminus.

Effrenatæ libidinis exempla.

Iuven. Sat. 6.

Tacit. libr. 11.

Plin. lib. 10 c. 62.

10. lib. c. 63

10. Anti. lect. c. 15.

scebat, nec scires utrum affectaret avidius verbera an coitum, nisi quod illorum mensurâ libidinis voluptas constabat, unus mortalium, qui eorum impetu in supplicium ferretur ac delicias: contraxerat assuetudinem depravatam, quod ita à puero assuesceret, communicatâ stupri fœditate inter æquales, postea sibi infestus vitium improbabat & sequebatur. Redeo nunc unde digressus fui ad præcepta, quæ in Venere sunt observanda; qui concubitu speratæ prolis desiderio utuntur, iis frequentior rariorve esse non debet, quam res exigit, utrumque enim fœcunditatem impedit, quippe semẽ profundere immoderatius, vires exhaurit, & spiritus depopulatur, diutius vero, quàm par est, cohibere; & à congressu desuescere, seminis efficaciam, virilitatemq; minuit; neq; etiam oportet, ut exerceatur, nisi quando omnium excessuum mediocritate corpus fuerit constitutum, quando scilicet, nec supra modum plenum neque vacuum extiterit, nec nimio calore aut frigore, nec nimiâ siccitate aut humiditate affectum, nam repleto nocet Venus agitatione multa, quæ cruditatum causa est; inanito vacuatione officit; calefactum motu inflammat, refrigeratum sequenti refrigerio offendit; Quod si in his peccare contigerit, tolerabilior erit excessus, si calefacto potiùs quàm refrigerato, humectato quàm exsiccato, pleno quam vacuo corpore contingat. Nam ex Galeni decreto cruditas, & repletio, facilius emendantur, quam arefactio, & marasmus; sed utrumque periculosum, quidam enim repleto ac distento corpore rem habuit cum meretrice, ac repente expiravit, ut refert Alexandrinus. In die etiam purgationis à re Venerea cavendum omnino est, non enim fert natura duplicem vehementemque resolutionem; Pinciæ levissimo morbo affectus alius imprudens coivit, & eadem die obiit, esset igitur optandum, ut medici de hac etiam re eos, qui catharticum sumunt, admonerent. Quâ verò diei horâ coeundum sit, non satis concordes sunt auctores, nam Hippoc. & Galenus præscribunt auroræ tempus, quoniam peracta concoctione oportune excrementis omnibus purgatur corpus, quam causam præter foraminum apertionem esse puto, cur jejuni celerius concumbunt; quod etiam insinuasse videtur divinâ vir scientiâ Hippoc. in ea sententiâ, in quâ luculenter, & argutè humani victus ordinem disponit; *Labor, cibus, potio, somnus, Venus, omnia moderata*, ubi apertissimè jubet, ut labor cibum, cibus potionem, potio somnum, somnus Venerem præcedat: Aliter tamen Paulo & Aetio visum

Coitum qua impediant.

Repletio quam arefactio facilius emendatur.

Repletus à re Venerea abstineat.

Qua diei hora concũbendum.

Ieiuni celerius concũbunt.

Lib. 1. c. 35

Lib. 3. cap. 8

Victus ordo.

ſſum fuit, ante ſomnum concumbendum, & poſt cibum, ut ſuccedens ſomnus abſumptas reparet viri vires, fœmina vero ſemen genitale illapſum facilius ac fortius retineat, & quiete ad conceptum paret. Oribaſius timens non minus inanitionem, quam repletionem, vult expergefactos primum alvum veſicamq; purgare, purgatos levi jentaculo muniri, ita mutuo congredi; quod ſi quis à prandio prurire inceperit, & in Venerem ferri, ceſſare tantiſper oportere, quoad alimentum conſtiterit, ſi vero à cœnâ, paululum prædormire: Avicenna ex conſuetudine petendum docet quo tempore corpus cujusq; levius redditur. Nobis ita de tota re ſtatuendum videtur, ut ſalutarius commodiusq; quis congrediatur à ſomno, & poſt cibi confectionem, quàm ante ſomnum, & à cibo, vel ſaltem ubi aliquantulum ſomni acceſſerit, & leviorem ventriculum ſenſerit homo, quod ferè ſub auroram fieri expertum eſt, & tunc ſecurè concūbi poſſe, ſi præſertim, quod reliquū eſt antelucani tēporis, ſomno iterū & quiete tranſigatur, ſic nec cruditas noxā, nec laſſitudo languoré afferet; ſed adhuc ſalubrior, & ad generandū prolem aptior concumbendi ratio erit, & multò utilior, ſi alvus, veſicaq; prius exonerentur, ſed maxime veſica, ea n. intentâ parum probe concubitus procedit: non proinde exiſtimes ſemē à proximâ cœnâ, ſed multò antea, & confectū, & paratum in vaſis fuiſſe, alioqui oporteret homines poſt quamvis cibationè coire, non minus quam excernere; interdiu vero deterior eſt coitus, nocturno aut matutino tutior. Porro tempus anni ad prolificum concubitum idoneum eſt ver, potiſſimum verò ceſſantibus aut incipientibus menſtruis, tunc enim & ſi quâ opus, ut ſemē adhæreat, aſperitas adeſt, nec ab influentis ſanguinis copiâ ſemen eluitur, quia paulatim jam efflunt, nec tamen quod ſatis eſt ad alendum deeſt: Qui verò in menſium fluxu concubitus exercetur, exitialis omnino & peſtifer eſt, tum iis qui commiſcentur, tùm fœtui, & ſi fortè in menſtruis poſita mulier conceperit, plerumq; invalidus, impurus, morboſus, minimeq; vitalis, vel ſordidus, tetraq; lue madens fœtus, qui ſic generatus eſt, prodeat oportet; Fieri enim non poteſt, ut qui ſanguine jam vitiato gignitur, non etiam vitioſus aut ulceribus plenus naſcatur, unde pſoræ, lepræ, elephantiaſes, impetigines, alphi, cutis, & faciei decolorationes apparent, quamobrem toto menſtruationis tempore, coitum in lege interdictum fuiſſe credibile eſt. Sciēdum præterea, quod tametſi ex retento ſemine noxa non exigua corpori accedere poſſet,

Propoſitio auctoris.

Sub auroræ concumbendum.

Coitus veſica intenta parum probe procedit.

Coitus interdius nocivus.

Tempus anni.

In menſium fluxu coitus exitialis fœtui & parentibus.

Ex coitu menſtruate incommoda

Plura incommoda ex immodica Venere quam ex dimissa.

Similitudo.

Affectiones aut perturbationes in coitu conceptum impediunt.

Invitus coitus sterilis.

Meretrices cur non cõcipiant.

Spurii pravis sunt moribus.

Spurii in Germania admodum viles sunt.

Sapientum filii curpleorumq; rudes.

nam viduis majoribusque natu virginibus religiosis, & caste viventibus in utero concluſum refrigeratur, & in pessimam qualitatem conversum intolerabiles generat cruciatus, & quamplurimas ægritudines; tamen ex venereorum usu, gravius ac sæpius, quam ex ejus intermissione corpus læditur, quoniam ad intemperatæ cupiditatis libidinem plerique omnes sunt proclives, qua ratione ad vitam præferimus vinum aquæ, sed quia plus in vino peccatur, pluribus vinum quam aqua obfuit. Illud insuper requiritur, ne corpore nimium commoto, aut laboribus & vigiliis fatigato, aut animi perturbationibus affecto Veneri operam demus, ex his enim aut virtus plurimum exsolvitur, aut cruditas generatur: Sunt, qui referant mulierem, si in coitu ploret, non posse concipere, quod etiam facit timor, mœror, & immodica ira, est etiam sterilis, & inanis invitus coitus; nam ut auctor est Aetius conciliat amor genituram, amare igitur mulier debet, & prolis desiderio affici, ut concipiat: Impeditur etiam conceptus, si mulier clunes nimium retractet atque agitet, ut notavit Lucretius. Immodicus etiam coitus, aut nimis ardens infœcundus est, quia in illo semen non emittitur, ideoque meretrices non concipiunt, in hoc prius effluit, quam oporteat, ideo lascivus Poeta expetens in coitu tarditatem, inquit, *Crede mihi Veneris non est properanda voluptas*, & alibi: *odi concubitus qui non utrinq; resolvunt*. Et ut uno fasce multa complectar, omnes animi passiones sunt omnino avertendæ horâ coitus, non enim solum ad concipiendum confert tranquillus animus, sed etiam ad bonos edendos conceptus: quapropter spurii magnâ ex parte sunt pravis moribus, quia concipiuntur parentibus vel timentibus, vel animo male affectis: qua ratione etiam in Germaniâ vilissimo in pretio habentur, ut principum spurii ad nulla publica munia admittantur, nisi gratia aut privilegio particulari; hinc etiam fit, ut sapientum filii ut plurimum rudes, stupidoque ingenio nati sint, ut in proverbio est, quia viri docti dum concumbunt, magnas ferè semper curas gerunt, neque animo sunt tranquillo, unde mulieres vel non concipiunt, vel conceptus hebetes ac pravos edunt. Sunt etiam quædam vinorum genera, quæ sterilem coitum faciunt, quale tricænium creditur.

Quæ

Quæ in ipso coitu observanda.

CAP. V.

QUæcunque hactenus prodidimus, in eum finem diriguntur, ut publicis personis ac probis viris ritè consultum sit, si quando posteritatis avidi de rectâ ad tuendam valetudinem, & prolem generandam congrediēdi ratione medicos interrogaverint; quod quia frequenter usu venit, ne irritus congressus sit, observare oportet, ut vir, cum in amplexum conjugis venerit, omni illam deliciarum, omni blandimentorum genere excipiat, molli etiam complexu fovebit, demulcebit, titillabit, nec ex abrupto in agrum naturæ irrumpet, sed sensim irrepat potius, lascivis, quantum conjugalis modestia tolerat, verbis, lasciviora oscula commiscendo, genitalia, & mammas contrectando ut flammam ipsa accipiat, & ad Venerem intendatur, sic enim demum proprii seminis excernendi, & virilis unà concipiendi desiderio fremit, & ardet uterus, hæc si inflammandæ mulieri non sufficiant, adhibeantur, quæ suo loco dicenda sunt, fuerit tamen multò utilius, si non imaginatione, visu, aut lasciviis appetitus ad coitum generetur, sed urgente copia seminis ad Veneris usum impellamur: Tu autem ex supra dictis jam facile colligere potuisti, quâ ratione ad coitum appetitus excitetur, & quatuor ad grande hoc opus requiri, imaginariam cupiditatem, affluentem succum, spiritualem substantiam, & flatuosam materiam; quorum cupiditas ex deprehenso rei delectabilis, & concupitæ simulacro excitatur, quâ quidem percepta in spongiositatem, quæ in medio glandis colis apparet, cupidinis spiritus confestim subit; ac 3. alia vis, quæ huic obtemperat, genitalis seminis materiam à seminariis meatibus peculiari titillatione concitatis movet, cujus portio à calore agente in flatum vertitur, à quo præterquam quod ad ejaculationem facit, genitalia extenduntur, virorum nimirum rigescunt intumescuntque, fœminarum fatiscunt, & tunc, si quod à parente semen prolificum excidat, uterus undique complectatur, & ita avidè retineat, atque adstringat, ut ne minimum seminis exire permittat, conceptus dici meretur, de quo sequenti tractatione scrupulosius perscrutabimur.

Congredien di ratio.

Quatuor libidinem movent.

Cupiditas ut excitatur.

Cupidinis spiritus.

Qui tamen ut felicius procedat, dum invicem congrediuntur, po- *Situs in co-*

itu observandus.

natur mulier in dorso, cruribus benè divaricaris, & ac clivibus, ut os vulvæ elevetur ad illam quæ ibi est concavitas uteri, quia tunc directe in ipsum projicitur semen; quando enim disponitur in latus non fit conceptus quia in colli matricis latus semen projicitur, neque etiam quando stat mulier, quia extenditur uterus, & constringitur os ejus, sic ut non recipiat; & si recipit, effunditur propter extensionem; caput vero paululum dimissum mulier habeat, omniaq; secundum naturam fiant, donec vir semen ante ostium vulvæ emittat, non enim intus, ut quidam opinantur, sed ante ostiolum magnâ ex parte utrorumq; oblectamento excernitur, unde ab utero avidissimè trahitur, si calidum & modicè temperatum est. Cum vero fœmina instare proprii seminis effluxum ex titillante voluptate perceperit, virum eâ de re admonebit, ut eodem si fieri possit temporis articulo, & ipse semen suum ejaculetur, & ex seminis concursu conceptus fiat, fœtusq; tandem prodeat, quod felicius adhuc succedet, si non statim ab opere peracto sese à complexu muliebri vir separet, ne aer in uterum adhuc hiantem subeat, seminaq; corrumpat, antequam planè commixta coierint; quieta digresso viro se continebit mulier, cruribus decussatis, & molliter in altum sublatis, ne motu decliviq; situ semen prolabatur; contineat se tũ temporis à sermone, præsertim contentioso, tussi, & sternutatione, ac, si fieri possit, somno se tradat. Rationi, experientiæ, ac pudicitiæ penitus adversatur Lucretii sententia dicentis:

Semen non intus, sed ante os uteri ejicitur.

A concubitu mulier quarationes se gerere debeat.

Abstinendũ à tussi & sternutatione.

Nam more ferarum
Quadrupedumq; magis ritu plerumq; putantur
Concipere uxores.

Quoniam mulier posteriùs inita, præterquam quod indecens ac impudicum id esset, non recipit semen nisi inter labia vulvæ, quia spissitudo natium impedit membri ad os matricis porrectionem; ut mirari satis non possim Mercurialem, qui cum Paulo in eâdem omnino fuit sententia. Multò tamen æquius atque probiùs modestiam, & utilitatem respiciens Aristot. *in œconomicis* jubet uxori appropinquandum esse cum magnâ modestiâ, & temperantiâ; *sit*, inquit, *pudor in verbis, in operibus vero fas, atq; honestas, nec partes quatiant sine verecundia ac pudore, hæc enim meretrices ad mœchos pati decet*; quæ sententia digna profectò visa est, ut eâ tractationi huic finem imponamus in quâ, quoniam modestis auribus fortasse parum grata quantumvis necessaria fuerit, hactenus tentâsse

Modestia, & pudicitia incoitu servanda.

tentâsse sit satis; si quid tamen minus pudicè dictum inesse videatur, haud minus tamen ob id seriæ & perneccssariæ tractationis vim retinere debet, siquidem non ad lasciviam, sed utilissimæ rei dilucidationem urgente necessitate & rerum serie dicta sunt.

Possintne diversa genere coire.

CAP. VI.

Bruta ex hominibus cõcipere posse.

BRuta ex hominibus, & vicissim homines à brutis posse concipere plerique omnes difficilius non putant quam ex diversis brutorum speciebus (quod sæpe evenit) conceptum fieri, ita ex tauro, & Pasiphae Minotaurum natum fabulantur, & Plutarchus in Parallelis refert, ex Aristonimo, Demostrati filio, cum odisset mulieres, & cum asina rem haberet, formosissimam puellã nomine Onoscelim natam; pariter ex Fulvio Stello, & equa aliam puellam pulcherrimam, quam Eponam sive Hipponam nominarunt, neq; id mirum existimant, siquidem in homine, & brutis naturalis appetitus idem est, naturæ ex delectatione eadem provocatio; virtus attractiva uteri subinde in hominibus & brutis omnino similis. Illa tamen acclivior ac scopulosior semper sapientiæ studiosis visa controversia est, possintne dæmones cum hominibus rem habere, de qua re maximam apud scriptores reperio dissensionem; nam Psellus apud Pium voluptatem ac corpus dæmonibus tribuit, imo valde pati posse reor, adeo ut nonnulli semen jaciant, à quo pusilla animalia generentur, habeantq; excrementa, & membra genitalia, ac subinde nutriantur, alii inspiratione per arterias, alii humorem non ore, sed sicuti spongiæ, & ostreæ exugentes extrinsecus adjacentẽ, sex insuper dæmonum genera numerat, igneum, aereum, terrenum, aquatile, subterraneum, ac lucifugum seu tenebrosum. Non multò diversa sunt, quæ disertissimus Lactantius 2. divinarum institutionum prodidit, sic scribens; *Cum numerus hominum cœpisset increscere, providens Deus ne fraudibus suis Diabolus, cui ab initio dederat terræ potestatem, vel corrumperet vel disperderet homines (quod in exordio fecerat) misit angelos ad tutelam cultumq; generis humani, quibus ante omnia præcepit ne terræ contagione maculati amitterent dignitatem substantiæ cœlestis, scilicet id eos facere prohibuit, quod sciebat esse facturos, ut veniam sperare non possent: Itaq; illos cum hominibus cõmorantes dominator ille terræ fallacissimus consuetudine*

Naturalis appetitus idem in homine & brutis.

Dubi. Dæmones cum hominibus an possint coire.

Sex dæmonum genera.

Lactantii sententia.

De dæmon. vide Card. 19. de subtilitate infin. Et 16. de varietat. rer. cap. 103.

tudine ipsâ paulatim ad vitia pellexit, & mulierum congressibus inquinavit, tum in cœlum ob peccata non recepti ceciderunt, sic eos Diabolus ex angelis Dei suos fecit satellites: ita videtur interpretari Lactant. Locum Geneſis: *videntes filii Dei filias hominum quod essent valde pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant*, intelligens ibi per filios Dei angelos cuſtodes.

Athenagoras philosophus.

In quam etiam ſententiam pedibus diſcedunt Athenagoras Philoſophus, & Tertullianus, tametſi alii ibi per filios Dei Dæmones incubos intelligunt, propter naturam ſpiritualem, unde & primo Job dicitur, Satan fuiſſe inter filios Dei; Alii intelligunt filios judicum vel potentum, quia dictio Elohim, quæ ibi ponitur, interdum accipitur pro Deo apud Hebræos, interdum pro Diis in plurali, & pro judicibus, ut Lyra notavit, ex quâ conjunctione angelorum cum filiabus hominum non ſolum gigantes, ut ex eodem loco colligitur ſcripturæ, ſed etiam

Dæmones ſylphes, pygmæi, ſive lemures.

Dæmones ſylphes, qui etiam vocantur heroes, lemures, penates, lares, genii, larvæ, parvæ perſonæ ſive pygmæi, genitos fuiſſe putant, ac demum ſex illa dæmonum genera, quæ ſupra connumeravimus, qui non potentes in cœlum ire, juxta cœlum commorentur, quorum vim putat Plato trajicere humana ad Deos, & divina ad homines quaſi delatores hinc precum inde donorum, eisque ſingularum mundi regionum gubernacula diſtributa eſſe, neque vero gentibus duntaxat aut provinciis, ſed ſingulis nobis addictos eſſe curatores dæmones, qua ratione Socratis Dæmon celebratur ab eodem; quæ quidem quamvis ad ſacrorum imitationem Plato edifferit, in hoc peccare videntur, quod nuſquam bonos dæmones à malignis ſejungat, quos etiam vocant gnomos, & terrenos ſpiritus, non quod veri ſpiritus exiſtant (quia ſanguinem, & carnem illis tribuunt, ac poſt longam vitam morti obnoxios eſſe dicunt) ſed quia illis comparantur propter ſimiles artes, & induſtriam, quam cum illis communem habeant, & ſunt qui credant magnos theſauros ſub terra habere, & ſervare; aliquando iis, quibus apparent infeſtos eſſe, quos larvas dicunt, alios bonæ fortunæ præſagos, ut plurimum honeſtos, bonosque homines mirifice diligere, improbos vehementer odiſſe gentilitas credidit, & lares vocabat, inter quos & Diabolum, hanc putant differentiam, quod iſte non moriatur, quod vero ſanguinem & carnē habet ſemel mori neceſſum ſit, ex quorum etiam ſpirituum ſemine gigantes natos eſſe dicunt, qui in terra fuerunt. His accommodant elegantiſſima illa Virgilii carmina.

Platonis placitum. Platonis & Lactantii ſententia improbatur

Inter gnomos & diabolum differentia.

Ignem

Aeneid. 6.

Igneus est illis vigor & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra,
Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec auras
Respiciunt, clausæ tenebris, & carcere cæco,

Illa tamen opinio prorsus est rejicienda, nam etsi sacra scriptura Michaelem Hebræorum principem constituat aliosq; angelos aliarum gentium præsides Danielis 10. subindeque historiis proditum sit, primi parentis custodem angelum dictum fuisse Razielem, Isaaci Raphaelem, Jacobi Pelielem, Moysis Metraton, qui & ipse inferioris mundi præfectus dicitur, & ita reliquis hominibus angelos custodes concessos, tamen spiritus incorporei, de quibus Lactantii sermo est, fœminarum amore non tenentur, nec ex illis generare possunt, cupiditas enim suam originem ac radicem inferiorem habet, ubi enim non sunt partes generantes, nec etiam Venereus appetitus esse potest; ubi neq; cibus, neq; potus est, ibi nec etiam semen; ubi deniq; nulla est necessitas perpetuandi, aut regenerandi, ibi natura neque posuit desiderium coeundi. Quare potius ibi per filios Dei intelligendi sunt homines, qui Deum cognoscebant, & descendentes de Seth, qui à patre suo fuerant instituti in cultu divino, & veram profitebantur religionem, tales enim sacræ literæ solent appellare filios Dei; ut: vocavi filium meum ex Ægypto; Israel filius meus; Ego dixi, vos estis filii Dei, & omnes filii altissimi, sed sicuti homines moriemini: Per filias verò hominum, filias gentium, & fœminas corruptas intelligere oportet præsertim filias Cain, quæ erant curiosæ, dissolutæ & lubricæ, & cum illis præceperat Seth filiis suis ne contraherent matrimonia, sicut præcepit dominus filiis Israel ut non contraherent cum mulieribus Cananæis. Alii inter Dæmones succubos, & incubos esse arbitrantur, succubos igitur ex viro posse genituram concipere, & mox in incubum mutatum eandem genituram in uterum mulieris projicere, ac ita ex eâ hominem generare, quod etiam vanum, & anicularum fabulis omnino simile est: Si enim possibile id esset, quot ferarum monstris tanto tempore humanum genus, seminum permixtione per dæmones in brutis & homnibus factâ, infestatum esse à tanto sui hoste vidissemus; Adde illud, quod suprà jam prodidimus, semen statim extra vasa corrumpi, & infœcundum reddi; nemo itaque potest concipi, aut originem capere absque copulâ

Loci scriptura enarrantur.

Spiritus fœminarum amore non tenentur.

Aliorum opinio.

Positio auctoris.

viri cum fœminâ, contrarium enim repugnat non veritati duntaxat, sed etiam universali rerum naturæ. Si igitur de his, quæ fortasse curiosa nimis, & præcipiti indagatione viri sapientes perquisiverunt, nobis liceat pronuntiare, crediderim equidem, æquiùs multò censere eos, qui putant dæmones nullo pacto cum homine generare posse, aut concipere; Si vero donemus, permittente Deo formam assumere humanam, & coire saltem posse, quoniam id multis, & variis historiis tum hominum confirmatur, tum mulierum, quæ insciæ cum dæmone coeuntes in genitalium gangrænam, & uteri inflammationem devenerũt, unde esse spiritus quosdam dæmones, qui mulieres aliquando sollicitaverint, & compresserint non solum olim, sed etiam nostris temporibus, à quibus non admodum differunt Satyri atque Sylvani, nunquam tamen concepisse affirmamus, sed plenum uterum devenisse aliquoties, & cum instaret hora partus, diris eruciatibus stupas, crines, lapides, ossa, ferreos clavos, & similia per uterum excrevisse innumera, quæ malus ille dæmon subdole suppositerat: quod si aliquando ex hoc congressu pariunt filios, suppositicios, & aliunde furto sublatos esse credimus ab illo dæmone qui præstigiis uterum inflaverat: nam sine utroque semine viri ac fœminæ conceptum fieri non posse, superius jam planum fecimus. Quod verò Merlinum ferunt ex dæmone natum ac Anglicanâ fœminâ fabulam ac merum præstigium censemus, & veneficam (ut proditum historiis est) ejus matrem in dæmonis cui addicta erat, gratiam tantum mendacium protulisse ad præstigãdas hominum mentes: quæcunque etiam historiæ (quarum magnum acervum invenies in malleo maleficarum, & in Vincentii speculo historiali atque aliis in locis) aliud commonstrant, & vanæ omnia videntur, nec aliunde originem suscepisse, quam ex humana vanitate, & novitatis desiderio, ac ignorantiâ eventuum naturalium, aut negligentiâ eorum, qui harum inquisitioni præfecti fuerunt; sicuti de navicula cygni, de muliere crinibus apprehensâ à juvene in mari natante, de Magdalenâ ancillâ Germanicâ à dæmone gravidâ, de Merlini matre, & alias quamplurimas. Itaque vix credimus dæmonem concubuisse posse, hominem vero ex illo concipi, fieri non posse asseveramus; nam & sine concubitu præstigiis uterum inflare potuit, ut se ex illo gravidam esse putaverit (quod credibilius est) & exacto tanto tempore, quanto uterum gestare solent mulieres, dolores graves in utero concitare, & aliunde sublatum

Dæmones etsi coire, tamen generare non possent.

Satyri & Sylvani.

De Merlini fabula quid sentiendum

Vana persuasio unde

Dirimitur cõtroversia

tum

tum infantem aut aliter dolosè supponere, tumoremq; ventositate concitatum illico solvere & reprimere.

His finitimum est, possitnè coitus per maleficium impediri, quod fere omnes summis assensionibus concedunt, idque diversimode fieri credunt. Primo si vir privetur generativâ potentiâ cum propriâ uxore, cum aliis tamen vim obtineat & efficaciam. Secundo, cum uxorem habet exosam, nec potest ipsam cognoscere. Tertio, si non habeat exosam, imò potest ipsam cognoscere, membri tamen vigore careat. Quarto, si vigorem habet membri, non tamen possit semen excernere, quod quâ ratione fiat non est hujus loci dissertare; hoc solum determinamus, non nudis characteribus, suspensionibus, imaginibus, aut conjurationibus veneficarum mulierum illud fieri, sicuti ipsæ à dæmone deceptæ existimant, sed ab ipso immundo spiritu, qui nervos, & partes genitales retrahit, aut infrigidat, cum hâc, & non cum illâ. De spiritibus verò, quorum hoc capite facta est mentio, & quid inter ipsos & bonos intersit Fernel. multa in lib. *de abditis rerum causis*, quorum pleraq; ex Platone, ad quos auctores lectorem relegamus.

Coitus per maleficium impeditur.

De Conceptu.

CAPUT VII.

SI quæcunque superius dicta sunt probe observentur, seminisq; ac menstrui sanguinis bonitas accedat, nec non partium principalium temperies, ac sanitas, virium integritas, & uteri apta commoderatio, conceptus fit Deo auxiliante, ad quem reliqua omnia naturæ ductu constituta, & coordinata fuerant. Cæterum conceptionis nomen à comprehensione seminis deductum, & hinc à mulieribus compositum esse scribit Galenus *1. de semine*, unde colliges conceptionem nihil omnino aliud esse, quam genitalis seminis in utero mulieris ad fœtus generationem, comprehensionem; fœminæ n. quæ concepturæ sunt intus contineant semen oportet, & quandam sentire in vulvâ motionem, quæ contrahitur, & quasi convellitur, ut triplici viâ nimirum mulierum relatione, brutorum concisione, & priscorum auctorum omnium suffragiis Galenus citato comperit. Ex dictis fere jam cõstare arbitror, quęnam sint conceptionis causæ, proba nempe uteri commoderatio, recens mensium purgatio, idonea ætas, appositus congressus; in vi-

Notio. Definitio conceptus.

Causa ex partu fœmina.

Causa ex parte mariꝰ.

In viro etiam præcedat oportet bonus corporis habitus, ad calidum, præsertim, & humidum inclinans, seminis prolifici copia valida, & virilis ætas cum robore virium conjuncta, membri genitalis optima structura, concubitus moderatus, & plena victus ratio. Concepisse vero mulieres cognoscemus, si vir pudendo discedat à coitu nimis exsiccato, si suctionis sensum perceperit; si fœmina nihil, aut parum seminis effluere senserit, & gratissimam consequuta sit delectationem, tunc deinde cessent purgationes menstruæ, neque febris aut rigor superveniat, sed parvus quidam horror, sese utero colligente, & seminis novitate alterato; fastidia insuper incidant, vomitus, animi deliquia, & depravatus appetitus, quos picaceos vocant; subinde, si decimo à conceptu die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræq;, sputatio, inquietudo accedat; id etiam cognosces, si pupillæ imminuantur, si candida pars oculi amplior fiat, si flavescat, si venæ cruore turgeant, caventur oculi, molliantur palpebræ, panus, & rufæ lenticulæ præter solitum fœminæ faciem deforment, si venæ inter oculorum angulos & nares sitæ magis conspicuæ appareant, si sub lingua vena virescat, si cervix calidior, dorsum algidius sit, si colli venæ, arteriæque extendantur, si pectoris venæ liveſcant, & nigrescant, mammæ obdurescant, extuberent, prædoleant, si papillarum color in rubeum mutetur, si cujusvis potus calor, aut frigiditas recto tramite in mammas sentiatur, si malacia apprehendat, aut pigritia, si dum bibit languida fiat mulier, si acida eructet, si cordis pulsus perturbetur, si ocyssime lætetur, tristeturve, aut tormina juxta umbilicum fatigent, & renum aut coxendicum gravitas, si coitum renuat, aut solito ardentius cupiat, si venter præsertim circa ilia intumuerit, inguina torqueantur, uteri os arctissimè conniveat, dummodo tamen molle ac naturale extiterit, maximum enim hoc conceptus indicium fuerit, si modo obstetrix immisso digito uterorum os tangere potuerit; Adhæc si dolores, tumores, extuberationesq; carnis sæpe etiam lividitates in cruribus succrescant, ac universum corpus gravetur. Præterea prægnantium pulsus à principio vehemens, & magnus est, procedente tempore parvus, & velox, quæ fere omnia indicia 5. Aphorismorum, & libr. *de genitura* Hippoc. accepta ferimus. Ex lotio autem fieri etiam posse de uteri gestatione judicium, sunt, qui credant, ductore Avicenna, qui tradit, urinam prægnantium citreo, aut sublivido esse colore præditam, crassiusculam, aut sub-

Signa conceptus.

Signum ex pulsu.

Quæst. An ex lotio conceptus possit cognosci.

21. 3. 6. 33.

aut ſubturbidam, & in qua leviter concuſſa granula ſive atomi aſcendentes, & deſcendentes, ac ſtellati lapidis colorem præ ſe ferentes, aut etiam candicantia corpuſcula inter craſſioris farinæ, è ſumma corona viſuntur, in quâ inſuper quod per quietem ſubſidet, innatative craſſiuſculum ſit, & male cohærens, lanæ aut carminato bombaci non abſimile; quæ ſubinde vini albi permixtione ſimilis evadat elixarum fabarum, aut cicerum juſculo. Horum cauſam & rationem videtur adduxiſſe Galenus, cum inquit, melancholicum eſſe ſanguinem, qui in gravidis detinetur, & à puerperio evacuatur, ideo conſpici uri- nas omnibus prægnantibus infectas ac ſi foligo quæpiam in eas incidiſſet. Quod ſi mota urina turbetur imprægnationis finem præmonere; ſi non turbetur principium: in fine conceptionis ibi ruborem apparere, ubi primum albedo inerat; ita ſunt, qui tradunt, urinam prægnantium in primis tribus menſibus ſanguinis colorem referre, & in ſe quaſdam quaſi nebulas, & ſedimentum album habere, à quarto menſe viridis eſſe coloris cum livido ſedimento: Alii exiſtimant vana hæc, & commentitia plane eſſe, ſi enim certa atq; firma ex urinâ imprægnationis ſigna forent, Hippoc. & Galen. *de urinar. indiciis*, & utero gerentium ſignis multa ſcribentes non latuiſſent, ſed neque Hippoc. in Aph. & lib. *de genitur.* ubi plurima imprægnationis ſigna docuit, neque Galen. lib. *de criſib.* aut de judiciis urinarum ullum tale ſignum unquam attulerunt, addunt urinam eorum tantum ſignum eſſe, quæ continentur in jecore, venis, renibus, ac veſica. Cæterum cùm ſuperiùs proditum ſit, in venis & ſanguine mulieris magnas etiam permutationes per conceptum fieri, aliquando nos certi aliquid ex earundem lotio elicere poſſe, non eſt omnino rationi diſſentaneum: Quod ſi Hippocrates, & Galenus præterierunt, illud fortaſſe factum, quia hæc ſigna fallacia, & parùm firma judicarunt; imo neque reliqua inchoati hominis indicia admodum firma ſunt. Quamobrem fœminam concepiſſe cautè pronuntiandum erit, alioquin periculum eſt, ne in dedecus incurrant medici, ſi ſemel prædicto conceptu, aut menſes fluant, aut excreto flatu venter ſubſideat, quod Agyrtis plerumq;, doctis non rarò accidit, ideo, quæ dicta ſunt, ex eorum numero cenſentur, quæ plerumq; contingunt, perinde ac ea quæ nunc de ſexus indiciis breviter cudemus.

Avicennæ opinio.

2. *Epid.* 3. 75.

Aliorum ſententia.

Auctoris poſitio.

Inchoati hominis ſigna firma non ſunt.

Igitur ætate florentes fœminæ ut plurimum mares geſtant, novellæ aut ſeneſcentes fœmellas, propter dejectum in his, vegetiorem calo-

Signa maris & fœ-

rem in illis, quæ insuper masculum gestat coloratior est, ac moderati vultus, læta, agilis, velox, & utero gerentium symptomatibus minus affligitur, quod adhuc minus certum est, quia sunt robustæ mulieres, quæ melius se habent dum fœmellam gestant, quam aliæ delicatiores gestãtes mares, quare potius de muliere ad se ipsam collata, non ad aliã, hæc veniunt intelligenda, nigricãtes etiam ac tumescentes in dextro inguine venæ marem portendunt, in sinistro fœmellam, quod quidem collegarum relatu disci honeste potest. Ad hoc si mulier stans ambulare velit, ac primum dextrum pedem moveat, maris indicium est, item oculus ejus dexter lætus magis & velocioris motus, alvus rotunda, & in dextra parte magis elata, mamma dextra tumidior, & ejus papilla coloratior, gravedo, pondus, ac sæpe motus sentitur in latere dextro: Nam ut est apud Hipp. mares plerumq; in dextris, fœminæ in sinistris concipiuntur, quâ etiam ratione è dextro teste avulsum semen masculinum magis: ex sinistro fœmineum est, pulsus item dexter major, manumq; dextram porrigit primum; E converso autem quæ mulier fœminam concepit, minus se ipsa colorata apparet, quoniam fœmina mare frigidior est, nunquam vero talem concepisset, nisi viri semen aut mulieris uterus frigidior eo tempore fuisset, reliqua etiam signa ob eandem causam perinde contraria apparebunt, nullum autem fœminei fœtus signum reperies firmius ac certius, quam si fœmina ultimis mensibus labores aut morbum passa, tamen aborsum non fecit, nam mares ultimis mensibus ob siccitatem ligamentorum magnos non sustinent labores. Quod alibi explicabitur.

De similitudine in sexu: & an fœmina viro imperfectior sit.

Caput VIII.

Prima opinio Anaxa. & Hippoc.

Postulat jam tractationis filum, ut quænam sit potissima ratio, cur alterum mas, alterum fœmina generetur articulatè differtem°; de quâ re varias admodũ reperies auctorum sententias. Anaxagoras in semine sitam hanc differentiam esse existimavit, ita ut semen, quod à testium dextro exciditur, si prævaleat ei, quod à sinistro, marem gignat, contrarium si accidat, fœminam, atq; ita marem à parte dextrâ, fœmi-

fœminam à siniſtra proficiſci, idq; propter hepatis rectitudinem, ſic ad mares gignendos ſummè facere, ſi mas in acceſſu elevet dextrum crus: & rurſus uteri latere dextro marem contineri, fœminam ſiniſtro. Priorem hujus opinionis partem infirmam experimentum reddit, quoniam non minus viſi ſunt, qui dextro teſte carerent filios generare quam reliqui. Secundam vero (cujus fuiſſe creditur Hippoc. dicens, mares in dextris, fœminam in ſiniſtris magis) parum etiam conſtans videtur, quia id opus acceptum eidem potentiæ ferendum eſt, cui fœtus conformatio; quæ potentia, quoniam in ſemine eſt, ut paulo infra planum erit, ab ipſo non ab alio ſexus differentia pendet, neq; inſuper tam eſt diſtincta ſinus dextri aut ſiniſtri natura, ut tantæ differentiæ cauſa eſſe videatur; fœminam inſuper parte uteri dextrâ contineri vidit Ariſtoteles, & marem læva, & utrumque eadem in parte, idq; non ſemel, ſed ſæpius, atq; etiam cum gemini, mas, & fœmina geſtarentur, marem in lævâ, fœminam in dextra ſitos eſſe. Neq; multo diverſa ratione explo-ditur Empedoclis opinio, qui uteri caliditati id adſcripſerat, ita ut quod ſemen calidum ſubierit uterum, mas, quod verò frigidum, fœmina efficeretur. Democritus maſculos fieri aſſeruit ex prædominio maſculini ſeminis, fœminas ex prædominio fœminei; ſed tenetur aſſerere, fœminam matri non ſolum in ſexu ſimilem eſſe, ſed in aliis, at contra videmus multas filias prodire patri ſimiles, filios matri, ut plane perſpiciatur, non hunc à patris, illam à matris ſemine prodiiſſe. Sed enim quædam fœminæ ex multis viris mares ſemper ediderunt, quarum viri aliis mixti fœminas genuerunt, ut negari non poſſit, eſſe in fœmineo ſemine nonnunquam virilem vim, & in virili fœmineam. Ariſtoteles multo abiit diverſus, nam totam hujus rei cauſam, ad actionem & paſſionem refert, *cum enim* (inquit) *principium non ſuperat, neq; concoquere poteſt propter caloris inopiam, nec ducit in ſuam formam, ſed ſuperatur, mutari in oppoſitum neceſſe eſt, oppoſitum autem mari fœmina eſt, quatenus nimirum alterum mas, alterum fœmina dicitur*: Solet autem facultatibus ſua inſtrumenta natura prudens concedere, oculos viſuro, pedes progreſſuro animali; colem fœtui, cui craſſi conſtantisque ſeminis ac maſculini gignendi, & in alterum effundendi vis ineſt; ſi igitur exordia prima invalida ſunt, nec potentia fœtui communicare, prolificum ſemen, ſed aqueum, tenuemque hunc fœtum utero donat, ut quia ob innatam frigiditatem perfectum ſemen effundere non poterat ſanguinis

Cõvellitur Anaxag. opinio.

5. Aph. 48.

Secunda Empedoclis

3. Democriti.

4. de gen. anim. 2

non

Arist. sententia improbatur.

non exhausti copia aleret, quod in utero gestaret. His fere concludit Aristoteles mares generari superante principio paterno, hoc est, activo, fœminas superante materno, hoc est, passivo; fuit enim ejus opinionis, ut crederet, vim à patre tantummodo, materiam à matre tribui, quæ inter se opponerentur, sicuti agens, & patiens. Quæ tamen Aristotelis sententia in eo deficit, quod non explicet, cui agenti sit tribuenda diversa partium configuratio, non enim ex eo solum quod materia resistat agenti differentes conformationes, & connexiones fieri posse credibile est. Galenus maris causam esse prodidit calidiorem, & sicciorem seminis temperaturam; frigidiorem verò, & humidiorem fœminæ, cui tamen non parùm faveat ejusdem uteri temperamentum, & situs, imo consentaneum esse fœtum masculum in dextrâ, fœmineum in sinistrâ parte generari, quod si contingat ut sinistri testium semen in dextrum matricis sinum cadat, aut è converso, plus efficaciæ habere matricem ad fœtum sibi assimilandum, ut quæ diutius cum eo conversetur, ita unam, & eandem rem confirmat, dum caliditati, aut frigiditati maris, aut fœmellæ generationem tribuit; ac dum dextras partes masculorum, sinistras fœminarum genetrices esse edisserit, quia ut ipse explicat, quæcunque secundum epatis rectitudinem sunt locata, calidiora existunt; neque vero diffitetur, primum naturæ instrumentum propterea quod non potuit an imal omnium perfectissimum, id est, virum generare, ideo imperfectius fœminam nimirum, at non sine maximâ generis totius utilitate genuisse, ita cautè, more suo, ex Anaxagoræ, Empedoclis, Democriti, & Aristotelis opinionibus suam conflavit, ex singulis illud supplens, in quo deficiens videbatur. Verum enimvero neque ipse explicat, cuinam opifici tàm mira partium fabrica sit tribuenda; non enim solus calor tam maxima hęc posse videtur, ut eidem soli sexus differentiam acceptam feramus, si enim conditi sunt uteri mulieris ob caloris debilitatem, cur vesica & renes, & aliæ internæ partes in viris, quibus calor exuperat, pariter non prominent? Etsi igitur negandum non sit, semen calidius optimèq; concoctum mares gignere, frigidius, & male elaboratum fœminas, & ad hoc plurimum conferre, si semen à dextro sive calidiore testium excidat: si in dextro sive calidiore etiam uteri sinu recipiatur, quæ quidem concausæ sunt seminis utriusq; calorem adjuvantes in quibus procul dubio marium generationem quodammodo sitam esse arbitramur; Haud tamen hanc esse

Galeni sententia.

Galeni sententia mutila.

Similitudo in sexu unde.

esse putamus præcipuam sexus differentiæ causam sed formatricem illam virtutem, de quâ suprà luculentius disputavimus, quæ calore seminis testium, & uteri, quasi instrumentis & concausis utitur, quæq; in semine sita est; ad eandem enim potentiam hoc opus pertinet, ad quam conformatio totius fœtus; Et quia non statim ubi semen in uterum conjectum est hæc facultas in opus insurgit; ideo neq; statim hoc mas, illud fœmina est, sed aliquandiu post alterutrum pudendorum conformatur. At scisciteberis si facultas formatrix pro materiæ varietate, & totius ex utroq; semine compositi qualitate modò marem modò fœminam effingit, quæ ubi ad calidum inclinaverit marem, ubi ad frigidum fœminam efformat, quî fieri potest ut multæ fœminæ viris multis calidiores sint? manus dare omnino fuit compulsus Mercatus hoc telo trajectus quod tamen plumbeum atq; ficulneum mihi videtur, quippe non à principiis generationis, sed post generationem ipsam exercitio, cibis, & aliis supervenientibus, tales evasisse credibile est, vel si largiamur (quod ipse ac plerique putant) calidas post generationem non deveniisse, saltem fatendum est, illum calorem illis post primam ex semine conformationem accidisse ex menstruo, quo carnosæ partes, intra uterum generantur, & ex alimento, quo mater per totum gestationis tempus usa fuerat, quam facilem, & parum laboriosam teli hujus contorsionem virum præclarum, & alios qui ante nos fuêre, non perspexisse miror, Marem vero fœmina calidiorem esse secundo hujus operis libro abundantissime dissertavimus. Ex dictis planè jam constare arbitror, sexus similitudinem ex seminis efficacià proficisci, quâ utitur facultas formatrix, quæ quidem ubi caloris uberiorem copiam in semine invenit, masculum, ubi minus abundantem, fœminam effingit. Corruit subinde Prisciani sententia, qui existimat, si prius fœmineum semen in vasculis concidit, masculum ex eo nasci superveniente semine virili: si vero antecesserit maris semen, & in vasculis ceciderit prius, superveniente fœmineo, fœminam nasci, unde concludit virili semine puellas, fœmineo pueros nasci, si vero utrumq; semen permixtum obviando sibi in vasculorum cavitatem ceciderit; hos viragines evadere, ex uno consensu prudentes atque pulchros nasci, nil in se retinêtes iracundiæ; si verò ex uno cõsensu permixtio nõ fuerit sed vacãte uno, incitatum alterum in vasculis ceciderit, debiles atque sine intellectu nasci, eò quod ipsum semen minutim moveatur non pingue ra-

Conclusio auctoris.

Obiectio.

Deciditur tota controversia.

tionabiliter, sed aut aquosum, biliosum, cænosum, aut corruptum, sæpiusq; mutos, surdos, aut raræ cõtexturæ, eò quod non sit integrum semen nec tempore competenti, sed hanc opinionem, quia nullis nititur pedamentis, contempsisse expeditius erit, quam refellere.

Dub. An fœmina sit viro imperfectior.

Porro uti homo animal est perfectissimũ, ita in eo genere virum muliere perfectiorem esse existimavit Aristot. cui consentiens Galen. in frigiditatem fœminæ imperfectionis causam rejicit, quia tantò imperfectiorem mare esse putat, quantò est frigidior, calorem enim omnium actionum potissimum esse instrumentum, qui ubi defecerit, nõ possit partes extra emittere, sicuti in viris, ideoq; intus reconditæ maneãt: Hinc barbari referẽte eodem Arist. fœminis, & conjugib. suis pro servis utebantur. Attamen si consideremus nullum eorum, quæ supereminent, membrorum intus prius imperfectius formatum fuisse, non manus, non pedes, non nares, non aliquid aliud; si insuper memineri-

Positio.

mus fœminam ossa ilii habere ampliora, crassioraq; ad fœtus gestationem, uteri cervicem meatu colis ampliorem, & cum reliqua superiora habeat mulier minora multo, uberius esse longe amplioribus; palam omnino erit fœminam à natura non per quandam resultationem, & primarii finis frustrationem, sed primariò fuisse tentatam, & viros sapientissimos (quod pace ipsorum dixerim) minus naturæ tribuere, quam mereatur; Non n. credibile est, voluisse sapientissimum opificem, partẽ totius generis nostri dimidiam imperfectam esse, neq; insuper ex qualitatibus, & partium situatione, see ex fine naturæ, & communis agentis intento quærenda est, rerum naturalium perfectio; atq; generationis & propagationis speciei gratia fœmina fuit viro conjuncta, ad has operationes partes habet, & temperaturã convenientissimam; est igitur viro æque perfecta, imo perfectionis suæ initium sumit ab ipsà frigiditate, quæ facit, ut fœmina minus alimenti consumat, ac subinde pro fœtus alimẽto redundet, tantum abest, ut imperfectionis causa sit. Quod si fœminam præter institutũ generantis fieri dicas, ac propterea aliquid deficiens, & occasionatum esse, ideoq; imperfectam; scias oportet fœminã fieri quidem prẽter institutũ agentis particularis, sed juxta intentionẽ universalis naturæ, ad opus generationis ordinatam, ideo omnes partes, & instrumenta æquales viris sortitam esse, nisi quod ad generationem attinentes diversum servant situ; qua ratione ductus Plato 7. de *leg.* recte quidem existimat, ad eadem animi studia, & easdem operationes

Ex fine naturæ rerum perfectio est quærenda. Fœmina viro est æque perfecta.

Obiectio.

Fœmina habet easdem partes quas vir.

mes æquè mulieres atq; viros natos esse; cujus viri auctoritati altera adhuc ratio firmamentū addit, nam quæ animi operationibus inserviunt, neq; plura neq; pauciora in mulierib. reperiuntur quam in viris. Ex his jam omnino corruit Chrysippi sententia, qui virilem sexū sic exornasse naturā censuit, ut adjungeret muliebrem quasi appendicē seu caudā pavoni, unde nugatorum pleriq; ac pessimi nostro hoc seculo homines intemperanter calamo abutentes, probare ex sacris literis, mulierē hominem non esse petulanter fanaticeq; contendunt, quia (inquiunt) viri adjutoriū nuncupatur, & procreationis est instrumentum, malleus autem faber non est, nec acus sartor; ideoq; publica officia mulieribus esse interdicta, quia ratione careant, nec animâ rationali à Deo donatā esse fœminam uspiam scriptum putent; multis præterea consimilibus contumeliis, & spurcissimis convitiis muliebrem sexū conspuunt, bruti quidem potius quam homines dicendi isti, qui quavis bestiâ deteriores in elegantissimā Dei creaturam scripturarum ignari debacchantur; nam creavit Deus hominē in imagine sua, in imagine, inquam, Dei creavit eos marem, & fœminam, item virgines tantum ex hominibus servantur bello contra Midianitas jussu Dei gesto; agnosce, inquit Machabæa mater ad filium, Deum omnia fecisse ex his quæ, non erant, & nos homines ita factos esse: Dicitur autem mulier auxilium viri, quasi alter ipse, quę cum ipso semper conversetur, à publicis officiis aūt sexus pudor resilit; & nihilominus in Græciæ locis morem fuisse, ut etiam fœminæ publicis consultationibus interessent scribit D. Augustinus; idque etiam in Galliis olim celebre erat, ac Debora populo Israel aliquādiu præfuit: Animam tamen rationalem primo homini Deum inspirasse legimus, à cujus hominis costâ facta est mulier in animam viventem, non ad ornatum solum, sed ad societatem generis, vitæq; humanæ perfectionē. Quamobrem eorum monstrosas, & distortas naturas rejiciamus, qui ducunt ingenii decus, falsas opiniones novitatis amore, & studio contradicendi sophisticè tueri, sive igitur fœminarum vim in propaganda sobole intueamur, sive utilitatem mulierum ad benè beateq; vivendum spectemus; sive copiam ipsarum consideremus; sive formam, hoc est, animam rationalem, sive materiam, non monstrum sanè, ut pleriq; falso rentur, neq; resultatione natam, aut quippiam deficiens, sed potius primò à naturâ spectatam, & alteram naturæ humanæ partem fœminam esse palàm intelligamus.

Famina ad eadem munia nata ad quæ vir.

Vide epist. Sealig. ad Fennam.

Vide Merulam in Gal.

De similitudine specifica & individuali.

Cap. IX.

Similitudo in specie ad materiam refertur.

Quum duplex adhuc in fœtu conspiciatur similitudo, in specie nimirum, & in individuo; similitudinem in specie, sive in genere (utroque enim modo hominem, equum, bovem, appellare consuevimus) ad materiam referendam esse veterum monumentis proditum est, quippe quæ ex specificâ nascitur seminis varietate, in quo facultas ipsa formatrix determinatur ad certam speciem. Et hoc est quod vulgariter dicitur, naturam communem contrahi per signatam materiam ad determinatum gradum entis, nam quod producitur leonem esse, equum aut hominem à matre, & ex substratâ materiâ fieri fatendum est, quia ut non contemnendæ auctoritatis viri censent sanguis menstruus, & ille, ex quo fit semen, sigillationem quandam in jecore accipit, tanquam ab opifice naturam particularium membrorum, & commodum respiciente, ideo talem sanguinem generat, quo possit homo nutriri, non aliud animal, hinc quod ex animalium diversi generis concursu progignitur, propius ad fœminæ quam ad maris speciem accedit: ex ove & hirco ovis gignitur, pilis durioribus; ex capra & ariete capra fit pilis mollioribus, quo in opere formativa virtus quamvis inferior, utpote vegetabilis potentia, tamen ex præcepto Dei fit tanquam rude instrumentum in manu peritissimi artificis, ac ita organizationem parat convenientem introducendæ formæ hominis, hoc est, animæ rationali, ita ut aliquatenus ultra sui naturam, & propter finem agere videatur: quibus accedit uteri etiam vis, cui efformandi virtutem nonnulli concedunt peritissimi viri; neque tamen, aut parti continenti, id est, utero; aut agenti virtuti, id est, facultati formatrici primam hujus operis rationem omnino inesse putamus, sed materiæ, semini nimirum à quo provenit, ut formativa virtus hanc potius organizationem, ad quam erat in eodem semine potentiâ, fabricetur, ac uterus eidem sese accommodet, quæ omnia ex infra dicendis luculentiùs innotescent.

Natura cõmunu constrahiturper signatã materiam.

Sanguis in iecore sigillationem accipit.

Slmilitudo.

Vterus efformandi vim habet.

Similitudo individuaria.

Acclivior ac majori controversiâ plena est de similitudine individuali seu in effigie disputatio, quam veritatis cognoscendæ studio paucis perstringam. Eam igitur Galenus, ad victoriam & motionem

seminis

seminis alterutrius parentis refert; ideo similitudinem, quæ in individualibus consistit, non tam matrem, quam patrem repræsentare, quia ut plurimum prædominium & efficacia paterni seminis major est. At, inquies, hâc ratione oporteret fœtum patri similem semper gigni, quia patris semen validius est materno? Vel saltem fieret, ut superante principio materno fœtus in omnibus similaretur matri, & paterno, patri? Cujus oppositum docet experientia, nam constat eundem fœtum in quibusdam patri, in aliis matri assimilari. Respondet Galenus. fœmineum semen aliquando superare, propterea quod novem mensium spatio vim plurimam sumit ex menstruo; Et mora in utero materno tantò invalescit, & superat, quantò in primo congressu fuerat superatum, hinc fieri, ut species animalis matrem, effigies patrem magis repræsenter, quia illa ex materiali fœtus principio, cujus major pars à matre est: hæc ex efficaciâ, & efficientia, cujus plurimum est à patris semine, quamvis & in semine, & in menstruo, utraq; hæc principia materialia, & effectiva habeantur, non tamen æqualia, quia uti supra jam diximus in semine effectivum validissimum est, quod ad materiam spectat, pauciſſimum; contra in sanguine materiale plurimum, quod autem ad vim spectat, imbecillimum: Quam tamen sententiam vix sibi constare credunt, quia sanguini menstruo facultatem etiam formatricem tribuere arbitrantur; Probabiliusq; esse putant, similitudinem hanc tribuendam esse vehementi comprehensioni aut firmæ cogitationi viri, aut fœminæ in coitu, à qua vim, quæ fœtum conformat, quodammodo duci, ac gubernari omnino sibi persuadent, argumento ducti, quod fœminæ, quæ nuper concepit, si cerasum vel rosam, vel fragrum in sinum effundas, quod graviter ferens vehementer apprehendat, infanti inuritur nota ejusdem rei; subinde si gravida eo, cujus flagrat desiderio, minimè potiatur, infans illius signum geret; Addunt albam fœminam ex albo viro Æthiopem edidisse, quia pictura erat nigri hominis in cubiculo, in quo convenerant; aliam fœtum pilosum & unguibus ursinis, quia adversus paries ursum habebat effigiatum; quibus perterritæ fœminæ pleræque septentrionales, Belgæ præsertim ac Germanæ, similem timentes casum æthiopes videre aut domi habere, dum utero gerunt, reformidant Sed illud etiam sancti patriarchæ de virgis decorticatis exemplum afferunt, ideoque plures humano generi, quam cæteris animalibus similitudinum differentias accidere, quia cogitationum

2. de sem. 5.

Objectio.

Galeni sententia.

Sanguis menstruus vim etiam habet effectivam.

Fernelii opinio.

Septentrionales fœmina gravida æthiopes aspicere nolunt.

Humano generi quã cæteris animalibus plures accidũt similitudines.

velocitas, animi celeritas, ingenii varietas multiformes notas imprimere necessum sit, ut nõ sine magnâ admiratione duos videas, quos vix quisquam discernere inter se queat, quod de Artemone, & Antigono rege scribitur, de Alexandro, & alio ex infimâ plebe homine: quales etiam duos gemellos Eboræ vidi Alvari Vaesii celeberrimi jurisconsulti ex sorore nepotes, quos vix ipsa mater, & non nisi ex voce discernebat, qui ambo vivunt monachi, & theologiam profitentur, in suo conventu. Sanguini vero menstruo vim effectivam tribui, piaculum non esse, superius prodidimus, & Galenus latissime confirmat; Sed hæc responsio plus videtur tribuere imaginationi quam par sit. Quare potius ad objectionem dicendum, quod quamvis semen similarem naturam habeat, & ejusmodi sit, ut omnia ex omnibus ejus partibus animalis membra fabricari queant, tamen illam seminis partem, quæ primò excidit, crassiorem esse, quæ verò secundâ vel tertiâ ejaculatione emittitur, tenuiorem, frigidiorem, ac imbecilliorem, substantiæque insiti caloris minus participem. Cum igitur non simul totum, sed per partes ejaculetur semen, fieri posse, ut idem secundum diversas partes, & superet, & superetur, & ob hanc rationem eundem fœtum in quibusdam patri, in aliis matri assimilari. Sed qua ratione potuit seminis portiuncula imprimere fœtui notam aut effigiem illius partis, à quâ decisa fuerat? Hoc ut accuratè intelligas, præmittere oportet, facultatem formatricem uti tanquam instrumentis temperamento seminalis substantiæ, & genitivo spiritu seminis ipsius, scitum enim est, temperamentum omnium nostri corporis actionum immediatum esse instrumentum: hoc autem duplex existit, peculiare, & cuique parti proprium unum, quod cujusque partis forma est: commune seu totale alterum, quod ex omnibus particularibus conflatur, & energiâ quadam omnium nostri corporis partium temperamentorum vim ac rationem in se continet: ut igitur totale hoc temperamentum virtualiter continet reliqua omnia; ita semen quod ex materiâ totius corporis conficitur, quæ totali illo temperamento fruitur, eodem etiam temperamento præditum est, veluti corpus à quo decidit; quod quidem semen cum in generatione materiam præstet, facile commigrat in similes partes eis, à quibus decisum fuerat: subindeque spiritus genitivus, qui ex animali, vitali, & ex consequente temperamento influente potissimum conficitur, simili energiâ in se continet o-

Decisio controversiæ. 2. de sem. Solutio objectionis.

Objectio. Seminis portio effigiem partis qua ratione imprimit.

Temperamentum facultatis est instrumentum.

Temperamentum duplex.

net omnium membrorum, à quibus decidit, proprietates. Nam formativa omnium membrorum vis ad testes, & semen in iisdem contentum mediis his spiritibus vim formativam sui similem transmittit, testibus coctionem huic operi ministrantibus: & in hoc differt semen, quod vasa spermatica conficiunt, ab eo quod testes, quod illud infœcundum, hoc hâc ratione prolificum jam est. His si accedat vehemens comprehensio, & illa sigillatio, quam in jecore sanguinem suscipere prodidimus, nulli profecto mirum esse debet, cujuslibet partis vel minimam notam fœtui imprimi posse. Neque vero huic sigillationi tantum tribuas, ut putes, jecur agnoscere verrucam, aut maculam corporis, ac propterea sanguinem illi alendæ commodum progignere, sed partem ipsam habere vim, sanguinem ad se delatum in sui similem substantiam transmutandi, neque rursus imaginationi aut temperamento totum hoc opus acceptum ferimus, sed seminis prædominio, quod reliqua haud mediocriter coadjuvare credimus. Ut igitur, quæ fuso sermone prodita sunt, in pauca redigamus, triplex in fœtu consideratur similitudo; Prima, in specie sive in genere, cum homo ex homine, equus ex equo procreatur, cujus majorem partem mater exhibet, & à materiâ est: Altera in effigie seu proprietatibus individualibus, quâ hominis ad hominem, & equi ad equum fit differentia, in qua seminis prædominium, & temperamentum substantiale vim obtinet, majoremquè si valida accedat comprehensio & imaginatio. Tertia similitudo est, qua maris ad fœminam, fœminæ ad marem diversitas consideratur, de qua primo loco capite superiori egimus, quæ ex utrorumq; principiorum temperamento qualitativo suboritur, ex majore nimirum vel minore calore totius compositi ex utroque semine, ad quod etiam multum juvat, si è testium dextro semen decidatur, & in dextro uteri sinu sit receptum. Facultas tamen formatrix harum omnium similitudinum præcipua causa est, quæ ad hoc vel illud animal generandum materia utitur; ad hanc potius quam alteram effigiem & notam seminis prædominio, & temperamento substantiali; ad hunc potius quam alium sexum, qualitativo temperamento.

Semen continet omnium membrorũ vires.

Semen quoad vasa spermatica conficiunt, ab eo quod testes, differt.

Hæc Fernelii fuit opinio. Hæc Mercati.

Epilogus.

Triplex in fœtu similitudo.

Species.

Effigies.

Sexus.

De si-

De similitudine ad maiores, & consanguineos.

Cap. X.

Similitudo ad maiores

Quod autem avis proavis, atavis, patruis, vel aliis consanguineis, qui jam diu perierunt, neque quicquam ad generationem contulerunt, fœtus interdum similetur potiùs quam parentibus, & hos aut illos voce, risu, ac gestu referant, Aristotelis decreto, motionibus seu actionibus facultatis formatricis in semine existentibus tribuendum est; quarum quædam insunt actu seu proximâ potentiâ; aliæ potentiâ, & illâ quidem remotâ, cum igitur formatrix virtus patris â formatrice membrorum avi producta fuerit, juxta similitudinem avi recipit species, quia in semine erat non sola imago oculi paterni, sed etiam oculi aviti, à quo intercedente patre vim excepit, quâ ratione evenit jam, ut quam quidam in brachio notam haberet, hanc non filius sed nepos ea præcisè corporis parte proderet: Patrui vero similitudinem fœtus fœtus repræsentat eò, quòd præ se fert avum, cui patrui oculus similis erat, & ita longius proceditur, quousque vetustate obscuratur & deliteſcit imago, quod ad quatuor progenies extendi quidam arbitrantur, & ideò neque ulterius consanguineitatis gradus numerari. Non tamen video, cur ad multò plures similitudo extendi nequeat; nam si quartus similis fuit primo, ac filius illius patrem referat, poterit profectò quinto & sexto simliari, cui quartus similis erat. Sentit igitur Aristoteles, naturam sive facultatem formatricem semper tendi ad illud, quod sibi similius est, nimirùm ad patrem, quod si hunc motum non assequatur, solvi in propinquum, & similem avo generare, atavo, aut aliis consanguineis; quod si neque hoc quidem obtinebit, in remotiorem adhuc motum solvi, & generare animal, atque hinc monstra, & tandem, si neque hoc assequi possit, molam, & informem carnem, de quibus proximo capite sermo erit. Neq; mirandum est, proximiores motus facultatis formatricis solvi seu frustrari, ipsamque per remotiores operari, siquidem & in facultate imaginatrice sæpe experimur, insomnia fieri ex imaginibus multo antè prægressis, quod evidentissimum est argumentum, facultatem formatricem semini communicari, non solùm ex certo testium temperamento, sed etiam ab anima totius, sicut reliquas facultates, quæ in illâ emi-

Ad avos.

Ad patruos & avunculos.

Ad quatuor progenies similitudines extendi & ulterius.

Aristotelis sententia.

Mostra cur generentur.

Facultas formatrix non solum à temperamento, sed ab anima

4 de gener. anim. 3.

eminentiâ continentur. Cæterum vox, risus, gestus, ad posteros, transeunt, quia organa, à quibus ipsa eduntur, similia evadunt, à similibus autem organis, similes omnino eduntur operationes. Proceritas autem corporis ad naturam seminis paterni; amplitudo solidarum partium ad ipsius copiam referenda est; at vero moles ad alimenti sanguinisq; materni bonitatem, & ubertatem, ac insuper ad uteri capacitatem: quemadmodum enim si quis cucumerem, qui jam defloruit, & adhuc in cucumerario adhæret, immittat in vas angustum, æqualis ac similis evadet cavitati ipsius, si vero in vas pro cucumeris natura amplum, æqualis itidem ac similis erit, dummodo materiæ ubertas adveniat; ita etiam in majori uteri capacitate, majores fœtus, in angustiori minores procreantur, quo ducti exemplo, qui catellos parvos habere volunt, ipsos statim post ortum vasis angustioribus concludunt, atq; ita prohibetur augmentum. Ex dictis liquidò constat, traduci quidem ad prolem motus virtutis naturalis, non tamen facultatis animalis; aut animæ rationalis; ideoq; non communicantur fœtibus artes parentum, neq; scientiæ, neque virtutes, neque vitia; quantumvis interdum facultas ipsa formatrix ab imaginatione, & cogitatione soleat immutari.

totius seminis communicatur.

Similitudo in voce, risu, & gestu.

Proceritas, amplitudo & moles.

Similitudo.

Facultatis naturalis motus ad fœtum traduci, animalis non ita, nec rationalis.

Sic intelligendum illud Horatii:

Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et Mantuanus Poeta:

Qui viget in foliis, venit à radicibus humor,
Sic patrum in natos abeunt cum semine mores.

De causa dissimilitudinis ad parentes, & cur monstra & mola generentur.

CAP. XI.

HOminem, cujus causa videtur natura cuncta animalia genuisse, parvum dici mundum veterum monumentis celebratum est, quia omnia, quibus mundus constat, perfectione continet; quippe qui

Homo continet in se omnia quæ mundus.

pe qui essentiam cum elementis habet, vitam cum plantis, sensum cum animalibus, & sibi peculiarem animam rationalem, per quæ omnia utpote simpliciora hominem efformando servato ordine natura transit: Hæc autem si aut vitio materiæ, aut facultatis formativæ defectu in itinere intercipiatur, genitum fit dissimile generanti, tendente naturâ ad id, quod melius est atque perfectius, subsistente vero in eo, quod potest. Tripliciter autem hæc dissimilitudo contingit: Primo quia formatrix facultas conata assimilare, impeditur in opere, quia similitudo diversa in altero semine potentior, evertit remissiorem similitudinem alterius, qua ratione in altero brachio, aut crure, aut oculo patrem altero matrem refert. Secundo modo deformitas contingit, si formatrix facultas licet habeat omnium membrorum simulacrum, non tamen æqualiter ab omnibus excitetur, ex quâ causa prodit dissimilitudo natorum ad parentes in accidentibus, quas profecto duas dissimilitudinis rationes omnino monstrosas esse non crediderim; nisi forte non æqualiter duntaxat, sed etiam inordinatè facultas per semen moveatur, quia tunc partes in diverso situ collocat, ut oculos in humeris, aut in fronte, quod monstrosum esse, nemo est, qui dubitet. Tertio modo dissimilitudo contingit, quia materia seminis vel menstrui non potuit à formatrice regulari, neq; quoad similitudinem, neq; quoad speciem, quâ potissimum ratione, quia servato in generatione universali, perit omnino singulare, gignuntur monstra, quæ Plato clàm nutrienda esse voluit, Aristot. verò ne nutrienda quidem. Ex his in propatulo est: cur in fœtu humano similitudo ad parentes minima sit, major in brutis, maxima in plantis; quia nimirum in his sola ineptitudo terræ similitudinem evertere potest; in brutis etiam locum habet diversitas formatricis duorum seminum, rarissimè vero imaginatio; in homine tamen tres omnes causæ reperiuntur, & similitudinis in semine diversitas & inepta materia, & imaginatio varia. Porro non potest materia regulari ad similitudinem proferendam; aut ex defectu sufficientis copiæ in toto, vel habito respectu ad partem aliquam, quâ ratione pumiliones generantur, vel partes progignuntur aliquot longè minores, quam toti corpori conveniat; aut ex materiæ ubertate, cujus copiam si rite gubernare potest facultas, gigantes, vel deformes magnitudine homines procreantur; sin autem gubernare nequit, mille monstra generat, aut informem illam carnem, quam molam vocamus; aut etiam inepta materia fit ex inæqualitate, & effusione ipsius per uterum, veluti

Tripliciter cõtingit dissimilitudo.

Prima monstrosa species ex inordinato motu seminis.

Secunda monstrosa species ex non regulata materia.

Monstra clam nutrienda. 5. de leg. 7. Polit. 10.

Monstra ex materia defectu.

Monstra ex materia ubertate.

Ex inequa-

accidit liquido plumbo,quod inæqualiter fusum inæqualia efficit simulacra;ex quo vitio deformes,& inæquales suboriuntur partes,ut caput crassius,& membra reliqua minus eleganter,ac speciosè efformata, ac sine proportione;quod perinde accidere potest,ex duritie,crassitie,fluxibilitate,aut corruptione seminis vel menstrui, aut denique ex variâ, & vehementer distractâ imaginatione, aut inter concipiendum,aut toto formationis tempore;quoniam imaginatio ad facultatem formatricem ita se habet, ut potentia superior ad inferiorem, ideo ad speciem imaginatione conceptam mutatur spiritus corporeus, in quo inerat vis formativa, atq; ita mutatio fit in prole, ex imaginatione parẽtis in ipso coitu,si vehemens sit, imaginationiq; repræsentatæ rei accidentia potius,quam idolum imprimitur; accidentia dico, quoniam ex imaginatione solummodo conceptum frustrari formâ hominis, fieriq; sensitivum sive animal ejus speciei,cujus erat animal imaginatione cõceptum aut ad cujus occursum fœmina conturbata fuerat(quod aliqui autumârunt) vix aut ne vix quidem adduci possum ut existimem; neq; n. vehementer apprehenso ceraso,rosâ,aut fragro, quippiam horum concipitur, sed eorum accidentia fœtui imprimuntur; multo igitur minùs perfecta animalia,ut canis,vitulus,ovis,quæ non nisi ab univoco agente generari possunt; quamobrem si quippiam simile aliquando contingat,haud libera omnino mulier erit de suspicione bruti alicujus accessus. Neque etiam impudici concubitus notâ carebit alba fœmina,quæ Æthiopem peperit, si planè Æthiopico colore præditus erat, vel saltem ex eo solùm, quod depictum Æthiopem intuita fuerat, subnigrum hominẽ peperisse credẽdum est,quantum illa natio pateretur, non tamen colore penitus Æthiopico, qui ipsis purum accidens nõ est, sed inseparabile quarto modo,quod à sola imaginatione induci posse verosimile non est; possunt tamen corpus deformare, varias alienasq; species,& absurdas sexui imprimere non solum defectus,ubertas,& inæqualis seminis fusio,sed etiam metus,consternatio, influxus siderum, variaq; simulacra, quæ mulier mente concepit tempore cõceptionis,& gestationis. Ex dictis jam in propatulo est, monstrum nil aliud esse quam vitiosum, & præter naturæ institutum conceptum, quod etiam ex Aristotele colligitur; fieri autem vitiosum, aut ex vitio materiæ, seminis nimirum & menstrui sanguinis; quia multa, pauca, intemperata valde, vitiosa, corrupta aut inæqualiter fusa facultatem

Ii fusione seminus.

Similitudo.

Imaginatio superior potentia est, collata ad facultatem formatricẽ.

Imaginatio quid possit in conceptu

Accidentia mutare potest,speciem non potest.

Perfecta animalia ab univoco agente generantur.

Monstrum quid.

Vitiosi conceptus causa.

4.de gener. anim.5.

impedit; aut ex ipsius facultatis formativæ vitio ab imaginativâ distractâ: aut à calore, & spiritu genitivo, qui tametsi sui domicilii architectus merito nuncupatur, si debitâ destituatur temperaturâ, fit facultati ineptum instrumentum. Cæterum cum nomine naturæ tum materia, tum etiam forma comprehendantur, quinque reperies monstrorum genera, quorum tria per materiam, duo per formam à natura deficiunt; Primum comprehendit omnes nationes, quæ defectu insigniuntur, quales apud Plinium Arimaspi uno oculo in mediâ fronte insignes: & alii sine cervice oculos in humeris habentes, & in Ponto Thybiorum gens multiq; alii geminam pupillam, & in alterâ equi effigiem habentes, Et Anthropophagi Scythæ aversis post crura plantis miræ velocitatis; nec non Sciopodæ singulis cruribus miræ ad saltum pernicitatis, ita dicti, quod majori æstu humi jacentes resupini umbra se pedū protegant; Et Astomorum gens sine ore halitu vivens: subindeq; Choramandæ, sine voce stridoris horrendi, Et præter hos Nomadæ narium loco foramina tantum habentes, quorum etiam meminit Bejaminus in suo itinerario ab Aria Montano translato, ubi eos Cophér Althorec vocat. Secundum genus eorum est, quorum corpora magnitudine superant, ac parvitate deficiunt, à debitâ hominum commoderatione, ut pumiliones, & gigantes, quales in quibusdam Indiæ locis, ubi umbræ non sint cubitorum quinûm, & binorum palmorum, annos vivere 130 idem Plinius auctor est; quin etiam Pygmæorum gentem juxta paludes Nili habitare prodidit, & alios juxta Gangem ternos dodrantes non excedentes, quorum hodie plerosque etiam apud nos nasci videmus. Tertium ea continet corpora, quibus aliquod membrum deest, vel superabundat, quo genere comprehenduntur, quæ formâ prodeunt multimembria, scilicet multis pedibus manibus aut capitibus, ut ille qui Amiterni nostris temporibus natus est, brachio uno, pedibus tribus, & alter pedibus tribus reliqua probè efformatus, & non procul ab Oxonio in Angliâ alius capitibus duobus, brachiis quatuor, manibus totidem, ventre uno, membro muliebri, ac sede unâ, ex unâ parte pedibus transversis, ex alterâ unus rite exporrectus. Hoc etiam genere complectuntur Androgynos sive Hermaphroditos, quorum nec exiguus est hodiernus numerus; & supra Nasamonas plerosque esse Plinius refert inter se vicibus coeuntes: Illi præterea quibus aut brachia, aut membrum aliquod deficit, qualem nos vi-

Quinq; monstrorum genera.

Conceptus qui defectu insigniuntur.

Magnitudinē superantes iustam aut ab illa deficientes.

Quibus membra deficiunt, aut superabundant.

Androgyni seu hermaphroditi.

nos vidimus adolescentem anno 1577. sine brachiis natum ac gibbosum, qui nihilominus pedum digitis ad scribendum, nendum, ac reliqua munia obeunda exactè, & expeditè utebatur, ac in Eborensi academia literis incumbebat; cui similis alter ille est, ab oppido Dagvardâ oriundus, qui cum hæc scriberemus Salmanticæ studiis operam navat. Quartum ea monstra comprehendit, quæ partim humano corpore fruuntur, aliquâ tamen particulâ aut pluribus bruti speciem referunt, quale genus illud hominum, quod fertur capitibus caninis pro voce latratum edere, & unguibus armatos, venatu, & aucupio vesci: Huc illud referendum erit quod Ravennæ anno 1512. natum traditum est, quod habebat cornu in capite, alas duas, brachia nulla, pedem unum, ut avis rapax, oculum in genu, sexum utrumque, in medio pectore Y & crucis effigiem; qui conceptus etsi à causis illis naturalibus contingant, tamen haud sine Dei providentiâ fieri credendum est, propuniendis, & monendis hominibus, iisdemque arcendis ab effrænata & turpi libidine: Horum pleraque varia, & mirabilia exempla, quæ nostro ævo edita sunt, apud Rufum extant, ad quem lectorem relegamus. Quintum & ultimum monstrorum genus eorum est, quæ bruti alicujus animalis, vel plurium simul speciem ac figuram repræsentant, ut Elephantis, quem Alcypes peperisse historiis traditum est, & serpens quem initio Marcisi belli ancillam enixam esse Plinius scripsit *matremq; suus conterruit infans*, ut Lucanus cecinit, quorum etiam pleraque apud eundem auctorem reperies; Et hâc ratione quasdam mulieres regionibus nonnullis meridionalibus, animal vivens (quod feram vocant) genuisse ferunt: Verum non solum dicuntur monstra, quæ diversorum animalium speciem gerunt, quæ formâ prodeunt multimembri, sed etiam, qui numerosi unâ fœturâ prodeunt: maxima enim ex parte mulieres unum duosvè pariunt, juxta mammillarum numerum. Plures licet formâ, & natura totali genitoribus similes sint, numero tamen, & naturæ ordine ac instituto à natura dissident, hæc vero est differentia, quod iis, qui ex hominibus sunt prognati, & in quibus viget aliqua rationis vis naturæquè legibus ducuntur, animam rationalem ineſſe sapientes statuunt, nam tametsi dignam homine venustatem non consequantur, sed membra habeant distorta, hiulca, incurva, mutila, ac deformia, tamen loquuntur, ratiocinantur, judicant, reminiscuntur aliaque animæ munia obeunt; quòd si rationis vigor in iis minus e-

Bruti speciē una aut pluribus partibus referentes.

Monstra sine Dei providentia non fiunt.

Qui bruta plane referunt.

Fera, quid.

nùs elucet, id propter organi ineptitudinem fit, ut in pueris, senibus, ebriis, delirantibus: Ex quâ tamen classe rejiciendi sunt Fauni, Satyri, Centauri, Lemures, Tritones, Sirenes, Harpyæ, & quæ ex alterius animalis commixtione conflata esse fabulæ comminiscuntur; quicunque tamen enormi corpore, aspectuque tetro atque horrido, ut rostro suillo, vel capite canino nascuntur, hi adhuc in hominum numerum referuntur.

Mola quid. Haud multò dissimili ratione generatur mola, quæ tradente Hipp. lib. *de morb. mulierum, & de sterilitate*, & Aristot. citato, caro quædam est informis in ipsâ uteri capacitate genita, inarticulata, ac variarũ figurarum, quæq; abortione editur sicuti fœtus, & sine ossibus, sine intestinis, sine visceribus. Huic aliqui subobscurum extensionis, & contractionis motũ concedunt; majori tamen ex parte plurimis venarũ ramificationibus intercepta est, quibusdam albis ductibus, viridibus, aut subnigri coloris permixtis sine sensu neq; motu. quæ nonnunquam etiam visa est in membranaceam substantiam degenerâsse, aquosis plerisque bullis, ac pellucidis plenam plerumq; cum sanie fœtidâ ac diluta. Dicitur autem mola, à molon quod rotundum Græcis est, aut à Persica voce moly, quod est informe, vel etiam vocatur mola à mole, quod ut Moschioni & Aetio placet, tanquam moles, & põdus gravat mulieres; Avicenna, Paulus, & Aetius, nomine molæ comprehendunt etiam uteri tumorem, instar lapidis adeo induratũ, ut ferri acie vix trãsigi queat; quam tamen affectionem, qui rerum naturas penitius rimantur, non ad molam sed ad tumorum speciem merito reducunt; quod si aliquando adeo induretur mola, illud ex diuturnâ morâ in utero fieri censendum est, visæ n. jam sunt quæ ad sextum septimumq; annum molam gestaverint, quin & malum in tota vita plerumq; durat, ita ut cum eo fœminæ & consenescant, & commoriantur, sed plerumq; leviùs adhærescens tertio quartove mense excidit nondum ad justam magnitudinem perducta. At cur omnium animalium sola mulier molam concipiat, quæsitum etiam olim jam fuit, & causa reddita ab Aristotele citato, quod menstrua huic concoquere non potenti affluentiora sint, ex quibus constat menstruorum copiam ad molæ generationem necessariam esse, viri etiam semen prærequiri Galenus apertissimè testatur, *14. de usu partium.* dicens: *non enim sicut gallinæ ova pariunt sine maribus ita mulierem aliquando viderunt sine viro vel molam, vel hujusmodi quippiam aliud*

Mola natura.

Mola unde dicta.

Quandiu gestatur mola.

Omnium animalium sola mulier molam concipit.

Dub. An mola sine viro concipiatur.

aliud concepisse: itaque ex sententia Aristotelis atq; Galeni duplex est molæ causa, altera menstruorum copia, altera defectus virtutis formatricis in virili semine, quibus accedat uteri frigiditas (quæ facultas devita contendens assequi non possit) provenit autem imbecillitas facultatis, ob morbosum ac exiguum virile semen, quod principium præstat pauciſſimum, & imbecillum, quod facile à copiosis mensibus obruitur, ideoq; potiſſimum mola contingit, si instantibus, fluentibus, aut nondum omnino purgatis mensibus fœminam coire accidat, quibus Averroes mea quidem sententiâ subscribit, qui molam fieri confirmat ob defectum formatricis facultatis, quem morboso semini inesse procul dubio certum est. Hæc cum ita sint, tamen Avicenna, & cum eo Mercurialis acerrimè contendunt, sine viri semine molam generari; eamque potius fieri, ubi copiosa mulieris genitura, quod aut concubitu aut somnio proruperit, menstruis augeatur: & matricis calore coaguletur. Itaque quod Aristoteles & Galenus uteri frigiditati tribuunt; ipsi calori adscribunt, quo videntur supplere exiguum illum motum imbecillis seminis virilis, quem Galenus requirit, ita ut hujus carnis generatio non differat ab alterius cujusq; carnis generatione; sed in eo differt Mercurialis ab Avicennâ, quod hic sine viri accessu, ille non nisi coeuntibus contingere posse arbitrantur, non quod requiratur virile semen, sed quod ex concubitu uterus amplius concaleſcat, calorem enim ad ampliorem menstruorum tractionem, & carnis generationem ipsam plurimum conferre; quæ quidem omnia adeo mihi videntur verosimilia, ut cogar existimare, ab utraque causâ molam posse provenire, nimirum aut ab exiguo, & debiliſſimo principio masculino, aut à nullo, si modo ejus vices suppleat caliditas uteri cum muliebri semine; quod rariſſime tamen contingere posse autumaverim, atque ita si tale quippiam virginibus aliquando accidat, potius ad lumbricos, aut tumores matricis revocandum erit; nusquam enim visa fuit mulier, quæ molam sine mare conceperit, nec mihi eorum sententia omnino improbatur, qui molam etjam fieri credunt præter dictas causas ab exurentis seminis conditione, cum defectu, & resolutione spiritus genitivi à morboso calore depopulati, sæpe enim à diversis causis idem effectus diversimodè potest provenire. Multæ præterea sunt falsæ, irritæ, & inutiles conceptiones, nam quædam quasi prægnantes turgent, nunquam tamen infantes emittunt; aliæ vento, aliæ

Galeni sententia.

Mola causa

Avicenna & Mercurialis opinio.

Decisio autorum.

Mercati sententia.

Falsa gravidationes.

aliæ aqua tument, qui certè hydrops est uterinus, de quo ac reliquis tumoribus uteri suo loco copiosius dicendum erit.

De hermaphroditis.

Cap. XII.

INter reliqua monstrorum genera hermaphroditi frequentius enascuntur, de quibus tamen exigua, aut ferè nulla, & parum sufficiens in libr. Hippocrat. Galeni, ac in ipsis gynæciorum voluminibus facta est mentio; ideo de his sermonem hic subnectere haud præter ordinem visum fuit. Est autem hermaphroditus complexus utriusque sexus masculini scilicet ac fœminei, seu qui gemina habet genitalia alterum maris, alterum fœminæ, ut ex auctore definit. med. colligitur, & ex Arist. licet Aristot. sententiâ alterum genitale ratum, alterum irritum sit, cum per alimentum subinde delitescat, quoniam præter naturam est, & in modum abscessus. Dicitur autem hermaphroditus quasi compositus ex Mercurio & Venere: sive Androgynus ex viro & fœmina, plerumque tamen à superabundanti vel mares, vel fœminæ nuncupantur, ut vel plantandis hominibus, vel homini suscipiendo sunt aptiores. Clarioris tamen doctrinæ gratia quatuor Androgynorum constituuntur classes sive ordines. Prima est hermaphroditus mas, seu qui virilem sexum perfectum ac potentem habet, in perineo tamen id est inter anum, & testes, quo loco sectio fit pro extrahendo vesicæ lapide, foramen perstat, minimè tamen pervium, ut ex quo neq; lotium prodeat, neque genitura, quod genus plerique cum hippospadiis confundunt, sed male, sunt enim hippospadii, qui ex generatione urinæ iter inferius subcanale habent, qua præputium alligatur glandi, ut apud Paulum est & auctorem lib. *introductorii Galeno adscripti*, qualem vidimus Anglum. Secunda est hermaphroditi fœminæ, quæ præter vulvam naturaliter constitutam, seminali, & menstruo excremento manantem, supra ad os pectinis membri virilis carneam, & cutaceam quandam similitudinem habet, profusionis seminis impotentem, & testibus carentem, quam supra nymphæam nominari diximus, & quibusdam mulieribus inesse. Tertia est eorum Hermaphroditorum, qui etsi utriusque sexus expressas habeant notas, inefficaces tamen ad seminis profusionem, & generationem existunt, alterutra tamen parte ad mi-

2. de gener. anim.

Epigram. de hermaphr. vide cod. H f. 133.

Hermaphroditi 1. classis.

Hippospadii

P. libr. 6. c. 54. G. c. 18.

Secunda classis hermaphroditus famina

ad mictionem conferente. Quarta eorum, qui utroque sexu pollent, marisque & fœminæ munera potenter obeunt, quia utraque genitalia completa perfectaque habent, quin etiam mammam dextram virilem, muliebrem lęvam. Paulus citato ex Leonide hermaphroditi differentias aliter distinguit, & tres quidem in viris, unam in mulieribus constituit, prima virorum est, cum iter scrotum & anum, secunda cum in medio scroto pudendi muliebris pilis obsiti forma apparet, tertia cum ibidem, hoc est, in eodem scroto foramen adest, per quod lotium egreditur, mulieribus supra pudendum, juxta pubem virile genitale invenitur tribus extantibus corporibus uno tanquam cole, duobus veluti testiculis. Cæterum qui gemina habent genitalia, fere nunquam contingit, ut utrumque completum possideant, nam ut ex Aristotele retulimus, alterum firmum, alterum debile ac inutile redditur. Porro hermaphroditis, qui utraque genitalia notatu digna possident, leges sexus, in quo manere ac vivere velint, optionem faciunt, pœnâ tamen capitali impositâ, si ab electo semel sexu discessisse comprehendantur, ne promiscuè utroque abutantur; reliqui autem fœminis an viris annumerandi sint sumptis signis ex genitalibus, & facie cognoscitur, nam fœminei sexus hermaphroditus erit, si vulvâ omnibus suis dimensionibus exacta sit, & adeo pervia, ut virile membrum admittere possit, si menses illac profluant, si glabri sint, si promissi sint tenues ac molles capilli, si toto corpore effœminati, animi fracti, timidi, voce acutâ, & mammis elatioribus, & juxta anum crines nulli. E converso autem si perinæum & anum pilis obsitum habet, si penem justæ magnitudinis alacriter arrigentem, & semine manantem, in virorum potius numero censendus erit, tandem quicunque plus viri quam fœminæ habebit, vir erit, fœmina vero, qui plura cum fœminis communia habuerit; qui vero utrumque æque participat, virfœmina dicitur, qui neutrum, neutris adscribitur. Galenus refert sententiam quorundam, qui dicebant fœmmam nullam esse hermaphroditum, deque his intelligebant sententiam Hippocratis, *mulier ambidextra non fit*, quasi diceret; mari muliebre pudendum adnasci posse, mulieri autem virile nequaquam. In causâ, propter quam hermaphroditus generetur, variatum est; nam alii qui scribunt, si mulier viro congrediatur, à primo qua est menstruis purgata die, usque ad quintum, mare producit, à quinto ad octavum fœmellam, ab octavo ad duodecimum rursus masculum: post illum

Lex hermaphroditi.

Qui cognoscatur sexus.

1. aph. 44.

Causa hermaphroditi

dierum numerum hermaphroditum: conatur Lemnius hanc sententiã ratione vallare, quia inquit, *Primis diebus sordido humore repurgata vulva plus concipit caloris, quo virile semen coalescit, & in dextrum uteri sinum dirigitur, hepatis dextriq; renis vi attractoriâ, è quibus etiam sanguis calidus in alimentum futuri fœtus derivatur: sinistræ vero partes, utpote frigidiores & sanguinis inopes statim à purgatis mensibus aliquid conferre non possunt, sed post quintum diem usq; ad octavum ex illis, liene & sinistro rene aliquid sanguinis confluit, quo fœtus alendus est, ita cum istæ partes vices suas obeant, cessentq; dextræ ex situ loci & alimenti frigidi ratione fœmella effingitur. Post octavum dextræ rursum operantur, masculusq; progignitur, post quod dierum curriculum, quia ex omni parte promiscue sanguis prorumpit, & semen neutri parti associatur, sed in medio vulvæ fluctuat hermaphroditum confusa inter se semina moliuntur.* Hanc sententiam perperam Lemnius, & alii non sine crimine Avicennæ adscribunt, quoniam ipse eandem omnino rejicit, seu fortè quia auctorem habere voluerunt eorum, quibus nec ratio nec experimentum suffragatur, eàdemq;, qua dicuntur, facilitate refelli possunt: nam fœtus masculus aut fœmineus ex dierum discrimine non nascitur, ut suo loco cudimus. Et certe si hermaphroditi omnes essent, qui post 12. à repurgata muliere diem concipiuntur, copiosior eorum numerus nasceretur: ideoque alii astris vitiosum cõceptum potius acceptum referunt, iis præsertim bicorporea signa occupantibus: Alii ex vitioso indecoroq; concubitu nasci putant, cum præter usum vir supinus, mulier prona decumbit non sine magno dedecore, & valetudinis dispendio, quippe qui hernioſi plerumq; fiant. Tertia fuit sententia eorum, qui plures cellulas in utero constituunt, hi namq; hermaphroditum gigni tradunt, cum semen in mediâ colligitur. Quarta adscribitur Hippocrati, quod nimirum quando duo semina, virile, ac fœmineũ æqualia sunt viribus, & copiâ, ex quibus virtus formativa ex unoquoq; contendit effingere id, cui aptum est, fit ut in uno eodemq; corpore utrumq; effingat. Tandem quidam non toti semini sed cuilibet parti id tribuunt quæ virtutem habeat duo hæc membra efformandi.

Porro non solum in hominum, sed etiam in brutorum genere hermaphroditi reperiuntur, equum, & canem hermaphroditum vidit Cardanus, de cervis Androgynis scribit Langius, Venatores communiter credunt, id quod etiam Archelaus confirmat, lepori utrumq; sexum, & utramq; gignendi vim inesse, quod naturam pati non posse Matthiolus ar-

C. lib. 7. c. 33.
L. thom. 1. Epist 70.
M. in 2. dios. c. 18.

lus arbitratur, & commento ansam præbuisse leporum fœcunditatem eximiam; non solum enim crebro superfætant, auctore Aristot. sed statim à partu iterum concipiunt. Itaq; singulis mensibus generant, & interpositis diebus pariunt, unde tam innumera fœcunditas, ut quamvis plurimi quotidiè capiantur, fœcundius procreent, qui tamen eorum mares, quivè fœminæ sint cognitu perdifficile est.

Lepus an hermaphroditus.

A. 6 de hist. animal. 33.

Qui superfœtatio contingat, & concipiantur gemelli.

CAPUT XIII.

AGE igitur indesinenter pergamus, & de superfœtatione, & gemellorum conceptione perveſtigemus: Est autem superfœtatio, secunda quædam conceptio, cum gravida jam mulier iterum viri concubitu usa concipit; nam, ut superius jam diximus, sola mulier gravida virum admittit, ideoque huic soli superfœtatio contingit. Si quod tamen à viro ejaculatum semen statim dilapsum uteri sinus ambos ex æquo subeat, hisq; concluſum foveatur affluente muliebri semine uno eodemq; concubitu gemelli procreantur, autore Hip. quàvis Aristot. seminis multitudini, & copiæ idipsum tribuat. Plures aũt fœtus singulis seorsim membranis in hominibus sicuti in brutis contineri pleriq; existimant, mulieremq; cum aliàs non cognatos aut monstroſos gemellos habet, plures si gestat fœtus, singulos propriis involucris singulis fœtibus peculiaribus continere; Alii gemellos unius sexus iisdem involvi secundinis, diversi autem sexus, diversas obtinere secundas arbitrantur. Nonnulli eos qui iisdem tunicis involvuntur, uno & eodem concubitu fuisse genitos, qui vero secundinis discreti sunt ex superfœtatione, & alio concubitu interpositis aliquot à conceptu diebus. Potius tamen existimo, mulierem cum gemellos gestat, unicâ tantum secundinâ, chorion dicta, id est, farciminali simul cum chorio (quod complexum nomine secundinæ intelligi diximus) eos cõtinere, quamvis uterq; suum habet amiculum, argumento est, quod, quæ duos gestat fœtus, nunquam secundum cum primo emittit, nisi post secundi fœtus exitum, ideoq; cum primus infans in lucem venit, prudentiores obstetrices urinaculum præscindunt, & ipsius residuum, cujus superior pars

Superfœtatio quid.

Superfœtatio soli mulieri contingit.

Gemelli unico fiunt concubitu.

An plures fœtus pluribus continentur membranis.

Positio auctoris.

secundæ intra uterum hæret, parturientis fœmori alligant, quoad alterius infantis intus manentis umbilicus ab utero divellatur, & sola, si alius non subest, cum secundo fœtu secundina etiam excernatur: nec deest experimento auctoritas gravissimi viri Hippoc. qui lib. *de superfœtatione* ita inquit; *quæ gemellos gestat eadem die parit veluti concepit, habet autem utrosq; pueros in una secundina.* Sed quid si contingat mulierem tertio gestationis mense superfœtari, ut Aristot. vidisse refert, & Mercatus fœminas esse tradit, quæ tertio superfœtarint, dum tamen justum pariendi tempus instaret, primos vitales edidisse, secundum quinto mense mortuum elisisse; & alteram, quæ primum vitalem mense septimo peperit, mox geminos nono mense vitæ etiam compotes; nam quæ octavo mense concumbunt, plerumque partus edunt mucore plenos, ut sæpe vidi? Sunt qui respondeant, utrumque etiam fœtum eâdem contineri, ego vero, quia in hoc casu non video qua ratione non solum os uteri sed etiam Allantoides & chorion aperiantur, potius existimo, diversos istiusmodi fœtus diversis secundinis contineri. Porro superfœtationes, & raro sunt, & nihil quicquam proficere possunt, præter dolorem, quo uterque fœtus pereat, nisi paululum temporis inter illos interceserit, sic enim visi plerique sunt qui vitales exierint: Sed enim & geminos diversi sexus in genere hominum rarò servari contendit Aristotel & Avicenna, etiamsi ex eodem concubitu geniti sint, quod etiam Plinius confirmat, ac plerique omnes, qui post eum scripserunt, & rationem reddunt, quia concursus fit præter naturam, cum non pari tempore mas, & fœmina in utero perficiantur, sed aut marem cunctari aut fœminam prævenire necessum sit. Attamen amantissimus frater meus Franciscus à Costa gemellus est cum charissimâ sorore Leonora Paez, quorum uterque summo Dei beneficio quadragesimum ferè agit annum, atque ille non solum viribus corporis, verum etiam (quod citra invidiâ dictum velim) animi ornamentis, virtute, prudentiâ, & morum integritate conspicuus: soror vero, quæ illum uno die tantum prævenit numerosam habet prolem (ut vel hinc etiam, quam parum valeat vis horoscopi, intelligas, nam cum ipsi adhuc summo Dei beneficio vivant, & ambo ætate vigeant inter se persimiles, corporum specie haud admodum pares quamvis voluntatibus non distent, tamen instituto propositoque vitæ ita sunt dispares, ut ille longè à patria peregrinetur, illa domi maneat, ille cœlebs, nec unquam uxorem duxerit

Obiectio. Superfœtatio tertio gestationis mense.

Octavi mẽsis concubitus mucore partum opplet. Solutio. Superfœtatio raro contingit.

Gemini diversi sexus raro servantur.

Auctoris frater, & soror gemelli.

xerit,illa maritata) quibus alios ſimiles geminos D. Auguſtinus vidiſſe refert,ut etiam contra Ariſtot. 2. colligas,multum intereſſe ex libris an ab experientia loqui. *5. de civit. Dei cap. 1.*

At non injuria ſciſcitaberis,ſi gravidarum uterus toto gravidationis tempore adeo clauditur,ut neque acus cuſpidem admittat,quî fiet ut poſt conceptum reſeretur? Subinde ſi vaſa omnia primi fœtus chorio,& involucris aliis ita adhærent, ut ob id menſtrui ſanguinis nihil profluere poſſit,ac ſi profluat, abortionis periculum portendat, quia vincula & vaſa abrupta eſſe indicium eſt, quî fieri poteſt ut ſuperfœtatio fiat,ſi neque ſunt vaſa quibus coagmentetur novum chorium, neq; per quæ novus fœtus alimentum ſuſcipiat? primæ objectioni ſunt qui reſpondent, gravidarum uterum in coitu perpetuò aperiri, veteres tamen docuiſſe ſponte ſua non hiare; alii uterum poſt conceptionem certis temporum intervallis aperiri rentur, ut excrementitiis humoribus, qui in ipſo accumulari ſolent, exitus pateat, ideoque concipere gravidam, quæ tum temporis in viri amplexum venerit. Qui tamen rem accuratius conſiderant, uterum tantummodo aperiri tradunt, cum avidior eſt, & libidine efferatus, aut jucundam nimis ſentit viri titillationem, perinde ac ventriculi orificium à paſtu clauſum, oblatis delicatioribus cupediis reſeratur, non tamen quibuſvis hominibus ſed edacioribus; hoc tamen rariſſime contingere, atque adeo rariſſime fieri ſuperfœtationem. Secundæ objectioni dicendum eſt, id perpetuò ſagaciſſimæ naturæ curæ eſſe, ne omnia vaſa pro ſui nutritione unico fœtui implantentur; ſed ſemper aliqua ſervari vel ad menſium purgationem, ſi fortè ſanguis redundet, ne copia fœtura ſuffocetur, vel ad novos conceptus alendos,ſi forte concubuerit fœmina,& ſemen concipiatur,ut per dicta vaſa,quæ majoris utilitatis gratia otioſa huic uſui relicta ſunt,novum fœtum fabrefaciat. Si adhuc quæras cur nonnulla animalia,eaque parva,ut mus,cuniculus,canis, ſus,multipara ſint, alia unipara,ſicuti mulier & biſulca fere omnia magni corporis, cum præſertim majora animalia plures fœtus generare poſſe videantur? Cauſam reddit Ariſtoteles, quia in magnis cibus abſumitur in corporis incrementum; minoribus natura demendo de magnitudine auget exuperantiam ſeminalis excrementi, ideoque numeroſiorem quam duorum fœtuum in muliere ſobolem ſuperiori capite monſtroſam eſſe prodidimus; Et ex eo apparet, quia duos tantum ſinus

Obiectiones duæ.

Solutio.

Prægnantis uterus aperitur.

Vaſa omnia non implantantur unico fœtui.

Parva animalia cur multipara, magna unipara. 4. de gener. animal. 4.

uterus habet muliebris, ac duæ duntaxat mammæ sint a natura eisdem concessæ,

De fœtus formatione, & uteri gestatione.

Cap. XIV.

Uteri gestatio quid.

Fœtus formatio quomodo differat a conceptu.

Mas citius quam fœmina intra uterum efformatur.

Temporis formationis ad motum & huius ad partum proportio.

Formationis ordo & ratio.

Tres bullæ.

Uteri gestationem totum id tempus dici volunt, quod à genito intus infante ad ejus exitum interest, in quo quidem quid intra uterum peragi scriptores prodiderint, postulat rerum ordo, ut altius repetito principio superioribus annectamus. Cum igitur semen utrumque in utero constiterit, neq; intra septem post ejaculationem horas fuerit effusum, sed uteri calore conservatum, fœminam concepisse credendum est, & tunc gestationem ac fœtus formationem incipere; quæ quidem differt à conceptu, quod hic uteri calore fit, formatio vero fœtus ab spiritu genitivo, & formativâ vi. Cæterum totum conformationis ordinem varii variè describunt, in hoc tamen consentientes, quod mas citius quam fœmina intra uterum efformetur, ob vehementem calorem, quod insuper in utroq; sexu alii temporius, alii serius ad perfectionem perveniant: Porro hoc etiam mari, fœmellæq; commune est, ut duplicato à conceptu ad formationem tẽpore moveatur, subindeque triplicati dies motus, indicent diem partus, nimirum si fœtus formatus sit 45. die, movetur nonagesimo, quo triplicato resultat nonus mensis, in quo partus utplurimum in lucem prodit. Sex itaq; septemve primis diebus, ut egregie Bonacciolus, & post illum Mercatus scripserunt, ideoque eorum ferè serie utar, semina duo otiosa non sunt, sed quasi utrumque bulliens spiritu genitivo, & uteri calore calefiunt, quo fit ut crassescant, spissenturque, & ex calore flatuosus spiritus generetur, quo flatu commixta semina turgent, & intumescunt, mox minutissimæ bullæ spiritu repletæ assurgunt, ex quibus junctis una fit cavitas uberem spiritus copiam comprehendens, qui intro conclusus calidior factus refrigerationem quærens ad sui custodiam, sibi pervium iter parat, ut per expirationem temperatus spiritus ad fervorem contemperandũ eâdem via subingrediatur, quo spirituum ingressu, egressuq;, atq; vi spiritus potestate vitalis, animalis, ac naturalis, ad proportionata loca movente facultate formativâ discedit, ibiq; tres generantur bullæ, pro corde una, altera pro cerebro, tertia pro jecore: prior

prior enim puriorq; ſeminis pars, in cordis, craſſior & pinguior, in jecoris: frigidior, & crudior in cerebri materiam cedit; tametſi Galenus cerebrum tantummodo ortum ex ſolo ſemine obtinere confirmat: cor autem & jecur ex ſanguine attracto augeri: quod minus placet, quia hæc omnia ſpermatica ſunt membra, quæ prima ſui conformatione à ſemine fieri fatendum omnino eſt, quod ſi à ſanguine attracto poſtea augentur, ut de corde, & jecore ipſe teſtatur, id procul dubio omnibus tribus commune eſt: nec inſuper ea videtur accedere poſſe ſeminis copia, quæ valeat cerebrum ad tantam magnitudinem augere. Porro tota maſſa ſeminalis externâ parte terrena reſiccẽre membranula obducitur, quemadmodum in pane, dum coquitur, tenue quiddam pelliculæ ſpecie in ſuperficiem abſcedit, quam tunicam chorion nuncupavimus, eamq; poſteà aliæ duæ in generatione ſequuntur, ſicuti jam dictum eſt, quæ ſanè tunica ſummâ opificis providentiâ illico fuit obducta, tum ne minime conſtans ſemen diffluere, tum ut tres primorum principiorum bullulæ, molles adhuc & exiles, uteri duritie minimè oblæderentur, aut ſpiritus exhalarent: quod quidem ad eximii architecti exemplum factum fuit, qui prius tectum parat, ſub quo poſteà ab injuriis munitus egregium ædificium poſſit fabricare. Cum igitur hæc membranula per uteri acetabula dicta utero committantur contenta ſemina eidem annectit: Et in eâ membrana meatus ad ſpiritus eventationem permanet, inter quem venæ arteriæq; procreantur, quarum ora exteram tunicam penetrantia vulvæ, venarum, arteriarumque oris committuntur, ex quibus venæ non pulſantes in unum coeuntes ſimilique modo arteriæ, venas duas, totidemque arterias conſtituunt, quas cuticulare putamen ambit, ex quibus conflatur umbilicus, per quem ex vulvæ acetabulis eruentus ſuccus reſudans fœtum poſtea nutrit. Quæ omnia intra ſeptem dierum ſpatium fiunt, & hunc terminum ſpumificationis tempus vocant, ac tunc adhuc genitura vocatur, quod in utero eſt, & ſi abortus contingat, effluxio nuncupatur & apparet, ut vidit Hipp. perinde ac ſi quis crudi ovi exterius putamen detrahat, & per interiorem membranam interior humiditas pellucear; rubrum etiam liquorẽ fuiſſe incluſum ipſe prodidit: in pelliculâ verò fibras quaſdam albas & craſſas, cum cruore craſſo, & rubro obvolutas: circa pelliculam foris cruenta veſtigia ſugillationum inſtar, juxta medium tenue quid eminere, quod umbilicum fuiſſe judicat, Galen. jecur, al-

Cordis, cerebri, ac iecoris generatio.

Membrana quæ prius obducitur.

Similitudo.

Vaſa umbilicalia.

Primum tempus ſpumificatio vel lactatio

cur, albas & crassas fibras cum sanie delineationem venarum, arteriarumque fuisse, itaque primis hisce diebus tota hæc substantia rudem quandam sortitur primorum principiorum adumbrationem; & hoc est primum formationis tempus, quod, ut diximus, spumificatio, sive lactatio nuncupatur.

Formativa virtus fœtus repuerascens est.

Principiorũ separatio.

Vena porta.

Vena cava.

Post id tempus operante jam vegetativâ facultate ipsius fœturæ (quæ non propterea vegetior est, quod nova quædam sit, ut Auicennæ & Mercato placet, deperditâ jam ea, quæ à parente defluxit, sed quod repuerascens perpetua fit, & novas vires resumit, non secus ac in stirpium seminibus videmus) primum inchoata principia, & adhuc rudia, cor, jecur, cerebrum in propria loca sejunguntur, propriaque figura, & specie exornantur, & incipit reliquorum membrorum constitutio, tunc enim è jecore primum vena porta, quæ continua est venæ umbilicali; deinde vena cava, ex qua postea per ramificationes suas universum semen nutriri queat, multiplici sobole disperguntur, è corde arteriæ, è cerebro spinalis medulla, è qua nervi tenuioribus aranearum filis similes emergunt; ventriculus, intestina, vesica, cordis involucrum, peritoneum, meninges, ac reliquæ membranæ obtenduntur, quamvis adhuc partium inferiorum, ventris præsertim, obscura nimis distinctio sit, cutis etiam concrescit, omniaque contegit ex ipso quoque semine, ex quo ossa substantiam conquirunt atque figuram, etsi mollia satis, quæ omnia novem dierum intervallo peraguntur interdum octo, qui additi septem spumificationis quindecim efficiunt, & hoc tempus lineationis sive ramificationis dicitur, in quo adhuc sola existit solidarum partium conformatio ex solo semine: Sunt tamen, qui putent, ex virili semine principalia membra, ex fœmineo cætera produci. Cæterum adhuc quamdiu lineamenta suæ speciei non accepit, quod in utero cõtinetur, Embryo dicitur, quod Græcè intrinsecum germen sonat, si verò deperditur, deperditio propriè vocatur nondum abortus. Tertium sequitur formationis tempus, in quo sanguis uberius ex utero prolicitur, qui primum circum jecoris spermaticas fibras & membranam concrescens totam reliquam illius molem, & substantiam constituit, tuncquè conformatæ partes solidæ nutriri incipiunt, & carne fulciri jecoris beneficio, quod omnibus alimentum conficit, & ministrat, ac ex eo natura sensim carne implet eas capacitates, quæ inanes inter spermaticas fibras intercederant, pictoris exemplo, qui primo imagi-

Secundum tempus lineationis vel ramificationis.

Quid Embryo.

Deperditio.

nem,

nem rudibus lineis adumbrat, mox vario pigmentorum genere illustrat ac perficit; hoc itaque tempus quod carnificationis appellatur duodecim sequentibus solis terminatur, ac ita jam 27. conficiuntur, quo tempore jam fœtus sive fœtura nuncupatur, nec amplius genitura dicitur, sed adhuc instar plantæ vitam possidet. Ubi notandum est ex ipso semine, sicuti cæterarum partium seminalium, ita etiam jecoris tunicam generari, quæ omnia postea à menstruo sanguine vegetantur per umbilici venas attracto, quę ex venarum orificiis in matricem tendentibus observantur, unde cum Galenus, Rufus & Mercatus dicunt, hepar concretum, & coagulatum esse sanguinem, seu potius sanguinis quandam affusionem, non existimes ipsum à menstruo gigni, & subinde spermaticum non esse, sed à sanguine menstruo carnificationem sicuti cor, & reliqua septem membra, quæ nigra à Macrobio dicuntur, nempe lingua, cor, jecur, pulmo, lien, & renes duo, sortiri post primam conformationem; hoc solum distans, quod ipsius parenchyma magnum sit, & minus elaboratum, quâ etiam ratione interpretatur Isac dicens, de sanguine menstruo hepar, & præter cor omnia membra carnosa generari, cor autem de sanguine arteriali. Quarto conformationis tempore non solum interiora membra conspicua sunt, sed crura & brachia distinctè, absoluteque delineata cernuntur; tuncque primò, ut auctor est Hippocrates lib. *de naturâ pueri*, caput ab humeris distantiam sumit, brachia à lateribus, crura disparantur, os per se deducitur, nasus, & aures eminent ac perforantur, oculi implentur humore puro, pudendum conspicuum fit, utrum tandem sit, venter, & intestina inflantur, ab hisque foras in podicem via fit, & omnia ab spiritu coarticulantur, & jam non amplius fœtus aut cyema, sed infans appellatur, id quod in utero est. Hæc autem decem, & octo diebus sequentibus fieri à probatissimis auctoribus testatum reperio, ita ut totũ cõformationis tempus sit quadraginta quinque dies, si partus major sive nonimestris futurus est: nam septimestrem, quem partum minorem vocant, breviori tempore conformari prodiderunt, & antecedere prædicta formationis tempora uno atque altero die. Cæterum fœtus usque ad perfectam formationem plantæ modo dispensatur, postea administratur ut animal. Nec multo aliter hæc quatuor tempora distinguunt, qui ita de iis decidunt, ut in primo spumificatio fiat, in secundo opera vegetativæ, in tertio opera sensitivæ, in quarto opera ani-

Sanguinem ex utero quando primum prolicit fatus ad carnificationem.

Tertiũ tempus carnificationis.

Iecur à semine generatur.

3. *theor.* 34

4. formationis tempus articulationis.

Infans quãdo primum dicatur id quod in utero est.

Minor partus vocatur septimestris

animæ rationalis apparere incipiant, quæ tamen propter humoris redundantiam nondum eluceant; ac in primo solum gubernatur à virtute sibi à parentibus tributâ, quam formativam appellant; in reliquis hæc ipsa nova jam sive repuerascens fit, & sibi propria. Porro per singula tempora diversos sortiri entis gradus, & diversam conformationem frequenti sapientissimorum experientiâ confirmatur; qui observarunt id quod intra sex septemvè primos dies abortiebatur, lacteum plane esse, & hoc genituram vocârunt, quale illud quod Hippocrates vidit, quod postea usque ad decimum quintum lineamenta rudia habet, Embryonem dixerunt, si ita mavis quam genituram distinctionis gratia appellare; atque deinceps sanguineum usque ad 27. fœtum esse sive cyema, tandemque, inquit Hippocrates, plurimas mulieres puerum perdidisse paulo ante trigesimum diem, & inarticulatum apparuisse, quicunque vero posterius perditi sunt, aut in ipso trigesimo aquâ frigidâ exceptos, articulatos, coactos, consistentesque visos fuisse, si modo mares erant, nam fœminæ, ut mox apparebit, hoc tempore perditæ in aqua dissolvuntur, nec articulatæ conspiciuntur, quia majora requirunt suæ formationis intervalla. Putat tamen Fernelius totam fœtus conformationem usque ad quadragesimum diem ex solo semine fieri, nullo adveniente sanguine, nec ad prædictum tempus conformatas partes aut sanguine nutriri, aut carne fulciri, fœtus illius exemplo ductus, quem sese vidisse refert quadragesimo die ejectum semidigiti aut majusculæ formicæ magnitudine, prorsusque conformatum, cujus tamen partes omnes excepto jecore albæ ac spermaticæ cernebantur; At ut una hirundo non facit ver, neq; unum exemplum experientiam facit, cum præsertim plurima habeat repugnantia à priscis sapientissimis observata; Potius ergo fœtum illum penuriâ alimenti ejectum fuisse credendum est, siquidem constat, conceptionem facilius procedere, quamdiu vasorum oscula penitus clausa non sunt, sed aliquid sanguinis stillat ad fœturæ alimentum: proinde existimo ad septimum usque diem membra tantummodo formari seu lactari à solo semine, menstrui sanguinis nondum indiga, tunc jam exhaustâ totâ seminis materiâ, majori corpusculum indigere nutrimento, quod ex umbilico postea quæritur, qui tunc propterea inchoatur, ac reli-

quæ duæ secundinæ Amnium, &
Allantoides.

Fœtus singulis temporibus diversos sortitur entis gradus

7. Phys. 10. Dub An ad 40. usq; diem tota conformatio fiat ex semine.

Ad 7. usq; diem membra ex solo semine lactantur potius quam formantur.

De

De fœmineo conceptu, ac quo tempore fœtus sentiat, & moveatur.

CAP. XV.

EX dictis palam jam est, sex soles spumificationi dicari, novem lineationi, ex ipsius repletioni, duodecim carnificationi, octodecim configurationi, seu efformationi: hæc porro hoc disticho comprehenduntur:

Sex in lacte dies, ter sunt in sanguine trini,
Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

Quod si secundum tempus in duo dividant, sic ut tres dies tribuant lineationi sex lineationis repletioni, perinde erit, eodem enim pacto erunt 45. formationis dies plus minusvè Quæ quidem de partu majori seu nonimestri intelligantur, nam si partus minor futurus sit, tunc sex soles spumificationi tribuuntur, octo lineationi, ac repletioni, novem carnificationi, & huic parem dierum numerum configurationi, ut plurimum enim hisce temporibus, paulo brevioribus longioribusve tota articulatio fit: quæ omnia de masculi generatione veniunt intelligenda, nam fœmina longioribus temporum impendiis intra uterum absolvitur: quod tamen decem dierum intervallum ultra masculi tempus ad sui generationem fœminæ nonnulli tribuunt, ludificari mihi videntur; hâc enim ratione semper fœmellæ gestationis tempus duobus mensibus tempus gestationis masculi superaret, decem enim duplicati usque ad tempus motionis viginti efficiunt, & hi rursus ad partum triplicati 60. si itaque constituas tempus maris nonum mensem, oportebit omnino fœminam nō ante undecimum in lucem prodire; si vero hanc dicas nono mense exire, tunc masculus perpetuò erit septimestris. Hinc comprehendes eruditi Mercati lapsum decem dierum numerum ultra masculi spatia pro fœminæ efformatione expostulantis; hâc etiam difficultate circumventi nonnulli triplicandos censent dies formationis, ut inveniatur motionis tempus, cujus opinionis fuit Bonacciolus, sed hic etiam à vero deviat, nam tunc fœtus qui formatur quadragesimo quinto die, partus (quod plane est ridiculum) contingeret mense decimo tertio, cum dimidio, nam

Hip. lib. de nat. puer. text. 10. Partus septimestru tẽpora.

Hipp. cit.

Fœminei fœtus conformatio. Quæst. An fœmina ad sui conformationẽ 10 dierum spatium ultra masculi tempus requirat. Mercati lapsus & Bonaccioli.

triplices quadraginta quinque dies, centum & triginta quinque invenies, qui numerus etiam triplicatus efficit 405. qui certè constituunt prædictos 13 menses, eosque solares cum dimidio. Potius igitur dicendum, fœmellam tardius masculo efformari non quidem tam longinquo intervallo, sed tribus duntaxat, quatuorve diebus ita ut pro unoquoque suæ formationis tempore uno die vel aliquot horis amplius, quam mas indigeat. Sed nulla injuria sciscitaberis, cur fœmina in utero tardius, extra velociùs adolescat, quod Hippoc. Aristot. & Galen. summis assensionibus confirmarunt, annè citius extra uterum susscipit incrementum, ut sugillatores malevoli dicunt, quia arbor mala cito crescit? minime; sed propter caloris copiam mares intra uterum citius efformantur, quam fœminæ, à debiliori enim calore tardior fit articulatio, postquam vero semel formata est fœmina, & intra, & extra uterum velocius incrementum capessit, propter humiditatem quippe humidiora corpora, sicuti fœminarum, promptè extenduntur, & augentur; quâ etiam de causâ pubescunt, sapiunt, senescuntque citius, sed propter facultatis imbecillitatem definit in ipsis celerius incrementum, & vitæ terminus brevior est, quam maribus, unde ipse Aristot. dicebat, *Et pubes & vigor, & senectus fœminis prius venit, quam maribus.* Respondent alii, fœminas extra uterum citiùs pubescere; quod sint viris debiliores, sicut horarii ac teneriores fructus citiùs matureſcunt, quam solidi & durabiliores, & communiter, quæcunque infirmiora sunt, temporius perficiuntur, unde proverbium, quæ cito fiunt, cito pereunt: at hæc ratio cum superiori eadem est, nam quia fœminæ humidæ sunt, ac frigidæ, ideo debiliores.

Positio.

Hipp lib. de nat. pueri. A. 7. de hist animal 3. G. 6. Epid. 2. 44.

Aristot. de gen. animal. 1.

Fœmina citius pubescit, sapit, & senescit.

At si vir longioris est vitæ quî quæso fit ut plures communiter viduas fœminas, quam viduos viros conspiciamus? Multiplicem id habet causam. Prima est, quia viri pluribus sese periculis exponunt in conquirenda re familiari: quin etiam naufragio, & bello plerique pereunt, & salaciores sunt, idcirco ex accidenti plus in illis deperditur de calido & humido, in quo vita consistit. Secunda causa est, quia viduatæ semel fœminæ in plerisque regionibus rarius quam viri secundas nuptias celebrant. Tertia, quia ut plurimum fœminæ juniores nubunt, ideoque nil mirum, si maritis natu majoribus supervivant. Hoc tamen telum declinandum restat Hippoc. cit. fœminam ut longissime 42. efformari prodidit, masculum 30. hunc numerum si usque ad motum

tum duplices,duos menſes efficies,qui triplicati usque ad partum, ſex tantum menſes tibi dabunt, quod ſi primum numerum perinde ac ſecundum triplicaveris,reperies novem ferè menſes,eſt igiturBonaccioli computandi ratio rationi magis conſentanea. Hujus violentiam infringes,dicendo Hippocratem de minori partu ibi eſſe intelligendum, ſemperque primum numerum duplicandum, ut optime animadvertit Avicenna cap. *de generat. Embryonis.* Jam verò ut ad inſtitutam fœtus formationem redeam,ubi ad menſem tertium mas pervenerit, fœmina ad quartum,firmatis jam utcunque oſſiculis,& paulò duriuſculis factis moveri incipiunt, ſenſus autem facultate prius quàm motu illuſtrantur, nimirum circiter diem ſextum & trigeſimum, ſenſu tamen hebeti admodum & obtuſo, quæ quidem actio prior editur, quia interioris partium dearticulationis, motus vero certioris, & firmioris indiget, ad illum inſuper minus validum robur ſatis eſt, cum ſit paſſio, hic validius exigit,quia eſt actio,qua ratione in lib. *de locis patientibus* Galenus prodidit partis reſolutæ motum aboliri poſſe relicto ſenſu. Neque obtrudas,hâc ratione perfectiorem formam,qualis eſt ſenſus,qui non niſi perfectioribus animalibus convenit, priùs acquiri, quam minus perfectam,motum nimirum,quo etiam donantur minus perfecta, quoniam loquimur non de dilatationis,aut contractionis motu, ſed exacto, & voluntario,quod non niſi perfectis convenit animalibus. Cum enim eo usque vegetabilis fuerit ſubſtantia, & vitam plantæ vixerit, jam circa quadrageſimum diem incipit animal eſſe quoniam ſentit, ac non multò poſt movetur; Ac indies poſt tertium quartumve menſem magis ac magis vegetatur,quoniam uberiori jam utitur alimento,majusq; ſuſcipit incrementum, & uterus indies magis magisque diſtenditur, quæ cauſa eſt,cur tunc fœminæ ſæpiuſcule coactæ mejunt, quia tota veſica à tumente utero comprimitur, Verum contrarius huic dogmati videtur difficilis Ariſtotelis locus, ubi in hunc modum ſcripſit, *ſed cum fœtus magis magisq; perficitur,plus excrementi ſupereſt, minus enim abſumitur idq; dulcius eſt,cum non bene trahatur,quod bene coctum ſit,non enim inſuper ad fœtus formationem conſumitur,ſed ad incrementum mediocre quaſi jam fœtus conſtet adeptus finem ſuum*: qua quidem ſerie minus alimenti abſumere fœtum conformatum apertiſſimè ſentit; quod tamen non ſolùm innumero penè ſapientum numero contrarium eſt, ſed ipſimet Ariſtoteli qui ſexto capite præcedenti fœtum in principio præ ſui exi-

Infantis motus & ſenſus.

Fœtus prius ſentit quam moveatur.

Animal fœtus quando incipit eſſe.

Ar. locus 4 de gen. ani. elucidatur.

guitate copiam alimenti absumere non posse prodiderat, ideoque gravidas initio gravidationis pertubari, easdemq; postea, ubi jam pleniùs absumitur alimentum allevari. Cæterum tantam hanc in ejusdem viri verbis primo intuitu contrarietatem sic conciliabis facile: Nam minus alimenti absumere fœtus majores eâ ratione intelligendum est, ac si dixerit, minùs quidem ad proportionem corporis, quam ubi erant quatuor quinqueve mensium, aut sex, nam his mensibus non solùm aluntur, sed etiam magis integrantur omnes partes, vegetantur, ac perficiuntur, licet antea primam articulationem ac conformationem habuerint; postea vero jam fere perfectus, ac integre conformatus minori augmento, & minori alimento indiget ad proportionem suæ molis. Et cùm jam non æquè trahatur, incipit natura illud dulcorare, & dulcissimam pinguioremque illius partem ad mammas trudere per communia vasa, ut fœtui, quem jam conformatum esse prævidet, quique eousque per umbilicum nutriebatur, jam per os nutritionem paret, ideoque hoc tempore à septimo nimirum usque ad nonum mensem incipiunt intumescere ac grandiores fieri mammæ, & lac apparere, ut infrà constabit, fœtus itidem pro mole suâ incipit defectum nutrimenti sentire, & sese movere, quousque tandem in lucem veniat, quâ ratione fit ut illud, quod dulcius est ac bene coctum jam non æquè trahatur ad uterum, quia fertur ad mammas, cujus difficilimi loci ultima verba explicuit, quod sciam, ante nos nemo, ac licet priora tentaverint plurimi, nullam tamen causam assignant, cur cum major sit fœtus, plus tamen alimenti superfit, quod inextricabile ac indissolubile videbatur, ea autem est naturæ egregia, & optime ordinata œconomia, quæ eò plus trudit, ubi majorem prænoscit futuram indigentiam ad uterum, dum fœtus nutritur ac conformatur: ad mammas, cum jam externo alimento incipit indigere; adde quod, ut suprà jam prodidimus, à grandiori fœtu magis premuntur vasa, ideo alimentum liberè non permeat, subindeq; plus supereft.

Ar. contraria loca conciliantur.

Vltimus mẽsibus minus alimenti ad proportionẽ corporis consumit fœtus

Lac prægnãtibus 7 mense incipit apparere.

1. Causa.

2. Causa.

Vtrum viscerum prius generetur, cor, an hepar.

Cap. XVI.

Agitatur contro versia.

Difficilimæ illæ sunt tractationes, in quibus Galenus, & Aristoteles pugnant, è quarum numero hæc etiam non minima existit, quâ

quâ de ordine generationis partium principalium summâ contentione disceptatur. Arist. quia putavit non arteriarum duntaxat, sed etiam venarum, & tùm movendi, tùm nutriendi principium cor existere, neque tres principes animę facultates naturalem, sensitivam, atq; vitalem sedibus discludi, sed omnium membrorum nobilissimum membrum cor omnium facultatũ originem esse, ac sedem primariam, cerebrum atq; hepar illius solummodo instrumenta; ideo cor contendit primum effingi, *quia*, inquit, *id primum constare necessum est, ex quo incrementum ac motus cæteris accedit : & insuper quia quod per obitum vita ultimo deficit, primum id effici atq; vivere necessum est.* Huc accedit, quod nutriri membrum nullum animalis possit, in quo non sit sustentatio vitæ, ut n. nutriatur, in vivis esse oportet, siquidem quæ vita privata sunt, ea ali non possunt; cor igitur primo creari necessum est, utpote vitalis facultatis principium & origo, à quo nativus calor, & vita tanquam à fonte enascuntur. In hanc sententiam Avicenna pedibus omnino discedit, eamque adhuc altera ratione in hunc ferè modum confirmat; facultas formatrix cum fœtum effingit, nutritione partium, quas format, non indiget, quia tunc resolutio effatu digna nulla accedit, cujus causa refici ipsa alimento oporteat, quod quidem alimentum ad id solum exigitur, ut quod de substantia membrorum effluxit, restituatur ac restauretur; si igitur tunc alimento opus non est, neque hepar quod solum, ut alimentum suppeditaret partibus, fuit animalibus tributum, primum gigni oportebit. Hæc est philosophi, ac peripateticorum sententia : contra tamen sentiunt Hippocrates, Plato, & post eos Galenus libr. *de fœtus formatione*, jecur prius generari, quam. vis nonnulli Hippocratis mentem fuisse censeant, cerebrum, & oculos primum in fœtibus efformari, ut in pullis ab ovo genitis fieri cernitur, sed Galeni rationes audiamus : Prius ali fœtum oportet usque ad perfectam effigiationem jecoris beneficio, quam respirare, quod per umbilicum intra uterum fit, aut sentire ac moveri, quorum nulla ad vitam simpliciter necessitas urget. Insuper fœtus primum vivit altrice virtute, deinde vitali, tandem animali; igitur qui ordo virtutum est idem generationis membrorum, quæ causa est, cur infantes altricis animæ functiones validissimas habeant, imbecilliores vitalem, & pulsificam, quæ à corde: imbecillimas quæ à cerebro proveniunt. At si obtrudas, hepar hâc ratione extincto corde posse alere utpote

Arist. sententia.

Arist. 3. de part. ani. 3.

A. 21. 31. tract. 1. c. 2

3. & 4. Galeni sententia.

Galeni sententia roboratur.

quod

quod ante ejus formationem etiam alebat,id quidem negat, quia pereunte corde hepar extra uterum destituitur maternâ pulsatione, quâ intra ipsum fovebatur,nec sequitur, si antecedit in fœtu efformando jecoris generatio, ut postremò jecur pereat,quoniam & immixti generatione materia formam præit,& tamen formæ abolitio mixti est corruptio; huc accedit facilitas generationis hepatis, quod quidem præter prima lineamenta, nil plané aliud, quam coagulatus sanguis videtur:præterea experientia,quæ sola omnium rationes omnes una evertere potis est,idipsum testatur, in ipsius psaltriæ genitura, quam Hipp. viderat,rubrum quiddam erat ac rotundum,quod procul dubio hepar fuisse ex eo apparet, quia fœtus in utero per umbilicum recipit alimentum,vasa vero umbilicalia recta ad illud rubeum corpusculum tendebant,corde aut cerebro nondum efformatis. Cum igitur partes corporis non creentur, antequam earum sit usus aliquâ ratione necessarius;& fœtus,dum planta est,nullatenus corde indigeat,aut cerebro, ut capite sequenti palam fiet; reliquum est, ut jecur primùm generetur,cujus operatione primum indiget: idcirco vulvę prægnantis jecur, quam cor propius constitutũ fuit;cerebrum corde etiam longius,quippe quod posteriùs etiam fabricetur, utpote non ad vivendum, sed ad benè vivendum necessarium. Ejus profectò sunt efficaciæ utriusque partis rationes, ut eas sequantur neotericorum phalanges numerosæ atque præcipuæ; Idcirco si de his, quæ discam potius, quam dicam, ne docere videar quod ingenii acie percipi non potest, aliquid proferendum,sit fœtus partes omnes æquè sui adumbrationem,& rudimentum nanciscì crediderim,nisi quod superiora inferioribus, interiora externis,spermatica sanguineis priùs orta apparent: quæ verò præstantiora sunt,priora cæteris initium capiunt, licet sæpè posterius perficiantur, qua ratione tria præcipua membra,cor,jecur,& cerebrum,priùs,quam umbilicus,aut quicquam cæterorum,primordia sumunt, quæ illico in totum,quod subinde efformatur corpus,germina effundunt,cerebrum spinalem medullam: cor arterias: venas jecur, omnium tamen primus umbilicus perfectè consistit: cujus etiam sententiæ ipsemet fuerat Galenus lib.*de semine*, ubi hæc tria principia simul conformata apparere prodidit,licet postea citato palinodiam cecinerit quòd omnibus tum medicis,tum philosophis probabilius visum fuisse compererit,cor ob prædictas rationes post jecur efformari: quæ etiam causa nos movet,ut

Iecur vulvæ prægnantis propius accedit quã cor aut cerebrum fœtus

Cerebrum non ad vivendũ, sed ad benè vivendũ necessarium. Positio auctoru.

Cor,cerebrum,& iecur simul formantur. Vmbilicus omniũ primus perfectè consistit. 1. de sem. 8. Et cui tit. animal esse. quod in utero est.

vet, ut eidem potius (si cuipiam adhærendum sit) hâc in re cooperemur, quam Aristot. cujus & Avicennæ rationes solvere non est animus, & quia quatenus cor prius efformari contendunt, plane inutiles non sunt, & quia jam hæc nimis multa esse videntur in re, quæ ad philosophum potius, quam ad medicum spectât, eaque admodum ambigua, & salebrosa: quis enim exactè agnoscet, quid fiat in tenebris illis, & quisnam ibi sit ineffabilis atq; reconditus, longeq; nostra cogitatione profundior naturæ ordo? Quamobrem non possum non vehementer mirari imo irridere sciolos quosdam, qui non solum de his principiis, verum etiam de minimis quibusque particulis, & venarum portiunculis longâ differunt oratione, & tempora quibus singula effinguntur non minus temerè quam frustra somniant potius, quam assignant: *Eccles. 11.* Non legerunt profecto hi aut certe oscitanter verba illa concionatoris; *Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.* At sicuti honestus ille labor est, qui ad possibilia comparatur, ita profecto furor censetur, id quærere, quod superat nostram mentem. Sed ut eò, unde digressa est oratio redeat, constat fœtum prima sui conformatione ex solo semine effingi, eundem verò ex menstruo sanguine postea ali, non secus quam ex albo ovi pullus progignitur, ex luteo alimentum suscipit, quamdiu testâ includitur; nam etsi de hoc etiam repugnantes sint Hippocratis, Aristotelis, ac Plinii sententiæ, omnes tamen qui rectè judicant, & experientia ipsa testantur, album ovi semen humanum, luteum menstruum repræsentare.

Ex albo ovi pullus gignitur ex luteo alimentum capesit. Album ovi semen, luteum menstruum repræsentat.

De operationibus, quibus in utero infans caret, quibusve utitur.

CAP. XVII.

NUmquid verò quemadmodum in utero infans sudores, & urinam ejicit (quod supra monstravimus) ita etiam egestiones emittit? minime: neque id immerito, quia egestio excrementum est primæ concoctionis, quæ incipit in ore, & in ventriculo perficitur; at fœtus in utero alimentum per os non sumit, sed sanguine nutritur jam elaborato, qui per umbilicum permeans recta tendit ad hepar, ubi secunda concoctio celebratur, merito igitur lotium emittit, sudorem

Infans in utero egestiones non emittit.

Lotium, sudor, sordes.

ac sordes, quæ sunt excrementa secundæ ac tertiæ concoctionis, egestiones vero, quæ primæ superfluitatis existunt, nullas habet; cum hoc tamen etsi non stercus, crassa saltem, & varia bilis in ipsius intestinis colligitur, quæ inter dissecandum apparet, & alias mox à partu illam fœtus excernit. *colloſtrum* Itali vocant, Hispani *ferrado*, quę si non expellatur, retrocedere ad præcipua membra solet, & vel mortem, vel epilepticum morbum aliaq; pernicioſissima symptomata inferre, ideo peritiores fœminæ aliquid deglutiendum exhibent, antequam lac gustent ad expurgandũ teterrimum excrementum, ne cum lacte permixtum ad venas permeet, & corpus universum inficiat; ex eo autem quod hunc humorem viderint autor lib. cui titulus, animal esse id quod in utero continetur, & autor libr. de carnibus, ludificatos fuisse constat, infantes in utero ore nutrimentum sumere existimantes, quod ille ex mammę appetitione colligit, neq; enim, uti ipse ait, nisi antea ore sugere fuisset assuetus, tam citò ad mammas ferretur. Posterior tamen excremento hoc ducitur, quod à partu nullo adhuc lacte accepto infantes emittunt, qui quidem sive Polybius fuerit, sive alius à rationis orbitâ aberrat. Constat enim priorem librum Galeni non fuisse ex pluribus erroribus quibus scatet, & sententiis Galeni dogmatis contrariis, qualis hæc est, cujus contrarium in lib. *de fœtus formatione*, *de usu partium*, & mille aliis in locis Galenus protulit: Liber etiam de carnibus Hippocrati falso est adscriptus, nam is in lib. *de natura pueri*, quem Galenus veluti germanum recipit, per umbilicum infantem in utero nutriri asseveranter confirmat, *juxta mediam autem carnem*, inquit, *umbilicus distat, per quem alimentum ac incrementum puer capit*, idemque repetit libr. *de septimestri partu*, quod si advertissent Vesalius, Columbus, & Censorinus libr. *de die natali*, adeo insolenter insontem Hippocratem non sugillassent, sed hi nihil antiquius habuisse videntur, quam contra sapientissimum senem, ac disertissimum Galenum vitilitigare. At quæres, quonam igitur modo infantuli illud habent excrementum, si per os nihil assumunt? ex sanguinis quo nutriuntur fœculẽtia, quæ quidem à naturâ critica quadam expulsione ab epate ad intestina, & ventrem, per mesaraicas venas exploditur, ne nimirum retrocederet ad membra præcipua, & mortem induceret, quod neq; Vesalius perspexit, nec à quopiam alio notatum reperio. Si adhuc quæras, num infans in utero dormiat aut vigilet? Respondeo, Gentilem ex mente Avicennæ experge-

Crassa, & varia bilis in intestinis fœtus repetitur.

An infantes in utero ore nutriantur

Vnde illud excrementum.

An infantes in utero

pergefactionem aut somnum saltem manifestum in infantibus non agnoscere; contrarium tamen fœminæ experiuntur, fœtum manifeste in ventre nonnunquam dormire nonnunquam vigilare, quia ut illæ ajunt, sæpè sentiunt in utero quietem veluti dormientis, aliquando motum instar vigilantis. *dormiant aut vigilet.*

Porro fœtus parentis pars non est, nam pereunte illo, necessum esset, hunc quoq; emori, vel saltem edito functionum offensam capere, tanquam deficiente partis alicujus operatione. Quidam animal esse dixerunt id, quod in utero est, alii minime: qui animal esse credunt, ex motu ipso illud conjectant, nam movetur ac delectari videtur, & ad matris gaudium affici, ac subsultare, eademque affecta contrahi, & ut sensibile animal cogi, quæ sensibilitas non nisi animali inest, pleriq; tamen nondum animal esse dicunt, sed nutriri, & augeri, ut stirpes, & arbores, neque motum edere voluntarium, sed vibrationis, ut plantæ. *Fœtus parentis pars non est.* *Quæst. An sit animal illud quod in utero est.*

Asclepiades vero neq; animal esse, neq; non animal fœtum in utero autumavit, sed dormientibus simile quippiam ac sopitis, qui sensus habent, sed non utuntur, sed hos omnes profundius dormitare convincit citatus lib. Galeno adscriptus, & quidem si de toto gestationis tempore id intelligunt, prorsus commentitia tradunt, nam antequam fœtus in lucem veniat, introducitur rationalis anima, ut mox dicetur, ad quam vegetabilem ac sensitivam præcessisse necessum erat. Idipsum facile colligitur ex pœnis legibus illatis iis, qui aborsus causa extiterint, subinde quod in ventre constitutos fœtus leges hæredes legitimos constituunt, haudquaquam id effecturæ, nisi animal esset, quod in utero est. *Asclepiadis sententia.* *Pœna illata illis, qui aborsum movent.*

Actiones tamen voluntarias fœtus in utero non edit, &, quod magis mirabere, neq; oculis utitur, neq; auribus, neq; odoratus instrumento, aut gustus, neque pulmonibus, ventriculo, aut intestinis, neq; ano, neque pene, neq; manibus, pedibusvè; non n. erat, quo iret in illis materni uteri tenebris, neq; quo oculos flecteret, neq; cordis usu tùm eget, nam vitales spiritus per arterias umbilicales ad fœtum deferuntur, quarum auxilio respirat, sed neq; etiam vocalibus utitur instrumentis, non enim antè loquitur, aut plorat, quam in lucem veniat, tunc vero etsi ploret, lachrimas tamen non emittit: sicuti neque ridet, ut plurimum nisi post trigesimum solem, quod si antè risus eruperit, ominosum ac timoris plenum vulgo judicatur; Risus filioli mei tertio à partu die mihi nono sequenti in fletum, ac in summum mœrorem fuit conversus: *Actiones voluntariæ.* *Cordis usus in utero qualis.* *Vox.* *Risus & ploratus.* *Risus ante 30. diem ominosus.*

nam in eodem puerperio conjux chariſſima obiit: Alias infans cum primum plorat, vigilat; cum ante ridet, dormit indicans vitæ hujus infelicitates, futuræ autem jucundam ac lætam converſationem. Adhæc neque dentes in utero naſcuntur, ſed poſt editum in lucem infantem ſeptimo menſe naſci incipiunt primores, fereque prius parte ſuperâ, quod tamen perpetuum non eſt, quia nonnullis inferiores prius pullulant. Cæterum priores ſeptimo anno decidere ſolent, & alii ſuffici. Cum dentibus verò naſci, quemadmodum Marco Curtio Dentato ob id appellato, & Cn. Papirio Carboni præſtantibus viris contigiſſe ſcriptis proditum eſt, viris quidem non malum fuiſſe auſpicium priſci crediderunt, at in mulieribus infauſtum inauſpicatumq; ſemper extitiſſe. Imponuntur nomina ut plurimum ſeptimo die, cujus conſuetudinis ratio eſt, quia comitiali morbo plerique ante ſeptimum ſolem pereunt, ob id igitur die ſeptimo, tanquam eorum ſaluti magis credamus, nominibus inſigniuntur.

Dentes.

Cum dentibus naſci viris auſpicatius, fœminis infauſtum cenſetur.

Nominis impoſitio.

Quo tempore rationalis anima corpori infundatur.

Caput XVIII.

PRincipem vero illam animę partem, ac rationis particĩpem, quam mentem appellamus, eo tempore, quo fœtus incipit moveri, in præparatùm jam ac inſtructum infantis corpuſculum cõmigrare ſapientes omnes aſſeverarunt; verum cum in fœtu duplicem ex libr. Hippocratis & Ariſtotelis motum agnoſcant, alterum vitæ manifeſtativum, quem circa quadrageſimum quintum diem fieri arbitrantur: alterum partus præſagum, quem ſeptuageſimo, aut nonageſimo die evenire certum eſt, prout partus ſeptimeſtris, aut nonimeſtris futurus eſt, quidam à 35. uſque ad 45. rationalem animam advolare putant, & ſimul cum vita infundi. ſed quæ veluti igniculus immerſa materiæ ſupra modum humidæ nondum queat exercere vires ſuas, quia (inquiunt) completa organizatione, & conformatione mox anima actus ejus corporis eſt, cujus organizatio completa eſt. Huic opinioni cooperatur Mercatus, & omnis fere peripateticorum ſchola; Plurimi tamen eorum qui ſapientiſſimi habentur, non ante tertium, quartumvè menſem, quo tempore cor, cerebrum, jecur, non ſolum inchoata, ſed abſoluta jam conſummataque ſunt, commigrare in corpus autumant, talem enim,

Agitatur controverſia.

Duplex motus in fœtu.

Quorundã ſententia.

enim, & non qualemcunque conformationem perfectiſſimæ formæ convenientem eſſe: Ita quidem ſentit Ocha doctor dictus Angelicanus, cui adhæret Fernelius & Luſitanus, id quod itidem nobis probabilius videtur, nam ut docta eſt Ariſt. ſententia, non idem ſimul animal, & homo fit, ſed prius animal, poſtmodum verò homo; igitur etſi vivat fœtus 45. die, non propterea credendum eſt, perfectam illam formam rudi adhuc, & imperfecto corpori, neque plane conformato infuſam eſſe. Cæterum ut nec ſunt alia metalla à naturâ inſtituta, ut ex iis fiat aurum, ſicuti Chymici nugantur; ita nec cæteræ animantes, ut ex iis homo fiat, ideo cum in fœtu ſolitaria inerat anima vegetabilis, etſi fruticis inſtar vivebat, frutex utique non erat, neque cum anima ſentiens acceſſit, brutum is certe fuit, nō enim bos, aut leo, aut eorum quidpiam, ſed perfectiori modo, & vegetabat, & ſentiebat, inſunt enim hæ vires illi in ordinem ad rationalem, & quamvis per gradus ſive partes ingrediantur, tamen abſoluto jam homine nulla poteſt perire, reliquis ſalvis, tanta ſit earum connexio: quæ cauſa eſt, ut illi, quorum ſupra mentionem fecimus, primo conformationis tempore crediderint, fuiſſe rationalem animam introductam, quæ cæterarum virtutes contineret, & primò vegetativæ opera edidiſſet, ſecundo ſenſitivæ, tandem rationalis pro majori vel minore fœtus organizatione, & ſubjecti amplitudine: Quocirca, hi fortaſſis minus ſubibunt vituperationem, quam Averroes, qui in errorem multo intolerabiliorem ſe conjecit, quippe qui non prius mentem copulari corpori arbitratur, quam infantes omnes fœminas matres, viros patres appellare conſueverint, itaque ex mente illius in utero hominis generatio non fuit abſoluta, quia ſolæ genitæ fuerunt vegetativa & ſenſitiva, ſed quis credat mentem illum habuiſſe, cum hanc de mente opinationem effudit, & ſeipſo indignam, & à mente philoſophicâ adeo alienam, ut eam attuliſſ, eſit refutâſſe? nam ut dictum jam eſt, etſi rationalis anima, antequam fœtus in lucem veniat, & loqui, velle, ac intelligere incipiat, nullam ſui proferat actionem, illud quidem fit, quia humoris redundantiâ, veluti in lethargo aut ebrietate ſopitâ nondum poteſt, quæ ſua ſunt munia exercere. Porrò quamvis extrinſecus illa adveniat, neque poteſtate inhæſerit in ſeminis materiâ non propterea negandum eſt in humano fœtu quandam corporis præparationem, partium temperaturam, & compoſitionem à vi effectrice produci, quæ divinam illam mentem quodammodo elicit, atque con-

A. 2. de gen. anim. 3. Autoris iudicium.

Chymi corũ nugatio.

Formæ rerũ non permutantur.

Facultatum connexio.

Averroïs error.

Anima rationalis in infantibus ob humorũ redundantiam ſua munia non exercet.

Anima rationalis extrinſecus advenit.

que conſervat: requirit enim anima humana humanum corpus, & figuram; utrum vero appellente ſentiendi animâ, pereat vegetativa, & cũ rationis particeps acceſſerit, quæ omnium vim habeat, cæteræ intercidant; an vero eſſentia ſedibusq; diſtinctæ manentes, eidem famulentur & aſſideant, quod quidam minus appoſite exiſtimârunt, neq; virtualiter duntaxat, eminenter, aut formaliter eidem inſint, ſed realiter diſtinctæ ſeparatæq; maneant, non eſt præſentis operis definire, ſi modo hoc attentiuſcule expendas, cæteras ſive partes animæ, ſive ſpecies, ſive facultates ipſius nuncupaveris, ſive eidem qualibet prædictarum ratione ineſſe putaveris, diſtinctis ſedibus ſua obire munia vegetabilem ab Ariſtot. dictam, à Stoicis naturalem, à Platone concupiſcibilem, in jecore: animoſam, iraſcibilem, ſeu vitalem in corde: eam vero quâ ſentimus, ratiocinamur, & movemur in cerebro.

Anima humana humanum corpus requirit.

Anima facultates eſſentia diſtinctæ ſunt & realiter.

Diſtinctis ſedibus ſua munia exercent.

Jam vero rationalem animam juſſu Dei ab Angelo creari arbitrãtur nonnulli; Nam Hebræi novem angelorum ordines conſtituentes, per quos Deus univerſa, quæ ſunt in mundo, producat, in nono Cherubim collocant, per quos homines procreentur; alii non niſi ab ipſo ſolo ſummo Deo produci, quia ſolam eam unam virtutem, quæ nullam planè ad aljas vires proportionem habeat, quæq; fine careat, creationis opus, quo nullum aliud majus poteſt excogitari, poſtulare cenſendum eſt, utpote in quo ex nihilo aliquid fiat ſine ulla ſubſtratâ materiâ. Quod ſi dicas Deum primum eſſe animæ artificem, angelum vero inſtrumentum, neq; hoc quidem admittunt, quia creatio ſubjecto non indiget, neq; motu, neq; temporis impendiis; igitur neq; inſtrumento, neq; concauſa, ſed agente totali; agens vero totale in creatione angelum eſſe non poſſe, cujus natura terminata ſit, inſuper quia creatura eſt, quarũ nulla poteſt eſſe ita agens, ut nullius agentis ad productionem indigeat; ideoq; ſine medio à ſolo ſummo ac immenſo Deo animam creari. Ex dictis corruit eorum ſententia, qui animam ex traduce eſſe, ut ipſi loquuntur, confidenter diſputarunt, & ut caro ex carne, ſic animam ex animâ parentum propagari, non aliter atque ex uno lumine plura alia luminaria accendi ſolent; his ducti argumentis, quia non minorem virtutem videatur habere homo ad producendam ſuam formam, quam reliqua animalia minus perfecta; & quod ſi adhuc de novo novæ indies fierent creationes, mundus videretur imperfectus, nec ejus opus abſolutum ſeptem diebus, quod tamen habetur Geneſis 2. ubi ſcriptura ſa-

Anima rationalis à Deonè an ab angelo creetur.

A Deo ſolo creatur.

Occurritur obiectioni.

Dub. An rationalis anima ex traduce ſit.

ra sacra docet, Deum creâsse omnia simul, & cessasse die septimo ab omni opere, ex quo effici, omnes animas hominum postea creatas, fuisse aliquo modo in anima primi hominis. Non advertentes, formam aliquam esse ex traduce nil aliud esse, quam produci dependenter à potentiâ naturali materiæ, ita ut nec fieri, nec conservari possit extra materiam, at animam rationalem à corpore separatam permanere; & fuisse etiam antequam corpus ingrederetur, *formavit*, inquit sacra pagina, *Deus hominem ex limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*, ut ostenderet animam extrinsecus per divinam creationem infusam esse: Quod verò rationalis anima non educatur de materiæ potentiâ, non propterea est, quia homo minorem habeat virtutem, quam cætera animalia, sed quia rationalis anima, ad quam ordinantur dispositiones, quas homo in materia inducit, est longe præstantior cæteris formis rerum naturalium: homo tamen verè dicitur generare, non quod animam generet, nec enim ad rationem generationis pertinet productio partium, sed totius compositi, quod hoc ipso fit, quod partes invicem copulentur, & quia homo attingit hanc unionem partium, introductionemque formæ, alium hominem generare vere dicitur. Et sine ulla hæsitatione credendum est, totum opus mundi inferioris, septem diebus completum fuisse & absolutum; Et certe cum scriptura ait, Deum inspirasse in corpus hominis animam rationalem, non obscurè indicavit eam extrinsecus advenire homini, & à solo Deo creari, neque ex materia ulla, neque ab alio efficiente generari. Cum enim memoraret generationem animalium, refert jussisse, ac dixisse Deum, ut terra & aqua producerent animas terrestrium, & aquatilium animantium; ea ratione significans animas cæterorum animalium ex materia elementari esse productas: de anima verò hominis dixit esse à Deo insufflatam seu inspiratam, ut intelligatur eam diversæ conditionis esse, cujus non ex re aliqua corporea, sed ex solo Deo sit origo. Verum hæc & pleraque alia, quæ in hoc negotio mentis acie percipi non possunt, theologis discutienda relinquamus; quia multa involvunt, quæ non sunt hujus loci: hic satis sit, dicere animam rationalem, quia incorporea est & indivisibilis, ideo non posse ex alia anima propagari & quia immaterialis, ideo non posse ex ullâ materia procreari, aut multiplicari.

Huma-

Humanam sive rationalem mentem mortis expertem esse.

Cap. XIX.

Prisci animæ rationalis essentiam ignorarunt

HAud tamen inauspicate huic libello colophonem impositurum me puto, si de animæ rationalis immortalitate pauca addidero, qua in re cum plerisque omnibus prisci seculi philosophis Hip. ēt cespitavit animā nostram mortalem esse, & modo temperamentū modo sanguinem, & spiritum esse fœdissimè sibi persuadēs, *irrepit* (inquit) *in hominem anima, ignis, & aquæ temperamentum habens.* Ex 21. tex. 1. de dieta: *Si autem quis non credat animam animæ admisceri demens est, & hominis anima semper producitur, usq; ad mortem, si autem igneſcat simul cum morbo & anima corpus depascitur.* Hanc tamen Stoici assignabant differentiam, inter naturam & animam, quod naturam vocabant, quâ stirpes reguntur, animam vero quâ animalia, utriusque vero substantiam ingenitum spiritum statuebant; quo in loco liberandus venit Galenus à multorum calumniâ, præsertim Petri Vaetii Lusitani popularis nostri viri alioqui docti atque diserti, is enim illum taxat, imo insolenter execratur quod in commentariis præfati Hippocratis loci mortalem itidem animam rationalem esse profiteretur, quo tamen commentario nihil minus, si diligenter inspexeris, asseveratum reperies; ut verò veritas amplius inclareat, præter consuetudinem meam ejusdem Galeni verba adjungam, quæ ita jacent; *Neq; animæ substantiam me firmiter scire, mihi persuadeo, sive tota cerebri natura ex quatuor elementorum temperatione ad eam substantiam vel proprietatem reducta sit, per quam sensus motusq; voluntarii in animali primus auctor habeatur, & memoriæ & intelligentiæ sive quædam alia vis corpore vacans à nostro conditore cerebro indita fuerit, & morientibus animalibus recedat, nullam hac de re firmam rationem habeo, quin & eos, qui de hoc quippiam affirmarunt, audaciâ magis quam sapientiâ nobis antecedere existimamus.* Hæc Galenus, quibus eq̄idem non video, quâ ratione animæ immortalitatem deneget, quin potius in contrariam sententiam propensus videtur. Autor vero libelli de spermate, sive is Galenus, sive quis alius extiterit, palam concludit cum Porphyrio, animæ differentias firmas & immortales esse, differentias vero corporis mortales,

Hipp sent. l. diet. tex 8

6. epid p. 5. tex. 5.

Anima à natura qui differat secundum philosophos.

Liberatur Galen. a calūnia Petri Vaetii. c. 2. mod. comment.

Galen. fatetur se ignorare animæ essentiam.

Porphyrii sententia.

tales, ac in homine incorpoream ſubſtantiam & immortalem in ſubſtantiâ mortali reperiri: Quare non erat, quod Vaetius nimis petulanter litem adeo iniquam Galeno intenderet. Cæterum multo deteſtabilius execrabiliusq;, quam Hippocr. & Stoici, Epicurus ſummus philoſophus, & poſt eum Lucretius Epicurearum opinationum pertinax ſectator, animam mortis lege ſolutam non eſſe mordicus credidit, & ſcriptum reliquit, ita poſt pleraq; lemmata & nugas varias concludens:

Epicuri opinio execrãda.

Lucretius.

Quapropter neq; natali privata videtur
Eſſe die natura animæ; nec funeris expers.

Cujus cavillationibus, quia ſuâ futilitate corruunt, ſatisfacere haudquaquam immoraremur, niſi hanc de animarum interitu vanam opinionem improbi, ac infeliciter nati atheiſtæ fœdiſſimè uſurpaverint, ideoq; non mirum ſi ſceleſtiſſimi evadant, vix enim, aut ne vix quidem quiſquam poteſt ritè ac piè vitam inſtituere, niſi & Deum eſſe ſentiat, & animam immortalem; quicunq; enim ſine Deo fuerunt, & animam putarunt cum corpore interire, omnes fere perditiſſimis fuiſſe moribus, memoriæ proditum eſt, quippe qui ſubindè de omni bono futuræ vitæ deſperantes, & nihil poſt mortem mali timentes, omni ſceleRum generi ſemetipſos tradiderunt; *erimus*, dicunt, *tanquam ſi non fuerimus, venite ergo, & fruamur bonis quæ ſunt in terra*; cui conſimile Sardanapalitium illud eſt: *Ede, bibe, lude, & cum te mortalem noveris, mortalibus exple delitiis animum, poſt mortem nulla voluptas.* Valeant tamen inſipientes, qui non pluris fieri ſunt digni, quam ipſi faciunt animam ſuam. Ex his verò, qui naturalibus rationibus de hoc negotio penſiculatius, imo profundius philoſophati ſunt, Heraclitus incorpoream: Alcmæon immortalem: Plato plane divinam eſſe animam noſtram diſputarunt, cujus ratio in ſummâ eſt hæc: anima ex ſe movetur, quod autem ex ſe movetur ſemper movetur, quod ſemper movetur, immortale eſt: quibus Ariſtoteles digitum attollens, hanc alteram rationem addit, corruptibilia tempore ſeneſcunt, intellectus tempore non ſeneſcit, imo procedente ætate, ſcientiæ ac ſapientiæ incumbentibus melior evadit, eſt igitur incorruptibilis, neque enim ſenectus eſt, quia anima quicquam paſſa eſt, ſed quia id, in quo eſt, aliquid paſſum eſt, etenim ſi ſenex talem reciperet oculum, qualem juvenis habet, videret procul dubio, ſicuti juvenis: Inſuper confirmatur id ipſum, quia non inveni-

Epicureorũ & atheiſtarum confutatio.

Epicureorũ dictum.

Aliorum ſententia.

Plato qua ratione probet animæ immortalitatem.

1. Ratio.

Ariſtotelis.

2. Ratio.

3. De animæ immortalitate.

 tur cor-

tate rationes probabiles.

tur corruptio, nisi ubi sunt contrariæ qualitates corrumpentes, ideoq; cœlestia corpora corruptionis expertia censentur, has igitur cum anima non habeat, incorruptibilem esse fatendum est: Quid? quod

4. appetitus naturalis frustra non est, & homo naturaliter appetit perpetuò manere; nam ab omnibus expetitur esse, secundum quod cognoscitur, homo autem agnoscit, non solum sicuti brutus secundum

5. hoc tempus, sed secundum omne tempus: Adhæc si generabilis esset & corruptibilis anima, omnes ejus operationes forent purè naturales, ita ut posito objecto, secluso que impedimento necessario intelligeret, sed operationes ejus sunt merè liberæ, ac voluntariæ, neque posito objecto obit operationem suam, quia magis aut minus intendit ad rem, pro voluntatis imperio; est igitur immortalis. Hæc breviter sunt, quibus sine fidei radio naturales philosophi animæ immortalitatē artificiosissimè collegerunt, sed omnium profectò rationum, quæ in hoc negotio formari possunt. Sanctissimus domini timor sit complementum, & basis; enimvero si quis Deum opt. Max. revereatur, timeat & animo secum posito profunda & abscondita ejus attentius rimetur, sui animi divinitatem facile percipiet, è converso quicunque quolibet Thiresiâ cæciores animam immortalem esse negant, negent necessum est Deum humanarum rerum esse procuratorem, ac judicem, si enim justi migrant, affecti injuriis, & laboribus; improbi vero gaudiis, & rerum omnium abundantiâ saturi; neq; post mortem aut beneficium est aut supplicium, quænam esset in cœlo pietas, quæ justitia, quæ & malos puniat, & præmiis bonos afficiat? quamobrem, ad defendendam ineffabilem bonitatem, & justitiam Dei, fateri necesse est, animam immortalem esse: *non mortui laudabunt te Domine*, scribit Propheta, ex quo constat, Deum celebrantes in nihilum reducendos non esse, sed præmia habituros; Ideo Sapientiæ 2. *Creavit DEVS hominem inexterminabilem ad imaginem, & similitudinem suam fecit illum*; ubi de homine differit juxta animam, non autem juxta corpus, ut ex literâ patet, & per inexterminabilem immortalem legunt pleriq; omnes, juxta quam animam in homine imago sita DEI est, sic enim ait, *judicarunt honorem animarum suarum, & non vidistis imaginem mei*, quod de imagine incorporeâ, ac divinâ, quæ oculis corporeis videri nequit, intelligitur, & clarius c. 3 sequenti: *Justorum*, inquit, *animæ in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum mortis*, Sed multo apertius Esaiæ 26. *Vivent mortui, interfecti*

Dei opt. Max. timor immortalitatē docet.

Animam esse immortalem ex sacris literis comprobatur.

fecti mei resurgent, expergiscimini: & laudate, qui habitatis in pulvere. Daniel: *Multi de iis qui dormiunt in terræ pulvere resurgent alii, in vitam æternam, alii in opprobrium sempiternum.* Ac Baruch. 3. *Qui argentum fabricant, & solliciti sunt, neq; est inventio operum illorum, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum surrexerunt.* Veriſſima igitur ac certo certior de animarum immortalitate ratio eſt iis, qui radio veræ lucis deſtituti non ſunt, cum hoc tamen evidens demonſtratio ad id probandum formari minime poteſt, quia quod ſub fidem cadit, etſi veriſſimum ſit, apertâ ratione vallari nequit, eſt enim fides habitus verus, &certus, ſed non evidens; Eſt tamen ſimplicitatis fides multò præſtantior, quam curioſitatis perſuaſiva ratio, nec enim humano intellectu capiuntur, niſi quæ prius in hominis ſenſu fuerant, & quæ intellectus non capit, ea nec ratio diſcutit, nec rationis diſcurſus judicat, nec valent naturalia, qualia demonſtrationis præmiſſæ ſunt, dirigere divina, aut ea ullâ ratione poſſunt demonſtrare humanitus ſcibilia; Cui rei rectè accommodari poteſt illud Ariſtot. Stultum eſſe æqualem omnibus rebus evidentiam exigere, in naturalibus quippe diſciplinis minor eſt, quam in mathematicis, & in moralibus minor adhuc, quam in naturalibus; à nobis vero adductæ morales ſunt, nam quæ naturæ vires excedunt, ea demonſtrationum cancellis coarctari minimè queunt; triumphent hæc, ſi fas eſt, ſyllogiſmorum artificia in naturâ, & humanis inventionibus, atq; figmentis; In divinis magis ſunt contemplationibus detrimento, quam lucro: Furor enim eſt quærere quæ noſtris mentibus excellunt, ſiquidem & in ipſâ naturâ multa ſine controverſiâ veriſſima reperies, quorum rationem reddere non poſſis, ut quod magnes ferrum alliciat, ſtruthiocamelus idem concoquat: veratrum, & cicuta ſit homini venenum, coturnicibus, & ſturnis alimentum, quorum quidem, & ſimilium qui rationem quæritant, ſimul cum ratione ſcientiam tollunt. Hæc autem, etſi præter inſtitutum adnotâſſe libuit, ut ſiquidem de hominis conformatione ſermo eſt, de alterius illius partis, & ejus quidem præcipue excellentiâ non ambigatur, & ut obiter execrabiles Atheiſtarum errores funditus evertantur, quibus breviter appunctis ad penſum redeo.

Daniel. 12. Baruch. 3.

Prime etb.

FINIS LIBRI TERTII.

Roderici à Castro Lusitani Philosophiæ ac Medicinæ Doctoris

De natura Mulierum

Liber Quartus.

De partu & lacte.

Quid partus, & cur sola mulier incertum habeat pariendi tempus.

Caput I.

POstquam abunde explicuimus, quâ ratione hominis generatio contingat, fœtus in utero conformetur, & ad partum moveatur, jam tempestivum est, ut de ipso partu, & de lacte quo fœtus in lucem editus enutritur, sedulâ disquisitione consequenter perscrutemur. Ac de primo quidem multa sese offerunt consideranda, quid nimirum nomine partus intelligamus? & cur, cum cæteris animantibus constitutum à naturâ sit pariendi tempus, nullum tamen sit certum mulieribus definitum? cur septimestres, & octimestres non raro edantur? cur illi vitales sint, hi vero minime? quâ tandem ratione dies, mensesque in uteri gestatione dinumerari debeant? Et num ad undecimum usque mensem gestari fœtus in utero salubriter possit? Quia vero, quicunque cum demonstratione quippiam perquirunt, ab ipsius rei essentiâ ordiantur necessum est, partum esse primo statuimus geniti in utero infantis, atque jam perfecti in lucem

Quæ de partu hoc libro tradenda.

Partus definitio.

cem editionem : non me latet aliquando pro ipsâ gestatione usurpari, qua ratione Plinius, *cæteris* inquit *animantibus, statutum pariendi, & partus gerendi tempus est.* Et Arist. *cætera animalia omnia singulari ac simplici modo partum suum perficiunt.* Accipitur etiam pro edito in lucem infante, ut apud Hippocratem innumeris in locis videre est. Nos verò pro ipso potissimum pariendi actu partus nomen usurpamus, tum & de edito in lucem infante, cum quærimus, cur septimestres, octimestresq; nascantur, & quinam eorum vitales sint. Porro partus actio est partim quidem uteri, partim verò ipsius fœtus, uteri quidem quoniam ille offensus gravitate adaucti fœtus, & excrementorum redundantiâ propria vi expultrice fœtum in lucem ejicit, fœtus verò, tum quod auctior satis alimenti à matre non accipit, tùm quod plus calidi nativi jam habens magis quoque refrigerari postulat, quamobrem cum non sufficiat spiritus maternus, qui per arterias illi subministratur, concitatur ad exitum, ut auctor est Hippocrates lib. *de natura pueri.* Ex quibus liquido constat, naturalis partus triplicem esse causam, primam respirationis defectum, quia calor cordis adeo crevit, ut diutius sine ampliori ventilatione vivere non possit : alteram defectum alimenti, quia id, quod à matre sumit, jam ei satis non est, ideoque cogitur quod deest, aliunde disquirere, atque ita calcitrat, acetabula disrumpit, & matri pariendi initium affert : Tertia causa est loci angustia, quoniam uterus ipsum fœtum jam grandiorem factum non capit : qua identidem ratione volucris pullus non habens sufficienter, unde vivat, fortiter movetur, in ovo uberius alimentum quæritans, ac pelliculas disrumpens, quod ubi mater sentit, putamen scalpens, pullum vehementer motũ exedit: sic ẽt in humano utero ruptis membranis, ichor prodit multus & cruenta quædam; ac dum vincula disrumpuntur, dolores varii parturientes divexant, majores, si primiparæ sint ob dolorum insuetudinem, & viarum majorem coarctationem Hippocrat. cit. Quo in loco dubitare occurit, cur sola mulier in partu maximos sustineat labores, reliqua animalia partus cruciatibus non premantur, (hoc enim præter experientiam testatur Aristoteles?) Quod theologi asscribunt peccato primæ mulieris, nã extat scripturæ locus, *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios*, ex quo constat, voluisse Deum eum sexum, qui fuit mortis causa, hujuscemodi subjici calamitatibus; tres insuper naturales causæ possunt assignari ejusdem eventus : Prima est, debili-

P. 7. naturalis hist. 5. A. 7. de hist anim. 4.

Pariendi ratio.

Partus causa tres.

Partus dolores unde fiant.

Dub. cur sola mulier in partu maximos sustinet dolores. 7. de hist. anim 9. Genes 3.

Doloris in partu causa naturales tres

debilitas fœminarum humani generis, nâm in genere brutorum fœminæ plerumq; maribus robustiores sunt, at in humana specie contrà se res habet, ideo enim mulier magis timet, irascitur, mœsta redditur, ac dolore afficitur, quia facilius patitur, partus autem, teste Hippoc. tum infantis, tum etiam prægnantis vigorem exigit. Altera ratio est, quia bruta animalia sunt laboriosa, mulier sedentariam vitam degit, & otiosam ac delitiis deditam; quamobrem magis in partu quàm bruta laborat, quod inde planum fit, quia inter mulieres eæ quæ laboribus, & exercitiis magis assueverunt, ut Belgæ, & Germanæ facilius pariunt.

5. aph. 55.

Caput in utero homo ad sui proportionẽ habet maius quã bruta pueri nasci cur dicantur. 20. de an. 4. de gen. an. 4.

Tertia ac præcipua causa est magnitudo capitis fœtus humani, nam teste Alberto Magno, homo ferè in utero habet totam capitis magnitudinem, quod ex Aristotele suscepit, qui pueros omnes nanos vocat, eò, quod habeant pergrande caput proportione sui corporis, præsertim in utero, extra quem parum aut nihil crescit, bruta vero in utero caput non habent adeo magnum, si ad suum corpus conferatur; quia vero caput est, quod primò exit, ideo fit, ut magna difficultas insit mulieri, & quamvis Aristotel. cit. bruta etiam pumiliones esse scribat, & habere supernas partes inferioribus multò majores, tamen in utero nõ tanta est capitis ad reliquas partes magnitudinis differentia, quanta in homine, nam ad huc extra uterum caput illis multum augetur, cujus rei ratio est, quia cum caput sit sedes animæ præcipua, ut recte sentientes confirmant, & tota anima simul ingrediatur, æquum omnino erat, ut præcipuum ejus domicilium illicò vel perficeretur, vel parum à perfectione sua abesset.

Partus non morbus sed crisis est.

Gestatio est veluti morbus.

Considerant pleriq; omnes partum veluti quendam morbum, id quod ex Hippo. colligunt lib. de septimestri part. dicente, *Mulieribus & fœtuum conceptus, & abortiones, & partus, eodem tempore judicantur, quo & morbi, & sanitas, & mors cunctis mortalibus, sed omnium istorum alia quidem diebus, alia mensibus, alia dierum quadragenariis, alia vero annuo spacio evenire videntur*, quo tamen in loco Hippoc. potius gestationem ipsam morbum vocare eumq; longinquum mihi videtur, partum vero crisin, quod qui attentiusculè collimaverint, perspicere haud difficulter poterunt, sed quâ ratione idipsum intelligendum sit, fusiùs inferiùs explicabitur. Nunc cur homo solus, non uno, sed incerto ac vario gignatur spatio pervestigemus, quãvis enim controversum adhuc sit, an etiam aliis mensibus salubriter nasci possit, sexto nimirum, undecimo,

Mulier sola non habet statutã pariendi tempus.

& duode-

& duodecimo, tamen septimo, decimo, &, quod ut plurimum evenit, nono vitalem in lucem exire inter medicos omnes atq; philosophos convenit. At vero capra, & ovis, quinto mense semper; sus quarto; asina, & equa undecimo; elephas secundo anno, & ita reliquorum animalium singula certis temporibus pariunt, quod multis in locis scriptum reliquit Aristot. præsertim vero undecimâ sectione problemat. ubi hæc jacent verba; *Et cum cætera animalia omnia singulari ac simplici modo partum suum perficiant (unum enim pariendi tempus constitutum omnibus est) homini uni multiplex datum, nam & septimo, & octavo, & nono parere potest, & quod plurimum est decimo, nonnulla etiam undecimum tangunt*, quod etiam Plinius confirmat; & ipse Aristoteles de naturâ animalium per totum, quanto tempore singula animalia fœtum gestare soleant abundantissimè explicat. Hujus autem in muliere varietatis, à variis variæ traduntur causæ; quidam enim id referunt ad primum infantis motum qui fit in vtero, juxta quem cætera gestationis tempora regulari autumant; nonnulli ad formationem ipsius, quæ quibusdam celerius, quibusdam tardius accidit, & prout tempestivius aut serius conformatur, celeriùs etiam aut tardius movetur, ac tãdem (uti diximus) triplicato tempore motus in lucem venit: si vero causam quæras, cur hi seriùs, illi temporiùs conformentur ad seminis genitalis naturam, aliam atq; aliam id referunt, nec immeritó, nam quemadmodum in genere tritici est quoddam semen quod tribus mensibus fructificat, unde & trimestre vocant, aliis setaneũ; quoddam vero quod mensib., pluribus ut docta est Fracastorii sententia lib. Ge simp. & antipat. ita in genere humani seminis quoddam esse credibile est, quod temporiùs proveniat, aliud quod seriùs, cujus quidem rei argumentum est, quod plurimæ fœminæ, ex diversis maritis variis temporibus partus suos ediderunt, quod de Vestilia plinius memoriæ prodidit, quæ ex Herdicio, Pomponio, & Orfito fœtum alium octavo, alium septimo, alium undecimo mense peperit. Tertia ab aliis causa assignatur, quod cæteris animantibus statuto tempore insit ad generandum appetitus, quo prolis amore ad Venerem concitentur, alioqui quieta, homo vero ad concumbendum nullum certum habeat tempus ac designatum, sed toto anno, & ex incertis spatiis non solo naturæ justissimæ motu, atque impulsu prolis gratiâ in Venerem feratur, sed explendæ magis cupiditatis causâ incertos habeat, & inordinatos ad Venerem motus, pro seminis genitalis

Brutis varia pariendi tempora.

41. & 7. de hist. ani. 4.

Varia huius eventus causa.

Varii infantu motus primi.

9. de hist.

Optima similitudo.

Seminibus mani varia natura.

Incerti & inordinati ad Veneris motus.

in vasis collecta copiâ, vel succulentiori corporis habitu, & pleniori victus ratione: vel depravatâ inferiori animæ parte (quam concupiscibilem vocamus) unde fit ut cujus generationis initia tam incerta inordinataque fuerint, ipsa quoque tum gestatio, tum editio, non uniusmodi sit, sed incerta, varia, & inconstans. Quarta adhuc causa est, quod perquam varia sit victus institutio, variaque imaginativa virtus, ac tandem variæ animæ passiones, quibus mulieres toto gestationis tempore afficiuntur; Brutorum verò simplex, & uniusmodi est victus, ac vitæ ratio, nec animi perturbationibus, & imaginationibus, perinde ac homines, obnoxia sunt, ideo & gestationis, & editionis sua habent tempora præfinita, intra quæ fœtum perficiunt, & in lucem edunt, quâ ratione ductus Gentilis 4 o. extravag. speciem humanam sortiri magnam diversitatem in individuis prodidit, propter diversum temperamentum, cibum, ac vivendi modum, adeò ut ex mente Algazelis plerique hominum ex præstantiâ intellectus perveniant ad intellectionem substantiarum angelicarum, alii ex hac diversitate cum brutis participent. Quintam etiam eamquè non minimam adjungimus causam, quod coitu (quem mulierem solam prægnantem inter reliqua animalia tolerare diximus) tempore gestationis idem quod satis, & vinearum gemmis accidit, quæ si quis, dum in terræ gremio foventur, aratro proscindat, semētem aut gemmas, aut disperdet, aut saltem fructificationis tempus variabitur, quo eodem modo mulier, si gravida cōcubitu agitetur, tēpora conturbat, ideo natura solicita propagationis, & conservationis humani fœtus voluit, ut non unum solum tempus haberet, ne forte periret si tardius aut temporiùs exiret. In cujus rei explicatione solito placuit paululum immorari diutius, quia non parum afferet emolumenti, ad elucidationem eorum, quæ de legitimis partus temporibus cudenda erunt.

Variæ animæ passiones

Concubitus per gestationem agitatio.

Quo tempore contingat naturalis partus, & à quo legitima computatio sit ineunda.

Caput II.

Computatio à quo.

COmputatio communis partus à die conceptionis auspicanda erit, dummodo is possit accuratè cognosci; hujus autem certissimum

mum indicium erit, si ex unico cum viro congressu concepit mulier, quod si pluries congressa fuerit, & partus perita, ac cognoverit quando genitura non exciderit, certo etiam scire poterit, quâ die intra se conceperit, Hippocrates libro de genitura. Adhæc mulier, cum concepit, statim horret, calor, & dentium stridor consequitur; convulsio occupat tum articulos, tum totum corpus, & alia adsunt signa, quæ lib: hujus operis 3. cap. 10. luculentius adduximus; quibus si expiscari possumus conceptionis præcisum diem, ab illo incipi debet computatio, sin minus à menstruis, non quidem ab iis, quæ ultimò fluxerunt, sed ab eo die, quo primum defecerunt, cum tamen fluere debuissent, ac expectarentur; quia vero perrarum est, diem conceptionis esse ipsummet diem, quo menses fluxerunt, sive primum sive ultimum intelligas, ideo si computatio fiat à menstruis fluentibus, semper ferè producetur partus ultra novē menses, hoc est, ultra 200. & septuagesimū diem; si autem fiat à menstruis deficientibus, semper quidem attinget nonum mensem, parietque post 270. dies, sed nonnunquam exceptis tot, quod præcesserunt à die conceptionis usq; ad diem deficientium menstruorum. Porro dicimus mulierem, si recens purgata conceperit, parituram initio noni mensis: si cum jam menstrua imminerent, in fine: si inter hæc, medio mense, quia ut statim post novilunium sata temporius ad maturitatem perveniunt, post plenilunium serius, sic etiam fœtus ob majorem vel minorem uteri vigorem, ut plurimum tamen intra nonum, & raro ultra 270. aut ad summum 280. diem ex Hippoc. mente producitur, nam legitimum pariendi tempus in communi hominum naturâ nonum mensem esse constat, secundum obtinere locum decimum, & post hunc septimum. Hi enim tres ex naturâ & judiçandi ratione efficaciſſimi sunt, & maxime potentes, ita tamen ut qui initio noni mensis editus fuerit, id est, à decem ultimis diebus octavi ad decimum usq; noni, vix profectò vivere queat, aut si vitalis existat væsanus, & valetudinarius sit? at vero à decimo die noni ad decimum usque decimi mensis vitalis, & benè valens prodeat, nam quantò magis de complemento noni participaverit, tantò perfectior erit; Et de septimo quidem extat lex septimo mense ff. de statu hominum, ubi à Paulo ita sancitum legimus, *Septimo mense nasci perfectum partum jam acceptum est propter autoritatem doctissimi viri Hip. & ideo credendum eum, qui ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum*

die. auspicā da.

Conceptus nota.

Legitimum pariendi tē pus.

Nonus mē sis.

Quanto magis de complemēto nō niparticipat partus, tanto perfectior Septimus. Decimus.

esse filium. De decimo vero est etiam Hippocratis testimonium lib. de octimest. partu, & Aristot. cit. Et Sapientiæ 7. *Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, & semine hominis,* qua ratione Vergilio inquit:

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Comicus etiam Plautus: *Tunc illa quam compresserat, decimo post exacto mense hanc peperit filiam.* Porro de tribus supra memoratis mensibus, nono, decimo & septimo, sententia omnium calculis comprobatur, an vero aliis etiam vitales partus nascipossint, magna cõtroversia est, nã potior scriptorum pars octavo vitalem non edi conspiranter profitetur, preterquam in Ægypto, & Hispania, atq; aliis in locis, ubi mulieres fertiliores esse, Avicenna autor est, in lib. de natura animalium. De undecimo vero, ac duodecimo pugnaciter contenditur, non inter philosophos modo, ac medicos, sed inter peritiores jurisconsultos; nam Hippoc. pugnantia reperiuntur loca, quia lib. de natura pueri, longissimum terminum ponit decimum mensem, & lib. de octimestri partu undecimestres admittit; Aristoteles vero nonnullos undecimo contingere asseverantius dicit, cui cooperatur Plinius, qui Vestiliam ut supra memoratum est, ex Cajo Herdicio, Suilium Rufum undecimo peperisse mense, memoriæ mandavit; quinetiam à Gellio scriptum est, fœminam bonis, ac honestis moribus, nec ambigua pudicitia undecimo mense post mariti mortem peperisse, delatâ causâ âd imperatorem Adrianum, decrevisse undecimi quoque mensis posthumum (sic enim appellat partum à morte patris editum: ut proculus dicitur qui patre peregre absente editus est, & opiter, cui superstes est avus mortuo patre, vopiscus vero è geminis, qui retentus utero nasceretur, altero interempto ab ortu) legitimum judicandum esse, cui tamen decreto contrarium aliud factum est á Justiniano; & Ulpianus, lege, intestato ff. de suis, & leg, hæred: post decem menses natum ad legitimam hæreditatem non admittit, & quod omnes pene negant, ad duodecimum usque pervenire posse. Homerus summus non Poeta duntaxat, sed etiam philosophus innuit, qui Neptunum puellam à se recens compressam, sic alloquentem introducit:

Gaude hoc amplexu, nam cum se volverit annus,
Formosum puerum paries.

Sed enim, si Deo placet, Plinius secundus scriptis mandavit, possessionem datam esse contra secundum hæredem puero, qui natus fuerat decimo

Octavus.

Dub. An undecimo ac duodecimo mense vitalis partus ac legitimus fit. 7. de nat. anim. 4.

Adriani decretum de undecimi mensis partu.

Posthumus.

Proculus.

Opiter.

Vopiscus.

Duodecimus.

Decimus tertius.

decimo tertio menſe. Et Mercatus ex ſententiâ aliorum addit, quinto etiam aliquando robuſtum infantem prodiiſſe, cum potiùs vix ſexto quidem vitam retinere poſſit, quia nondum juſtæ eſt perfectionis, ut planum jam jam fiet. Porro qui fœtus tardius poſt nonum menſem naſcuntur cordi dicuntur à Plinio. Septimo vero natus vivit, quia ſatis perfectus exiſtit: octimeſtres raro ſuperſunt, cujus rei ratio eſt, quia ſeptimo movetur infans ad partum, quo tempore ſi validior fuerit, prodit; ſin minus, ex motu debilior redditus, in utero manet, donec per duos ſequentes menſes ſatis invaluerit; quod ſi ita debilis, ſequenti, hoc eſt, octavo menſe ad partum procedat, vivere omnino nequit, tum propter eum motum, ac proximum laborem, quo nimirum debilitatur, tùm quia octavus menſis, Saturno proprius eſt, hoſti eorum omnium, quæ vitam accipiunt.

Quintus ac ſextus.

Cur ſeptimo vitales, octavo non ita.

Varię menſis acceptiones; enarratur etiam de legitimo partu Hippocratis ſententia.

CAPUT III.

HÆc tamen pinguiori Minervâ ſic pronũtiata, quia ambigua omnino ſunt & multis tenebris ſubmerſa, altius, & à primâ ſuâ origine fuſiori oratione explicandà erunt; & quia graviſſimorum ſcriptorũ, atq; adeo ſapientiſſimi ſenis Hippo. pugnantes locos reperiri diximus de menſe, in quo legitimus partus eveniat, illud inprimis cudendũ venit, menſis nomine aliquando intelligi ſolarem menſem, id eſt, ſpatium illud temporis, quo ſol in unoquoq; ſigno zodiaci detinetur, & triginta dies complectitur: Nonnunquam vero lunares, qui triplices ſtatuuntur, ſinguli dierum numero inter ſe differentes. Primus eſt menſis coitus Lunæ, qui etiam dicitur civilis, ſeu congreſſionis, & eſt ſpatium illud temporis, quod habetur ab uno lunæ cum ſole congreſſu ad alterũ uſq;, quod quidem conſtat viginti novem dierum ac dimidii ſpatio; alter, qui propriè lunaris dicitur, definitur lunæ ab uno zodiaci puncto in idem punctum profectione, & reditu, in quo certè luna viginti ſeptẽ dies cum horis octo inſumit, & is vulgo progreſſionis, peragrationis, & à Ptolomæo longitudinis menſis nuncupatur. Tertius dicitur menſis illuminationis, impreſſionis, ſeu apparitionis, ut vocat Galen. quod tùm luna à ſole ſejuncta eſt, ſpatio tãto, ut acceptũ ab ipſo lumẽ impartiri

Menſis nomine quodnam ſpatiũ intelligatur.

Menſis ſolaris.

Menſis lunaris triplex.

Menſis coitus vel civilis.

Menſis peragrationis.

Menſis illuminationis.

impartiri subditis corporibus possit, eaq; vehe menter afficiat, vimq; suam imprimat, quod sanè intervallum cæteris brevius esse apertissimum est, continet enim sex ac viginti dies, & horas 12. & fit à 1. (quod viginti novem dierum cum dimidio esse diximus) si subtrahamus tres circiter dies, quibus sub sole delitescens atq; abdita luna lumen nobis suum communicare nequit, ideoq; hi tres dies à Galcit. occultationis, à scriptoribus, illunes dicuntur, quasi sine lunæ splendore. Illud insuper prætereundum non est, quod plurimum facit ad hujus rei elucidationem, Hippoc. partus tempus per hebdomadarum decadas computare, constat autem unaquæq; decas 70. diebus, hebdomada vero septem totos integros dies complectitur. Cum igitur Hippocrates lib. de carnibus affirmat, septimestrem puerum legitimè natum esse, & continere tres hebdomadarum decadas, quæ ut è proximè dictis constat, conficiunt ducentos ac decem dies, fatendum omnino est, gestationem in utero matris solaribus mensibus eo loci metiendam, quorum singulis triginta dies tam in septimestri, quam in nonimestri partu respondeant, vel saltem lunaribus civilibus, si forte dicas, antiquos præsertim græcos (quæ multorū sententia est) annum totum ad lunæ rationem subduxisse, & alios menses non habuisse, quam lunares, nondū redacto anno in eam formam, quæ nobis usui est. Hos igitur ducentos ac decem dies, si septenario numero partiaris arithmetica computatione triginta constabunt, aut si triginta dies septenario ducas, ducentos ac decem conficies, septies enim triginta hunc dierum numerum complent, ut novies triginta ducentos & septuaginta, Hanc quidem mensium supputationem sequitur Avicenna, Jacobus de partibus, & Fuchsius, & deducitur ex eodem Hippocrate lib. de alimento, ubi ita scribit, *Cumq; triginta soles fœtum formant septuaginta movent, decem & ducenti perficiunt*, quæ si diligenter perpendas, eundem Hippocratem per seipsum facile conciliari videbis, ex quo loco obiter notandum, solis etiam circultus Hippocratem considerasse, Jam vero cum ipse lib. de octimestri partu, decimestres & undecimestres partus ex septem quadragenariis fieri prodidit, etsi primâ facie sui immemor atq; contrarius videatur, nihil sane contradictionis est, quia ibi menses intelligit propriè lunares seu progressiones, quorum decem, undecimq;, haud multo plures dies conficiunt, quam novem solares, nam ex solaribus septem quadragenariis novem

Diesillunes Decas et hebdomada quot diebus constant.

Hipp. locus elucidatur lib. de carnibus.

Hipp. locus lib. de octimestri partu enarratur.

vem

vem tantum conficiuntur menſes, & decem dies, quorum unusquisq; conſtet 30. diebus; dies vero 24. horis, ut ſubducenti facile patebit; ſepties enim quadraginta conficiunt ducentos, & octoginta, qui ſi per triginta dividantur; novem menſes emergent, & dies decem ſi vero eundem numerum 280. per 27. & tertiam unius partem, id eſt, horas octo diſtribuas, qui quidem eſt numerus dierum menſis peragrationis, decem menſes reperies, & ſex dies cum dimidio, decies enim $27\frac{1}{3}$ conficiunt $273\frac{1}{3}$. Quia igitur partus, qui ducenteſimo octuageſimo die eduntur, non multum ſuperant decimum menſem, decimeſtres vocat, & quia jam ſeptimum ferè diem undecimi attingunt, vocat etiam undecimeſtres, cuilibet igitur Leberide cæciori jam in propatulo eſt, eundem dierum numerum, qui efficit novem menſes ſolares, decem, undecimq; lunares conficere, neque apud Hippocratem hos partus decimeſtres, & undecimeſtres, quorum meminit lib. de octimeſt. partu, diverſos eſſe ab illis, quos libro de carnibus dicit novem menſium, & decem dierum partus eſſe, & habere ad hebdomadas quadraginta numerum exactum, fere enim idem numerus dierum, qui continetur in novem menſibus ſolaribus, aut civilibus additis decem diebus continetur, in decem, undecimq; menſibus progreſſionis, quos locò, quem hic enarramus, ab Hippocrate, intelligi luce meridianâ clarius eſt, quia inquit, ex dimidio anno ſeptimeſtres fieri; at vero medietas anni ſex tantum menſes continet ſolares; ſeptem lunares progreſſionis, hos ergo intelligit, & non illos, continet enim media anni pars 182. dies cum dimidio, qui numerus ſeptimum lunarem menſem fere conficit, eſt enim 182. dies ſeptimi menſis lunaris decimus octavus; quod ſi tertiam menſis lunaris differentiam accipias ſeu illuminationis, jam propemodum abſolutos eſſe 182. diebus ſeptem comperies menſes. Hanc eſſe germanam hujus loci explicationem adhuc comprobatur, quia inferiùs ſcribit, ducentos, & octuaginta dies undecimum menſem apprehendere, quod ſolùm de lunari progreſſionis intelligi poteſt, merito igitur, ac iuxta Hippocratis placita c. ſuperiori à decimo die noni menſis qui fere quinquageſimus ſupra ducenteſimum à conceptione uſq; ad decimum diem decimi, qui eſt 280. legitimum ac maxime vitalem partum fieri pronunciavimus, quia is numerus nonũ menſem, & initium undecimi lunaris attingit, de quo quidem menſe intelligendi veniunt Ariſtoteles, & Plinius, ſupra cit di-

Decimeſtres etundecimeſtres lunares eundẽ numerũ dierũ continent ac nonimeſtres ſolares Media annĩ parte nati 7 menſe naſcentur.

cit. dicentes legitimos partus ad decimum, & undecimum menſem pervenire.

Partus terminus latitudinem habet.

4. Aph. 1.

Quod vero partus terminus latitudinem habeat, à decimo noni menſis die uſque ad decimum decimi, ex eo diſces, quia ſicuti laudabilis criſis dicitur, quæ in toto critico contingit die, etiamſi anticipetur, aut poſtponatur, per quatuor, quinq; vè horas, & ſicuti fructus arborum, quibus fætus in utero aſſimilatur, conſtitutum habent tempus ſuæ perfectionis, & quidam nihilominus ſeriùs, quidã temporiùs perficiuntur, ita etiam partus citius, aut tardius in lucem veniunt; cum præſertim aut calida ipſius natura, aut exiguum matris alimentũ ipſũ fætum cogat, & aerem quærere, & alimentum externum; ad hoc ſi latitudinem habent tempora conformationis fætus in utero, & tempus introductionis animæ rationalis (non quod per partes introducatur aut per temporis ſpatia, ſed quod non præciſè hoc vel illo die) quid mirum ſi latitudinem ſimiliter habeant tempora partus? cum major ſit mutatio diſpoſitionis, & formæ, quæ in illis contingit, quam loci, que in partu fit. Præterea per ætates homo quaſi à generatione in corruptionem tendit, quia ad juventutem uſq;, dicente Averroë, homo quaſi generatur, à juventute ad ſenectutem incipit corrumpi; & tamen hæc tranſmutatio omnibus non eſt æqualis, quia aliqui trigeſimo anno, alij 35. nonnulli quadrageſimo ad juventutem perveniunt, non eſt ergò, quod difficile videatur, præciſum non eſſe partus terminum. Impendio majorem ingerit difficultatem partus, qui decimo ante nonum menſem die, hoc eſt vigeſimo die octavi in lucem prodit, nam his procul dubio octimeſtris eſſe videtur, quemadmodum tempus partus nonimeſtris latitudinem haber, ita etiam octimeſtris non ſolum dicendus erit, qui in principio, aut medio octavi menſis oritur, ſed qui uſq; ad finem ipſius excluditur. Cum igitur ſuperiùs illum vitalem conſtituerimus; & ex dicendis octimeſtrem inanem eſſe conſtet, contraria omnino hæc dogmata videntur. Et quidem ſi tempora conformationis latitudinem habent, ut mox planum fiet; demus ergo, fœtũ qui 45. diebus conformatur, non his ſed 43. cum horis octo articulari, is profectò movebitur octuageſimo ſexto, & ſedecim horis, & qui in triplo naſcitur, veniet in auras 260. qui numerus conficit menſes octo. & 20. dies. Reſpondet Gentilis cit. rationem de duplicatione temporis conformationis ad tempus motus, & hujus triplicatione

Major eſt mutatio diſpoſitionis & formæ, quam loci. In commẽt. 2. de generatione.

Ad iuventutem uſq; homo generatur, deinde incipit corrumpi.

An partus, qui decimo die ante nonum menſem oritur, ſit vitalis.

Gentilis ſententia.

tione ad tempus partus, tunc solum veritatem obtinere, cum ex eâ ad legitimũ partus tempus pervenimus, alioqui augeri, aut inminui posse numerum dierum utriusq; termini; Possumus etiam dicere illũ partũ, qui decem diebus ante nonum mensem contingit, verè nonimestrẽ esse, si lunares menses spectes, sed quid, si à vigesimo usq; ad trigesimũ octavi lunaris partus accidat? Respondeo, decem illos octavi mensis ultimos dies jam redolere naturã noni mensis, sed adhuc vix vitales in eisdem partus contingere, quia si nonimestres futuri erant, nondum perfecti existunt, si septimestres, nondum satis temporis habuerunt, ut à præhabito in septimo labore reficerentur. Ut igitur quæ prolixiori fortassis, quam par erat, oratione diximus, summatim, ac breviter in pauca contrahantur, ex dictis facilè colliges, ultra decimum decimi mensis solaris aut civilis diem legitimum partũ in lucem non edi; neq; fæminã ultra decẽ menses uterũ ferre posse, id pluribus ration. Hipp. concludit lib. de nat. pueri, & nos sequenti c. demonstrabimus ulterius; quod si probati scriptores undecimo mensi partũ adscribant, lunarẽ intelligunt longitudinis sive progressionis. Si vero nonnunquã ex alimenti ubertate, quâ fætus gaudet ad integram perfectionẽ adipiscendam, vel ex matris labore sive impotentiâ in duodecimum mensẽ partus protrahatur, id quidem fieri poterit, sed rarum & monstrosũ erit; Ac si mulieres arbitrentur, sese uterũ diutius quam decẽ mensibus tulisse, si circumspectè ac severiuscule rem judicare velimus, eas deceptas esse credendum est, dum ex flatu aut mensibus retentis uteris elevatis si postea concipiant à falsâ gravidatione initium sumunt; partũ vero, qui maturiùs quam septimo lunari mense prodierit, vitalem nullâ ratione cum Aristotele arbitramur, quin potius ut plurimum ad decimum supra ducentesimum diem, hoc est, ad tres hebdomadarũ decadas pervenire oportere, aut saltẽ, si ratione proprij roboris magis quã legitimi temporis exeat, plane valetudinarium ac debilem futurũ esse, quemadmodum etiam ut plurimum ad 5. duntaxat diem ultra decimũ lunarem mensem partum se extendere, neque totos undecim menses consistere in utero fœtũ naturæ ratio admittit. Quæ tamen omnia contingere possunt diebus pluribus aut paucioribus, haud multo tamen pluribus, vel paucioribus ut sentit Hipp. Quod autem Aristoteles inquit, mares magis, quam fœminas fieri septimestres, & has quidẽ decimestres magis, perpetuũ non est, quia contrarium contingere sepissimè videmus.

Autorũ sententia.

Epilogus.

Vltra decimum diem decimi mensis legitimus partus non est.

Mulieres in tempore partus sæpe falluntur.

Ante septimum mensem lunarẽ vitalis non est.

Ar. lapsus.

7. De hist. animali. 4.

Hippo-

Hippocratis de partu hominis sententia ulterius elucidatur: totamq; dierum ac hebdomadarum vim in partu á solis ac lunæ actione pendere ostenditur.

Cap. IIII.

SEd cur his dierum, ac mensium numeris potius quam aliis partus salubriter in lucem veniant, inquisitione dignissimum arbitror, id autem duplex habet principium experimentum, & rationem. Experimentum sanè, quod non in omnibus similiter mensibus legitimus, & vitalis partus contingat evidens affert testimonium, quodq; septimus atque nonus validissimâ sint virtute prædíti; rationem ut promptè assequaris, ex omnium ritè philosophantium mente, potissimum ex Galeno, advertere licet, hunc orbem inferiorem, à superioribus corporibus moveri ac dirigi, & cunctas, quæ hîc contingunt mutationes, à cœlestibus pendere maximè à sole, ac luna, ab illo, quidem per se, & primariò; ab hâc vero, quatenus à sole aspicitur, & illuceſcit, cujus accessione vel, recessione ut diversas sustinet mutationes, ita profectò varia in nostro orbe operatur, suntq; ejus opera tantò, quam reliquorum planetarum, magis conspicua, quandò ipsa huic inferiori mundo vicinior est, Quatuor verò mutationibus Luna à sole afficitur; conjunctione, plenilunio, & duabus intermediis, cùm media est ad augmentum septem diebus, & media ad decrementum totidem finitura, ita septimo quoque die momenta eveniunt mutationis ejus, quæ quatuor sunt ab uno ad aliud cum sole congressu, nam post septimum à primo apparitionis die per medium secta apparet, qui aspectus dicitur tetragonus, & septem post dies pleno orbe vehitur, qui aspectus diameter nuncupatur, & contingit die decimo quarto; ac si quemadmodum aucta est ita minui intelligas, duas pariter habebis septimanas: Sed quia vim omnem lunæ à sole pendere diximus, nemo certe dubitabit, quin insignes etiam ab eo mutationes pendeant, ambo igitur vires magnas possident, & excercent, non in morbis tantum, sed in omnibus corporibus inferioribus, quod ab Ægiptiis astronomis se verissimè comperisse scribit Galenus: & magnum quidem virtu-

Inferior orbis à superioribus gubernatur.

Solis ac Lunæ magna potestas in hæc inferiora.

Lunæ mutationes quatuor.

Tetragonus aspectus.

Diameter.

Vis Lunæ à

virtutis ſolis indiciũ eſt, quod ex terreſtri limo animalia generare poteſt, fruges maturare, ad coitum, & generis propagationem animantia provocare; magnam etiam Lunæ eſſe vim, vel in marinis animalibus apparet, & menſibus, quos ipſa perpetuò diſponit, ſed hoc ipſum ſolis beneficio habere ex eo liquet, quod tanta ejus portio ſemper illuminata appareat, quantam Sol aſpicit. In illis ergo mutationibus, quæ breves ſunt, & paucis diebus finiuntur, rem totam ad lunam deferri, in aliis, quæ non niſi longo tempore judicari poſſunt, ſolis curſum potius eſſe conſiderandum, cum Hipp. Gal. conſpiranter profitetur. Atq; adeo acuti morbi, quia breves ſunt, quatuordecim diebus judicantur, quartanæ febres quia longæ, non diebus ſed menſibus ſex; rerum enim circuitus, qui diebus aliquot concludi poſſunt, ſeptimani ſunt, & Lunæ modo geruntur, qui vero menſibus, ad ſolem referuntur, eandemquè, quam ſeptimanæ, rationem ſortiuntur. Ut enim à menſis principio uſq; ad plenilunium quatuordecim propemodum dies ſunt, qui lunaris circuitus dimidium complent, ita profecto ab initio veris ad æſtatis finem, quæ ſunt duæ anni totius mutationes, ſex menſes ſunt anni dimidium; ei autem menſis medietati, quæ eſt à plenilunio uſq; ad occultationis tempus, ſex alii menſes reſpondent, ab æſtate quidem ad hyemem; nam quemadmodum lunæ curſus per ſeptimanas diviſus, quatuor mutationes habet, ita ſi ſolis iter diſtribuas in quatuor ſtationes, ſingula anni tempora ſeptimanis ſingulis proportione reſpondebunt. Igitur ut dies ſeptima, quæ pars quarta eſt totius menſis lunaris morbos acutos indicat, ita anni temporis mutatio diſcutit diuturnos affectus: hyeme genitum morbum ver ſolvit, vere excitatum æſtas, in æſtate autumnus, in autumno hyems. Cum igitur ex Hippocrate ſuperiùs proditum ſit, partum eſſe criſin, uteri geſtationem morbum non quidem acutum, ſed diuturnum; palam omnino eſt, in tempore ipſius definiendo ſolis curſum, & menſium maximè obſervandum eſſe; ſed lunæ ac dierum rationem interim non negligendam; Ex diebus primus ſeptenarius decernendi vim habet maximam: huic diximus antea tempus unum anni, hoc eſt, menſes tres reſpondere, ſubit igitur fætus tertio menſe manifeſtam mutationem, tunc enim excitatùr moveturquè, ſed non, ut ſeptimus dies morbum judicat, ita tertius menſis fætum vitalem in lucem emittit; quia ut ad criſin optimam, & perfectam cocti humoris obedientia requiritur, ac facilitas,

ſole dependet.

In brevibus motionibus lunæ, in longioribus ſolis curſus conſiderandus.

3. De dieb. decret. 7.

2. Aph. 23.

Quatuor anni tẽpora totidẽ lunæ mutationibus correſpondent.

In partu ſolis curſus cõſiderãdus. luna tamen ratio non negligenda.

Prt. ſolaris ſeptimana. Cur 1. ſolis mutatio ſæpe nõ exclu-

dit, sicuti 1. lunæ mutatio morbum sæpe iudicat.

litas, & virium robur: sic in edendo partu dispositio ipsius fœtus, & firmitas, ac robur, quæ trimestri intervallo obtinere non potuit. Rursus ut à septimo ad decimum quartum, dies nullam vel perexiguam habēt ad judicandum potestatem, ita neq; ad partum edendū quartus, quintusvè mensis, qui diebus illis assimilantur; quamobrem si quâ occasione, vel potius infortunio illis mensibus fœtus ejectio contingat, violenta censenda est, haud aliter quam diebus non decretoriis excretiones symptomaticæ, non criticæ proveniunt. Itaq; erit primum pariendi tempus, & in quo dies legitimus, ac fœtus dispositio, & robur concurrunt, illud, quod superius recensuimus, posuisse Hipp. lib. de septimestri partu dicentem, *Septimestres dimidia anni parte nascuntur*; est autem ille centesimus octogesimus secundus; nam annus integer 365. diebus, cū horis sex componitur, quos si in duas partes divideris, habebis 182. cum horis quindecim, qui quidem dierum numerus sex menses solares efficit, septem vero lunares, qui lunarium septimanarum fere tres decadas constituunt; & tunc certè secunda est solaris septimana seu mutatio, in quâ uterus mulieris mole ac pondere jam gravatur, & fœtus perfectionem habet, & tantum virium, quantum ad tolerandos partus labores sat est, & ad vitam postea salubriter transigendam: potissimum si ex valentiori semine procreatus est. Vides quo pacto denuò inclaret, pugnantiam nullā esse in Hip. verbis, dum septimestres dimidia anni parte nasci dixit, nam, ut nos superius jam tetigimus, & sex menses solares, & septē lunares, & tres hebdomadarum decades, & dies 182. in unum, & idem propemodum coincidunt; subinde solaris mensis nonus, decimus lunaris, & quatuor hebdomadarum decades, ab uno eodemq; numero, hoc est, à ducentis septuaginta diebus solaribus efficiuntur usq; ad 280. Nos enim jam tradidimus, decem diebus plus minus salubriter partum posse contingere, de quo quidem Hipp. explicandus venit lib. de nat. pueri, dicens; decimo mense fœtū exitum affectare, & membranas disrumpere; est n. hæc tertia solaris septimana, qua tertia mutationum periodus fit; septenario n, numero rotam humanam finiri scripserant Solon, & Hebræi, ac Hetroscorum libri rituales idem videntur indicare, & Hipp. lib. de carnib°, à quib° non est diversus Galenus. Ut igitur partus minoris seu septimestris origo in sex diebus est, ita majoris, id est, nonimestris in septem, post quos semen in sanguinem vertitur; & ut ibi 35. diebus infans efformatur, ita hîc diebus ferè quadragin-

Secunda solaris septimana.

Hipp. in suis placitis consensus.

Tertia solaris septimana.

Septenario numero finitur humana rota.

Quadragesimi diei energia.

draginta; qui dies etiam insignis habetur, tot enim parvulos sine risu, nec sine periculo esse experientia docet; ob quam causam, cum is præterierat, diem festum solebant Græci agitare; quadraginta porro dies per septem illos initiales, uti diximus, multi plicati ducentos, & octoginta efficiunt, ac hebdomadas quadraginta, qui numerus dierum ad tetragonum Chaldæorum aspectum subtiliter congruit; dempta enim quartâ dierum parte totius anni, id est, septuaginta duobus diebus, & aliquot horis; tres quadræ seu stationes supersunt reliquis 274. diebus, qui fere quadraginta efficiunt septimanas, nec procul absunt à 280. die, in quo partus emergunt frequentissimi, & maxime vitales.

Non lunæ solũ sed sol etiã in partu agit.

Ex dictis jam aliquot corollaria eliciemus. Primum, non Lunæ solum, verum etiam solis mutationes in partu agere, & considerandas proinde esse, ludificariq; eos, qui sibi persuadent, solis duntaxat circuitibus supputationem faciendam esse, cùm utriusq; ratio sit habenda; imo propterea, qui dimidio anno in lucem venit, septimo mense natus dicitur ab Hippocrate, quia veteres omnes tàm medici quàm astrologi annum ex mensibus lunaribus potissimum, quorum tredecim cum aliquot adhuc decimi quarti diebus solarem annum constituunt, solares quidem cognoverant, sed annum, & mensem ad lunæ non solis rationem subducebant. Constat secundò partus temporis supputationem non integris diebus aut hebdomadis fieri, sed additis quibusdam temporis momentis (quas fracturas vocamus) qua ratione Hippocrates lib. de judicationib. & Galenus, dies decretorios numerare docẽt, quia (inquit Galen[a]) *neq; annus neq; mensis ipsi integris diebus numerantur, sed quemadmodum annus ad trecentos sexaginta quinq; dies particulam diei maiorem quarta adiectam habet; & mensis ad triginta dies absolvendos unius dimidium desiderat, ita septimana sextâ maxime diei parte indiget, ut septem integros habeat dies, nulla igitur supputatio per dies integros fieri potest, & citra fracturam; neq; septimana, neq; quaternio, neq; mensis, neq; annus, neq; alius numerus.* Sed non injuria poteris obtrudere Hipp. lib. de carnib. per integros dies atq; hebdomadas gestationis tempus numerare, solaremq; mensem triginta dierum numero exacte conflatum constituere; quia septimestrem puerum legitimè natum, & vitalem esse affirmat, quod rationem, & numerum habet, ad hebdomadas exactum, nempe tres hebdomadarum decadas, quarum singulæ septuagintâ dies complectantur; quod similiter de nonimestri prodidit, factâ supputa-

Dub: An temporis supputatio integris diebus sit facienda.

a. crit. 9.

Obiectio.

tione ad hebdomadas quatuor, quod si ita est, hebdomadam septem totos integros exactè dies complecti, necesse procul dubio erit, nam more arithmetico denario per septenarium ducto septuaginta consurgunt: Igitur cum septimestris partus supra ducentos decem dies integros contineat, seu tres decadas hebdomadarum, fit, ut si eos per septenarium diviseris, triginta singulis mensibus dies integri conveniant. Hoc primo aspectu validissimo telo coacti nonnulli arenâ cedunt, & non sicuti judicatorios dies per fracturas, sed integris plane diebus gestationis tempus numerandum esse censent. Sed non advertunt, Hipp. eo loco voluisse persuadere, vitam hominis dierum septenario constare, & ideo legitimum partum esse septimestrē, propterea quod in tribus hebdomadarum decadibus perficiatur, quarum singulæ septuaginta dies contineant, est enim partus septimestris dierum numerus decē supra ducentos, quod de mensibus lunaribus intelligit, quorum septē ad eum numerum dierū proveniunt, exceptis tribus cum dimidio, quod parùm refert, neq; enim tā exactè ibi dies, mensesq; numerari præcipit, ut parum ultra citravè partus consistere nequeat optimus: nam lib. de alimento posteaquam fœtus conformationē, & partus tēpora distinxit, subjūgit; *fiunt vero hæc diebus pluribus paucioribusve*, quod nos superius jam fusius demonstravimus; libuit ergo numerum illum absolutum trium hebdomadarum decadum potiùs adscribere, quā illum alium, qui demptis fracturis tribus ferè diebus cum dimidio minor est, ut ad septenarium deveniret, quod intenderat; cæteroquin idem autor decretoriorum dierum eandē esse, quæ dierum, partus rationē lib. de septimest. partu latissime confirmat. Nobis autem visum fuit in re abditâ & admodum inviâ paululū immorari, ut quos inveneris posthac pugnantes locos non solum apud sapientissimum Hippo. sed etiā apud reliquos scriptores, & de partus tēpore contradictiones, ex his quæ diximus facile possis conciliare. Porro parere mulieres eâdem semper diei horâ quâ conceperunt, diligētiores obstetrices observâsse adstruunt, quod etsi à nemine scriptum reperio, tamē experientiâ confirmari videtur, quia certum est, ut plurimū noctu aut diluculo infantes in lucē prodire, quibus etiā tēporibus plerumq; feminæ viris suis conjunguntur; interdiu, quo tēpore rarò etiam partū accidere; quod si ita est, non solum dierum, verum etiam horarum certus ac præfinitus numerus ad partum legitimum requiritur.

Solutio. Hipp. locus elucidatur.

Decretoriorū dierū & dierumpartus eadem est ratio.

Mulieres fere semper pariūt eadē horā qua concipiunt.

Astrolo-

Astrologorum, Arithmeticorumq; de tempore partus opiniones.

CAP. V.

NUnc reliquorum de partus tempore sententias, ne quid desideres, recensere erit operæ prætium. Astrologi, ut in eorum libris copiosius scriptum jacet, corpora inferiora à superioribus affici loco axiomatis habent, septemq; planetas in hominem non modo jam natum, sed etiam, quam diu in utero est, imperium obtinere, non simul quidem, sed suo quemq; ordine, ita ut unusquisque peculiari mensi dominetur: sic Saturnus (ut eorum fert sententia) primus ex sua natùrâ genituræ dominatur, humida enim cum sit, & liquida, coagulari, & inspissari oportet, antequam hominem queat generare, quod illi frigidus, & siccus Planeta suppeditat, siccitate sua retentiones in utero autor, ideoque primũ mensem Saturno tribuunt: Deinde vim suam Jupiter in semen exerit calidus, & humidus, quibus qualitatibus augmentum incrementumq; præbet, iisdem spiritus vivificantur, & membra vigorem recipiunt, quæ opera secundo mense fieri dicunt: Post Jovem Mars puerum veluti in ulnas accipit, qui caliditate, & siccitate sua fœtui motionis autor est, & tria præcipua membra suo calore formet, crura, brachia, caput à cæteris membris separat, ideo tertio mense infantem moveri solitum: Quarto loco succedit Sol, cujus beneficio tùm ossa excavantur, tùm meatus corporis evadunt ampliores, & singulis membris sua perfectio accedit; est enim calor solis, qui hoc mense dominatur, inprimis vivificans: A Sole Venus fœtum invisit, quæ frigida, & humida de eo tàm benè meretur, ut calorem siccitatemq; à superioribus Planetis impressam mitiget, membrorum externorum lineamenta perficiat, virorum mulierumq; pudenda efformet, ac insuper, naribus, ori, manibus, digitis, & reliquis membris venustatem decorumquè conciliet: ad prolem sextus prodit Mercurius, qui operi ab aliis inchoato ultimam imponit manum, vocis instrumenta perficit, supercilia, oculos, atque ungues auget, ac motionis initia, & instrumenta, quæ reliqui dederunt, firmiora reddit, accuratiusquè absolvit: tandem septimo mensi luna præest, quæ quia frigida, & humida est, adipem præbet, & pluribus in partibus reponit, ac insuper matri-

Septem planetæ in homine dominantur iuxta astrologos.

Planetarũ ordo in fœtu gubernãdo.

Septimo mẽse cur salubrius fit partus.

matricem humore suo relaxat, &, quò facilius fœtus prodeat, distendit. Sic igitur fœtus numeris omnibus absolutus exitum affectat, & si exeat, salubriter degit, exit autem, si robore poleat: Et hæc est causa, quare septimestres partus vitales apud philosophos censeantur; si vero octavum mensem fœtus expectare cogatur, iterum revertentem Saturnum sentit, sed non ita mitem atq; placidum, quemadmodum primo conceptionis mense, nam multam in eum inspirat frigiditatem, quo non modo nativum pueri calorem imminuit, sed etiam ad motum tardiorem reddit, & sua siccitate os uteri constringit, quo tempore laxari oportuerat, quare si eo mense pariendi aliqua externa causa contingat, tàm mater quàm fœtus in discrimine versabuntur; & aut non vivet partus, aut vitam deget plane laboriosam, & ærumnarum plenam; ideoq; ob hujus planetæ inclementiam octavus mensis infelix habetur ac minimè vitalis; at si nihil eo mense præter naturam fœtui accidat, quod partum in lucem prodire cogat, nono mense jam multo sereniorem Jupiter, qui iterum redit, faciem ostendit, qui suo calore, & humiditate vitam (quæ duobus istis potissimum consistit) puero instaurat atq; conservat, ac Saturni maleficia delens nonũ mensem efficit saluberrimum; quia vero Mars qui Jovi succedit, & decimi mensis dominiũ habet, altera qualitate vitæ amicus est ideo si quis decimo nascatur mense, vitalis etiam est: Sol undecimo præest, beneficus etiã planeta, ac vivificans, ideo in ipso natus vitalis quidem est; & si ad duodecimum partus protendatur mensem, quamvis id rarissimum sit, vivit puer, quia tunc Venus vitæ amica dominium resumpsit Proclus philosophus autor est, non infantibus duntaxat in utero præfici planetarum vultus, sed etiam ætates universi ordinem sequi, utrumq; tamen dispari ratione, nam qvæ vires suas postrema in partum exerit luna, eadem natum infantem haud deserit, sed primam ejus ætatem moderatur, humiditatem impartiens, qua nutriens ac vegetabilis potentia perficitur; post lunam Mercurius puerum gubernat, eoq; fit ut literarum, citharæ, arithmetices, ac consimilium nobis studium ea ætate ingeneretur, & quemadmodum inconstans Mercurii sidus est, & omnino ejusmodi, quale id, cui adhæserit, nempe cum benignis benignum, & exitiale cum exitialibus; sic puerilis ætas facile eos sequitur, quibuscum consuetudinem habuerit; ut vero ille secundæ ætati præficitur; sic Venus tertiæ; Sol quartæ; Mars quintæ; Jupiter sextæ ac po-

Octavus mẽsis cur infelix.

Vita in calido & humido potissimum consistit.

Vita in calido & humido potissimum consistit.

Noni & decimi mensis partus vitales.

Aetates à planetis etiam gubernari.

ac postræme Saturnus, qui frigiditate siccitateque vitam finit. Porro etiam quid Arithmetici de hoc negotio prodiderint, raptim perlustremus. Hi supponunt numerum parem fœminæ, imparem maris rationem obtinere, illum imperfectum esse, hunc vero perfectum, illum materiam, hunc formam: adducunt illud Vergilii: *numero Deus impare gaudet*, ideoq; imparem patris; & parem matris appellatione venerantur, ut refert Macrobius in som. Sci. atq; ex illis maximum esse septimum, ideoq; nodum omnium rerum septimum numerum apellâsse Ciceronem in somnio Scipionis, Cœlius etiam Rodiginus lib. 12. lectionum antiquarum, in confirmationem præstantiæ hujus numeri adducit illud scripturæ; *Septies in die cadit justus*; Et; *Septies in die laudabo te*, hoc est, semper, & omnibus modis, illud etiã poëtæ: *O terq; quaterq; beati*, per quod perpetuam designat felicitatem: eundem numerũ extollunt septem planetæ, & quòd septimo quoq; zodiaci signo annus immutetur; & quòd dentes tam superi quam inferni, quatuor septenaris concluduntur, quos infantes septimo anno complent: & homines ad summum inediam sufferunt per septem dies, totq; sint liberales disciplinæ, tot etiam nigra, & præcipua membra à nobis numerata, cor, pulmo, lingua, jecur, lien, & renes duo, & semen in utero septem horis contentũ prolificũ est, unde Plutarchus docet homines primo septenario dentes habere, secundo pubescere, tertio præceptis subjici, & Hipp. lib de carnib°, septenarium mirabilẽ vim obtinere cõfirmat, & idcirco numer° plen° perfectusq; vocatur, unde illud Lini vetustissimi poëtæ:

Septima cum venit lux, cuncta absolvere cœpit
Omnipotens pater, atq; bonis, & septima, & ipsa,
Est etiam rerum cunctarum septima origo,
Septima prima eadem perfecta, & septima septem.
Vnde etiam cœlum stellis errantibus aptum
Volvitur, & circlis totidem circum undiq; fertur.

Adducunt etiam septem pleiades, septem ostia Nili, septem metalla, quæ hujus numeri excellentiam confirmare videntur: ideo Censorinus affirmat in lib. de die natali, per omnem vitam septimum annum crisimum esse, cujus numeri præstantiam sequitur novenarius, qui etiam impar est, & subinde perfectus, quo fit, ut in eo mense etiam vitalis perfectusque fœtus prodeat, nonus autem dies morbos judicet; annus rerum vitæque rationem, ac gravia pericula invehat, quo fit

Arithmeticorũ de partu sententia.

Numerus impar mas et perfectus, par femina & imperfectus.

Septenarius omnium numerorũ nodus.

Septenarii numeri laudes.

5. de placit. philosophor c. 18.

Septimus numerus plenus.

Septimus quisq; annus criticus est.

Noni praestantia.

Climacteri cus annus cur sit 63.

quo fit ut sexagesimus tertius annus, qui utriusque numeri septimi & noni multiplicatam summam continet, non sine periculo ingruat, novies enim septem, & septies novem sexaginta tria conficiunt, atque ob id climactericus is annus appellatur. His rationibus Pythagorici numeris efficientiam maximam concedunt, & ideo in septimo & nono natos vitales esse confirmant, quia impares sunt, atque perfecti, in octavo vero non vivere, quia par est & imperfectus; Si illis obtrudas denarium mensem parem esse, & tamen vitalem in eo nasci; respondent, denarium ex paribus solum perfectum esse, quia numerorum omnium perfectio, & complementum est; neque enim omnes, qui antecedunt numeri, denario majorem efficere poterunt, sed qui denario succedunt omnes ex decem, & præcedentium aliquo constituuntur; & ob id omnes tam Barbari quam Græci, dicente Aristotele, numerant statuto termino denarii numeri, exceptâ unâ Thracum gente, quæ ad quatuor numerandi seriem terminat, eo quod amplius meminisse modo puerorum non potest; quod ideo fieri dicunt, quia perfectus numerus denarius sit, continet enim omnia numerandi genera, ut par, impar, quadratum, longum primum, compositū, & si quæ sunt alia. Sed cur de octonario tā siniſtrè sentiunt, ex quo, ipsis Pythagoricis autoribus, solidū ac perfectū componitur, corpus quippe qui ex illis cōponitur qui neque generantur, neque generant, scilicet ex monade & septē, aut ex eo, qui tum generatur, tum generat, nempe quaternario duplato; qui etiā justitia vocatur, quia primo omniū solvitur in numeros pariter paros, id est, in bis quaterna, ut nihilominus in numeros æque pariter pares divisio solvatur in bis bina, & tandem resolutio æqualiter redeat usque ad unitatem, qui ergo tam justus est, non convenit profecto fætui iniquum esse? Sed etiam sphæræ octo sunt mobiles ad ipsam cœli harmoniam firmandam; quæ cum ita sint, parem numerum non semper imperfectum esse apparet? Hoc ut solvant Pythagorici, ex ipsâ arithmeticâ aliam demonstrationem afferunt. Sit, inquiunt, triangulum scalenum, id est, ex tribus lineis inæqualibus constitutum, A, B, C, cujus latus B, C, sit unitatum 4. latus autem A, B, sit unitatum 5. perspiciuum est ex disciplinâ Pythagoreorum 3. & 5. esse mares, ut suprà dictum est, utpote impares, 4. fœminam ut parem; multiplicentur itaque 4. per 5. fient 20; 5, per se multiplicentur fient 25. simul juncti numeri conficient 45. hæc per medi-

Denarius ex paribus solus perfectus

15. probl. 3. Omnes nationes numerant statuto termino denarii. Thracū imbecilla memoria.

Denarius omnia numerandi genera habet. Objectio.

Pythagoreorū solutio.

medium ſpatium trianguli, id eſt, per ſex, (conſtat enim totum 12.) multiplices, fient 270. quæ novem menſes conſtituunt. Rurſus multiplices 4. per 5. fient 20. & ſimiliter 3. per 5. fient 15. ſimul juncta erunt 35. hæc per medium ſpatii trigoni multiplices, hoc eſt, per ſex, fient 210. quæ ſeptimum menſem componunt, in quo minor partus educitur. Iterum ducas tres per 5. fient 15. ducito 5. in ſe emergunt 25. ſimul componas erunt 40. hæc per medium ſpatium, ut ſuprà multiplica, fiunt 240. qui octavum menſem componunt, quia igitur in ſeptimo & nono menſe duntaxat maſculi & fœmine (quæ numeris 3. 4. 5. ſignificantur) conjunctio reperitur, meritò qui iſtis menſibus eduntur partus, ſunt vitales, in menſe autem octavo non eſt ulla maſculi cum fœminâ copulatio, quia non ducuntur 3. aut 5. per 4. quod fœminam repræſentat, ideo conjunctio præter naturam eſt, ex quâ partus vitales non ſunt. Quæ autem dicta ſunt, etſi in numeris aliquid reconditum eſſe atteſtari videantur, à Galeno nugæ cenſentur, atque adeo magnoperè miratur Pythagoram illum tam ſapientem virum numeris tantum tribuiſſe, de quibus tamen ejus placita plane incerta ſint, ac luxatis ſubſiſtant pedamentis: cur enim monadem formam, dualitatem materiam? cur parem fœminam, imparem maſculum ſtatuant? adhæc volenti perfacile videtur, quemcunque numerum magis minusvè laudare aut vituperare. Nam Ariſtoteles decimum extollit, Plato in Timæo octonarium plenum facit, quia abſolvit numerum cælorum mobilium; Philo in lib. de opificio DEI ſenarium eſſe perfectiſſimum cenſet, ideo in eo mundũ perfeciſſe Deum Opt. Max. cui cooperatur S. Auguſtinus. Agrippa quartum, Verderius tertium, alii centeſimum evehunt, multarum rerum, quæ hoc comprehenduntur numero, in medium adductis exemplis. Ut cumque tamen conſtat, rationem numeri contemnendam omnino non eſſe, quæ in multis ſanctarum ſcripturarum locis, quam magni æſtimanda ſit, elucet diligenter intuentibus, nec fruſtra in laudibus Dei dictum eſt: *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.*



Reconditũ aliquid in numeris eſt. Gal. de numeris ſententia.

11. de civit. Dei, 30.

Cur septimestres, octimestresq; non raro edantur: & cur septimo mense nati vitales sint, octavo vero minime. Cap. VI.

NUnc qua ratione septimestres, octimestresque partus edantur perscrutandum erit, quod quidem non Hippocratis solum, Galeniique testimoniis constat, sed etiam experientiâ, quæ normæ vice semper est habenda, & omnis demonstrationis initium. Cur igitur septimestres nascantur, causam assignat Hippocrates lib. de carnib. quod per id temporis fœtus, & matureſcere, & robore augeri incipiat, magisque quam aliis perficiatur temporibus, & velamina, in quibus ab initio nutritus fuerat, ad id coacta laxentur, aut ex fœtus naturæq; instituto, quòd pleniſſimus jam sit uterus, & fœtus fortissimus; aut ex occasione aliquâ, quæ debitum tempus antevertat, antequam perfectè matureſcat; quo fit ut ex septimestribus quidam pereant aut valetudinarii vivant, qui nimirum ex causâ præter naturam expelluntur, nisi robusti sint, atque validi, & firmi existant, qui operante naturâ prodeunt, Cur verò talia infanti septimo mense potiùs quam aliis contingant. Hippocrates nonnunquam cum Pythagora septenarii numeri arcanæ naturæ acceptum fert; aliàs à nobis superiùs propositam rationem assignat, quia nimirum dimidiam jam compleverunt anni partem, decadas septimanarum tres, & dies lunares 210, solares 182. quo tempore solis motio secunda perficitur, & Lunæ septima. Hæ tamen rationes, cur hi fœtus vitales sint, duntaxat mihi demonstrare videntur, cur vero hoc potius quam alio tempore excludantur, in causâ est maturitatis perfectio, propter quam celer fœtus violentusq; fit motus, quo nimio calcitratu membranas laxans atque disrumpens viam sibi ad exitum aperit, quin etiam vulva per id tempus expletur, & maturo fœtu jam distenta laxari incipit, expletur autem septimo mense nonnunquam ob locellorum angustiam, quæ fœtum grandiorem continere non potest, plerumque propter validissimam vim in vulvâ informatricem utilemq;, ac moderatum sanguinem fœtum celerius explicantem: sed summa, & maxime naturæ consentiens ratio mihi videtur, cur septimo mense vulva expleatur, genitalis seminis natura alia atq; alia, ut suprà jam prodidimus, Porro genitos in ipso

Septimestres cur edantur.

Septimestres ex duabus causis diversis.

Septimestres aliquot cur valetudinarij, & imbecilles.

Septimestres cur vitales.

Cur potius hoc quam alio tempore.

Vterus septimo mense cur expletur.

Ante plenilunium ge-

ipso interlunio, aut ante plenilunium temporius ad maturitatem pervenire, fœcundiusq; in utero crescere, & ideo celerius vulvam explere verisimile est, atque hanc fuisse existimo Plinii sententiam, quæ et si à nonnullis ineptia judicetur, eorum contra hoc sapientissimum decretum ineptiores mihi videntur futiles nugationes; vulvam, ajunt, expleri, partus per id tempus consummatio atque perfectio, & tunicarum disruptio, causæ sunt cur septimo mense partus contingat: non igitur interlunium, aut plenilunium, nam quantumcunque crescente luna generetur, si tamen vulva non expleatur, septimo mense naturaliter non prodibit. Nos tamen non imus inficias, neque Plinius negat, partùs consummationem, & vulvæ expletionem causam esse septimestris partus, sed citiùs expleri conceptu facto interlunio aut ante plenilunium, rationi maximè cohæret, cum videamus fata, & arbores eo tempore consitas, nec non ungues capillosque cæsos temporiùs repullulare, quia tunc partes succulentiores sunt & magis excitata in radicibus ac seminibus genitiva virtus, quare non mirum si eo tempore humanum etiam semen vegetius sit fœtus pabulum, hoc est, menstrua defæcatiora, & abundantioris alimenti, virtusque uteri efficacior atque præstantior; & quam quæso poteris invenire causam cur citiùs aut temporiùs vulva expleatur? nisi aut uteri virtutem aut seminis naturam, aut pabuli abundantiam, aut tempora conceptus, cumque tres primæ inferiores sint ac secundariæ, si ad superiorem aliquam causam prioremque sit recurrendum, ut certe est, ad lunæ procul dubio incrementum deveniendum erit. At dicunt; Hippocrates & Galenus, atque alij veteres illustresque scriptores, qui astrorum aspectus potestatesque diligenter notarunt, & de septimestri partu exactissime scripserunt, causæ hujus nullam fecerunt mentionem; quasi vero valeat quicquam hoc argumentum, prisci illi sapientes Rhabarbari nullam fecerunt mentionem, ergo bilem non purgat, nec morbis opitulatur: atqui ipsi oscitanter percurrerunt Hippocratis locum lib. de octimestri partu, ubi ita scripsit, *Nam cum ultra plenilunium mulier concipit, necessum est eum conceptum undecimum mensem apprehendere*, quo nihil ad hanc sententiam fulciendam apertius dici potuit. Existimo tamen mendum subesse in Plinij litera, sic enim legimus apud ipsum; *septimo non nisi pridie posterove pleni lunii die, aut interlunio concepti nascuntur*; ubi dempta voce,

niti temporius maturescunt.

7. naturalis hist. 5. Quorundã adversus Plin. sententia.

Cur serius aut temporius partus fiat.

Causa cur citius aut temporius vulva expleaturque druplex. Occurritur obiectioni.

Plinij locus restituitur.

postero, legerem potius *septimo non nisi pridie plenilunij die aut interlunio concepti nascuntur*, ut comprehendat tantummodo illud tempus quod est ab interlunio ad plenilunium usque tum plenilunij spacium à quo partus tardiores gigni certum est, quippe qui nonum decimumquè attingant mensem. Ut autem receptui canamus, &, quæ fusius dicta sunt, in pauca contrahamus, celerioris sive septimestris partus causæ sunt ipsius perfectio, celerque motus, (de naturali loquor) vulvæque expletio: cur verò ita expleatur, facit vis genitiva uteri, seminis natura, pabuli abundantia, & Lunæ positura, tempore conceptionis. Octimestris vero infelicitas, ex fœtus imbecillitate, & tempore minus oportuno, quo nimirum nulla conspicabilis fit solis commutatio, potissimum pendet, quare cum nulla ejus possit assignari naturalis causa, vitalis esse non potest, non enim ex naturâ suâ prodit, neque ex temporis efficaciâ; ideo similis censetur octavo diei in morbis, qui quoniam neque index est, neque decretorius, si quando in eo crisis contingat difficilis planè est, & pernicioſa. Præterea contingit 240. (qui sextum efficit quadragenarium, de quo consimile judicium faciunt scriptores atque de die sexto, quem tyranno omnino infideli, & proditori assimilant) quo tempore nulla est solis mutatio, quæ fœtum dejicere possit, & in lucem proferre; quod si tanta illi commutatio accidat, à Lunæ mutatione, quæ singulis mensibus fit, ut prodeat, admodum imbecillum esse necessarium est: nam etsi temporis ratione perfectus est, quodammodo tamen recruduit, & imbecillus evasit propter colluctationem, & motum septimi reiteratum in octavo nondum viribus refectis, sicuti secundo hujus libri capit. jam prodidimus; quod si ita fatigatus, & imbecillus, quo tempore maximè laborat, exeat in lucem, aeris perturbationes lociqúe, admodum diversi ab eo, in quo erat, sustinere non potest, & intermoritur. Præterea, autore Hippocrate, octavi mensis gestatio onerosa est, & perdifficilis tum matris ratione, affectæ ob pueri intus conditi perturbatos motus, tum uteri incommodius se habentis; quare si se tum temporis partio ostendat, dupliciter læditur fœtus, & à proprio motu, quo se imbecillus præcipitat, & à matris uterique, in quo continetur, affectu. Huc accedit experientia ab ipsis fœminis concepta, (quibus fidem non omnino derogari vult Hippocrates lib. de septimestri partu) hæ vero ex eo, quod cognoverunt in corporibus suis,

Causa celerioris partus.

Octimestris infecilitas unde proveniat.

Dies sextus & mensis octavus tyranno assimilantur.

Octavi gestatio onerosa.

Fœminis in suis affectibus fides omnino non est derogan-da.

Qui manei ont claudi

suis, dicunt octimestres superstites haudquaquam manere. Imò quicunque partus manci, claudive, aut cæci in lucem veniunt, hos in ventre octavo mense laborâsse multorum fert opinio, quicunque autem sexto mense nati fuerint, vitam naturaliter sustinere non posse, eo quòd, licet distincte formati sint, nondum tamen justæ perfectionis existunt. Non est tamen octimestris aborsus dicendus, connumerant enim illum scriptores inter partus, ut videre est apud Hippocratem, Aristotelem, & Galenum locis cit: & insuper quia alicubi, ut in Aegypto, & Hispaniâ vivunt ob matris robur, temperiem probam, succulentum habitum, regionum fertilitatem, & pariendi facilitatem, quâ minus fœtus offenduntur, quod tametsi ab autoribus scriptum reperiam (ut hoc obiter appungam) tamen hodierna experientia contrarium testatur, nam fœminæ Hispanæ debiliores sunt, & partus difficultate sæpius divexantur, quinetiam quantumcumque calore abundent, qui ad generationem facit, tamen infœcundiores sunt, quam septentrionales, cujus rei causam esse puto, quia simul cum calore siccitatem habent conjunctam, quæ generationi adversatur, ac insuper quia mulieres ibi aquam bibunt, quæ sterilitatem inducere solet: ob quas quidem causas Hispaniam minus populosam esse reor, adde meretricum numerum, à quibus homines exhausti, & infœcundi redduntur, & illa fœminarum pars ob seminũ commixtionem, & crebram coitus agitationem generationi inepta fit. Sed ad pensum redeuntes, neque etiam legitimus partus dici meretur octimestris, cùm in cæteris regionibus & vitalis non sit, & matri exitium afferat, quamobrem accomodatè cum additamento, ac secundum quid, uti ajunt, octimestris partus nuncupatur. Ex dictis jam aperte colliges, quid sibi Hippocrates velit in illo obscurissimo ænigmate, quovis Herculeo nodo inextricabiliori, quod nobis lib. de alimento proposuit dicens: *Est & non est octimestris generatio*, quibus verbis indicat eum, qui natus est mense octavo aliquo quidem modo esse, & natum videri, revera tamen non esse, quia palò pòst interitutus est.

in lucem veniunt, octavo mense laborarũt.

Octimestris plane aborsus non est dicendus, neq; legitimus partus

Octimestres alicubi cur vivant & serventur.

Hipp. locus explicatur.

De partus exeundi modo ac debita figura.

CAPUT VII.

Naturalis partus qui fiat.

SUpereſt ut eâdem, quâ ſumus ingreſſi januâ, profecti ex ſupradictis jam eruamus, naturalem partum tum maximè fieri, cùm puero, & alimenti, & loci inopia oppreſſo motus validus accidit, quo manibus, pedibusq; calcitrante tunicæ ſeu velamenta fœtus diſrumpuntur ac dehiſcunt, quod appoſitiſſimo ſpicarum exemplo comprobat Hippocrates; nam ſicuti in illis, malis granatis, & amygdalis ob molis intus increſcentis violentum impetum ligneus ille cortex dehiſcit ac interrumpitur; ſic quæ fœtum cooperiunt involucra; tuncque à vinculis exſolvitur, & agitatus foras procedit, & jam virtus retentrix non poteſt onus ſuſtinere, quo fit, ut exurgat expultrix; dilaceratis autem membranis, ichores prodeunt multi, & cruenta multa, doloreſque tunc valid parturientes excrutiant, dum vincula rumpuntur, & fortiter calcitrat fœtus exitum ſibi parans; tuncque naturalis dicitur partus, ſi ordinem naturæ ſervet, hoc eſt, ſi in caput procedat puer, brachiis ſubſequentibus ſuper coxas extentis. fiunt verò dolores partùritionis quantumvis naturalis tempore, propter ſeparationem fœtus à vaſis; velamentorum diſruptionem, & ſpiritus confertum impetum ad embryonis excurſum excitatum ut definitionum med. autor prodidit: Quibus adde tres alias cauſas quas 1 c. hujus lib. quarti poſuimus, ac tandem propter exitum per tàm anguſtas vias, uteri enim os (qui antea clauſum arctiſſimè fuerat) aperitur in hoc opere, quantum ſufficiat infanti exitum præbere, & qui novem continenter menſibus connixerat fœtum avidè comprehendens, tum paulatim reſeratur, ut obſtetricibus minimum in id digitum immittere liceat. Quod autem ſola mulier maximos in partu ſuſtineat labores, ſuperius jam diximus, & ejus eventus cauſas attulimus. c. 1. hujus libri: nunc ad penſum. Ad fœtus igitur prolapſionem ſatis jam patente utero, univerſus ejus fundus quam proximè poteſt ad os convertit, fœtumq; foràs propellit, cui & aliæ circumjacentes partes ſuppetias ferunt, ipſaq; mulier non mediocriter ſibi opitulatur, viribusq; ad fœtum expellendum connititur, contractis intentiſq; iis, qui in abdomine ſunt muſculis: multa igitur in tam difficili arduoque opere

Ichores in partu.

Dolorũ cauſæ in partu.

Triã ad partum concurrunt.

conve-

conveniunt, fœtus, mulier, uterus; in quo certe opere quinque potissimum requiruntur conditiones, prima ut fiat perfecto jam fœtu, 2. ut debito tempore, tertia ut debitâ figurâ, 4. ut levibus accidentibus. 5. ut lochia, & secundinæ rite expurgentur. Ex quibus liquet, naturalem partum esse consummati ac perfecti fœtus justo tempore & figurâ in lucem emissio; quæ definitio non solum abortum, sicuti prima, sed etiam illegitimum partum excludit; nam ibi partum definivimus, hîc naturalem partum, quo autem pacto os uteri tantopere dehiscat, ut per id fœtus elabatur, se ignorare confitetur Galenus, neque aliud quam mirari posse; Avicennas existimat, pubis ossa necessario sejungi, commissurâ quasi dissolutâ, dissociataq;, quod tamen fieri non posse primo libro demonstravimus, valentissimis enim firmissimisq; vinculis natura munivit partes eas; potius igitur id ipsum accidit ossi sacro; à quo aliquantulum abducuntur pubis ossa, quæ illi colligata circumjacent, aut etiam aliquantulum cedit cauda, & ossis sacri cum ipsa cauda articulatio, nam cùm os sacrum in caudam desinat, ita cum eo articulantur ipsius ossa, ut reflecti possit in partem exteriorem; quia quantum cunque posteriora dilatentur, non adhuc video, quid illud faciat ad cervicis apertionem. & exitum infantis à corpore, etsi à matrice eâ ratione educi facilius possit, propterea anteriora etiam & ossa pubis aliquo modo non quidem dissociari, sed dilatari ac cedere putârim; partibus tamen posticis, quibus vulva parturiendo multum innititur, magna vis infertur, rectum enim intestinum, & podicem gravissime premi constat, plerumque enim post partum acerbior aliquis ibi remanet affectus, qui curationem postulat: cæterum ne in exitu offenderetur crena, quam diximus cavitatem quandam esse, sub medio ossis pubis consistentem, ureterem capit, & in tuto tantisper tenet, eximiâ & admirabili naturæ providentiâ. Porro in partu plurimum laborant primiparæ ob inexperientiam laborum, autore Hippocrate libri de natura pueri: quod si fœtus valetudinarius est, & mater imbecilla, non sine periculo res est, id autem potissimum contingit, si hyems australis præcesserit, & pluviosa, ver autem siccum, & septentrionale, cujus rei causam esse dicunt, quia tenelli fœtus ab inæquali intemperie admodum offenduntur; atque adeò à contrariis tempestatibus percussi in utero, priusquam excludantur, sæpe pereunt; aut qui

Quinq; ad naturalem partum requiruntur conditiones.

Naturalis partus definitio.

Quartatione uterus tantopere in partu aperiatur.

Non posteriora solum sed etiam anteriora in partu cedunt aliquo modo.

Dolor post partum.

Crena usus.

Primiparæ in partu plus laborant.

Contrariæ temporum mutationes fœtum corrumpunt.

antea

antea debilis fuerat in ipso enixu succumbit, vel saltem tenuis, & valetudinarius vivit, quia corpora rara, mollia, ac humida, qualia mulierum, humidiora per illam constitutionem tepidam reddita ac rariora ad intimas sui partes aëris ambientis qualis sicci & aquilonaris veris acutam frigiditatem facile admittunt.

Septentrionales venti foetum firmant, australes laxant.

Cur autem septentrionales venti conceptum firment, australes abortus causæ sint, neq; ab Hipp. neq; à Galeno scriptum reperio, causa ramen ex Democrito desumitur, quia ventrem ferentibus corpora austro laxantur, & dissolvuntur, & idcirco receptaculo dilatato, & longè lateq; diffuso ac malè compacto, partus errare, & vagari, eosdemq; calefactos huc & illuc dilabi, & diffluere, ac jam locis disclusis & remissis faciliùs excidere coguntur: contra si tempestas sit frigida & septentrionales venti sint, locorum adstrictione fœtus contrahi, & comprimi ut de locis dimoveri, ac depelli non queant, neq; sane dissolutione, & laxitate, quasi tempestate quati, præsertim cùm à perturbatione conquiescant, & firmissimâ sede distringantur, ita ut facilè ad pariendi tempus durare possint, quamobrem frigidâ constitutione (dicebat Democritus Abderites) fœtus manent, calore verò, ut plurimum excidunt, hoc enim superante fieri non posse, quin artus, & nervi laxentur, & fatiscant.

Cur capite prius foetus exeunt.

Sed cur capite prius fœtus exeunt? Hippocrates causam esse dicit, ipsius capitis pondus, quod est omnium partium gravissimum, ideo primum ad foramen descendere; existimandum tamen est prudentissimam naturam jussu magni & excelsi Dei studuisse, ut fœtus exeant quam tutissimè, & sibi & matri, quod hâc figurâ fit, nam si in pedes egrediantur, disrumpuntur brachia, si in reliquas figuras, quas mox recensebimus, mater omnino periclitatur: id tamen silentij velo non contegam, quòd Plinius scribit, mortuos pedibus efferri, eo quod mors sit vitæ contraria; ideo sicuti in vitâ exit homo capite, ita etiam in morte debeat ritu naturæ pedibus efferri. Egreditur igitur mas quidem facie ad matris podicem: fœmina vero ad partes obscænas conversa, quoniam in utero illis quoque contrarius situs erat; quamvis hoc alij vanum putent, & tùm mares, tùm fœminas semper pronos exire prodiderint. Conqueritur Plinius, reliquis animantibus varia tegumenta naturam tribuisse, testas, cortices, coria, spinas, vilos, setas, pilos, plumam, pennas, squamas, vellera: homini cujus

Mortui cur pedibus efferuntur, & nascentes capite exeunt.

Exeundi modus.

Plinii & priscorum querela.

causa

causa videtur cuncta omnia animalia genuisse, novercam potius, quam parentem extitisse naturam; quem quidem inopem, nudum, querulum, ejulantem, & ad lachrymas projectum, quasi humanæ miseriæ præsagum in lucem projicit; quod ante ipsum ita cecinerat Lucretius:

Tùm porrò puer, ut sevis proiectus ab undis
Navita, nudus, humi jacet infans, indigus omni
Vitali auxilio, cum primùm in luminis oras
Nixibus ex alvo matris natura profundit:
Vagitusq; locum lugubri complet, ut æquum est:
Cui tantum in vita restet transire malorum.

Thraces infantium natalitia deplorant, exequias celebrant.

Hinc Thraces ac finitimi populi, autore Valerio Maximo in infantium natalitiis convocatis consanguineis, quantum miseriarum eis transeundum restaret, deplorabant, exequias verò cum hilaritate celebrabant. Verum enim vero si exactiùs ac emissitiis oculis ad naturæ opera collimemus, & rem æquâ lance pensitemus, immerito quidem naturam pro matre novercam ab illis fuisse appellatam comperiemus, atque hoc convitium, etsi verbotenus naturam feriat, revera tamen in eum redundare, qui naturam condidit, cujus potius omnipotentiam, sapientiam, ac bonitatem in hoc potissimum opere admirari collaudereqvè debemus, qui tam benignam matrem naturam hominibus præfecerit. Nullum enim animal à natura armatum valet exercere alia arma quam sua propria, ideo homo caruit illis, ut omnes habere posset; nam cum intellectu omnes artes, & cum manibus omnia arma valet exercere; quod si nudus obnoxius erat periculis, & minus firmus, tribus illum natura armavit præsidiis, ingenio ad inventionem necessariorum, sermone ad auxilium, manibus ad perfectionem eorum omnium, quæ vel ingenio excogitasset, vel sermone ab aliis didicisset. Ploratus vero causam sapientum plerique perquisiverunt; & alij cœlestium orbium motiones, quibus tenella corpuscula commoveantur: Soranus Ephesius causam dicit, quòd insuetam tangit terram, & tenellus spiritus à luce concutitur; alij & hoc addunt, quod à lumine exterretur, non, ut quidam ajunt, quòd anima cœlestium regionum extorris terrenum corpus prius inhabitet, atque ideo flere infantes cogantur: Alij terræ revolutiones causam esse ridiculè

Natura hominibus benigna est mater, non noverca.

Ploratus infantium egredientis causa.

C. 17.

crediderunt, hinc putabat, eos qui in navibus nascuntur, non plorare, cujus contrarium quotidianæ experientiæ testimonio comprobatur: est enim infantium nascentium ejulatus potissima causa ambientis aeris alteratio, diversa ab eâ, quâ intra uterum afficiebantur: adjuvat cohibitus spiritus, propter quem vox, quam intra uterum nullam infans adhuc emiserat, majori impetu prorumpit. Porro fœtuum in nascendo quatuor sunt non naturales figuræ; prima quando non in caput, sed in pedes egreditur, quos Agrippas, quasi ægre partos appellamus, quo pacto Marcum Agrippam natum esse ferunt, ac Agrippinas utrasque, & Neronem illum generis humani hostem: Altera, quando manicus exit, quem ego vitalem sæpe vidi; ubi notandum has figuras duplicatas esse, quia interdum duos pedes effert infans, interdum unum duntaxat. Tertia figura est, quando in latus fœtus progreditur, qui item partus difficilimus habetur. Quarta, quando duplicatus exit, idque aut natibus primo oblatis, aut cum manibus pedibusque simul ad partum inclinat infans; quod si in pectus aliquando procidat, retrò manibus, pedibusque conjectis omnium periculosissimus habendus erit; has vero figuras omnes Eucharius, Rodion, & Jacobus Rufus diligenter depinxerunt. Quæ autem in simplici partu dicta sunt, eadem in gemino & trino perinde observantur, nisi quod aliquando contingit, alterum infantem in caput, alterum in pedes demissum sese exhibere; quæ quidem ex naturali, & non naturali partus genere composita figura est: ita Vopiscos appellat Plinius, cùm è geminis unus vitalis nasceretur, altero interempto abortu; quemadmodum qui enectâ parente, cæsâ vitales nascuntur Cæsares, & Cæsones nominabantur à cæso matris ventre, auspicatiusque gigni crediti erant, quo pacto Scipionem Africanum, Julium Cæsarem, & Manlium natos esse scribit. Sæpe etiam, quod miserum, & lamentabile est, ferramentis, ut uncinis, rostro anatis, & tersa forcipe, prout necessitas urget, fœtus vivi, à vivâ, & integrâ matre educuntur: de quo opere & modo extrahendi fœtum ex utero materno absque vel matris vel fœtus periculo, aut fœcunditatis abolitione, quatuor extant Franciſci Rousseti integri commentarii.

Partus non naturales figura Agrippa.

Ex naturali & nõ naturali composita figura.

Vopisci. Cæsares vel cæsones unde dicti nascuntur.

Fœtus vivi è viva matre productio.

Quibus

Quibus signis partus cognoscatur, & de lochiorum expurgatione.
CAP. VIII.

IGitur instante jam partu, acrior sub umbilico, & ad inguina dolor premit, inde se ad lumborum vertebras reflectens, genitalia cum dolore tument, febrilis horror corpus invadit ex naturæ ad excretionem conatu, facies rubet, venter incalescit, cum verò magis instat parturitionis tempus, urinæ adest incontinentia, uterus solvi, & laxari sentitur, tormina vexant, partes superiores graciles fiunt, & extenduntur loca, super pectinem & inguina; immissoquè digito, quid ad magnitudinem ovi in orificio invenitur, convoluto nimirum fœtu eâ ratione, quâ libro primo diximus: ac tunc ruptis membranis, quibus continebatur, aquæ ex utero defluunt (sic enim vocant obstetrices fœtus sudorem, & innominatam aliam sordem, quæ inter amnion, & fœtum continetur, quæquè innatat) is autem humor primo paucus effertur, postmodum plurimus, ac demum sanguis aquosus, si fœmina nascitura est, ruber, & purus si masculus; quo tempore, & non antea in sede constituenda est mulier, quia jam obstetrices os uteri tangentes aperiri sentiunt, & dehiscentis uteri modum augeri, ideoq; in sellâ collocant, aut surgere jubent, & ad expellendum fœtum strenuè se paret, adhortantur, ad quam quidem rem in quibusdam regionibus obstetrices peculiaria sedilia habent, quæ ab humo non altè distant, ita ut mulier neque stare neque prorsus jacere videatur, & excavata ita sunt, ut facile, quæ debent, transmittant, ac reclinantem tergo accipiant, quorum formam idem Eucharius depinxit: Cum itaque jam jam partus instat, os uteri directum apparet, quod perpetuò in partu fit, perinde ac in conceptu, tunc si partus naturalis est, quod cognoscitur ex eo, quia in caput nascitur, totum opus soli Deo, & ipsius parturientis diligentiæ; & viribus committitur, ipsa enim abdominis musculis, puer propriis viribus partum facilem parant; uterus vero otiante jam retentrice, & proritatâ expultrice, tanto interdum impetu operatur, ut simul foràs excidere visus jam sit: Postea vero acetabula dicta dissolvũtur, ab acetabulis secundinæ evelluntur, ac tandẽ fœtus viarum angustiâ secũdas exuit, & in lucem prodit, quẽ prudens obstetrix apte,

Partus instantis signa.

Aqua præfluvium.

In sede mulier quando constituenda.

Sedilia.

Partus naturalis in quo cognoscatur.

Acetabulorũ dissolutio

Secundinæ evulsio.

Illico à partu quid faciendum.

Vmbilici resecatio.

Vmbilici ligaturâ qualem esse oporteat.

Vulneris curatio.

Fœtus ablutio.

A partu umbilici nullus est usus.

Lochia.

Quotdiebus puerpera expurgetur.

Lochiorum causa.

& molliſſimis linteis excipit, ſtatimq; aliquæ obſtetrices umbilicum, qui poſtremus omnium in lucem prodit, relictâ quatuor digitorum circiter longitudine ſecant; ſecurius tamen eſt, & in Hiſpania uſitatum, non illico umbilicum præſcindere, & à ſecundinis divellere, ne ſine involucris fœtus exeat; quæ quidem, ne diutius intus maneant, ab umbilico ſecanda non ſunt, ſed per quatuor aut quinq; horas expectandum, remediis interea ad id adhibitis, quæ ſuo loco ponenda ſunt; ac ſi non proficiant, ita ſentiente Hipp. lib. de ſuperfil. & 1. de morb. mul. tunc ſecandus umbilicus erit, duploq; filo conſtringendus, quam proxime ad ventrem infantis, quod pollicis ab abdomine latitudine fit. Non tamen arctior fiat ſtrictura, ne quæ ultra ipſum umbilici pars eſt, citiùs, quam oportet, excidat; nec etiam laxius ne funeſta hæmorragia per vaſa umbilicalia ſequatur, aut aër frigidus intrò in puerum ſubeat; ſectio vero fiat novaculâ peracutâ, vulneri imponendus pannus linteus duplex, oleo roſ. & amigd. dul. madidus ad doloris ſedationem; ita paucis pòſt diebus una cum vinculo excidet, quod intra nexum eſt, conſtricta enim vena, & arteria nutritione & vita deſtituitur; loto vero puero, & ſordibus abſterſo, quod vino calenti fit, in quo roſarum, & mirthi folia incoxerint, ſiccus jam umbilicus pulvere ex Bolo Armeniæ, ſanguine draconis, & mirrhâ conſpergi ſolet, ut qui nullius amplius ſit uſus, & goſſipio potius involvas, quam abdomini incumbere ſinas; nam calore vitali deſtitutus frigiditate ſuâ dolorifica tormina infanti excitat, ſed hæc in praxi copioſius invenies. Reliqua umbilici pars, quæ cum ſecundinis intus remanſerat, eiſdem connexa poſtea excernitur: tuncq; tertia illa mẽſtrui portio, quam circa uterum toto geſtationis tempore accumulari diximus, per ipſum dimanat copioſè primum ad heminam ferè cum dimidiâ; deinde paulatim, quouſq; quæ marem peperit, triginta diebus expurgatur, eſtq; longiſſima hujuſmodi purgatio plena perfectaq;, quæ tamen ſi ad 20. dies duret, nihil porſus habet periculi: ſi vero filiã genuit, duobus, & quadraginta diebus repurgatur, quæ certè purgatio ut maximè eſt diuturna, ita perfecta eſt: attamen periculo vacaverit, ſi 25. diebus peragatur, Hipp. decreto lib. de morb. mulierum, qui tamen terminus in noſtra praxi moderandus: hoc nunc intelligatur oportet, quod juniores diebus paucioribus, ſeniores pluribus expurgãtur. Purgantur autem à partu mulieres eam ob cauſam, quod antea

ad 40. usq; diem, si utero puella gestaretur, aut usq; ad trigesimum, si masculus, pauciſſimus ſanguis ad incrementū fœtus delabitur (namq; hoc dierum numero infantium membra articulantur) deinde copioſior, donec in lucem infans prodeat, reſiduo ſemper ibidem depoſito: ideoq; purgationes has, quæ lochia nuncupantur, à partu manare ad portionem dierum neceſſum eſt, quamvis robuſtis, & exercitio deditis non tamdiu ſæpe fluant. Oportet autem ut lochia ſint inſtar ſanguinis à victima exeuntis, quæ ſi retineantur aut immodicè fluant, vel ſecundinæ non expellantur, in innumeras ac periculoſiſſimas calamitates incurrunt puerperæ, quas Hippo. commemorat lib. de morb. mul. & nos ſuo loco recenſebimus. Unde conſtat lochia nihil aliud eſſe, quam ſuperfluum alimenti, quo fœtus nutriebatur in utero, quod toto geſtationis tempore retentum fuit, ne apertis matricis venis una cum illo laudabilis ſanguis expelleretur, neve acetabula in ipſa reſeratione laxarentur, aut etiam uterus lubricus redderetur, unde etiam aborſus facilis foret. Jam vero quia excrementum piceū, de quo Ariſt. & nos ſuprà egimus, quodq;, ſi ante editum in lucem infantem egrediatur, mortui fœtus indicium fœminæ eſſe dicunt, ſi intus maneret, perirent infantes, aut ſaltem toto pueritiæ tempore, epilepſiæ, & periculoſioribus variolis obnoxii manerent, ideo ex conſilio Avicennæ, non ante lactandus infans eſt, quam ei butyrum, & mel virgineum, aut ſirupum violaceum cum ſeſamo, aut ſimile quidpiam adhibeatur, quo egeſtionem prius emittat, cum quo etiam palatum perungitur, ut infantis ventriculus ab omni pituita, & recremento mundus evadat, quo etiã in caſu aut ſirupus violaceus ſimplex, aut tantillum theriacæ exhibetur, quamvis cum Galeno in lib. de theriaca putem eandem ſuperare vires tenellorum infantium, niſi ſeptentrionalibus, ut Belgis, & Germanis, qui ut referunt parentum naturam, ita medicamenta fortiora facilius, ſanguinis miſſiones difficulter tolerant. Poſtquam vero egeſſerit, tunc primum lactandus erit infans, dummodo lac primis duobus diebus matris ipſius non ſit, quia nondum ſanguis ejus ita purificatus eſt, ut poſſit in laudabile lac converti, ideo ab eo afficiuntur pueri, & malum dicitur coloſtrum Avicenna cit. & Plinius: Lac ex papillâ ſæpius in os infantis exprimatur, ut ita ſenſim aſſueſcant ventriculi fibræ attrahendo, de quo quidem lacte in reſiduo hujus operis Deo Opt. Max. auſpice, pauca cudere conſilium eſt, ſi prius de periodo, quâ tum in

Robuſtis pauciora lochia.

Lochia quid.

Et 1 pro. 45

7. de hiſt. nat. 10.

Quid puero ante primã lactationẽ exhibendũ. 3. 1. d. 3. c. 2.

Theriaca nõ omnibus infantibus convenit.

Septentrionales cathartica facilius ſang. miſſ. difficilius ferunt, lib. 11. c. 41.

Lac primis duobus diebus matris non ſit.

Colostrum quid.
Lactandi tempus.
Gignendi periodus in mare et fœmina.

mare, tum in fœmina generandi ac pariendi tempus finiatur, brevissimè dissertavero. Igitur mulier post 50. annum non gignit ut plurimũ, majoriq; parti quinto & quadragesimo profluvium sistitur, amissæ fœcunditatis testimonium. Mares ad septuagesimũ annum generare possunt, sed nullo certo præfixo termino, nã in utroq; sexu, alii aliis temporius, aut tardius generandi tempora aut finiunt aut producunt prout corporis, & vitæ, & succorum, & temperamenti, & cœli bonitas, atq; habitudo, quemq; in meliorem aut deteriorem naturam provexerit. Massiniſſam post 86. annum filium genuisse, proditum est, Catonem Censorinum octogesimo exacto; inter mulieres Corneliam è Scipionũ gente Volussium Saturninum post 62. annum, & Valessus in suo Filonio scribit, puerperam se vidisse, quæ 67. ætatis suæ anno filium peperisset: sed magna ex parte maribus 65. annus finis progenerandi est, fœminis quintus, & quadragesimus, ut autor est Aristoteles; quando autem incipiant homines generare jam prodidimus.

5. de hist. anim. 14. lib. 3. c. 3.

De lacte, quid illud, generationis modus, partes, conditiones, ac qualitates.

Caput IX.

Lactis materia.

SOlers, & sapientissima natura à summo Deo erudita infantis, quem in utero fabrefecerat, extra uterum constituti non oblivisciturimo sanguinis portionem, quâ intra ipsum nutriebatur, ad mammas per communes venas, quarum sæpè meminimus, extrudens, candore modificans, ne cruore delibuta ubera oculos alumni averterent, aut mater sanguinis metu expaveſceret, commodissimum parat pueruli alimentum in eâ parte, qua facilimè simul & citissimè elaborari lactis copia posset, & ab alumno facile sugi, qui vicissim posset à matre foveri, amplecti, osculari, & amorem ejus promereri. Posteaquã igitur cæliqua quæ priora sunt naturâ priùs, ut par erat, forsitan fusiùs, sed quàm potui lucidissimè exposui, postulat series rerum, ut de hoc etiam naturam imitando nonnulla annectam. Empedocles apud Aristotelem *4. de gener. anim. 8.* lac pus esse dicebat, fortassis, quia veteribus solitum fuit, concoctionem per corruptionem intelligere. Est tamen lac nil profecto aliud quam benignum corporis excrementum, sanguine è rubro in candidum mutato, ad fœtus nutritionem: cæterum non solum post editum

Mammatur in pectore sita.

Lac quid.

infan-

infantem lac apparet, sed, cum jam partus instat, scaturire incipit, quò scilicet, cùm jam eo uti infantem oporteat, maturiùs, concoctius, ac veluti paulatim paratum lac fiat, ideo incipit aliquibus priùs, plerumq; autem septimo octavoq; mense; quod quidem lib. de nat. pueri Hipp. accidere putavit quia retentis per conceptum menstruis alimenti abūdantiâ omentum pinguescat, & recente adipe albo, necdum concreto abundans, ceu oleo corium illitum, à turgido utero compressum, & sursum & deorsum destillat, deorsum quidem in Embrii alimentum, quamdiu in utero est, sursum in mammas recipiatur, & id lac vocem; sed hæc sententia quia nullam veritatis similitudinē capit, repudiandā omnino est, quinetiam quia ipsius Hipp. placitis contrariatur; aliundè ejusdem lib: inserta videtur, nam ipse in aphorismis, & Galen. in comment. aliam veriorem, & magis accommodatam innuunt; nimirum, quia justissima natura in ultimis mensibus sanguinem in fœmina redūdantem, nec tamen aliter quam copiâ superfluū, deponit apud mammarum glandulas, tùm per communes mammarum, & uteri venas, tùm per eas, quæ à propaginibus venæ cavæ descendunt, ubi glandularum vi (quibus proprie conficiendi lactis facultas tribuitur) in album è rubro vertitur, & lactis naturam nomenq; sortitur: non dissimili modo, ac idem sanguis in spumosam vertitur humiditatem in pulmonis carne, & testium facultate in sperma appellatū transmutatur, in linguâ salivæ nomen accipit; dum n. glandulæ illum sibi assimilare conantur, non solum dealbant, sed frigidiusculum etiam reddunt, ita tamen, ut facile à tenello fœtu, ad cujus nutritionem comparatum est, concoqui possit. Quod porro septimo octavoq; mense mammæ magis attolli incipiant, papillæq; glisscere, & turgere, causam esse constat, quod ultimis mensibus multum jam crassioris sanguinis congestum est in venis, & arteriis uteri, per quas fœtus alimentū transit, quod quidem sanguini influenti impedimento est, fœtus n. jam grādior multo indiget, & multum trahit, multus autem sanguis penetrare non potens recurrit per communes venas ad mammas; unde etiam ulterius elucidatur difficilis locus Arist. quem 3. lib. c. 14. explicuimus, ubi fœtum ultimis mensibus minùs consumere alimenti confirmare videtur, quod quidem fit non quòd minori indiget alimento, sed quod min⁹ ad ipsum jam penetrare potest, ideoq; recurrit ad mammas, qui certe recursus, & ad lactis, cujus usus jam imminet, præparationem utilis est, & ut fœtus penuriam senti-

Lactis tempus.

Hipp. lib. de lacte inserta falsa sententia.

5. aph. 39. Vera lactis ratio.

Summa 7. mense cur incipiant attolli.

sentiens exitum paret, ita enim æquissima natura, & ejus omnipotens, & sapientissimus conditor Deus omnia mensuravit, ut necessarias causas iis, quæ fieri expedit artificiosissime aptaverit; sic quamdiu in utero alendus fœtus erat, ad uterum universus sanguis colligebatur, lactanti mulieri ad mammas. Palam jam ex dictis est, sanguinem materialem esse lactis causam; (sanguinem inquam dulcissimum, & pinguissimum Hip teste lib. de nat. pueri, & 1. de mul. morb.) glandulas mammarum efficientem: fœtus nutritionem, & conservationem finalem: formalem vero concoctionis modum, quo acquiritur ipsa lactis forma, qui quidem modus à calore influente cordis, & nativo mammillarum dependere autor est Dinus super lib. de nat. pueri: sed enim multitudinis, vel paucitatis lactis causa sæpe regiones esse temperatas censet Arist. cit. potius tamen in humidis regionib. copiosius lac fieri crediderim, ut de Epiro, Frisiâ, & Hollandiâ Albertus scribit, in siccis minus abundans, sed crassius. Jam vero lac etsi similare videatur, partes tamen dissimiles habet; constat enim tribus potissimum substantiis crassâ, seu caseosa: pingui, hoc est, butyraceâ: & aquea, quam dicimus serum. Pars caseosa frigida, & sicca est, si caseus recens fit (vetus enim ad caliditatem tendit) butyrosa temperata existit.

Causa lactis quatuor

Causa multitudinis lactis.

8. de an. 9. Lactis partes.

Dub. An serum lactis sit calidum vel frigidum.

3. de alim. fac. 16. lib. 2. c. 63

4. de simpl. med fac. 17

Autoris sententia de sero temperamento.

De sero prima inter antiquos medicinæ professores reperitur quæstio: nam Galenus lactis serosam partem calidam, & acrem esse judicare videtur, cui sententiæ patrocinatur Avicenna c. de lacte, & Mesues c. de aqua lactis, quibus in locis sapientissimi viri ex eo videntur colligere, serum calidum esse & siccum, quia vim habet subducendi ex sententia Dioscoridis quin etiam extenuat, abstergit, & nitrosam possidet facultatem, ut super eundem Lacuna notavit, ideoque jecoris obstructiones aperit; quod idem persuaderi potest, quia quod sudor, sive lotium in sanguine est, idem serum in lacte, sed illud refragante nemine calidum est, ergo etiam serum. Ex altera tamen parte idem Galenus, in alium flectitur sensum, ac serum esse frigidum, & humidum asseverantius dicit, cui cooperatur Andr. Lacuna, & communis practicantium usus, qui ad reprimendos febris æstus, & bilis furorem, & pruriginosas pustulas maximâ cum utilitate serum exhibent, cui ego sententiæ libentius ac quiesco: etsi aliquem calorem sero inesse non diffiteor, eum tamen ex herbis calidis, aut coagulo quo fuit extractum contraxisse reor potius, quàm à naturâ suâ, illum tamen calorem

lorem non talem tantumve esse, quin à frigidioribus partibus superetur; ratione igitur caliditatis, & acredinis vires in ipso sunt subducẽdi, attenuandi, & abstergendi, suâpte vero naturâ vim habet refrigerandi, & ardores ac bilem compescendi, & pruriginosis pustulis succurrendi, quia frigidum & humidum est, ideo illud lac frigidius censetur, cui plus ineſt seri, quâ ratione Galenus, Mesues, & Avicenna superioribus locis si explicentur, omnis omnino controversia dirimetur: Nunc ad propositum redeo.

Boni lactis conditiones

Optimum itaq; lac censetur, quod purum sincerumq; est, nec amaritudinis, nec acrimoniæ, nec aciditatis, nec salsedinis particeps, non graveolens, sed modice odorum, gustu suave, & parum dulce, album & æquale, ac mediæ consistentiæ inter liquidum & spissum, ita ut in unguem instillatum non diffluat, quod tale fuerit, boni succi est, corpus alit, alvum emollit, ac facilis concoctionis existit, præsertim vero humanum huic mediocritati accedit: quod autem lac pituitosum est, ex ungue facile defluit, & in sapore ad aciditatem vergit: bilioſum, subtilius cum sit, amarorem aliquem præ se fert: melancholicum crassius, & tenax est, colore lividum aut subnigrum; nihilominus Aristoteles, lac lividum, & fuscas nutrices laudat, quod idem à Belgicis fœminis fieri video, cujus rei ratio esse potest, quia lac melius concoquunt propter vegetum ac validum calorem; quod iis in mentem non venit, qui hanc Aristotelis sententiam respuunt, quam nos infra elucidabimus: Plinius in Ponto capras reperiri scribit, quæ lac nigrum generent, quâ in re damus, quæ accepimus.

Pituitosi lactis signa. Bilioſi. Melancholici. 3. de hist. animal. 21

Lactis albedo qualis. A. 4. meteorum. P. 6. sympos. 8.

Insuper lactis albedo non transparens est nec imagines reddit, sicuti vinum, & aqua, & alia pellucida corpora, propterea quod in lacte plurimum est terrenæ, & crassæ substantiæ, quæ, dicente Aristotele, & Plutarcho, ipsius colorem obtusum reddit. Cæterùm si infans aliquâ ratione cogatur alio quàm humano lacte uti, caprinum præferendum est, crassius ovinum, crassissimum, & pinguissimum bubulum, tenuissimum cameli, mox equæ, tùm asinæ, sus planè crudum, & aqueum lac habet, ita ut ex iis caseus confici non possit, sicuti nec ex ullo eorum animalium, quæ utrinq; dentata sunt, quæ etiam plures, quam ternas mammas habent, caseo inutilia, utiliora, quæ binas; tot præterea dedit natura mammas cuiq; animalium,

Brutorum lac quodnã præferendũ E lacte animalium utrinq; dentatorũ caseus non fit.

Volatilia lac non habent.

quot ad suos fœtus alendos necessarias esse duxit; Porro volatilia propter corporis siccitatem lac non habent, & quia pondere gravia volare non possent, ideo etiam vesica destituuntur, sed lactis penuriam majori in filios amore natura compensat; omne autem lac igne spissari, frigore serescere, Plinius testis est, quod ex Aristotele suscepit infra citato. Gigni lactis abundantiam à calidis, & humidis rebus scribit Gal. minuitur autem ab omnibus impensè calidis, frigidis ac siccis, quod si nonnunquam ea, quæ sunt calida, & sicca, uti fœniculum, & apium, aut nimis frigida, ut lactuca ad lactis generationem exhibentur, illa quidem, quatenus aperiunt, & movent sanguinem ad mammas, hęc vero in quantum temperaturam calidam, & exsiccatam corrigunt, lac generare per accidens dicuntur, quæ enim propriè & per se lac producunt, calida procul dubio, & humida esse oportet.

Lactis penuriam amore compensant. 11. de hist. animal. 41.

Lac generant calida, & humida. 1. simpl.

Dub. An salita lactis copiã efficiant.

Utrùm vero salita lactis copiam efficiant inter scriptores controversum est, nam Arabes pleriq; Aetius, Moschio, & Albertus Magnus, laudant capita salitorum piscium: Hippocrates 1. de mulierum morbis, Galenus, & Avicenna à rebus salitis omnino abstinere jubent, ea potissimum ratione, quia sal impendio exsiccat, & consumit omnia, ergo etiam lac; quâ quidem ductus ratione Mercurialis salita nullo pacto ad lactis generationem conducere existimat, nisi quatenus reliqua modice condiendo ad saporem, & penetrationem facit, quod si aliâ virtute id efficiat, illam plane se ignorare fatetur: Est tamen in promptu alia non contemnenda ratio, quæ ex Lacuna desumitur, referente, Romæ caprarios, & opiliones tempore æstatis, quo pascua arescunt, & lac perpaucum generatur, hac arte plurimum lactis provocare; salitis rebus, oves, & capras pascunt, ita ob ingentem sitim magnam hauriunt aquæ copiam, quæ continua mulsione ad mammas trahitur, & in lac convertitur, aquosum tamen & salitum, cujus serum febrientibus pernicioſum est, & vitæ inimicum; nec dissimili ratione septentrionales nutrices halecibus vescuntur, nisi ut excitatâ siti majorem hauriant cerevisiæ copiam: non igitur mirum si in Barduana regione de qua Moschio, & Albertus loquuntur, ubi pascua salsa nitrosaq; sunt, eâdem de causâ magna proveniat lactis abundantia. Galenus quæcunq; admodum calefaciunt, non tamen valenter desiccant lactis proventum prohibere retulit; cum autem talia sint, quæ mensibus eliciendis congrua sunt, planè sequitur, ea quæ provocant men-

Mercurialis sententia explicatur. 3. de morb. mul. 1. 2. in Dioscor. lib. c. 65.

Qua ratione salita lac efficiũt.

5. simpl. 21. Menses ciẽtia lac destruunt.

Arua

strua, destruere lac; cujus rei ratio est, quia sanguis ad ubera non tantum mittitur, sed trahitur, ac pro inde cum lac deficit, ad illud promovendum sufficiunt quæcunq; leniter aperiunt, & movent, contra uterus nihil confert ad delationem sanguinis, qui solum ad illum pellitur, quocirca quæ menses movent majores vires obtinere oportet, aut in majori copia exhiberi, nam quando in eâ copiâ aut qualitate exhibentur, quæ evocare menses valeant, valent etiam lac non movere solum, sed exsiccare, quoniam non desiccantia, & modice excalefacientia lac gignunt; quæ vero plus excalefaciunt, nec valenter exsiccant, menses proliciunt, aliquando tamen pro variâ naturæ inclinatione accidit, ut ea ipsa, quæ menses evocare apta sunt, lac provocent, & è converso, quâ ratione quæ provocant sudorem, validiora sunt iis, quæ urinas movent, quia multo difficilius est, humores in halitus transmutare, quam eosdem extenuare, & à sanguine partem serosam secernere, quod diureticum medicamentum instar coagulifacit; Et quia materia urinæ trahitur à renibus, sudoris vero materia solum impellitur versus cutem: sæpe tamen una pro alterâ operatio contingit; Illa autem quæ lotium cient, non solum lac, sed menses etiam avertere nata sunt, quia impensius exsiccant, sed dicens: si menses exsiccant cur non urinas, cum præsertim minori vi opus esse videatur, ad urinam ciendã, quæ trahitur ad renes, quam ad menses, qui non proliciuntur? Solutio est, menses provocantia calorem, qui ad motum facit æqualem cum diureticis obtinere; diuretica vero excellere siccitate, quæ quidem ad seri separationem facit, ideo reliquum sanguinem crassiorem reddunt, & magis tenacem; ac proinde menses supprimunt, urinam vero serosumque humorem promovent: quia tamen hæc hujus loci non sunt, ad propositum redeamus.

Sanguis ad ubera trahitur, ad uterum mittitur.

Quæ provocant sudorẽ validiora sunt, quam quæ urinas movent.

Lotium provocãtia lac & menses avertunt. Obiectio.

Solutio.

Cur lacti albedinem natura tribuat, & an illud per concoctionem fiat, aliaq; scitu digna.

CAPUT X.

SEd forsitan scisciteberis, cur lacte, & non sanguine nutritur infans? cujus rei causam ex supradictis quodammodo jã colligere potuisti,

Cur lacte non sanguis nutriatur puer.

tuisti, voluit enim natura illud dealbare, ne puer, aut mater, sive nutrix cruore exhorresc-ant; & insuper, quia extra uterum debuerat pueri cibus ad ventriculum permeare, ibi concoctus ad jecur uti sanguinis officinam, si ergo sanguis exsugeretur à puero, nec concoqueretur à ventriculo, neque esset quod rursus fieret in jecore; fuit ergo convenientissimum, ut ex sanguine lac fieret in mammis, & ex lacte in ventriculo concocto, & ad jecur infantis delato alius purissimus, & defæcatissimus sanguis, qui esset pabulum caloris ipsius nativi, & humidi primigenii, quod in illâ ætate perfectissimum reperitur. His sic compendiosè appunctis, alia se offert illustranda controversia multorum animos distrahere solita, utrum lac per concoctionem ex sanguine fiat, an per solam coloris mutationem? concoqui ulterius sanguinem Aristoteles sentit lib: de hominis structurâ, ubi lac eodem modo, quo semen genitale ex sanguine generari prodidit, in cujus sententiam Gale: pedibus omnino discedit; at ita lac, sanguinem, & mammæ venas calore superarent, siquidem concoctio à calido fit, & calidiorem rem ipsam reddit; ideo putant aliqui non concoqui sed dealbari à parte; alii concoqui quidem respondent, non tamen impensè sed competenter, hoc est, ad æquabilitatem reddi, nam beneficio tepidi mammarũ caloris igneas, & acriores partes dissipari, crudiores attenuari, & concoqui, neq; vero quæcunq; concoquuntur, calidiora fieri, sed quæ à calido intensissimo, hinc fit, ut dicente Galeno, lac medium quoddam fit inter pituitã, & sanguinem, quia pituitâ calidiõ est, sanguine autẽ tantò frigidius, quantò jecoris parenchyma glandulosa mammarum corpora calore superat, longius tamen abest à pituitâ, propiùs ad sanguinem accedit: jam cum similimum nutrimentum lac sit ei, quod fœtus in utero sumebat, pauciss*i*mam mutationem adeptum fuisse credibile est; quod si consideres instrumenti frigiditatem, nil profecto mirum, si quantumvis à calido fiat hæc actio, tamen ratione instrumenti lac sanguine frigidius evadat; adde etiam mammarum laxitatem, cujus ratione plus solent recipere, qam per frigidam temperaturam, etsi à corde, & partibus pectoris concalefiat, concoquere valeant. Non tamen inferas, in illis mulieribus quæ lactare renuunt, & lac ad venas regurgitat, ac rursus in sanguinem convertitur, idem semel coctum recrudescere; nam juxta priorem dubii solutionem nil plane vetat aliquam concepisse in venis concoctionem, majorem in mammis simul cum co-

Dub: An lac per concoctionẽ fiat ex sanguine, an per solã coloris mutationem.

Ar. et Gal. sententia. 7. de usu part. 22.

Aliorum opiniones.

5. sympl. 21.

Non omnia quæ concoquuntur calidiora fiunt.

Lac mediũ inter pituitam et sanguinem.

Lac sanguine est frigidius.

Occurritur obiectioni.

cum coloris mutatione, & adhuc ulteriorem rursus in venis cum reductione ad ruborem, quia color variat pro ratione partis. Porro sæpissime accidit, ut, quæ semel uterum gesserunt, semper aliquid lactis continerent, & exprimere possint, donec iterum conceperint, quæ rursus tertio à conceptionis mense iterum lac ostenderent; quibusdam etiam natu majoribus suctu frequentiori lac prodiit, & copia tanta, ut infantem enutrire potuerint; quin etiam aliæ urticâ perfricant vehementer ubera, ut dolorem excitent, ac ita primo cruentum humorem eliciunt, post modum lac ut tradit Arist: quod sæpius se vidisse testatur Albertus Magnus, plerisq; autem totis mammis atq; etiam alarum finibus fluere scribit Plinius, aliquando tamen sanguis ob impedimentum aliquod eo ascendit, qua ratione, & virginibus, atq; corruptis, etsi nondum matribus, ubera distenduntur, & prodit lac atque etiam maribus, ut autor est Aristoteles citato: Communiter tamen mares lac non producunt, quoniam beneficio nativi caloris ac laboris adeo concoquunt, & absumũt nutrimentum, ut perexiguum supersit excrementi; adhoc quia non habent mammas adeo spongiosas, ut possint sufficere materiæ proprii nutrimenti, & lactis. Quod vero de apro Arist: refert, ex quo tantum lactis indies emulgeretur, ut colloſtra inde efficerentur, vanum omnino, & fabulosum videtur. E converso autem aliæ sunt fœminæ, quæ naturâ suâ lacte carent, & aliæ, quibus lac deficit ante tempus, quæ quidem naturâ solidæ sunt, & densæ carnis, quamobrem sufficiens humor à ventre in mammas non penetrat; aliæ sunt, quæ mammas quidem habent satis capaces, ad quas lactis sufficiens quantitas fluit, sed papillis omnino & fonticulis destituuntur externis, quibus nisi lac exsiccetur, ab eodem ibidem remorato perdifficiles cruciatus excitantur: non tamen lacte ubera nutriuntur, alioqui in virginibus etiam ac viris perpetuo lac appareret, sed per diversas venas lac, & nutrimentum illis dispensatur, ut suo loco dictum est; nec etiam statim menses ascendunt, ubi ubera turgescunt, pleriſq; enim idipsum ob solam carnis multitudinem evenit, quibus nunquam ubera plurimo lacte turgent, quia capacitas deest.

Color variat pro ratione partis.

Lactantiũ diversa natura.

Lac virginis aliquãdo habent.

Lac mares habent non nulli.

Lac mares cur communiter non habent.

Cæterum quibus menstruæ vacuationes contingunt, raro fit lac, & vice versa, quia eadem est materia utriusq;, ideo mulieri utero gerenti si lac ex mammis fluxerit copiosum, fœtus redditur imbecillus, nempe quia alimentum omne sursum ascendit ad mammas, quod fœtus in

Papillis carentes mulieres.

Vbera lacte non nutriuntur.

Quibus mẽstrua fiunt lac non fit, et è cõverso

tus in venis reliquerat, quia ipse præ imbecillitate, quantum sibi ad moderatam nutricionem satis esset, attrahere nequiret, & consecutionis mutato ordine, si gravidis mammæ repente extenuentur, abortus sequitur, quia etsi fœtus validus fuerit, copiosum tamen ei alimentum deesse significat, ideoq; primum ex venis matricis communib⁹ sanguinem trahere, unde mammæ gracilescant prius, & non multò post, cum nutrimentum omnino deficit, abortus fiat, nam sicuti lac in mammis fœtus debilitatem, ita gracilitas earundem alimenti penuriam arguit:

Mammarũ extenuatio, abortũ præsagit.

quod vero Hippocrates, & post ipsum Mercatus, menses licet fluant, suppressos omnino putant, si lac in mammis apparuerit, plerumq; quidem ita fit, sed non perpetuo; vidimus enim fœminas (quarum una erat Jacobi Zueri jurisconsulti conjux) quæ quantum vis infantes prægrandes lactarent, menstrua tamen toto lactationis tempore ordinata, & copiosa habebant, nec id semel, sed quoties pariebant; Mercatus refert, fœminas, quæ lac habent, interim, dum habuerint, steriles censeri, & ad conceptum ineptas; quod non experientiæ solum, sed clarissimorum virorum placitis, & rationi dissentaneum est: nam pleriq; omnes, qui eligendæ nutricis præcepta tradiderunt, hujus non fuerunt obliti, nec ipse silentio prætermisit, quod non sit prægnans; igitur quæ lac habet, gravidari potest, quod quotidie videmus. Eventis ratio adstipulatur, quia si aliquando contingat, ut mulier simul lactet, & menstrua habeat, quod fieri posse docuimus, alimenti penuria quæ in illo casu potest esse causa quo minus conceptus fieret, nulla omnino esset, atq; adeo fœminam concipere nil obstaret: adhæc mulier gemellos sanguine in utero nutrit, in lucem editos eosdem lactat, nil ergo vetat, ut quæ sanguinea corpulentaq; fuerit unum uberibus, alterum in utero, quamdiu saltem pauco indiget alimento, foveat; Quæ quidem commemorare libuit, non quidem animo criminandi sapientes viros, quod ego ingenium naturâ horreo, sed tuendæ veritatis studio illectus, quo nihil ab initio habeo antiquius, & ut cuncti, quam variis modis natura soleat in suis operibus ludere, perspiciant, nec tyrones ex lactis præsentiâ mensium aut gravidationis defectum in universum vaticinentur, quod in praxi fœdus error, præposteraq; morborum curationis causa foret, cum iis neq; purgatio neq; sanguis missio sit adhibenda: esto enim quod communiter lactans non possit ad nonum usque mensem alterum fœtum enutrire, potest tamen concipere,

Dub. An fœmina quæ lac habent, interim dum habent, menstruo perpetuo careant, & steriles censeantur.

5. Aph. 30. 1. de morb. mul. 10. Mercati lapsus. Adversus Mercatum rationes.

Natura variis modis in suis operibus ludit.

Lactans non semper ad alium

pere,& ad aliquod saltem tempus utrique præbere alimentum: sed neque etiam lac,fœminam esse corruptam,semper arguit.

quod tempus gestare potest.

De crassamento, grumefactione, & caseatione lactis.

CAPUT XI.

PRimum novissimumque lac inutile est,quod si crassum efficiatur, pleraque mala infantibus, & matribus ipsis infligit: crassescit autem duobus modis, uno secundum omnes sui partes cum substãtia caseosa, butyrosa, & serosa unà concrescunt, & dicitur affectus Græce tromboſis,Latine grumefactio, Arabib. congelatio: Altero secundum duas tantum partes, caseosam, & butyraceam, qui affectus caseatio nuncupatur: utrum tamen serosa pars veré possit crassescere, controversum est,nam plerique id negant,eo ducti argumento, quod dum sanguis extra vasa crassescit, serum integrum separatum, ac liquidum manet,non tamen advertunt,serum,etsi omnino non crassescat,eo modo quo reliquæ sanguinis partes, tamen aliquantisper crassius evadere,cujus rei indicium est, quod si serũ urinæ recenter mictæ conferatur,crassius esse apparet,cum tamen una eadẽque substãtia sit, quinetiam ipsa urina sæpissime interposito tempore crassior redditur. Nunc de grumefactione & caseatione indesinenter agere pergã: illam à frigido fieri,compertum exploratumq; est,nam extravasatus sanguis nõ nisi à frigido grumefit,& accidentia frigida ex grumo sanguinis excitata, animi defectus, exsolutio, pulsus parvus idipsum attestantur; quod tamen Mercurialis non recipit, quia, inquit,in pectore, & ventriculo sanguis grumefit, nec tamen à frigido, parvus pulsus febrem sequitur hecticam,exsolutio,& animi deliquium,ardentes febres, quæ quidem calidæ sunt affectiones: sed meminisse oportuerat, in pectore,& ventriculo sanguinem, etsi in calido sit, non tamen à positivo, sed à diminuto calore grumefieri, destituitur enim copiâ spirituum, quibus in venis refertus erat, per febres autem hecticas calorem intensum quidem esse,sed extensivè diminutum, quia sanguine, & spiritu hectici carent,in quo potissimũ nativi caloris robur consistit: in reliquis non tam à calore, quã à venenatis qualitatibus, quæ fere putridos humores comitantur,animi deliquia excitari: abi ad semẽ, & menstruũ putri-

A vitiata lacte nocumenta.
Lactis crassities.
Grumefactio.
Caseatio.
Dub. Serum an possit concrescere.
Dub. An grumefactio lactis à frigiditate fiat. 3. de mul. morb. c.5.

Aquea à frigido, terrea a calido concrescunt.

Grumefactio lactis qui fiat.

Avic. locus perperam a Mercurialis citatus.

C. 4. Frigida medicamenta quo pacto congelationi conveniant Moscovitarum mos.

Dub. An caseatio lactis a calido semper sit. simpli. 13. Coagulum natura ignea est. 4. de hist. Animal. 3. 3. eiusdem tit. 21.

putridum, à quibus videas eadem symptomata suboriri: Neque quicquam urget Aristotelis auctoritas, quam affert ex 4. meteororum 5. dicentis, aquea à frigido, terrea à calido concrescere, quæ simul terrea, & aquea sunt, à calido, & à frigido, ut lac: nam paulo post Aristoteles addit, à calore rem concrescere exhausto humore: & ita quidem lapides in renibus fiunt: neque nos negamus, si lac igni adhibeatur, concrescere, & incrassari, exhausta parte aquea: sed grumefactionem in mammis haud ita fieri censemus, non enim absque magnis febribus, & symptomatibus tantum caloris posset fœmina concipere, at sæpe sine illis sanguis grumefit in mammis: potius igitur ab oppresso spiritu, qui à frigore cogitur, & suffocatur: Minus adhuc opis ab Avicenna consequitur: quem de grumefactione à causa calida, & de grumefactione, à causa frigida 21. 3. verba facere arbitratur: quia eo loci non quidem de grumefactione, sed de caseatione sermo est, ut legenti perspicuum erit. Quod si c. 5. de congelatione differens, medicamentis utitur frigidis, vel certè anodinis, non video profecto, qua ratione ea congelationi convenire possint: nisi quatenus ea, quæ moderate sunt frigida, si cum frigidis intensis conferantur, vicem obtinent contrarii, & anodini, quo pacto à viris fide dignis accepi, in Moscovitarum regione, Sarmatia olim dicta, per magnos hyemis rigores aqua plenas tonnas ad diversorii fores paratas haberi, quibus adventantes hospites pene congelatos immergant, atque ita paulatim incalescere, ne rigidi, ut erant, hypocausta ingredientes ab uno ad aliud contrarium subitâ factâ mutatione periclitentur: sed quid multis moror in ea confutanda opinione, quæ nullam omnino capit probabilitatem, nec in Aristot. aut Avicen. mentem unquam incidisse palam jam feci, cum ex ipsa voce ejus instabilitas convincatur, non enim aliud esset rem à calido congelari, quam à frigido comburi.

Porro lactis caseationem tam internam quam externam à calido semper fieri nemini dubium esse debet: nam ut urinam cientia prius fundunt sanguinem, deinde partes crassas, ac serosas separant, Galen. auctore, ita coagulum in lacte prius separat caseosam partem a serosa, deinde eandem crassam reddit, Aristot. decreto, dicentis, frigidum non propriè lac ad caseationem reddere, sed potius a calore id fieri: quin etiam ipsius coaguli natura idipsum palam facit, quod, ut scribit Arist, igneam habet facultatem, cui Gal. & Averroes plane suffragantur: ad

tur; adde sedimentum in urinis non nisi à calore secerni, & quæcunq; ad seri extractionem, & casei separationem faciunt, cinaram, cnycum, gutur galinæ, vinum, & reliqua calida esse omnia; ut mirari satis nequeam, quid venerit in mentem eruditissio viro, qui loco allegato scribit, horum pleraque frigida esse, quæ tamen cuncta tertium aut saltem secundum attingunt caliditatis gradum. De aceto, quo solo aliquando lactis serum extraximus, etsi ejus nullam fecerit mentionem, difficilior posset suboriri controversia: sed neque hoc quidem frigidis suis partibus id efficit, verum subtilioribus calidiusculis, & admodum siccis, quibus primum penetrat, deinde caseosam partem cogit atque constringit, quâ ratione ab eodem quamvis à prædominio frigidum sit, tamen propter has partes acredinem sero inesse, & quandam subducendi abstergendique vim superius jam prodidimus. Sed ut à Galeno te explicare possis, qui 3. de alimentorum fac. c. de oxigalate, lac interdum usu vasis aquæ frigidæ spissari pro comperto affirmat, rusticos consule Hispanos, qui probè norunt illam spissationem non ab aquâ, sed à calore ignis fieri, cum enim volunt lac spissare, pro sapidissimo illo cibo, quem ipsi Lusitanè *Atabese* vocant, prius leviter bulliunt, interim tamen, ne fiat caseatio, aquam infundunt, qua tantum abest ut spissetur, ut potius alioqui futura caseatio impediatur. Cæterum putat Mercurialis duas esse caseationis species; propriam, quæ á solo coagulo fiat, & impropriam, quæ ab aliis rebus; illam semper à calido: hanc tum à calido, tum à frigido posse contingere in mammis: Sed ut illi hâc viâ subterfugienti iter occludamus, reducamus ei in memoriam, impropriam hanc caseationem tunc fieri duntaxat, cum præternaturalis calor in mammis augetur, quod ipse paulo inferius affirmat, nullam aliam cognoscens hujus caseationis causam, quare volens nolens sui fortasse parum recordatus rem, ut est, profert. Nostræ huic sententiæ patrocinatur Dioscorides, ubi ad dissolvendum lac in ventriculis puerorum coagulatum, acetum exhibet, at quæcunque à frigido dissolvuntur, à calido concrescunt, ut tritissimum est philosophorum dictum: quid? quod non invenies lac coagulatum nisi in locis calidis, in ventriculo, & ad ignem: nam in aere potius corrumpitur, & grumefit: quod si opera caloris contempleris, cujus proprium est, homogenea conjungere, heterogenea verò disgregare, eadem profecto in caseatione fieri plane comperies.

Serum extrahentia calida sunt.

Acetum calidas habet partes.

Lactis spissatio qui fiat.

Duplex caseatio.

Impropria caseationem a frigido sed calore fit præter naturali.

Lib. 2. 46.

Quæ a frigido dissolvũtur a calido concrescunt.

Lac non nisi in loco calido coagulatur.

Caloris opus.

Non igitur est, quod de caseationis causa de inceps quisquam dubitet cùm ex eventis, autoritatibus,& firmis rationibus calorem esse in propatulo sit.

Coagulum quid.

Verum quoniam de coagulo sermo incidit, sciendum est, illud quidem nihil aliud esse, quam albam illam substantiam, quæ reperitur in animalium ventriculis, una tantum parte dentatorum, & quæ nondum usa sunt alio nutrimento, quam lacte; cum primum enim herbis pasci incipiunt, corrumpitur coagulum, ideo in grandioribus non invenitur; quatuor porro habent ventriculos animalia hæc, quibus possint haud bene ob dentium defectum incisum in ore alimentum, alioqui asperũ,& durum exactè concoquere, ideo ruminant, dum ex uno ad aliud transferunt; Est enim ruminatio reductio ad os, & ulterior præmansi alimenti masticatio, quæ omnia ferimus accepta Aristoteli, & Galeno, ventriculis autem hæc nomina indita sunt, venter, reticulum, omasum, & obomasum, germanice Mage/ Panzen/Roden/ Psalter. In illo verò, quem omasum Græci vocant, germani, Roden/ materia hæc sive fermentatum lac reperitur, quod coagulum dicitur; nam sicuti mulieres crudam massam servant, quæ acorem calidiatemque contrahens causa est, ut melior panis, cui commiscetur,evadat, ita lac in hoc ventriculo asservatum fermenti concipit qualitates igneam, & acrem, quibus lac commixtum caseationem efficit, ijsdemque valet liquida coagulare; congelata dissolvere, ideò contra lac in puerorum ventriculis congelatum, Dioscorides citato exhibet. Si interroges, unde lac in mammis coaguletur, si nullum ibi hujuscemodi coagulum reperitur? Respondet Mercurialis, à quâdam caseatoriâ vi lacti intrinseca id fieri; cum tamen, qualis illa sit, non appareat, nec alia ibi reperiatur, quam concoctiva, quæ à calore nativo fit, ac reliquæ naturales, Potius equidem puto, id calore fieri præter naturam, si eò lac perducat, ut calorem acoremque concipiat, ac similem coaguli naturam, quod forsitan & ipse significare voluit.

Ruminãtia quatuor habent ventriculos.

Ruminatio quid.

A. 3. De part. anim. 14.

Ventriculorũ nomina. G. de admin. nat. 3

Coagulum liquida agglutinat, congelata dissolvit.

Cur lac in mammis sine coagulo coaguletur.

Matrem

Matrem ipsam infantem lactare conuenientissimum esse, sin minùs id fieri possit, qualis sit nutrix eligenda.

CAPUT XII.

EDito in lucem infante, transactisque illis diebus, quibus antea diximus, lac maternum rectificari, ac benignum reddi; ipsa quæ peperit mater, eademque sui partus fidissima nutrix sit, est enim Galeni testimonio lac maternum jam edito infanti saluberrimum, quoniam qui eo aluntur pueri, ij non solum consueto, verum etiam maximè proprio utuntur alimento; nam cùm infantes, dum adhuc in utero sunt, sanguine matris ali supradictum sit, ex sanguine vero lac gigni exiguam in mammis adepto mutationem, constat profectò feliciorem procedere nutritionem, quæ lacte matris conficitur. Præterea quia matres longè vigilantiores sunt in liberis suis educandis, quàm stipendiariæ nutrices, quæ lucrum potius quàm fœtum respiciunt, ac vix ulla reperitur, quæ nutricationis omne tædium perinde, ac mater possit tolerare, sordes, vagitus, morbos, ac servandi nunquam satis diligentem curam, & ut numero dicam, quia nulla est, quæ pariter amet ut mater, nulla procul dubio erit, quæ pariter curet: sic vidimus hoc eodem anno duos infantes à nutricibus somno profundo stertentib. suffocatos, unum Belgæ filiolum, alterum Lusitani. Tertio quia permittendum non est, ut alieni lactis contagio inficiatur puer (si modo benè temperata sit mater, salubrequè corpus nacta) nam & indoles ex lactis naturâ vitiatur, quocirca non temerè vulgo dicitur, hunc aut illum cum lacte nutricis malitiam imbibisse, si quidem una cum lacte vel vitiosi, vel ingenui non solum addiscuntur mores, sed imbibuntur, ita ut ad fingendas tam animi quam corporis dotes, non tam seminis naturam, quam lactis & alimenti valere, existimaverint sapientes, & Galeni liber cui tit. est, quod animi mores corporis temperaturam sequantur, apertissimè personat: puero ægrotante nutricem purgamus, sicq; sanitatem consequitur infans, itaq; ut una & eadem est salus, sic idem corpus, & humores ijdem subindeq; propensiones eædem, unde merito hæ ipsæ propensiones hispanicè *Humores* appellantur,

Rationes ob quas mater puerum lactare debeat.

1. De valetudine tuenda. Lac maternum saluberrimum, & consuetū alimentum est infanti.

Mater vigilantior est quā nutrix.

Lactealieno alieni mores imbibuntur.

Lac ad fingendos animi mores multum valet.

ob maximam quam cum illis habent cognationem, sic triticum in aliud solum jactum degenerat in avenam, aut siliginem, vitis in alium collem translata mutat ingenium, planta revulsa à parente terrâ flaccescit, ac veluti emoritur, non tamen inficias imus, semini etiam magnam vim inesse, ut jam superius exposuimus. Quarto sanius multo erit, si maternam pietatem exercentes mulieres, & sui officij memores, filios alant, quos pepererunt, quia quæ matres filios non nutriunt, integras non esse, sed semimatres, nec materno officio liberos demereri dicebat M. Aurelius Rom. Imp. apud Gellium. Et certè quî fieri potest, ut filij matris ratione illam dignentur, quæ eos tot ac tantis periculis exposuerunt, & quæ materfamilias debuerat pietatem erga domesticos omnes exercere, talem erga liberos exercet crudelitatem, ut tradat viscerum suorum fructum & imaginem virtutis à natura in eo effigiatam coinquinandam nutrici atq; alendam; meritò qui ita nutriuntur, semispurios dicendos esse quidam æxistimarunt, & matres semiadulteras; si enim mater sanguine fœtum nutrivit per novem menses, certè nutrix per biennium lacte, quod idem sanguinem dealbatum esse jam superius tradidimus hanc esse dixerunt differentiam, quod in verè dicto adulterio mater filium alterius patris marito supponit, in hoc vero filium alterius matris. Hinc est, quòd nobilis Romanus juvenis ex Gracchorum familiâ è bello redux dives, ac cum victoriâ occurrentibus unà matre & nutrice cum gaudio, & alacritate, sic inter eas spolia divisit, ut matri daret annulum argenteum, nutrici torquem aureum, de quâ re condolente matre, tu, inquit, me solos 9. menses in utero, hæc vero per integros duos annos uberibus suis aluit, corpus à te habeo, & illud quidem medio parùm honesto, hæc vero candidâ ac sincerâ voluntate mores dedit, tu me natum primum à te procul rejecisti, hæc à te despectum suis ulnis recepit, & ad hunc usque statum perduxit; Quod aqua gignit, in aquis educatur, terra suo succo alit, quidquid in eâ nascitur; neq; est tam ferum ullum animantis genus, quod non alat suos fœtus, tygrides sanguinis sitientes proprium sanguinem & lac suis catulis non denegant, ululæ, leones, viperæ, educant partus suos, & homines suos fœtus abjiciunt, exponuntq; : ô delirationem incredibilem, & execrabilem, quod enim potest esse crudelius expositionis genus, quam peperisse, & statim abjecisse, aluisse in utero sanguine suo, nescio quid, quod nondum viderat, jam ve-

Lib. 3. C. 10 Matres quæ filios non nutriunt in tegra matres non sunt. Lib. 12, C. primo.

jam vero perfectum, jam in lucem editum, jam filium factum, tenerum infantem, adhuc rubentem, & matris opem implorantem, eâ voce, quæ movere dicitur & feras, rejeciſſe, ac proprij, & conſueti lactis alimoniâ privare, & mulieri conductitiæ, ruſticæ, nec moribus integris, ſæpè etiam meretriculæ, & lue venereâ infectæ tradere; ſed tanta hæc crudelitas ſummâ Dei providentiâ ſæpe punitur, Etenim coagulatus eiſdem lac in mammillis graviſſimos, ac diros excitat cruciatus, ita ut ſæpe cogantur canibus ſugendis præbere eaſdem papillas, quas filiolis denegarunt, neq; ibi punitiones conſiſtunt, imo plerumq; inflammãtur ſuppuranturq; mammillæ, & novaculis præciſæ, & ignitis cauteriis aut cancro corruptæ per fruſta decidunt. Obtrudunt aliqui, parcendum eſſe teneræ ætati imbecillæq; valetudini: non advertentes, naturam, quæ dedit ad concipiendum vires, haud dubiè dediſſe & ad lactandum; neque aliud in pectore duos illos veluti fonticulos turgidos, & lacteo liquore ſuâ ſponte manantes admonere, nec putent matris officium eſſe concipere, & parere, in quorum uno oblectamentum ſecutæ in altero naturæ neceſſitatem, nil hactenus de puero ſunt bene meritæ, ſed quod ſequitur poſt partum, eſſe verum matris munus: hoc tamen permittimus, ut ſi fœmina fuerit tenella, juvencula, aut imbecilla, & pauci lactis, quod reſpectu infantis in lucem editi non tantum ſuppeditet alimentum, quantum ſanguis in utero materno, coadjutricem ſibi aſſociet, nec propterea filiolum penitus exponat; quibus de cauſis ſi nutrix infanti ſit abhibenda, vel quia mariti delicatioribus uxoribus ſuis parcendum eſſe volunt, propter mollitiem, vel morbum, vel lactis vitium, deligenda probata aliqua mulier erit, quæ corpore benè temperata ſit, ingenuis moribus prædita, quæ vigeſimum circiter annum ætatis agat, ut Galeno placet, & Paulo, & Aëtio aut ſaltem trigeſimum non excedat, quia jam tunc permultis menſes ordinem non ſervant, lato etiam ſit pectore, corpore firmo, colore ſuavi, & vivido, mediocribus mammis: hilaris præterea ſit, caſta, ſobria, alumno aſſidue arridens, & cantillans, diligens circa pueri mundiciem, articulatè etiam loquatur, quia hanc præcipuè habet puer loquendi magiſtram; ejus caput inſpiciatur, ne tinea, aut achoribus affecta ſit, nec rubiginoſis aut carioſis dentibus, nec oris fœtore, arthritico, elephanticoq; morbo, neve venerea lue, qua plerumq; inficiuntur, nullo deniq; ſit affecta morbo nec etiam facilè iraſcatur, nam

Obiectioni occurritur.

Nutrix qualis.

Gal. primo de ſanit. tuenda.

Paul. lib. 1. C. 2.

A. lib. 4. C. 4.

Animi paſſiones.

hoc fervidam, & bilioſam naturam arguit, non ſit primipara, quia lac nondum ſatis purgatum habet, ideo ſaltem bis peperiſſe oportet, quippe quæ mammæ olim plenæ fuerunt, & impleri conſueverunt, venas arteriasque habent craſſiores, & capaciores; enixa autem ſit duorum tantum menſium, & non ultra decimum à partu, conſtituta, quæ inſuper legitimo tempore maſculum pepererit, quia hæ ut plurimum melius coloratæ ſunt, ſanguinemquem habent laudabiliorem, luſca non ſit, quia non niſi tranſverſim intuetur puerum, qui propterea eandem inſpiciendi conſuetudinem plerumque contrahit; abſtineat à concubitu, etenim coitus ſanguinem, & lac ipſum conturbat, lactis etiam copiam minuit, quia menſes ciet, quæ vero menſes habent, lac non habent, ut ſupra enarravimus; præterea viroſam quandam qualitatem coitus lacti conciliat; adde quod inde non raro gravidæ fiunt, quod & alumno, & conceptui nocivum eſt, neuter enim ſatis alimenti habere poteſt, ſubinde purus ſanguis circa uterum ſubſiſtit, impurus ad mammas conſcendit, ac demum quantum accedit fœtui, tantum decedit alumno; quo in loco illud mirari ſubit, quod plurimi retulerunt, non corrumpi lac fœminæ, ſi ex eodem viro rurſus conceperit: talis itaque nutrix probatis cibariis veſcatur, à ſalſis, acutis, & adſtringentibus abſtineat; & primis diebus ſingulis vicibus ante lactationem puerulo tantillum mellis lingendum exhibeat, deinde mammillæ preſſione lactis pauxillum mulgeat, ac ita pueri ſuctionem juvet, ne vehementi ſuctu gulæ inſtrumenta aut palati lædantur, neve malarum articulationes laxentur, nec inſuper ſingulis lactationibus uberem lactis copiam exhibeat, ſed parcam. Ex quibus jam colliges decem in nutrice conſideranda eſſe, ætatem nimirum, habitum corporis, mammarum & papillarum formam, tempus à partu, ultimi infantis ſexum, ut ſana ſit, & non gravida, demum lactis conditiones quas nos c. 9. hujus libri jam tradidimus, & ad quatuor reduci poſſunt, dulcedinem, candorem, odorem, & conſiſtentiam.

Coitus lactanti nocet

Lac fœminæ nõ corrũpitur, ſi ex eodem viro concipiat.

Victus ratio Lactandi ratio.

Decem in nutrice conditiones.

Optimi lactis conditiones ad 4. reducuntur.

Par-

Parvæne an magnæ mammæ ad conficiendum lac commodiores sint, & an lividæ nutrices eligendæ.

CAPUT XIII.

DE magnitudine mammarum apud majores nostros versata fuit controversia, jam inde à Pauli & Avicennæ temporibus, qui eas laudant, quia plus ibi sanguinis generetur: Aëtius reprobat, eò quod grandiores mammæ susc.piendis cancris sint expositæ, qua ratione Moschio & Athamantius scribunt eas, quæ habent grandes mammas, vinosas, libidinosasque esse, quia utrumque proficiscitur à calore uteri, & pectoris: Mercurialis conciliare nititur hos autores, atque ita Aëtij locum intelligit de magnis mammis secundum carnem, quas quidem vituperat, commendat vero eas, quæ secundum capacitatem magnæ sunt, de quibus Paulum, & Avicennam intelligi vult, atque hac interpretatione quasi ex tripode dictâ totam dirimi controversiam arbitratur; Sed quoniam quæ magnæ sunt secundum capacitatem, plus lactis conficiunt, quam conveniat, unde retentum lac putrescit, & molestiam infert, quæ autem secundum carnem magnæ existunt, sat lactis generare nequeunt, potius mediocres commendandas esse puto; Paulum vero, & Avicennam magnas commendasse non quidem secundum carnem, neq; secundum capacitatem, sed secundum venas per easdem diffusas, quæ multum faciunt ad lactis bonitatem, nam & cavitas moderata, & debita portio carnis est, quare tùm ad decentiam corporis tùm ad lactis elaborationem præferuntur reliquis quæ ad utrumq; extremum recedunt, quarum aliæ sufficientem lactis copiam non progignunt, aliæ haud probè complectuntur, ac insuper rugosæ sunt, laxæ. ac pendentes, quod deformitatem inducit; præterea quia in mediocribus temperatus est calor, & magis coactus, cujus rei non solũ contract⁹ fidem facit, sed quod permulti venarũ rivuli liventes per easdem circumspiciuntur, qui tamen latent in laxis, quia subsidet. Igitur mediocriter carnosa nutricis ubera papillas habeant nõ cõniventes, nec curvitate aversas, non valde graciles, aut breves nimisve tẽsas; illas n. non facile apprehendit puell⁹, harũ cõtactu offẽditur, quæ

Mercurialis sententia.

Autoris positio.

Mediocres mammæ, præferendæ.

In mediocribus temperatus est calor.

Papillæ quales.

quæ insuper si crassiores sint, totum ejus os implentes suctum impediunt; neque porro ad pallidum, aut lividum vergant, hoc enim si citra manifestam causam fiat, corpus, & uterum laborare indicium esse scripsit Hippocrates: Sit insuper nutrix densâ solidâque carne prædita, vigiliarum, & laborum, quæ circa alumnum contingunt tolerantissima, non nimis albas subpallida, aut lentiginosa, sed pulchra & candida, rubore perfuso; qualem Avicenna citato eligit. Sed jam video sophistarum potiùs quàm Aristotelicorum turbam hic obstrepere, fuscas potius eligendas esse, quâ ratione ducti, seu potius seducti Hispani hybridas eligunt, quas *Mulatas* vocant, ex parente Hispano, & matre Æthiopissa ortas, calore Numidico, sæpè etiam ipsas Æthiopissas atro colore: quænam autem est eorum tam firma constansque ratio? quia, inquiunt Pareus, & Bonacciolus, quemadmodum terra fusca fertilior est albâ, sic fusca mulier lacte est pinguiori, alimentum facilius concoquit, & excrementa digerit perfectius; addunt, quia, quæ nigra sunt, calidiora, & validiora existunt, ac eorum carnes jucundiores, quia magis mixtæ, & elaboratæ Aëtio autore, ideo Avicenna carnem nigri animalis incolumiorem, & suaviorem esse prodidisse, nigredinem vero signum esse caliditatis, & roboris, ut cum Hippocrate dicebat Galenus, idcirco in praxi lac capræ nigræ commendari receptum esse, ideoque Aristotelem lac lividum prætulisse; quæ tamen omnia facilè corruunt, si peritissimis viris in mentē reducamus, non sicuti in brutis nigra, etiam in hominibus, sed alba rubro suffusa magis laudari, cujus rei ratio est, quia cum homo sit ultimum mixtorum, & ejus forma perfectior, ac magis elevata in suo esse, majorem requirebat mixtionem, & elementorum refractionem; ideoque illi conveniens esse non potuit caloris magna exuperantia, sed abundantia solum naturalis, quæ in temperatâ naturâ potissimum reperitur, cujus sobolis color roseus est: in brutis vero quia non eam habent elementorum refractionem, & quorum moles crassior est, conveniens fuit exuperans caliditas, à quâ nigredo provenit, ut molem illam possit conficere; Aristotelis vero sententia de lacte brutorum intelligatur, aut certe non de livido positivè, sed de candidissimo lacte, intelligenda est, quod ut plurimum lividitatem quandam præ se fert, qua ratione Angli, & Belgæ amylo, quo dealbare, & indurare solent collacia, tantillum lividi coloris commiscent, quo magis candor elevetur; testa-

An livida nutrices sint eligenda.

Hybridæ quæ dicantur.

Quæ nigra sunt calidiora. 6. Epid.

Lac capræ nigræ laudatur.

In hominibus alba potius quam nigra commendātur.

In brutis cur nigra laudentur.

testatur vastissima maris planicies, & convexa aeris superficies, quæ in magna seren tate, quo tempore albissima sunt, cærulea apparent: quin etiam ut eundem per se ipsum Aristotelem explicemus, ipse ea quæ sunt alba, calidiora, & suaviora esse prodidit, quod si ad hominem, non ad bruta animalia aptaveris, veritatem obtinebit. Videant igitur quam fœdè ludificentur eæ, quæ filiolos suos tradunt Æthyopissis & hybridis illis, quæ præter hoc, quòd calore sunt intensissimo, moribus ut plurimum corruptissimis inquinantur, hoc solùm nomine laudatæ, quod suavissimè modulentur.

Hybridae suaviter modulãtur.

Quamdiu lactandi pueri.

Pulticulæ qua ratione conficiendæ.

Cæterum Pauli decreto lacte pueruli ad biennium usque nutriri debent, quod si id abunde non supererit ad nutritionem, & incrementum, pulticula exhibeatur, ex tenuissimâ panis rasurâ, cum butyro, & saccharo, aut etiam cum oleo & melle, cum pulvere sesami aut anisi; tamdiu vero lactentur, quamdiu dentibus nondum instructi sunt, quorum præsentia solidius quoddam lacte, & pulticulâ alimentum natura videtur exposcere, ante hoc tempus nutriendi haud sunt solidiori alimento, offis, aut intritis, quia inde ob exiguam adhuc concoquendi facultarem, & imperfectam masticationem multi à cruditate morbi contrahuntur, extinguitur enim calor à multis cibis. Cum his tamen septentrionales fœminæ tamdiu lactare non solent, & pulticulam citius infantibus exhibent. Cæterum ubi jam ablactati infantes fuerint, sensim ad pleniora cibaria traduci debent, tuncquè liberiori modo vivere sinendi sunt, & suo ingenio, hilaritate, relaxato animi fræno, exercitia ludicra & lusus illis permittendus, nam animorum securitas, relaxatioquè haud parùm ad vegetam corporis educationem momenti affert. Verum simulatquè sextum, septimumve annum attigerint, mitioribus magistris tradantur, duodecimo altioribus disciplinis imbuendi jam sunt; ad vigesimum usq; mathematicis, & philosophiæ studiis exornandi, deinde graviora exercitia imperanda, ut otio carentes à Veneris stimulis coerceantur, quibus ea ætas tentari plurimum solet, ideo in eâ potissimum corycæis, & inspectoribus indigent, nec sine pædagogis, si fieri possit, à parentibus ablegentur. Vini etiam usus per totam pueritiam, & adolescentiam interdicendus, nam ut Plato, & Galenus præcipiunt, præterquam quod sit ignem addere igni, caput etiam halitibus replet; quare nil mirum, si hoc ævi, ut sunt corruptissimi instituentium mores, puerorum ingenia

Educandi ratio.

Magistri.

Disciplina.

A vini usu abstinendũ quamdiu.

Puerorum ingenia cur refractaria fiant.

aspera, indomita, refractaria, superbaq; plerumque cernamus, dum vino oppressi, ac in mollitiem, & luxuriam soluti pueri, & adolescentes insaniunt, & hebetiores fiunt, pudorem, observantiam, & officium posthabentes. Sed ego dum ea persequor, quæ cognoscere potius, quam permutare licet, ac communem seculi calamitatem deploro, fortè orationis impetu meos limites videbor excedere; quare hic jam emensus totam de hominis procreatione historiam, pueri animum magistrorum curæ perpoliendum relinquo; & quia de corporis ægritudinibus, quæ viris cum fœminis communes sunt, alibi traditur, modo ad fœminas reflectentes nostri instituti memores, quæcunque per eas quatuor stationes obveniant iis, quæ naturaliter fieri tradidimus, quot sint earum languores, & quâ ratione reficiendi (quæ medicis plane utilis tractatio erit, reliquis non injocunda) DEO auspice cudere exactiusq; perpendere secundâ hujus operis parte, ne quippiam desideretur, totis viribus adlaborabimus.

Nunc adepti hujus laboris finem, orationi quoque nostræ hic finem imponamus.

FINIS LIBRI QVARTI, ET primæ partis hujus operis.

INDEX.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM MEMORABILIUM, QUÆ IN HAC PRIMA DE UNIVERSA MULIERUM MEDICINA PARTE continentur.

A. Pag. Lin.

Abgas quid. 27. 16.
Aborsum septem dierum qualem viderit Hipp. 151. 31. & 160. 9.
Aborsum promoventibus pœna illata. 163. 22.
Abortum 40. dierũ qualem vidit Fer. 154. 21.
Ablactandi pueri quando 225. 10.
Acetabula uteri sive cotylidones 13. 31.
Acetabulis fœtus per umbilici radices in utero committitur 13. 33.
Acetabula uteri unde sic dicta 29. 16.
Acetabula an in humano utero reperiantur ibid. 13.
Inter acetabula humani uteri, & brutorum differentia 16. 18.
Acetabulum muliebri utero dicuntur vasorũ ora, non vasa ipsa ibid. 26.
Accretio à calore fit 94. 30.
Acetum calidas habet partes 217. 6.
Acetabulorum dissolutio in partu 203. 34.
Adolescens sine brachiis digitis pedum munia exactè perficiens Eboræ 141. 2.
Adolescẽs alius superiori similis Salmãticæ ib 5.
Adriani Imp. decretum de partu undecimestri 178. 21.
Adolescentes inspectoribus indigent 88. 29.
Ætas pubertatis 12. in fœminis, 14. anno in viris constituitur 89. 14.
Ætates à planetis qua ratione gubernentur 190. 26.
Ægritudinibus pituitosis coitus prodest 109. 8.
Ætas apta ad concubitum tum viro, tum fœmine 111. 2. & 113. 3.

Pag. Lin.

Ætate adolescentiæ magnæ fiunt mutationes 88. 18.
Æthiopum semen nigrum non est 39. 31.
Æstate mulieres: hyeme viri coitum magis appetunt 108. 15.
Æthyopissa non eligantur pro nutricibꝰ 225 6
Aëtius 116. 13.
Affectus animi 72. 24.
Affectus animi concubitus tempore conceptum impediunt aut vitiant. 116. 9.
Agrippæ qui dicantur 202. 8.
Allantoides membrana sive intestinalis 26. 30.
Allantoidis nomina diversa ib. 31.
Allantoides ex uracho initium sumit ib. 32.
Allantoides solum fœtum non comprehendit ibid. 34.
Allantoides ex tenui muliebri semine & salivali viri humore coalescit 27. 10.
Allantoidis usus 27. 50.
Alcypes elephantum peperisse fertur 141. 20.
Alba calidiora, & suaviora esse quomodo intelligendum 225. 4.
Alba potius quam nigra in hominibus commendantur 224. 23
Albertus Magnus 58. 28.
Amnium tertium est fœtus involucrum 27. 12
Amnij substantia ib. 13.
Amnij usus ib. 17.
Amare mulier debet ut concipiat 16. 14.
Amiterni quale monstrum natum 140 28.
Anatomia ad geographiam similitudo 34. 21.

Pag. Lin.

Animalia sexibus sejuncta sunt 2. 24.
Animalia in individuis dissolubilia sunt in specie perpetua 1. 4
Animam prægnantem esse qua ratione intelligendum 68. 2.
Anima rationalis non est nostræ generationis auctor 70. 8.
Anima rationalis à Deo in temporis momento creatur ibid. 10.
Anima vegetativa an sequatur ad perfectionẽ formæ, an vero extrinsecus adveniat 66. 28.
Animæ vegetantis munia sunt nutrire & generare 69. 26.
De anima Galeni sententia nutabunda 70. 22.
Animalia quæ à diversis specie sunt nata non gignunt 106 1.
Animalia diversa congredientia tertiam gignunt speciem 105. 35.
Animus tranquillus facit ad bonos conceptus edendos 116. 10.
Animalia perfecta non nisi ab agente univoco fiunt 139. 19.
Androgyni seu hermaphroditi 140. 33.
Ancilla quæ serpentem peperit 41. 20.
Animalia cur parva multipara, magna unipara sint 146. 29.
Animal illud est quod in utero continetur 157. 24.
Animã in semine præextitisse cõfirmatur 66 9.
Anima rationalis quo tempore corpori infundatur varia opiniones 164. 19.
Anima rationalis circa tertium quartumve mensem corpori infunditur ibid. 32.
Animal & homo idem simul non est 165. 4.
Anima rationalis vegetativæ & sensitivæ vires continet ibid. 18

Pag. Lin.

Anima rationalis cur in infantibus sua munia non exercet ibid. 31.
Anima rationalis extrinsecus advenit ib. 33
Ad animam humanam in corpore præparatio est ibid. 35.
Anima humana humanũ corpo requirit 166. 1
Animæ vires, & faculiates an realiter distinctæ sint ibid. 4.
Animæ faculiates in rationali anima virtute continentur ibid. 5.
Animæ faculiates distinctis sedibus sua munia exercent ibid. 10.
Anima rationalis, non ab angelo sed à solo DEO creatur ib. 14.
Anima rationalis an sit ex traduce 166. 29.
Anima qui differat à natura 168. 13.
Animæ essentiam se ignorare fatetur Galenus ibid. 21.
Animam esse immortalem Galenum sensisse contra quam quidam illi imponunt ib. 30.
De anima Porphyrij sententia ibid. 32.
De animæ essentia sententiæ variæ 169. 4.
Anima rationalis immortalis est ib. 27.
Animam esse immortalem quibus rationibus probarint Plato & Aristoteles Ibid.
De animæ rationalis immortalitate rationes Philosophorum probabiles sunt non demonstrativæ 269. 34.
De animæ immortalitate sententia vera, & certa est non evidens, ideo fide potius quam demonstratione cognoscitur 170. 11.
Animæ immortalitatem arguit timor Dei ib. 14
Animam esse immortalem ex locis scripturæ comprobatur ibid. 25.
Anima tota simul ingreditur 164. 18
Animalia bruta pumilliones cur dicãtur 174. 17

Pag. Lin.

Abodina medicamenta utriusq; excessus contrarij vicem habent 216. 16.
Animi securitas ad vegetam corporis educationem conuenit 225. 24
Anatome ad medicam tractationem ut geographia ad historiæ fidem facit 34 22
Anaxagoræ sententia de sexus similitudine 126. 30.
Animæ vegetantis pars sive facultas est facultas formatrix 74. 13.
Animalia varia quamdiu uterũ gerunt 175. 3
In Anglia quale monstrum natum 140. 30.
Annus 63. climactericus 192. 1.
Appetitus naturalis idem in homine & brutis 119. 15.
Aquas vocant obstetrices sudorem fœtus, & sordem innominatam 103. 14.
Aquea à frigido, terrea à calido concrescunt 216. 31.
Aquatilia lac non habent communiter 23. 1.
Aquatilia quæ lac & mammas habent ib. 3.
Arbores quando dicantur concipere & parturire 3. 15.
Arteriæ regenerari nequeunt 50. 12.
Artemon Antigono regi similimus fuit 134. 3
Arimaspi populi uno oculo insignes 140. 8.
Articulationis tempus 153. 18.
Aristot. in plantis sexus diversitatem admittit 3. 11.
Aretæus uterum animal esse cum Platone sentit 17. 27.
Aristotelis sententia circa præcipuum mammarum usum 22. 13.
Aristotelis de muliebri semine sententia 43. 13
Aristoteles, Avicenna, & Gentilis, menstruum sanguinem fœmineum semen esse putarunt 45. 12.

Pag. Lin.

Aristotelis de testiũ vi & usu sententia 61. 25
Aristotelis sententia de semine qua ratione fit animatum 65. 9.
Aristotelis dictum, quidquid fit ab eo quod actu est fieri, qua ratione intelligendum 66. 15
Aristotelis dictum, sol & homo generant hominem, qua ratione explicandum 73. 10.
Aristotelis de concumbendi ratione egregia sententia 118. 31.
Aristotelis difficilis locì de tempore quo minus alimenti fœtus absumit explicatio 157. 29.
Aristotelis loca contraria conciliantur 158. 3.
Aristotelis & Avicennæ de principatu membrorum sententia 158. 33.
& 159. 15.
Aristoteles lac lividum commendat 224. 21.
Aristoteles cor primum efformari contendit 159. 2.
Aristoteles interdum in rerum divinarum cognitione elatus 35. 10.
Astomorũ gentes sine ore halitu vivũt 140. 14
Athenæi sententia de muliebri semine 43. 16
Athenagoræ sententia de dæmonibus 120. 7.
Anthropophagæ Scythæ aversis post crura pedibus incedunt 140. 11.
Autoris institutum 1. 13.
Averrois urgens argumentum quod semen fœminæ non sit prolificum 46. 20.
Avicennæ de seminis decisione pulchra sententia 57. 8.
Avulsio apud agricolas quid 60. 9.
Averrois de tempore quo anima rationalis introducitur ridicula sententia 165. 22.
Aves lac non habent neq; mammas 22. 36.
& 210. 1.
Avium rapacium temperatura 96 25.

Pag. Lin.

Aves defectum lactis amore erga pullos suos compensant 210. 4.
Austrina constitutiones utero gerentibus incommodæ 200. 6.
Avicenna loca 52. 31.
& 124. 35.

B.

IN Barduana regione pecora lacte abundant 210. 31.
In balneo ex projecto semine mulierem concepisse, 47 3.
Bilis varia in infantium intestinis 205. 16.
Brasavola ad locum Galeni interpretatio 42. 6
Brutorum diversorum varia pariendi tempora 175. 3.
Bruta menstruis non laborant 77. 9.
Bruta certum habent pariendi tempus 175. 3
Bruta qua ratione ad coitũ concitentur 175. 31
Brutorum instinctus 72. 9.
Brutorũ fœmina gravida marẽ renuũt 106. 8
Brutorum fœmina pleraq; maribus robustiores 95. 1.
Bruta ab hominibus concipere ne possint 119 7
Bullæ tres pro cerebro, corde, & jecore quando prius generentur 150. 33.
Butyri temperamentum 208. 19.

C.

CElluias 7. alias 10. in humano utero reperiri crediderunt Mundinus & Albertus Magnus 6. 24.
Cartilagines costarum in mulieribus non semper cartilaginosæ persistunt 24. 33.
Calor moderatus ad hominis generationem confert, frigiditas nocet 41. 19.
Carnosa & adiposæ partes facile regenerantur 50. 15.

Pag. Lin.

Capreolaria vasa mora materiam in semen convertunt 61. 9.
Calorem in nobis triplicem ponũt aliqui 73. 19
Calor naturalis frigidi est particeps 74. 7.
Calor nativus mixtionis vinculum est 85. 1.
Calingarum fœmina septennes, uterum gestant 89. 22.
Caloris inopia causa ne sit cur juniores non concipiant 90. 15.
Calor pedum, & manuum fœminis familiaris & unde 95. 25.
Catellos parvos qui volunt habere, angustioribus vasis post ortum includunt 137. 12
Carnificatio tertiũ est formationis tẽp 153. 12
Caput in utero homines ad sui proportionem habent maius quam bruta 174. 10.
Caput in utero homini cur pergrande 174. 20
Cæsares sive cæsones dicuntur qui cæso matris ventre sunt nati 202. 25.
Cato Censorinus 80. anno filium genuit 206. 9
Calor nativus & humidum primigenium perfectissima in pueris reperiuntur 212. 8.
Calidiora non fiunt omnia quæ concoquuntur ibid. 21.
Caseationis species duæ 217. 21.
Caseatio impropria quæ fit in mammis à calido est ibid. 25.
Caseatio à calido semper fit 216. 29.
Caloris opus homogenea congregare, heterogenea disgregare 217. 35.
Calida lac generant 210. 6.
Calefacientia impense aut refrigerentia lactis generationem impediunt ibidem 7.
Caput hominibus magnum præ brutis 174. 11.
Caput est anima sedes ibid. 21.
Capiti uterus qua ratione consentit 15. 32.

Cadavera

INDEX.

Pag. Lin.

Cadavera mulierum cur prona fluitent 11. 25.
Cerebrum in concubitu potissimũ patitur 58. 21
Cerebrum è solo semine ortum habere putavit Galenus 151. 2.
Cerebrum, cor, & jecur, membra sunt spermatica 160. 28.
Cerebrum, & oculos, prius formari Hippocrates sentit 159. 26.
Cerebrum non ad vivendum, sed ad bene vivendum est necessarium 160. 17.
Certitudo in naturalibus scientiis minor, quam in mathematicis, in moralibus adhuc minor 171. 18.
Chorioũ membrana venarũ contextu est 25. 32.
Chorion placenta etiam dicitur 26. 5.
Chorij usus 26. 7.
Chorion dicitur nonnunquam prima membrana non solum, sed tota involucrorum compago 26. 18.
Chorij exortus & origo 26. 9.
Chorioũ in partu cũ allantoide implexa exit 26 11
Chorij nomina diversa 26. 25.
Chymicorum error 165 9.
Chrysippi impia sententia de fœmina 131. 4.
Cicatrix & verruca parentis cur apparent nonnunquam in filio, & non semper 57. 32.
Cletoris qua corporis pars 10. 2.
Cor dicitur plantarum interior pars 3. 14.
Colli vesicæ situs 8. 11.
Concubitum primum acerrimum esse fœminæ ajunt 9. 17.
Cotyledones, vide acetabula
Costa una carunt primus solummodo vir 25. 10
Conceptus non solum incipientibus aut desinentibus mensibus, sed etiam medio tempore fieri potest 30. 3.
Conceptionis ratio ibid. 33.

Pag. Lin.

Colliquamentum quid 38. 3.
In concubitu cur tot voluptatum illecebras natura posuerit 101. 29.
Concepisse fœminas ex semine in balneo susceptο an fieri possit 47. 3.
Ex concubitu nimio sequitur extenuatio 101. 13
Ad coitum tria sunt necessaria 64.
Consuetudinis vis magna 82. 28.
Corpora pura, & impermixta sunt diuturniora 84. 21.
Coitu nimio utentes sanguinem pro semine excernunt 101. 34.
Cõcubitus est maris, & fœminæ coniũctio 100. 18
Concubitus cur res suavissima ibid. 16
Concubitus, vide Coitus, Venus ibid. 20.
Ad cõcubitũ fœcundũ quatuor necessaria 101. 2.
Concumbendi appetitus unde proveniat ib. 6
In concubitu universum corpus gestit ib. 19.
Concumbendi appetitus ab epate est 102. 7.
In cõcubitu fœmina tres percipit voluptates 103. 3
In concubitu vir maiorem percipit delectationem quam fœmina ibid. 7.
In concubitu fœmina longiori tempore, vir intentius delectatur ibid. 11.
Concubitus finis non est noxam vitare, nec vitæ miserias demulcere 104. 12. & 16
Concubitus finis est sobolis propagatio ib. 23.
Concubitu nimio corporis, & animæ vires franguntur ibid 29.
Cõcubitu hodierno ut plurimũ superfluo 105. 3.
Concubitu an possint uti prægnantes, & quo mense securius 107. 20.
Coitus est quidam morbus comitialis ibi 28.
Coitus primi hominem duntaxat pœnitet ib. 31
Coitum mulieres æstate, viri hyeme magis appetunt 108. 15.

Con-

Pag. Lin.

Concubitus cerebrum ladit 109. 2.
Concubitus morbis pituitosis prodest ibid. 8.
Concubitus morbis ex retento semine aut menstruo prodest ibid. 11.
Coitus usus moderatus salutaris est 104. 19
Coitus abstinentia quo pacto noceat 105 7.
Concubitus per gestationem uteri nocet agitatione fœtus 176 19.
Concubitus sanat dysenteriam 109. 13.
Concumbendi animaliũ varia tempora 110. 32.
Concubitu crebro multa fit caloris & spiritus dissolutio 101. 21.
Concubitus cum puella nimis pusilla semen corrumpit 112. 8.
Concubitus terminus 113. 11.
In concubitu prolifico observãda precepta 114. 6
Concubitum quæ impediant ibid. 15.
Concubitus calefacto potius quam refrigerato, & pleno quam vacuo corpori convenit ib. 18
Concubitus qua diei hora conveniat ibid. 28
Concumbentium victus ratio observanda 115. 1
Coitus vesica intenta non probè procedit ib. 5.
Concumbitur securius sub aurora & post cibi coctionem ibid. 11.
Concubitus virosam qualitatem lacti conciliat 222, 12.
Concubitus interdiu nocivus 115. 22.
Ad concubitum prolificum idoneum anni tempus ib. 23
Concubitus in mensium fluxu proli & parentibus exitialis ibid. 27.
Concubitus octavi mensis mucore fœtum opplet 148. 12.
Ex concubitu menstruata fœtus impurus fit & morbosus ibid. 30.
Coitus invitus sterilis est ibid. 13.
In concubitu fœmina si ploret, nõ concipit 116. 1

Pag. Lin.

Concubitus immodicus, & ardens nimis infœcundus ibid. 16.
Concumbendi ratio, & quæ in ipso concubitu observanda 117. 8.
In concubitu modestia ac pudicitia servanda 117. 11. & 118, 30.
Cupiditas Veneris unde ibid. 22.
In concubitu servandus situs 118. 1.
A concubitu mulier qua ratione se gerere debeat ibid. 15.
Quæ concubuit à sermone, contentione, motu, & sternutamento se contineat ibid. 26.
Coitus an per maleficia impediri possit 123. 3.
Coitus lactanti nocet 222. 19.
Conceptus vitiosi causa 139. 34.
Conceptus qui defectu insigniuntur 140. 7.
Conceptus computatio à quo die auspicanda 176. 33.
Coitu nõ impeditur nudis Characteribus 123. 11
Coitum impedire potest Daemon cum una mulhere & non cum aliis ibid.
Conceptus quando fiat 117. 30.
Concipere possunt bruta ex hominibus, & vice versa 119. 7.
Ad conceptum quæ necessaria 123. 20.
Conceptionis nomen à comprehensione deductum ibid. 24.
Conceptus definitio ibid. 26.
Conceptus causa in viro, & fœmina ib. 33.
Conceptus signa ex corpore mulieris 124. 4. & 177. 4.
Conceptus signa ex mammis & utero 124. 19
Conceptionis signum maximum occlusio oris uteri cum mollitie 12. 26.
Conceptus signa ex pulsu 124. 31.
Conceptus positne ex lotio cognosci 24. 34.

Pag. Lin.

Conceptus signa ex lotio non desumpsit Hippoc. nec Galenus 125. 18.
Per conceptum magnæ in venis fiunt mutationes & in sanguine mulieris ibid. 23.
Conceptus signum ex lotio desumi potest, sed non firmum ibid. 25.
Conceptus signa firma non sunt ibid. 27.
Concepisse fœminam caute prognosticandum, ne in dedecus incurrant medici ibid. 30
Conformatio ad 40. usq; diem an ex solo semine 154. 19.
Conformatio ex solo semine ad 7. usq; diem ibid. 30.
Cordis, cerebri ac jecoris generatio 151. 1.
Cor naturalis sensitivæ ac vitalis facultatis principium esse Aristoteles existimavit 159. 3.
Cor an hepar prius generetur 158. 31.
Cor, cerebrum. & jecur simul formantur, sed ultimo perficiuntur 160. 18.
Corruptio non est, nisi ubi contrariæ qualitates 170. 1.
Cordi dicuntur qui serotina fœtura nati sunt 179. 5.
Cornelia è Scipionum gente 62. anno ætatis Volusium peperit 206. 10.
Color succi pro ratione partis in qua continetur variat 207. 19.
& 213. 2.
Concrescunt aquea à frigido, terrea à calido 216. 3.
Concrescunt à calido, quæ à frigido dissolvuntur 217. 31.
Congelationi qua ratione frigida medicamenta conveniant 216. 15.
Constantini Africani animadversio de coitu 104. 34.

Pag. Lin.

Coagulum caseosam partem prius separat, demum eandem crassam reddit 216. 32
Coaguli natura, ibid. 35.
Coagulum quid 218. 4.
Coagulum in grandioribus animalibus non reperitur ibid. 8.
Coagulum fermento assimilatur ib. 20.
Coagulum liquida conglutinat, coagulata dissolvit ibid. 22.
Coagulum lac congelatum in ventriculis puerorum dissolvit ib. 23.
Coitus nimius medullam exhaurit 58. 28.
Conceptus an possit fieri sine vel ante menstruorum præsentiam 84. 5.
Cordis à mammis tutela 22. 9.
Colostrum quid 205. 33.
Collum matricis 7. 28
Conceptus, partus, abortus, tempus idem, quod morbi sanitatis, & mortis 174. 27
Coitus tentigo confertur cum pruritu in cutè 101. 11.
In coitu quid emittant spadones 39. 5.
Ad coitum cur Scytæ omnium hominum minus sint valentes 63. 22.
Concupiscibilis anima, & altrix eadem 159. 31.
Concupiscibilis facultas in jecore 160. 6.
Concipiendi organa cur fœminis data 1. 7.
Crena cavitas est sub media parte ossis pubis 24. 20.
& 199. 26
Crena usus eximius 24. 21.
& 199. 27.

D.

DEI similitudo in creaturâ 73. 2.
Dei opificis mira providentia 76. 34

Pag. Lin.

Dæmones cum hominibus coire an possint 119. 18.
Dæmonum genera sex secundum Psellum ibid. 20.
De dæmonibus Pselli sententia, quod corpore & voluptate præditi sint ibid. 20
De dæmonum concubitu Lactantij opinio ibid. 27.
Dæmonum varia nomina 120. 14.
De dæmonibus succubis, & incubis aliorum opinio 121. 27.
Dæmones etsi concumbere possent generare tamen non possent 122. 6.
Dæmones filios alunde surreptos supponunt ibid. 17.
Dentes præcoces regenerantur 52. 19.
Dentes molares quo tempore generentur ibid. 25.
Dentes sapientiæ qui dicantur ibid. 28.
Dentes ex sanguine gigni putat Avicenna ibid. 31.
Dentes sicuti ungues, & pili ex excrementis generantur ideo semper accrescunt ib. 33.
De dentium regeneratione sententiæ variæ ibid. 30.
Delectationem tantam cur posuerit in coitu natura 100. 15.
Demosthenis dictum ad meretricem 107. 33.
Decas hebdomadarum constat 70. diebus 180. 11.
Denarius numerus ex paribus solus perfectus 192. 9.
Decimus mensis secundum arithmeticos cur vitalis 192. 30.
Denarij termino constituto omnes nationes numerant 192. 13.

Pag. Lin.

Denarius omnia numerandi genera continet ibid. 17.
Demonstrationis initium est experientia 184. 8
Democriti sententia de similitudine sexus in fœtu 127. 18,
Dentitionis tempus 154. 5.
Cum dentibus nasci viris auspicabile, fœminis ominosum est ib. 10.
Dentes in superiori maxilla ruminantia non habent 218. 6.
Deformitas in partu unde 138. 11.
Delineationis tempus 152. 23.
Decimestris partus 178. 1.
Dissimilitudo in fœtu triplex 138. 7.
Dissimilitudo in partibus corporis ibid. 10.
Dissimilitudo in accidentibus ib. 14.
Dissimilitudo in tota specie ibid. 20
Dies illunes qui dicantur 180. 7.
Dimidio anno nati septimestres sunt 181. 22
Dierum anni ad dies decretorios comparatio 186. 3.
Dies sextus in morbis, & mensis octavus in partu tyranno assimilantur 196. 18.
Diversa specie tertiam gignunt speciem 105. 35.
Dierum decretoriorum, & dierum partus eadem est ratio 188. 24.
Diei septimi encomia à Lino dicta 191. 22.
Dioscorides 2. 36.
Doloris in partu causa à theologis assignata 173. 22.
Doloris in partu causæ naturales tres 198. 18.
Doloris in partu tres causæ aliæ ibid. 21.
Dolores post partum in partibus posterioribus cur fiant 199. 25.
Dolores in partu primiparis graviores ib. 24.

Dormientes

Pag. Lin.

Dormientes quare nonnunquam obscure sentiant 107. 13.
Dyotimæ fatidicæ mulieris verba interpretantur 67. 35.
Domina Ioanna Villæ Francæ comitissa sanguinea valde 99. 6.
Diogenis Cynici de Venere opinio 104. 10.
Dissenteriam concubitu sanari scribit Hipp. 109. 13.
Dissenteria ante partum non semper est salubris ut quidam putant ibid. 16.
Diuretica menses siccant 211. 23.
Dorsalis medulla nimio coitu exsiccatur 58. 22. & 109. 4.
Dorsum mulieris 24. 24.

E.

EBrij semen infœcundum 41. 6.
Elementa maris & fœminæ vicem obtinent 2. 31.
Empedoclis dictum egregium 102. 23.
Empedoclis & Democriti sententia de sexus similitudine 127. 16.
Embrio quamdiu vocetur id quod in utero est 152. 28.
Eugion, vide Hymen
Epicurus fœtus formationem ad casum referebat & fortunam 69. 9.
Epicuri de Venere opinio 104. 4
Epicuri & Lucretij ac atheistarum sententia execranda de animæ immortalitate 196. 4.
Epicureorum dictum commune ibidem
Equæ pariendi tempus 175. 4.
Erectionis membri virilis caussa 102. 1.

Pag. Lin.

Eunuchorum natura qualis 63. 9.
Eunuchorum tres ordines sive modi ibidem 19.
Eunuchi quibus soliteſtes sunt execti ad Venerem sunt potentes, si reliqua virilia eximantur, inhabiles sunt 64. 3.
Eunuchi cubicularij Turcarum Imp. quales ibid. 8.
Eunuchi ut plurimum sunt moribus corruptis ibid. 18.
Eunuchi cur libidinosi ibid. 23.
Eunuchos præstantes ingenio extitisse ib. 28.
Excrementum quid 38. 3.
Excrementis naturalibus locus est destinatus 37. 26.
Exemplum unum non facit experientiam 154. 25.
Experientia omnes rationes evertit 160. 8.
Excrementum quod in infantum inteſtinis reperitur unde oriatur 162. 5.
Experimentum & ratio duo potissima demonstrationis principia 184. 8.
Exitus fœtus varij 198. 1.
Excrementum duplex utile & inutile 37, 28.
In excretione seminis cur delectatio 101. 18.
Expultrix facultas uteri quando insurgit 173. 11.
Exemplum utero parturienti accommodatum 198. 7.
Exemplum fœtui accommodatum 151. 18.
Exercitus deditæ mulieres 77. 32.

F.

FAcultates nostri corporis functiones suas exercent ex doctrina mentis divinæ 72. 4.

INDEX.

Pag. Lin.

Facultas formatrix in specifica seminis varietate determinatur ad certam speciem 71. 1.
Facultas formatrix ex præcepto Dei est tanquam rude instrumentum in manu artificis 132. 20.
Facultatis formatricis instrumenta sunt temperamentum & spiritus genitivus 134. 22
Facultas formatrix quando primum motum non assequitur, soluitur in propinquum 136. 24.
Facultas formatrix sicuti reliquæ à temperamento & ab anima totius semini communicatur 136. 32.
Facultatis naturalis motus, non autem animalis aut rationalis ad fœtum traducuntur 137. 15.
Facultatis formatricis debilitas unde 140. 1
Facultatum nostri corporis connexio 165. 16
Feram quid vocent mulieres 141. 24
Fernelij sententia de semine quod animatum non sit 67. 19.
Fernelij ad locum Aristotelis de semine interpretatio inutilis 74. 2.
Fernelij & Plinij de menstrui malignitate opinio 78. 32.
Fernelij de similitudine individuali opinio 133. 20.
Fernelius totam fœtus conformationem ad 40. usq; diem ex solo semine fieri putat, 154. 18.
Fernelii & Platonis sententia de uteri ascensu exploditur 18. 32.
Fides est habitus verus, & certus, sed non evidens 171. 9.
Foraminum seu cotylidonum ora sunt quæ in utero apparent non cellulæ 6. 32.

Pag. Lin.

Fœminas in viros verti qua ratione intelligendum 11. 5.
Fœmina in virum mutatio cur potius nuptiarum die ibid. 7.
Fœmina quibus à viro dissidet 3. 19
Fœminæ septentrionales Cathartica facilius, sanguinis missionem difficilius ferunt 205. 27.
Formatrix facultas 69. 1.
Fœtus in utero forma 33. 1.
Fœtus per umbilicum utero alligatur ib. 5.
Fœminarum partium ad partes virorum conferentia 33. 26.
Fœminæ plures citra libidinis sensum concipiunt 38. 27.
Fœminæ non minus quam viri nocturnis pollutionibus infestantur 43. 33: 44. 5.
Fœminæ in coitu perinde ac viri delectantur ibid. 10.
Fœmina sine concubitu sola nequit concipere, quamvis in eius semine materia sit & efficientia 46. 5.
Fœminæ libidinosæ crebro partu temperantur 47. 16.
Formatrix facultas in animalibus languidior est, quam in plantis 52. 13
Fœcunditas seminis non à testibus sed à toto 63. 1.
Formativa virtus à quatuor motoribus conciatur propria natura, calore, spiritu, & anima generantis 66. 2.
Formativa virtus pars est animæ vegetantis ibid. 7.
Formativa virtus in semine est, dormiens tamen & consopita ibid. 9.

Forma

Pag. Lin.

Formæ omnes præter rationalem corporeæ sunt 100. 24.
Formæ rerum non mutantur 165. 8.
Fœtus plures ab una potentia generantur 67. 11.
Formas omnes de cœlo duci putat Fernelius ibid. 34.
Formativa virtus ex autoris sententia quid sit 71. 1.
Formativa virtus irrationalis potentia est ibid. 4.
Formativæ virtutis varia nomina & encomia ibid. 8.
Fœmina à menstruo purgata facilius concipit. 82. 5.
Fœmina quam mas frigidior, & humidior est 95. 16.
Fœmina frigiditas in prolis commoditatem redundat 76. 35.
Fœmina an in virum mutari possit 11. 6.
Fœmina aliqua viro aliquo calidior esse potest 96. 21.
Fœmina citra menstruorum profluvium an possit concipere 98. 17.
Fœtus in utero sanguinem trahit 85. 17
& quando trahere incipiat 152. 33
Fœminæ quibus citius menses apparent brevioris, quibus tardius diuturnioris vitæ sunt 89. 12.
Fœminas utero gestasse 9. ætatis anno scribunt aliqui ibid. 17.
Fœminæ usque ad extremum senium Venerem amplectuntur 93. 7.
Fœminæ plurimæ maribus sunt iracundiores 96. 24.
Fœminæ spacium animalium maribus sunt fortiores ibid. 25.

Pag. Lin.

Fœminam natura cur fecerit frigidiorem mare 76. 35.
Fœmina plus appetit quam concoquit 95. 17
Fœminæ sanguis ex accidenti calidior est quam viri 96. 13.
Fœmina citra menstruam purgationem dupliciter potest concipere 98. 21.
Fœcunditas ab spiritu, humore, & ventositate fit 102. 6.
Fœmina. vide muher,
Fœmina marem cum quo primo fuit congressa incredibili amore prosequitur
Fœmina prima sua ex semine compositione nunquam sunt viris calidiores, 96 30
Fœminam viro esse imperfectiorem existimavit Aristoteles, 130. 6.
Fœmina à natura primo tentata est non per resultationem facta ibid. 18
Fœmina est viro aque perfecta ib. 26
Fœmina monstrum non est 131. 6.
Fœmina etsi facta est præter institutum agentis particularis, non tamen præter institutum agentis universalis ib. 31.
Fœmina tot partes habet quot vir ib. 33.
Fœmina & vir ad eadem studia nati ib. 36.
Fœmina neque plura, neque pauciora habet instrumenta, quæ animi operationibus inserviunt quam vir 131. 2.
Fœmoris ossa in fœmina 24. 29.
Fœtus pilosius, & unguibus ursinis 133. 30.
Fœminæ septentrionales Æthyopes conspicere verentur ibid. 32.
Fœmina alba ex albo viro Æthyopem genuit 133. 28.
Fœtui non communicantur à parentibus artes, scientiæ, neque virtutes 137. 16

Lin. Pag.

Fœmina alba Æthyopem parere non potuit ex solo conspectu depicti 139. 24.
Fœtus mucore oppletus exit si mater octavo mense concubuerit 148. 12.
Formatio fœtus quando incipiat 150. 11.
Fœtus formatio à conceptu qui differat ibidem 12.
Formationis fœtus ordo, & ratio universa ibid. 21.
Formationis tempore duplicato movetur fœtus & hoc triplicato in lucem venit ib. 17.
Fœtus per umbilicum nutritur 151. 26
Fœtus per umbilicum utero alligatur 33. 5.
Formationis tempora quatuor 151. 28.
Fœtus deperditio quid sit 152, 29.
Formativa fœtus virtus repueraſcens est non nova 152. 9.
Fœtus quando incipiat dici, quod in utero est 153. 4.
Formatio tota 45. diebus perficitur ib. 29.
Formationis tempora, qua ratione distinguantur 151. 28- & 153- 34.
Formationis temporibus singulis singulos entis gradus sortitur fœtus 154. 5.
Fœmina ad sui formationem decem dierum spatium ultra maris tempus non requirit 155. 20.
Fœmina tardius efformatur quam mas tribus quatuorve diebus 156. 4.
Fœmina intra uterum tardius, extra velocius adolescit ibid. 8.
Fœminæ pubescunt, sapiunt, & senescunt temporius quam mares ibid 20.
Fœminæ vita brevior, quam maris ib. 24.
Fœtus quando primum incipiat moveri ac sentire 157. 10.
Fœtus 40. die animal esse incipit ibid. 23.

Pag. Lin.

Fœtus ultimis mensibus alimenti minus consumit ad proportionem sui corporis 158. 6.
Fœtus vide infans
Fœtus parentis pars non est 163. 6.
Fœtus in utero animal est ibid. 9.
& quando 157. 23.
Fœtus in utero afficitur ad matris affectiones ibid. 10.
Fœtus in utero dormienti similis est, ut credit Asclepiades ibid. 15.
Fœtus in utero constituti legitimi hæredes sunt ibid. 23.
Fœtus in utero actiones voluntarias nõ edunt ib. 25
Fœtus in utero per arterias umbilicales respirat ibid. 30.
Fœtus in utero nunquam vere planta, aut brutum est, sed perfectiori modo vivit 163. 13.
Fœtus involucra triplicia 25. 26.
Fœtus plures an pluribus contineantur membranis 147. 18.
Fœtus singulis temporibus diversos sortitur entis gradus 154. 4.
Fœtus conformatio tota an ad 40. usq; diem ex semine fiat ibid. 18.
Fœtus membra ad 7. usq; diem è solo semine lactantur potius quam formantur ib. 30.
Fœtus in utero arborum fructibus assimilatur 107. 22. & 182. 6
Fœminas magis, quam viros fieri decimestres scribit Aristoteles 183. 35.
Fœtus qui in novilunio, aut ante plenilunium geniti sunt, temporius matureſcunt 195. 1.
Fœtus juxta seminis naturam temporius, aut serius matureſcunt 194. 35.
Fœminis in suis affectionibus non est omnino deroganda fides 196. 34.

Lin. Pag.

Fœtus quando incipit calcitrare 198. 5.
Fœtum corrumpunt contrariæ temporum mutationes 199.31.
Fœtum firmant septentrionales venti, australes laxant, & cur 200. 6.
Fœtus in utero situs, 32.32.
Fœtuum in nascendo non naturales figuræ quatuor 202. 7.
Fœtus in nascendo figura composita ex naturali & non naturali ibid. 22.
Fœtus vivi è viva matre quibus ferramentis educantur ibid. 29.
Fœminis quo anno ut plurimum incipiant menses 89. 8.
Fœminæ sunt morbis quam plurimis obnoxiæ in præf.
Fœtus qui manci aut claudi in lucem veniunt, octavo mense laborarunt 192. 2.
Fœtus exeundi modus 200.30.
Fœminæ reperiuntur in omnibus quæ natura constant 2. 29.
Fœminæ temperamentum sanguinis generationi idoneum 75.20.
Fœmina an in virum convertit possit 11. 6.
Fœminarum cadavera cur prona fluitent, virorum supina 11. 23.
Fœmina sanguinem menstruum quare colligat 75. 23.
Fœminis pro ancillis utuntur barbari 130. 11.
Fœminæ perfectio à fine desumenda ibid. 30.
Fœtus cur in utero octavo mense laboret 196. 10.
Fœtui exeunti aqua viam parat 203. 14.
Fœtus grandiusculus qua ratione per exiguum meatum exeat 7. 5.
Fœtui quæ per os exhibenda antequam papillæ admoveantur 205. 21.

Pag. Lin.

Fœtus proceritas unde 137. 3.
Fœtui in menstruis genito quæ accidat 155.27
Fœtui deesse quippiam aut superesse monstrosum 138. 30.
Formatricem fœtuum artem Dei Opt. Max. potentiæ ac majestati non naturæ tribuendum 71. 3.
Fœtus maturus inopia alimenti foras egreditur 173.12.
Fœtus septimo die ejecti descriptio 154.7.
Fœtus quadragesimo die ejecti descriptio ib.14
Fœtus cur in utero variis signis aliquando notatur 141. 6.
Frænum posuit natura in lingua & pudendis 9.24.
Fœmina libidinosa minus quam vir excusabilis 103. 24.
Fruitio duplex nutritiora, & refocillatoria 16. 31.
Fratrare dicuntur puellæ cum ubera primo tumescunt, & pubes erumpit 88. 20.
Franciscus à Costa autoris frater gemellus cum sorore Leonora Paez 148. 26.
Frigida medicamenta quo pacto congelationi conveniant 216. 15.

G.

Galeni sententia de temperatura congredientium examinatur 41. 19.
Galenus semen in testibus solum, & vasorum flexibus generari existimat 56. 21.
Galenus omnes venas & arterias gignendi seminis facultatem habere credit 58.31.
Galeni de anima nutabunda sententia 70.22
Galeni sententia de prima membrorum origine
Galeni de numeris sententia 193. 20.

Galenus

Pag. Lin.

Galenus in principatu generationis cordis & epatis satis sibi non constat 159. 25. & 160. 32.
Generationis quatuor primi actus 68. 16.
Generatio perfectißima est omnium operationum quæ vegetativæ conveniunt 69. 27.
Generantem & nutrientem potentiam diversas non esse quidam existimant ib. 30
Gemelli Eborenses inter se simillimi 134. 5.
Gemelli qua ratione concipiantur 147. 15
Gemelli una ne an pluribus secundinis contineantur ibid. 21.
Gemellorum uterque suum habet amiculum ibid. 29.
Gemelli ex superfœtatione diversiis secundinis continentur ibid. 25.
Gemellos quæ gestat eadem die parit ut concepit 148. 5.
Gemelli diversi sexus frater & soror autoris ibid. 25.
Gestatio uteri quid 150. 5.
Genitura quid 37. 9.
Genitura vide semen
Generationis principia semen, & menstruum 36. 10.
Generationis principia sordida 4. 13. & 38. 34.
Generandi principium in homine 101. 1.
Generationis appetitus unde 100. 10.
Genitalium utrusque sexus partium discrimen 34. 11.
Genij dæmones 120. 15.
Genitura perfectioribus tantum convenit animalibus 37. 7.
Genituram pellicula ambiens instar ovi interna tunicula 151. 10.
Generatio & nutritio ijsdem fit 50. 24

Pag. Lin.

Gignunt tum fœminæ, quam viri temperati, etiamsi intemperatis jungantur 41. 24
Gignendi periodus in mare, & fœmina quo ætatis anno claudatur 206. 2.
Glandularum prostatarum usus 14. 17.
Glandulæ prostatæ in fœminis non reperiuntur ibid. 21.
Graveolentibus naribus adhibitis reliquæ etiam partes contrahuntur 19. 14.
Gravida cur superiora corporis retrorsum inclinat 24. 25.
Gradus consanguineitatis cur ad quatuor progenies numerantur 136. 18.
Gravidationes falsæ 143. 35.
Gravidæ sæpiusculè urinam reddunt quia vesica ab utero comprimitur, 157. 27.
Gravida mulier si concumbat, fœtus agitatur, & variat pariendi tempus 176-19
Gravidationis tempora 151. 28.
Gravidis cur menstrua non fluant 85. 32
Gravidis menses si fiant unde profluant 86. 2.
Gravidis uteri osculum occluditur 7. 18.
Gravidationis signa 124. 4.
Grumefactio lactis quid 215. 10.
Grumefactionis causæ ibid. 21
Gutta vocatur ab Aristotele salivalis humiditas 46 32

Gigantes sive deformi magnitudine viri unde oriantur 138. 34.
In Gynæciorum tribus voluminibus plurima figmenta continentur 19. 25.

H.

Hæmorroidum fluxus in viris menstruus aliquando fit 88. 12
Hæmorroides & varices raro contingunt fœminis 94. 10.

Pag. Lin.

Hepar humanum sanguinem gignit, ex quo potest homo nutriri non aliud animal 132. 15.
Hepar infantis utero pragnantis propius accedit quam cerebrum, & cor, 160. 17
Hemina duæ atticæ sunt menstruorum mensura 92. 12.
Hemina dimidium est prima lochiorum profusio 204. 27
Hepar quo tempore generatur 150. 34.
Hepar a semine generatur 153. 10.
Hepar licet primum generetur non postremo perit 160. 4.
Hepar cur licet ante cordis generationem fœtum aleret, tamen extincto corde non similiter alat 159. 36.
Hermaphroditi eunuchi etiam sunt 144. 32
Hebdomadarum decas quid 180. 11.
Hebdomada septem complectitur dies ib. 12
Hermaphroditi qui dicantur 144. 9.
Hermaphroditi ubi gignantur 146. 25.
Hermaphroditorum 4. classes ib. 18.
Hermaphroditi lex 145. 14.
Hermaphroditorum sexus qui cognoscatur ibid. 17.
Hermaphroditi causæ ibid. 33.
Hominis abjecta conditio ex loco in quo gignitur deprehenditur 4. 14.
Homo nascitur inter excrementa ex materia vili solvitur in terram ibid. 15.
Homo caterarum rerum perfectio est 137. 33.
Homo naturaliter appetit perpetuo esse 170. 4
Homo ad concumbendum nullum habet certum tempus, ut bruta 175. 33.
Homines juxta intellectus diversitatem aut cum brutis participant, aut cum angelis ad intellectionem *substantiarum separatarum* 176. 14.
Hominis origo fragilis 36. 12.
Hominis ingens mutatio circa annos pubertatis 88. 18.
Homo continet in se omnia quæ mundus 137. 31.
Homo per ætates à generatione tendit in corruptionem 182. 17.
Horarum certus numerus ad partum requiritur 188. 30.
Homo nudus, inops, querulus, & ad lachrymas projectus nascitur 201. 2.
Homo armis caret, & integumentis, quia manibus omnia valet conquirere, & exercere, ibid. 24.
Homines suos fœtus exponunt, feræ nutriunt ac fovent 220. 33.
Homo magnam requirit elementorum refactionem 224. 25.
Homini non convenit exuperans, sed naturalis caliditas ibid. 27.
Hominis generatio 150. 21.
Homo qua ratione dicatur factus ad similitudinem Dei 73. 2.
Homini natura benigna parens fuit: non noverca, ut Plinius putat 201. 17.
Homo ultimum est mixtorum 138. 3.
Hominis cadaver tetrum concipit fœtorem 84. 11.
Humana species in individuis magnam sortitur diversitatem 80. 20.
Humidum radicale pueris abundantissimum quare 83. 16.
Hymen sive Eugion 8. 23.
Hippospadij 144. 28.

Pag. Lin.

Hymenis situs similis illi quem habet in pectore septum transversum 8. 25.
Hymen exilem esse membranam quidam arbitrantur 8. 30.
Hymen venarum esse contextum dixerunt Arabes 8. 34.
Hymen partium est conglutinatio 9. 14.
Hymen in concubitu divellitur 8. 22.
Hymen obstetrices apud aliquot nationes recenter natis effringunt 8. 30.
Hymen pervium est ut lotium excerni possit 8. 27.
Hydrops uteri 144. 1.
Hybridas & Æthyopissas Hispani in nutrices seligunt 224. 10.
Hybridæ ex parente Hispano & matre Æthyopissa oriuntur 224. 11.
Hybridæ moribus ut plurimum sunt corruptis 225.
Hybrida suaviter modulantur ibid.
In Hispania & Ægypto octimestres sunt vitales 197. 9.
Hippocratis locus de partibus quæ in partu diducuntur enarratur 24. 8.
Hippocratis sententia de seminis à toto corpore decisione 53. 32.
Hippocratis locus de fœminarum calore restituitur 96. 3.
Hippocratis de animæ essentia opinio vana 168. 6.
Hippocratis loci de partus temporibus conciliantur 187. 22.
Hippocratis locus de suppuratione elucidatur 180. 13.
Hippocratis locus de octimestri partu quod sit, & non sit explicatur ibid. 31.
& 197. 29.

Pag. Lin.

Hippocrates cerebrum & oculos in fœtu prius efformari arbitratus est 159 26.
Hippospadij 144. 23.
Historia de muliere alba quæ cum Æthyope concubuit 133. 28.

I.

Ichores parturientibus quando exeant 198. 13
Ieiuni celerius concumbunt 114. 32.
Imaginatio in conceptu accidentia mutare potest, speciem non potest 139. 7.
Iecoris tunica a semine fit parenchyma à sanguine 153. 15.
Iecur qua ratione concretus sanguis à Galeno dicatur 160 7.
Iecur vide hepar
Iecoris parenchyma mammarum corpora calore superat 212. 24.
Iecur sigillum quoddam sanguini imprimit 135. 9.
Iecur qua ratione pars spermatica 153. 10.
Ilij ossa 23. 22.
Imaginatio ad facultatem formatricem ita se habet ut potentia inferior ad superiorem 139. 7.
Imaginationis vis ibid. 10.
Inanimatorum ordo 72. 6.
Infantis situs in utero 32 32
Insecta animalia qua ratione coeant & fœcundentur 60. 15.
In operibus Deo reservatis nimis curiosum esse non oportet 68. 23.
Instinctus naturalis rerum inanimatarum mirus 21. 8.
Infantes quam matres puriorem habent calorem & laudabiliorem substantiam 81. 36
Infanti

Pag. Lin.

Infanti inuritur nota rei vehementer à matre apprehensæ 133. 20.
Infans quo tempore appellari incipiat id quod in utero continetur 153. 26.
Infans in utero egestiones non emittit 161. 28
Infantis in utero lotium, sudor, ac sordes ibid. 33.
In infantium intestinis bilis varia, & crassa continetur 162. 3.
Infantes plurima incurrunt mala, ab excrementis quæ in eorum intestinis continentur Ibid. 6.
Infans in utero non nutritur ore ibid. 13.
Infans in utero an dormiat, aut vigilet ib. 36
Infanti quando primum vox 163. 31.
Infantes ridere quando primo incipiant ib. 33
Infantis risus ante 30. solem ominosus ib. 34
Infanti dentes quando insipiant 164. 4.
Infans cur per urachum & non per penem reddit urinam 31. 25.
Infantis motus primi 175. 15.
Infans cur capite prius exeat 200. 21.
Infans recenter natus quomodo tractandus 204. 1
Infantis ablutio ibid. 18.
Infanti ante primam lactationem quid exhibendum 205. 21.
Infans, vide fœtus
Infantium vox feras movere dicitur 121. 3.
Infantis cibandi tempus à dentibus deprehenditur 225. 14.
Infantis educatio qualis esse conveniat ib. 21
Infantibus cur septimo die nomen imponatur 164. 12.
Infantes lactent matres ipsæ 219. 1.
Infanti nutrix qualis sit eligenda 221. 25.

Pag. Lin.

Incontinentiæ detestanda exempla 113. 20.
Incorruptibilis homo esse non poterat ex corruptibilibus principiis 1. 5.
Insectorum generandi ratio 60. 14.
Instrumenta ad conceptum necessaria 1. 7.
Inter Gnomos & diabolos differentia 120. 24
Iuvencula germanica una nocte triginta quinque viros ad se admisit 113. 20.
Iurisperitorum lex de frigidis & maleficiatis 63. 27.
Iurisconsultorum lex de septimestri partu 177. 33.
Iustiniani & Ulpiani decretum de undecimestri partu 178. 7.
Iuvenes tum mares, tum fœminæ qua ætate potissimum servandi. 88. 28.

L.

LActantius causas morales affert cur mulier gravida virum admittit 106. 12.
Lactantij de concubitu dæmonum sive terrenorum spirituum sententia 119. 27.
Lac septimo gravidationis mense incipit apparere 158. 17.
Lac & eius materia 206. 22. & 33.
Lac commodissimum est pueris alimentum Ib. 25.
Lac pus esse dicebat Empedocles ibid. 31.
Lac benignum est corporis excrementum ibid. 34.
Lac non solum post editum infantem, sed etiam instante partu apparet 207. 1.
Lactis causa ex falsa opinione Hippocratis lib. inserta ibid. 4.
Lactis muliebris proventus qua ratione contingat ibid. 14.

Pag. Lin.

Lactis causæ 4. materialis, formalis, efficiens. & finalis 208. 5.
Lactis multitudinis & pancitatis causæ ib. 12
Lac in Hollandia, Frisia, & Epyro copiosum ibid. 14.
Lactis partes dissimilares sunt ibid. 15.
Lac tribus constat substantijs ib. 16.
Lac frigidius est cui plus inest seri 209. 8
Lactis boni conditiones & probatio ib. 10.
Lactis boni vires ibid. 15.
Lactis pituitosi, biliosi, & melancholici signa ibid. 17.
Lac lividum & fuscas nutrices Belgæ laudant ibid. 20.
Lactis albedo cur non transparens ib. 26.
Lac diversorum animalium quale ibidem
Lac brutorum quodnam præferendum ibidem 31.
ex Lacte utrinque dentatorum animalium non fit caseus ibid. 34.
Lac diversorum animalium quale ibid.
Lac non habent volatilia, nec urinam 210. 1.
Lactis penuriam in avibus maior erga pullos amore natura compensat ibid. 4.
Lactis abundantia fit à calidis & humidis, impeditur à siccis, & nimium frigidis ibidem 6.
Lac frigida & sicca per accidens generant ibidem 8.
Lac multum ac bonum quæ vult habere, abstineat à salitis ibid. 17.
Lactis copia à salitis quarantena capris Romæ à caprarijs excitetur ibid. 26.
Lactis serum Romæ pernitiosum ib. 29.
Lac destruunt menses cientia 210. 36
Lac & menstrua avertunt lotium provocantia 211. 18.

Pag. Lin.

Lac cur dealbaverit natura 212. 1
Lacte cur potius quam sanguine nutriatur infans ibid. 2.
Lac fiatne per concoctionem an per solam caloris mutationem ib. 11.
Lac medium est inter pituitam & sanguinem ibid. 22.
Lac sanguine est frigidius ib. 23.
Lac ad venas recurrens, & in sanguinem conversum non recrudescit ib. 33.
Lactis aliquid semper continent multæ earum, quæ semel uterum gesserunt 213. 3
Lac quibus modis pleraque mulieres provocant ibid. 6.
Lac quibusdam totis mammis, & alarum sinibus fluit ibid. 10.
Lac virginibus, & alijs, quæ nondum matres sunt ut contingat ib. 12.
Lac habent mares nonnulli ib. 14.
Lac communiter mares non habent ib. 15.
Lac natura sua carent fœminæ nonnullæ ibidem 21.
Lac quibusdam ante tempus deficit ib. 22.
Lacte ubera non nutriuntur ib. 27.
Lac raro fit quibus menstrua fluunt & è converso ibid. 33.
Lactis & menstrui eadem est materia ib. 34.
Lac ex mammis si fluat copiosum, fœtus redditur imbecillus ib. 35.
Lac dum habent mulieres non perpetuo mensibus destituuntur 214. 9.
Lactans fœmina uterum ad aliquot tempus gestare potest & utrique fœtui alimentum præbere, ibid. 35.
ex Lacte vitiato nocumenta 215. 6.
Lac duobus modis crassescit ibid. 8.

Pag. Lin.

Lactis grumefactio quid ib. 10.
Lac primis duobus diebus à partu matris non sit 205. 30.
Lactis grumefactio an à frigiditate fiat ibidem 21.
Lactis muliebris grumefactio qui fiat 216. 7.
Lactis caseatio qui fiat ib. 12. & 216. 29. & 217. 21
Lactis spissatio qua ratione fiat 217. 17.
Lac crassum (atabefe à Lusitanis dictum) ut fiat ibid. 18.
Lac in ventriculis puerorum coagulatum acetum dissolvit ibid. 30.
Lac non nisi in calidis locis coagulatur ib 33.
Lac in aere non coagulatur sed corrumpitur ibid. 34.
Lac in mammis qua ratione sine coagulo coaguletur 218. 24.
Lactare debet mater ipsa 219. 7.
Lac maternum saluberrimum alimentum est infanti ib. 8.
Lacte alieno, alieni mores imbibuntur ib 25
Lac ad fingendos animi mores plurimum valet ibid. 30.
Lac retentum gravissimos excitat cruciatus 221. 7.
Lac nigræ capræ optimum est 224. 20.
Lac lividum commendat Aristoteles, & qua ratione intelligendum 224. 21.
Lac fœminæ non corrumpitur si ex eodem viro concipiat 222. 18.
Lactis boni conditiones ad 4. reducuntur, albedinem, dulcedinem, odorem, consistentiam ibid. 30.
Lactãdi infantes sunt ad bienniũ usq; 225. 10
Lactandi infantes quandiu dentibus carent ibidem 14.

Pag. Lin.

Lactis serosa pars, an possit crassescere 215. 15
Lactandi infantis ratio 205. 31. & 222. 21.
Lac primum quod colloſtrum dicitur infantibus non est exhibendum 205. 32
Leonora Paez autoris soror gemella cum fratre Francisco à Costa 148. 26.
Lepus an Hermaphroditus 147. 1.
Lemures 120. 14.
Libidinosæ fœminæ crebro partu temperantur 47. 16.
Libidinosi medullis exhausti creduntur 109. 7.
Libido in fœminis cur criminosior, & minus excusabilis, quam in viris 103. 23.
Libidinosi sunt melancholici 109. 31.
Libidinis effrænatæ exempla 113. 14.
Libido quomodo excitetur 117. 20.
Libidinosi sanguinem pro semine emittunt. 101. 34.
Libidine effrænata extincti 112. 1.
Livida & cærulea apparent quæ albissima sunt 224. 33.
Lochia, & eorum expurgatio 204. 25. & 205. 7.
Lochia qua quantitate, & quo dierum spacio fluere oporteat ibid. 27.
à Lochijs juniores diebus paucioribus, seniores pluribus expurgantur ib. 35.
Lochiorum causa 205. 1.
Lochia fluunt ad proportionem dierum conformationis fœtus ibid. 6.
Lochia robustis & exercitatis fœminis pauciora fluunt ibid. 7.
Loci mulierum quid ibid.

Pag. Lin.

Lotium, sudor, sordes excrementa secundæ ac tertiæ concoctionis 161. 33. & 162. 1
Luna humores hominum, maximeq; fœminarum gubernat 75 32.
Lunæ mutationes seu stationes quatuor 184. 20.
Lunæ vis à sole dependet ib. 29.
Lunæ portio tanta illuminata apparet quantam sol aspicit 185. 5.
Lunæ cursus in brevibus mutationibus, solis in longioribus considerandus ibid. 7.
Lunæ quadraturis quatuor anni tempora correspondent ibid. 20.
Luna crescente sata uberius crescunt 195. 13.
Luna crescente geniti fœtus temporius maturescunt ibid. 11
Luna crescente ungues & pili sciſsi citius repullulant ibid. 14.
Luna crescerte semina ac radices genitiva virtute magis abundant ibid. 16.
Luna crescente uteri virtus efficacior atque præstantior ibid. 18.
Lunares menses in partu non solum considerandi, sed etiam solares 179. 24.
Lunaris mensis quis ibid. 26,
Lunaris mensis triplex, civilis, peragrationis. & illuminationis ibid. 27.
Luna crescente puella, decrescente maiores natu, medio tempore ætate media expurgantur 76. 2.
Lucretij de anima impia opinio 169. 5.
Lusitanorum fortitudo bellica 89. 24.

M.

MAmmae est altera pars generationi dicata 20. 4.
Mammae definitio 20. 5.

Pag. Lin.

Mammæ gignendi lactis vim habent 20. 10.
Mammarũ sitq; in pectore commodissim 20. 7
Mammæ reciprocum calorem cordi retribuunt 23. 11.
Mammas utrinque recedi pulchrius ducitur quam coniungi 20. 14.
Mammarum glandulæ 20. 16.
Mammarum glandulæ in viris & puellis fere nullæ 20. 20.
Mammæ juvenculis quales 20. 21.
Mammæ vetulis flaccidæ sunt ibidem
Mammeales mulieres quæ dicantur 20. 23
Mammarũ venæ descendentes à jugulo 20. 27
Mammarum venæ ascendentes ab utero & earum ortus 20. 34.
Mammarum cum utero consensus 21. 2.
Mammæ solidæ validum esse fœtum indicant 21. 3.
Mammæ gratiles futurum abortum portendunt 21. 5.
ex Mammis lac fluens fœtus debilitatem significat 21. 6.
Mammarum nervi & arteriæ 21 8.
Mammarum papillis sensum tribuit exquisitum nervus è quinto costarum intervallo 21. 10.
Mammarum forma semicircularis ut capacior sit 21. 12.
Mammarum circulus diversi coloris est diversis fœminis 21. 18.
Mammarum usus triplex 21. 36.
Mammarum usus in viris 22. 13.
Mammæ viris perforatæ non sunt 22. 19.
Mammillarum contactu cur provocentur mulieres ad Venerem 22. 25.
Mamma cur duæ à natura factæ 22. 35

Pag. Lin.

Mammas non habent aves neq; pisces 23.1.
Mammas habent cete, Delphinus, balena & vitulus marinus 23.3.
Mammarũ extenuatio aborsũ præsagit 21.5.
Mamma cur septimo mense incipiant attolli 207.25.
Mammæ parvæne an magnæ meliores ad lactandum 223.5.
Mammarum magnitudo duplex ib. 13.
Mammæ mediocres tum ad decentiam corporis tum ad lactis generationem commodiores ib. 25.
Mammæ parvæ sufficientem lactis copiam non gignunt 223. 20.
Mammarum extenuatio abortum præsagit 214.3.
Mas & fœmina in omnibus natura constantibus reperitur 2. 28.
Maris & fœminæ ad procreationem necessitas 2.24.
Mas in utero ad anteriora respicit, fœmina ad posteriora 33.3.
Masculavis sola satis non est ad procreationem
Mas & fœmina cur alter alterius opem requirit 102 12.
Mas an fœmina in utero geratur dignoscendum 125. 35.
Mares in dextra parte, fœminæ in sinistra non semper concipiuntur 126 13
Mas citius quam fœmina intra uterum efformatur 150. 15.
Mares post 30. diem deperditi aqua frigida excepti articulati apparent, fœminæ dissolvuntur 154. 12.
Mares magis quam fœminas septimestres fieri 183. 35.

Pag. Lin.

Maris formatio 35. diebus fœminæ 45. perficitur 155. 13.
Mas an fœmina calidior 96. 20.
in Maris semine non solum effectiva virtus est sed etiam materialis 49. 6.
Mala septimana quid 76. 16
Matrix dicitur interior plantarũ pars 3 14
Mater cum semine suo rdolum suæ compositionis fœtui imprimit
Matris virtꝰ medijs venis & arterijs per uterũ conceptacula ad fœtũ transmittitur
Materia pro partis seminariæ quam pro carnosæ generatione accuratius elaborata sit oportet 50.11.
Mater ipsa sui sit partus nutrix 219. 10.
Matres quæ filios non nutriunt, vera matres non sunt 220. 6.
Matrix vide uterus
Massinissa Rex post 86. atatis annum filium genuit 206. 9.
Mandrorum fœminæ quinquennes concipere solent 89. 21.
Medici ægrotantes admoneant ne die purgationis concumbant 114. 28.
Mel infantibus recenter natis est exhibendum 205. 21.
Melancholici libidinosi 108. 1.
Membranæ fœtũ involventes tres sunt 25.28
Membranæ fœtus cur tenues factæ 28.31
Membranæ tenues cur non disrumpantur, si fœmina currat, aut saltet ib. 33.
Membra animalis omnia ex omnibus seminis partibus fabricantur 134. 12.
Membranula obducitur semini ut pani dum coquitur 151. 10.

	Pag.	Lin.
Menſtruus ſanguis an ſit animatus	67.	6.
Menſtruum quid	75.	10.
Menſtruus ſanguis ut generetur	ib.	19.
Menſtruo ſanguis excrementũ utile eſt	ib.	14
Menſtrui nomenclatura	ibid.	6.
Menſtruorum periodi cauſa	ibid.	30.
Menſes naturam & lunam ſequuntur	ib.	32.
Menſtruæ purgationis appellationes variæ	76.	14.
Menſtrua contingunt ſolis fœmtnis	ib.	20.
Menſtruum tertiæ coctionis excrementum eſt	77.	4.
Menſtruata mulieres ab aliis fluxionibus ſunt immunes	ib d.	6.
Menſtruis quæ animalia careant	ib.	14.
Menſtrua mulieribus inter fœminas plurima	ibid.	18.
Menſtruorum defectus cauſa duplex	ib.	24.
Menſtruis quæ mulieres ſalubriter carent	ibid.	26.
Menſtruorum defectus quibus ſit pernitioſus	ibidem	33
de Menſtrui ſanguinis malignitate opinio Plinij	78.	15,
& Ferneli	ibid.	32.
Confutatur	79.	31.
à Menſtrui manifeſta qualitate qui morbi	ibid.	18.
à Menſtrui occulta qualitate nocumẽta	ib.	21
Menſtruorum tempore fœmina imbecilla, & male colorata eſt	ibid.	17.
Menſtruo ſanguine fœtum non nutriri Fernelius putat	79.	17.
Menſtruum ſanguinem dupliciter accipit Gentilis	ibid.	13.
Menſtruum multorum morborum remedium eſſe	ibid.	28.

	Pag.	Lin.
Menſtrui illitu curantur aliqui morbi	ibidem	29.
Menſtruus ſanguis ex ſe pernitioſus non eſt	ibid.	35.
Menſtruati lintei geſtatione morbos aliquot curari	ibid.	30.
Menſtruus ſanguis per eaſdem vias tranſmittitur per quas fœtus alitur	80.	4.
Menſtrui & lactis natura eadem	ib.	5.
Menſtruus ſanguis dupliciter conſiderandus	81.	2.
Menſtrui ſanguinis portio ex ſingulis coctionibus ſupereſt	ib.	7.
de menſtrui natura quid ſentiendum ſit	ib.	2
Menſtruus ſanguis ex propria natura eſt pars purioris ſanguinis quo fœmina alitur	ibid.	12.
Menſtruus futurus ſanguis ſola quantitate peccat	ibid.	20.
Menſtruus futurus ſanguis benignum eſt fœtus alimentum	ibid.	22.
Menſtruus futurus ſanguis idem eſt qui in mammis in lac convertitur	ibid.	24.
in Menſtruo plꝰ materiæ, efficiẽtiæ minus ineſt	82.	5.
Menſtruus ſanguis effectivam etiam vim habet	ibid.	7.
Menſtrui futuri ſanguinis utilitates & uſus	ibid.	8.
Menſtruus ſanguis remoratus acquirit alienam qualitatem & peſſima infert ſymptomata	ibid.	14.
Menſtruorum maleficia unde	ib.	24.
Menſtruus ſanguis ſi una die ultra menſem detineatur, plus afficit quam toto menſis ſpacio	ibid.	27.

	Pag.	Lin.
Menstruus sanguis per mensem in vasis à natura regulatur	*ib.*	29.
Menstruus sanguis novem gestationis mensibus detentus cur non noceat	83.	30
Menstruis repurgata fœmina facilius concipit	84.	5.
Menstrua per quas vias ab utero profluant	*ibid.*	23.
Menstruis fluentibus fœtum sanum non esse dixit Hippocrates	85.	32.
Menstrua pragnantibus unde fluant	86.	3
Menstrua purgatio non omnibus pragnantibus funesta	*ibid.*	
Menstrua multis fœminis toto gestationis tempore periodice fluunt	*ibid.*	12.
Menstrua tam per venas fundi uteri, quam per cervicis expurgari possunt	*ib.*	35.
Menstrua virginibus & prægnantibus per quas vias expurgentur	87.	3.
à Menstruo fit variolarum & morbillorum pernicies	83.	10.
Menstruationis sanguis foridus est & jugulata victimæ similis	87.	15.
Menstrua non per diapedesin sed per anastomosin expurgantur	*ibid.*	26.
Menstrua per nares & os	*ib.*	33.
Menstrua per mammas	*ibid.*	36.
Menstrua per minimum digitum	88.	7
Menstrua per maiorem oculi angulum	*ib.*	10.
Menstrua per sputum, & in ruborem faciei conversa	*ibid.*	11.
Menstrua purgatio duplex	91.	8.
Menstrua alba quibus	*ibid.*	10.
Menstruorum duratio	*ibid.*	32.
Menstrua purgatio excedens aut deficiens morbosa est	92.	5.
Menstruorum quantitas	*ibid.*	10.
Menstruorum quantitas non à copia, sed à conferentia, & tolerantia metienda	93.	12.
Menstruorum color	*ibid.*	15.
Menstruorum exeuntium modus	*ib.*	17.
Menstruorum substantia & odor	*ib.*	30.
Menstruorum naturalis excretio	*ib.*	21.
conditiones	*ib.*	23.
Menstrua ad ætatis usq; vigorem augentur	*ibid.*	36.
Menstruorum puellarum, & seniorum differentia	94.	3.
Menstruis fluentibus cavendum à concubitu	114.	24.
Menstrua purgatio viro per hæmorrhoides	88.	13.
Menstruus sanguis in gravidis in tres partes distribuitur	83.	14.
Menstruis fluentibus fœmina laborant	92.	8.
Menstrui uberioris aut paucioris causa	*ibidem*	14.
Menstrua alba virginibus an contingant	91.	10.
Menses equabus, vaccis, & canibus pauci	77.	19.
Menses non habent aliquæ mulieres	*ib.*	21.
Menses quo ætatis tempore fœminis incipiant	89.	4.
Menses australibus citius, septentrionalibus tardius apparent	*ibid.*	7.
Menses quo ætatis tempore desinant	*ib.*	30.
Menses nutricibus & lactantibus sæpe fluunt	99.	8.
Mense 13. nato hæreditas data contra secundum hæredem	179.	24.

Pag. Lin.

Menſis ſolaris & lunaris quot diebus conſtet 179. 24.
Menſis ſolaris ſpacium eſt temporis quo Sol in unoquoq; ſigno detinetur ib. 25.
Menſis lunaris triplex, congreſſionis, peragrationis, & illuminationis ib. 26.
Menſis coitus Lunæ ſive Civilis ib. 28.
Menſis peragrationis ſive lunaris proprie ibid. 31.
Menſis illuminationis ibid. 35.
Menſes decem aut 11. lunares eundem continent dierum numerum, ac novem ſolares 181. 20.
Menſes cientia quam lac provocantia maiores vires obtinere oportet 211. 5.
Menſis octavus uteri gerentibus laborioſus 190. 5.
Merlini fabula 122. 20.
Mercati lapſus de inteſtinali tunica 23. 55.
Mercati ſententia de humore intra amnium contento excutitur 27. 28.
Mercati & Mercurialis interpretatio ad locum Galeni de temperamento congredientium excutitur 41. 31.
Mercati opinio de tempore formationis feminei fœtus reijcitur 155. 27.
Meretrices quibus utantur ad fucatam virginitatem 9. 21.
Meretrices cur non concipiant 116. 18.
Monſtra non propter errorem influxus divini à formativa virtute fiunt ſed propter defectum materiæ 73. 7.
Monſtra & molæ cur generentur 136. 27
Monſtra clam nutrienda ſunt 138. 22.
Monſtra ex materiæ copia aut defectu ib. 30.
Monſtra ex inæquali fuſione ſeminis per uterum 139. 2.

Pag. Lin.

Monſtra ex vehementi diſtracta imaginatione ibid. 6.
Monſtrum quid ibid. 32.
Monſtrorum cauſæ ib. 34. & 139. 34
Monſtrorum quinque genera 140. 5.
Monſtrorum tria genera per materiam, duo per formam à natura deficiunt ibid. 6.
Monſtra juſtam magnitudinem ſuperantia aut ab illa deficientia ib. 18.
Monſtra quibus membra deficiunt aut ſuperant ibid. 25.
Monſtra quæ bruti ſpeciem unâ aut pluribus partibus referunt 141. 6
Monſtra quæ bruta plane referunt ib. 18
Monſtroſa eſt numeroſa proles ib. 27
Monſtra Dei judicio adſcribenda ib. 14
Monſtra ſæpe effranata libidinis ſupplicium ibid. 15
Monſtrorum exempla varia ibid. 1.
Monſtra non ſolum dicuntur quæ diverſorum animalium ſpeciem gerunt, ſed quæ forma prodeunt multi membri 141. 26.
Mola quid 142. 8.
Molæ natura & figura ibid. 10.
Mola unde dicta ibid. 17.
Molam geſtant mulieres ad 6. 7. annum, & per totam vitam ibid. 26.
Mola tertio quartove menſe plerumq; excidit ibid. 29.
Molam concipit ſola mulier ib. 30.
Mola non concipitur ſine menſtruorum copia ib. 32.
Mola abſque viri concubitu an concipi poſſit ibid. 33.
Molæ cauſa duplex 143. 1.
Molam à calore matricis, non à frigiditate fieri dicit Mercurialis ib. 11.

Pag. Lin.

de Mola Avicenna & Mercur. sententia ibid. 12.
Mola à monstro qui differat 138. 35.
Morbi acuti 14. diebus judicantur 185. 10.
Mortuus ex immodica salacitate sine cerebro inventus 58. 30.
Mortui pedibus efferuntur. 200. 28.
Moscovitarum gens frigore rigidos aqua frigida immergit, antequam ad hypocausta admittat 216. 19.
Motus in fœtu duplex 164. 22.
Mulier quid & cur 2. 10.
Mulieris natura ib. 13
Mulier à viro sexu disjungitur ibid. 14
Mulierum diversi status ibid. 15.
Mulier propter generationem genita ib. 23.
Mulierum lotium inter mingendum cur magis quam virorum perstrepit 8. 19.
Mulier viro quare à Deo data 3. 20.
Mulieres per uteri collum non mingunt ut credunt idiotæ 8. 12.
Mulieres corpulentæ sive quadratæ quæ dicantur 92. 32.
Mulieres quæ probe purgantur immuniores vivunt à morbis 94. 5.
Mulieres cur viris sunt obesiores
Mulieres quædam non concipiunt nisi menstruationis tempore 98. 33.
Mulier sola inter fœminas gravida virum admittit & eius rei causæ naturales ac morales 106. 9.
Mulier stans, aut in latus posita non concipit 118. 3.
Mulier sine matrice vivere potest 17. 2.
Mulieres menses non habentes 77. 21.
Mulieres in emissione menstrui quam seminis minus debilitantur 85. 5.

Pag. Lin.

Mulieres sanguineis morbis minus quam viri infestantur 94. 9.
Mulier toto corpore depilis cur in capite longiores habeat crines 97. 1.
Mulier inter reliqua animalia maxime abundat menstruis 77. 11.
Mulier quæ brutum peperit non est liberata à suspicione bruti accessus 139. 21.
Mulier cur sola incertum habet parienditempus 174. 34.
Mulier cur magis in partu doleat quam bruta 173. 30.
Mulieres post partum clausæ reddita 9. 20.
Mulieres Hispanæ hodie infœcundiores 197. 15
Mulieres crassæ cur minus concipiant 7. 17
Mulierum cadavera contra quam viriorum prona fluitant 11. 25.
Mulier raro est ambidextra 97 10.
Mulieres & Eunuchos non calvescere ib. 17.
Nec podagrâ laborare ibid. 21.
Mulier vide fœmina
Mulorum genus cur sterile 105. 16.
Mulorum sterilitatis mutilam causam affert Arist. ibid. 18.
De mulorum sterilitate Empedoclis ac Democriti sententia ibid. 33.
Mulæ Cappadociæ coeunt, & pariunt 106. 5.
Musosi fœtus, qui egrediantur 107. 25.
Mundi anima 69 17.

N,

NAturæ ars mira & plane divina provida & solicita est 1. 1.
Natura hominibus benigna est mater, non noverca 201. 17.

Pag. Lin.

Natura solers ex uno opere multas commoditates solet impertire 28. 11.
Naturæ mirum artificium & cognitio mira 9. 23.
Natura non obliviscitur insitorum motuum, nec per ambages facit quod potest per compendium 49. 34.
Natura per pauciora exercet imperfectiorem operationem: perfectam per plura 60. 22.
Natura distributorias vasis vim coctricem indere solet 61. 3.
Naturalis instinctus & divinus influxus quid sint 71. 8.
Natura justa dicitur & sine doctore docta ibid. 23.
Naturalis instinctus, lex aterna, & doctrina mentis divinæ idem ibid. 9. & 72. 4.
Naturalium facultatum ordo 72. 20.
Naturalium rerum facultates variæ ibidem
Naturæ industria tot illecebras Veneri insunt 101. 29.
Natura communem trahi per signatum materiam ad determinatum gradum entis quid signet 132. 9.
Natura tendens semper ad melius subsistit in eo quod potest 136. 24.
Natura priora, præmittenda sunt 206. 30.
Natura æquissima & eius conditor Deus omnia in justitia mensuravit 208. 1.
Natura varijs modis solet ludere in suis operibus 214. 31.
Nascendi tempus quod legitimum & naturale 177. 19.
Naturam, quæ in spiritu est respondere elemento stellarum qua ratione interpretandum 73. 9.

Pag. Lin.

Natura ritu capite homo gignitur, pedibus effertur 250. 28.
Nationes quæ varijs affectibus insigniuntur 140. 7.
Nervus qui exquisitissimum papillis tribuit sensum 21. 31.
Nigra membra quæ dicantur 153. 13.
Nigra animalia albis sunt calidiora 224. 16.
Nigra in brutis, alba rubore suffusa in hominibus commendantur ib. 23. & 29.
Nodi umbilici & eorum usus 32. 13.
De nodis umbilici Zirbi & Albumazaris commentum ab obstetricibus usurpatum ibid. 15.
Nomen infanti cur octavo die imponatur 164. 12.
Noni mensis præstantia secundum arithmeticos 191. 32.
Nonimestres & decimestres secundum Astrologos vitales 190. 15.
Numerus impar mas, & perfectus par fœmina dicitur, & imperfectus 191. 3.
Numerus impar formæ, par materiæ rationem habet ibid. 5.
In numeris reconditum aliquid reperiri 193. 19.
Numerorum quemlibet laudare aut vituperare facile est ibid. 25.
Numeros diversos, diversi extollunt scriptores ibid. 26.
In numero, mensura, & pondere Deus omnia disposuit 193. 35.
Numerus septenarius perfectus 191. 22.
Numerus multum tribuunt Pythagorici 192. 5.
Nutritio, particularis generatio est 50. 24.

Pag. Lin.

Nutritio & Procreatio ex ijsdem sit 57.6
Nutrix ut nulla est quæ pariter ut mater amet, ita nulla pariter curat 219.20
Nutricum incommoda ibid. 22.
Nutricibus quibus tutò tradi possint infantes 221.23.
Nutrix hilaris sit, casta, sobria, & à morbis libera ibid. 30.
Nutrix vitet animæ passiones ib. 36.
Nutricem bis saltem peperisse oportet 222. 1.
Nutrix laudatur quæ masculum peperit ibid. 6.
Nutrix à concubitu abstineat ib. 10.
Nutricis victus ratio ibid. 19.
In nutrice decem sunt consideranda ib. 26.
Nutrices lividæ an albis præferendæ 224.9
Nutritio fœtus quo pacto fiat 50.19.
Nutritio est effluentis substantiæ redintegratio ib. 26.
Nympha sive cletoris quæ pars 10. 2.
Nymphæ dicuntur uteri alæ 9.33.
Nymphæ usus 9.35.
Nympha vulvæ propugnaculum est ut uva pharingi 10. 1.
Nymphea quæ pars & ut differat à Nympha 10.34.
Nymphea exiguo peni assimilatur 10. 5.
Nymphea substantia qualis 10. 6.
Nymphea est præcipua delectationis sedes sive processus in Nymphea desinentes 10.9
Nymphea naturæ modum excedens deformitatem inducit 10. 14.
Nymphea ad libidinem proritat 10. 17
Per Nympheam mulieres invicem coëuntes 10. 18.
Nympheam Ægyptij virginibus præscindunt 10. 25.

Pag. Lin.

Nympheam non Nympham abscindendam esse 11. 1.
Nymphotomia Nymphea curatio est 11. 2.
Nymphea symptoma turpitudinis est 11. 4.
Nymphea est affectio illa in qua fœminas in viros converti scribunt autores 11. 7.

O.

OBesitas ad conceptum nocet 7.17.
Obstetrices imperitæ enuchos reddunt pueros 64. 1.
Obstetricum superstitio 32. 17.
Obstetricum munus quod fuerit olim 42.31
Octavi mensis gestatio onerosa 190. 5.
& 196. 29.
Octimestres partus communiter vitales non sunt ibid. 13.
Octimestres in Ægypto & Hispania vivere 178.10.
& 197. 9.
Octimestres cur infelices secundum astrologos 190. 5.
Octimestris infelicitas unde 196.10.
Octavis mensis & dies sextus tyranno assimilatur ibid. 17.
Octimestris nec plante abortus est, nec legitimus partus 197. 6.
Odores fœtidi, qua ratione uterum deprimunt 18. 23.
Odoribus cur membra recreentur 18.15.
Onoscelis puella ex Aristonimo Etasina nata 119.12.
Omasus quid
Operis ordo 1. 13.
Opiter dicitur cui superstite avo mortuus est pater 178. 24.

Pag. Lin.

Optima quæ sunt cito ac deterius putrescunt 84. 10.
Orbis inferior à superiori gubernatur 184. 13
Origo humana fragilis 36. 12.
Os uteri canini oris imaginem refert 7. 2.
Ossa quæ uterum utring, tutantur 4 21.
Ossa multa in fœminis diversam ac in viris constitutionem accipiunt 23. 5.
Os sacrum in fœminis ad exteriora magis recurvatum est 23. 11.
Os coccygis in partu movetur 23. 18
Ossa pubis tam in viris quam in fœminis cartilagine committuntur 24. 3.
Ossa pubis parturientibus non disjunguntur contra multorum opinionem 24. 4.
Ossa ilium ampliora habent mulieres quam viri 24. 22.
Ossa pubis invicem seiuncta sunt magis in fœminis 24. 21.
Ossa in corpore ducenta 69. 14.
Ovi album semen, luteum menstruum repræsentat 161. 23.
Ossa coxendicis magis in mulieribus distant 24. 22.
Os thoracis in fœminis anterius nonnihil depressum est 24. 31.
Os sternon in fœminis perforatum non est ut quidam putant 25.

P.

Papillæ substantia constat ad penem accedente 21. 21.
Papillæ meatus à venarũ surculis fiunt 21. 25.
Papillæ usus duplex 21. 17.
Papillæ color & magnitudo diversa 21. 18
Papillæ 7. mense gliscere & turgere incipiunt 207. 25.

Pag. Lin.

Papillæ mammarum quales esse debeant 223. 33.
Papillis nonnullæ mulieres carent 213. 25.
Partus ratio 33. 9.
Partus tempore arcana ratione os uteri reseratur ibid. 11.
Partus in lucem venit umbilico adhuc nexus ibid. 15.
Partus maiores, & minores qui dicantur 153. 29.
Partus septimestris & nonimestris diversa tempora 155. 13.
Partus definitio, & acceptiones 172. 24.
Partus actio partim ad uterum partim ad fœtum pertinet 173. 8.
Partus naturalis triplex causa respirationis defectus, inopia alimenti & angustia loci ibid. 16.
Partus non morbus sed crisis est 174. 25.
Pariendi legitimum tempus 177. 24.
De Partu tẽpore mulieres sæpè fallũtur 183. 21
In partu cur sola mulier maximos sustinet dolores 173 30.
Partus dolores unde fiant ib. 27.
& 164. 1.
Partu cõputatio à quo die auspicãda 175. 33.
Partus quanto magis do complemento noni mensis participat, tanto perfectior 177. 31.
Partus undecim & duodecim mensium an sint vitales & legitimi 178. 12.
Partus septimestru cur vitalis sit, cum tamen octimestris pereat 179. 6.
& 190. 4.
Partus tempus per hebdomadarum decadas numerat Hippocrat. 180. 10.
Partus terminus latitudinem habet 182. 3.

Pag. Lin.

Partus legitimus ultra decimum diem decimi mensis non prorogatur 183. 12.
Partus qui decẽ dies ante nonũ mensem oritur vitalis & nonimestris judicatur 182. 23.
Partus ad mensem 12. prorogari monstrosum est 178. 29.
Partus qui ante 7. mensem lunarem prodit vitalis non est 183. 25.
In partu solis cursus considerandus, sed lunæ ratio non negligenda 185. 29.
& 187. 11.
Pariendi primum tempus in quo dies legitimus, fœtus dispositio, & robur concurrunt 186. 8.
Partus minoris origo in 6. diebus est, majoris in septem 153. 31.
Partus noni & decimi Mensis cur secundum Astrologos vitalis 190. 15.
de Partu sententia Arithmeticorum 191. 2.
Partus temporis supputatio non fit integris diebus sicut nec dierum crisimorũ 187. 20.
Pariunt mulieres fere semper eadem diei hora qua concipiunt 188. 29.
Partus celeriοris causa 195. 10.
& 196. 6.
Partus qui cum læsione egrediuntur octavo mense laborasse credibile est 196. 10.
Partus naturales qua ratione fiat 198. 14.
In partu os uteri qua ratione tantopere dehiscat 199. 9.
In Partu ossa pubis ab osse sacro aliquantulum deducuntur 199. 14.
In partu fundus uteri ad ipsius os contrahitur 198. 30.
In partu tria concurrunt, fœtus, mulier, & uterus 199. 1.

Pag. Lin.

In partu naturali quinq; requiruntur conditiones ibid. 2.
Partus naturalis definitio ibid. 5.
In partu ossa pubis invicem à se non disjunguntur ib. 12.
In partu aliquantulum cedit cauda, & ossis sacri articulatio ibid. 14.
In partu anteriora ossa omnia aliquantulum dilatantur ibid. 20.
In partu posteriora omnia magnam vim patiuntur ibid. 22.
In partu primiparæ plus laborant ibid. 29
Partus instantis signa 203. 4.
Parturiens in sella quando primum constituenda ib. 20.
Parturientibus peculiaria sedilia ibid. 24
Partus non naturalis figura 202. 7.
Partus figura ex naturali & non naturali composita ibid. 21.
à Partu illicò quid faciendum 204. 1.
Partus naturalis signa 202. 28.
Partus vide fœtus, infans.
Partus semestris num sit vitalis 179. 2.
Partes tot sunt in fœminis, quot in viris & quo differant 33. 26.
Partium pudendarum muliebris ad oculos talpæ similitudo 34 12.
Partes in fœminis ob caloris infirmitatem reconditæ ibid. 17.
Partes secundum epatis rectitudinem locatæ calidiores sunt 128. 19.
Partes principes quando formentur ac perficiantur 160. 26.
Partes seminariæ non regenerantur & quare 50. 12.

Pag. Lin.

Parmenidis & Democriti de calore fœminei sanguinis sententia 94. 20.
Pauli sententia 144. 26.
Perfectio ultima quæ dicatur 65. 24.
Perfectio rerum ex naturæ fine quærenda est 130. 23.
Philautia errorum causa est 34. 36.
Pinguedo ab adiposa humiditaee fit 98. 1.
Pisces mammas non habent nec lac 23. 1.
In plantis uterq; sexus reperitur 2. 36.
Plantæ excrementitio vivunt humore 52. 14
Planetas in homine dominari scribunt astrologi 189. 5.
Planetarum in gubernando fœtu ordo ib. 10.
Ploratus infantium in lucem venientium causa 201. 29.
Non plorare crediderunt prisci eos qui in mari nascuntur 202. 1.
Platearij lapsus 26. 12.
Plato dorsalem medullam semen appellat 58. 25.
Platonis placitum de Dæmonibus 120. 18
Plinij & priscorum querela de hominis nascentis nuditate 200. 34.
Platonis sententia de animæ immortalitate 169. 27.
Plinij de menstruo sententia 78. 15.
Plinij locus de partu octimestri restituitur 195. 34.
Platonis, Aretei & aliorum de utero sententia, quod animal sit & sedem mutet 17. 17
Polybij interpretatio ad locum Hippocrat. de decisione seminis 54. 8.
Polybius in solo concubitu secretionem fieri sentit ibid. 9.
Pollutio nocturna quo pacto contingat 107. 6.

Pag. Lin.

Populeæ Agrippæ filiæ responsio lasciva 106. 10.
Porphyrij de animæ immortalitate sententia 168. 32.
Posthumus est partus à morte patris editus 178. 22.
Potentiæ tres gradus, remota, propinqua, & ultima perfectio. 65. 15.
Potentia materialis quæ sit ib. 18.
Potentia potentialis ib. 21
Potentia perfectionem, perfectio formam antecedit ibid. 24.
Potentia animatum esse semen qua ratione sit intelligendum 68. 16.
Potentia expulsiva genitalium externis potentiis famulatur 107. 8.
Præstantissima corpora superari nequeunt nisi à causa spurcissima 84. 34.
Pragnantibus venam incidere sæpe oportet 99. 5.
Pragnantes menstrua ordinata habentes 99. 1
Pragnantibus menstrua fluunt aliquando 98. 35.
Prodigiosi partus 140. 8.
Pragnantis uterus quando aperitur 149. 17
Prolis suscipiendæ causa qui uxorem ducunt caveant ab extremis ætatibus 91. 5.
Propagationis desiderium habent cuncta animalia 100. 11.
Protuberatio genitalium ab imaginatione fit 102. 1.
Proculus Cæsar 100. *virgines spatio* 15. *dierum gravidas reddidit* 113. 22.
Proculus Cæsar decem virgines una nocte fœminas reddidit ibid. 23.
Proceritas, amplitudo & moles fœtus unde proveniat 137. 3.

Pag. Lin.

Proculus dicitur qui patre absente nascitur 178. 23.
Procidit aliquibus uterus ex partus impetu 203. 34.
Prostatas an habeant mulieres 14. 17.
Psaltriæ historia apud Hippocratem 160. 9.
Pselli de dæmonibus sententia, quod corpore & voluptate sint donati 119. 20.
Pubertatis tempore mares & fœminæ potissimum servari debent 108. 22.
Pubertatis anni hominem valdè mutant 88. 18.
Pudendi muliebris nomina 9. 27.
Pudendum muliebre maris præputio correspondet 9 27.
Pudore fœminæ morbos suos celant in præf.
Pueri plurimum habent caloris nativi 81. 27.
Puere cur dicantur nani 174. 12.
Pueri quo ætatis anno magistris tradendi 225. 26.
Puerorum ingenia refractaria cur 226. 1.
Puerorum an juvenum calor maior 90. 23.
Puellæ nubiles quando primum 88. 23.
Puellæ pubertatis tempore magna indigent custodia ibid. 28.
Puerpera quæ marem peperit 30. diebus, quæ fœminam 42. expurgatur 204. 28
Puerpera primis duobus diebus infantem non lactet 205. 30.
Putrescunt deteriùs quæ præstantioris sunt naturæ 84. 10.
Putrescunt deteriùs quæ magis permixta sunt & perfecta ibid 26.
Putredinis indicia sunt pravus odor, sapor & color 85. 2.

Pag. Lin.

Pullus gallinaceus ex albo ovi gignitur, è luteo alimentum capessit 161. 20.
Pulticula infanti ut conficienda 225. 12
Pueris vini usus interdicendus ib. 33.
Pythagoreorum de numeris sententia 192. 4.
Pythagoreorum definitio de legitimis partus temporibus ibid. 30.
Pythagoræ de veneris usu sententia 104. 9.

Q.

Quadragesimi diei energia 187. 1.
Quadraginta diebus sine risu manent infantes ibidem
Quadragesimus dies ubi præterierat diem festum græci agitabant ibid. 3.
Quadratæ mulieres quæ dicantur 92 34
Quæstiones de nominibus & logicæ vitandæ 29. 33.
Quartanæ febres sex mensibus judicantur 185. 11.
Quartus & quintus mensis fœtum non excludit, ut etiam nec 4. aut 5. dies morbum judicat 186. 4.
Quieti se det mulier post coitum 118. 17.
Quinto mense infantem robustum prodiisse retulerunt aliqui 179. 1.

R.

Repletio & cruditas facilius quam arefactio emendantur 114. 20.
Repletus à Venere abstineat ibid. 22.
Respiratio infanti in utero per quas fiat arterias 163 30.
Risus infantibus quando incipiat ibid 33.
Robur membris, ex calore, spiritu, & bona temperatura accidit 62 12.

Pag. Lin.

Ros semini assimilatur 56. 35.
Rosæ in sinum prægnantis iniectæ nota infanti imprimitur 139. 17
Ruminantia animalia 218. 6.
Ruminantia quatuor habent ventriculos & eorum nomina ib. 9.
Ruminatio quid ib 12.
Rusticæ mulieres urbanis sunt steriliores 77. 31
Ramificationis sive lineationis tempus in fœtus formatione 152. 23.

S.

Salivalis humor 14. 18. & 101. 10
Salvalis humor aquivoce semen dicitur 38. 9.
Salivalis humor prolificus non est ib 20.
Salivalis humoris usus ibid. 25.
Salivalis humor mordax & acris est 101. 10.
Salivalis humor per quas vias expellitur 14. 24.
Salivalis humor mira effunditur voluptate 38. 25.
Salivalem humiditatem guttam vocat Aristot. 46. 31.
Salivalem succum fœminis inesse comprobatur 39. 3.
Salivalis fœminarum humor post coitum rejicitur, virilis retinetur ibid. 19.
Salacitas unde 101. 6.
Salutorum usus, qua ratione lactis abundantiam faciat 210. 30.
Salmantica ex nobili parente cui fissum erat labium, filius cum eadem fissura natus 53. 30.
Sanguis in fœmina redundans dupliciter consideratur 81. 2.

Pag. Lin.

Sanguis futurus menstruus solâ quantitate peccat ibid. 18.
Sanguis in fœmina redundans in tres dividitur partes 83. 14.
Sanguis & semen deterrimè putrent 84. 17.
Sanguis non in utero, sed in vasis per mensem conservatur 87. 12.
Sanguis extra venas in grumum concrescit ibid. 18.
Sanguis per nares adolescentibus cur familiaris 88. 21.
Sanguineis morbis mulieres, quam viri rarius infestantur 94. 6.
Sanguis in fœmina non propter vehementiam sed propter inertiam caloris abundat 95. 14.
Sanguis viri perfectior & plus nutriens quam fœminæ ibid. 22.
Sanguis menstruus cur non quotidiè excernitur 98. 7.
Sanguis sigillationem concipit in jecore 132. 13.
Sanguis menstruus vim etiam habet effectivam, sed imbecillem 133. 15.
Sanguis menstruus, vide menses, & menstrua.
Sanguis trahitur ad ubera, mittitur ad uterum 211. 1.
Sanguis est lacte calidior 212. 22.
Sanguinis in lac conversio, an sit coctio 211. 30.
Sanguinis menstrui, & seminis discrimen 133. 18.
Sapientum filij plerumq; rudes 116. 28.
Sauromatæ frigore rigidos aqua submergunt 216. 20.

Pag. Lin.

Satyri & Sylvani 122. 12.
Scopi particulares corporis decem 69. 15
Scythæ cur ab Hippocrate eunuchi dicantur 63. 22.
S. Scripturæ locus 120. 3. & 121. 8.
Sciopodæ quænam gentes 140. 12.
Scipio Africanus prior cæsa parente natus 202. 27.
Scientiæ & artes parentum cur filiis non communicentur 137. 17.
Secundinæ quid sint, & earũ nomina 26. 25
Secundinarum exitus 33. 16.
Secundinas exurunt mulieres aut defodiunt 33. 18.
Secundinarum ab acetabulis avulsio 203. 35
Seminales arteriæ non solum spiritu, sed etiam spirituoso sanguine sunt repletæ 13. 8.
Semen quid 36. 22.
Seminis definitiones variæ ibid. 23.
Semen à genitura qui differat 37. 6.
Semen excrementum esse comprobatur ibid. 20.
Semen quale sit excrementum ibid. 33.
Semen constat materia & facultate 48. 16. & 67. 10.
Seminis materia quæ 38. 10.
Seminis facultas est pars animæ vegetantis 38. 12.
Semen duplex tum maribus tum fœminis ibid. 17.
Seminis temperamentum 39. 27.
Seminis color, odor, & substantia ib. 29.
Semen nigrum habere Æthyopes Herodotus putavit ibid. 30.
Semen bonum est ad quod plures confluunt spiritus 39. 33.

Pag. Lin.

Semen non à frigore sed à calore concrescit 40. 19.
Semen à quibus morbis corrumpatur 112. 9
Semen cur est spumosum 39. 8.
Semen egressum cur liquescit, non congelatur ibid. 13.
Semen qua ætate maturum 40. 26.
Semen elephantorum instar electri solidari dixit Theseus 40. 24.
Semine plus albi abundant quam nigri aut fusci ib. 31.
Semen viri multum coëuntis, senis, pueri, ægroti invalidum est ibid. 35.
Semen materiam etiam generationis esse 49. 6.
Seminis infœcundi indicia 40. 34.
Semen calidum ne, an temperatum fœcundius sit 41. 8.
Semen corruptum in frigidum venenum abit 105. 13.
Semen fœcundum dupliciter dicitur, & quod faciat ad plurium generationem, & quod pluribus commixtum generet 40. 9.
Semen fœmina an habeat 43. 4.
Semen viri copiosius & crassius est 103. 21
Semen fœmineum non ut oculi lachryma ad frictionem solam sequitur 44. 4
Semen fœmineum prolificum esse comprobatur 44. 21.
Semen utrumq; materiam & efficientiam præstat 49. 6.
Semine fœmineo auctius redditur masculinum 45. 25.
Semen fœmineum à masculo perfectionem suscipit 45. 6.

Pag. Lin.

Semen quantumcunq; validum alterutrius parentis completum tamen non est 45. 17.
Semine maris etsi exquisito fœmineum non excusatur ibid. 20.
Semen in omni concubitu ad uteri saltem sinum emittunt fœmina, etsi sine voluptate id fiat 46. 33.
Seminis fœminei usus 47. 22.
Semen prægnantes dum coëunt per quas vias immittant ibid. 25.
Seminaria membra novem & quæ illa sint 49. 7.
Seminariæ partes regenerari cur non possint 50. 12.
Seminariæ partes ne regenerentur quatuor obstant 51. 23.
Seminariæ partes in pueris & mollibus corporibus regenerari possunt 92. 18.
Semen ab omni corpore emanare comprobatur 53. 17.
de Seminis decisione variæ opiniones & interpretationes ad locum Hippocratis ib. 32.
de Seminis decisione sententiam Hippocratis confutat Aristoteles 54. 28.
de Seminis decisione Galeni sententia 56. 28.
Semen à toto manare qua ratione intelligendum 58. 5.
Seminis materia à toto non recedit sed ad totum accedere apta est ibid. 20.
de Seminis decisione pulchra Avicennæ sententia 57. 8.
Semen in testibus fit confluente eius fermento à membris præcipuis ibid. 9.
Seminalis virtus non promiscuè in quavis plantæ parte consistit 60. 9.
de Seminis decisione autoris sententia 57. 31

Pag. Lin.

Seminis materia concubitus tempore non decidit, sed ubi abundat in vasa reponitur 58. 7.
Semen ex præcedenti proximè cibo non conficitur 56. 31.
Semen cum forma seminis & qualitatibus à toto non decidit 59. 7.
Seminis secretio non fit in concubitu 54. 9
Seminis materia à toto 58. 4.
Seminis unctura & pinguedo 101. 34
Seminis fœcunditas unde 102. 5.
Seminis humani varia natura 175. 25.
Semen excrementum quartæ coctionis ut dicatur 59. 21.
Semen ubi perficitur 61. 7.
Semen an sit animatum 65. 4.
Semen duplicem habet virtutem passivam & activam 66. 24.
Seminis materia à qua virtute movetur ut foras expellatur 117. 16.
Semen quando primo actu animatum ex autoris sententia 68. 9.
Semen non intra vulvam, sed juxta ostium ipsius immittitur 118. 8.
Semen ab utero avidissimè trahitur ib. 10.
Semen vir & fœmina eodem tempore emittant, ut concubitus prolificus sit ib. 12
Semen non simul totum sed per partes eiaculatur 134. 16.
Semen secundum diversas sui partes superat & superatur ibid. 18.
Semen continet omnium membrorum vires & proprietates ibtd. 28.
Semen quod conficitur in vasis, ab eo, quod in testibus fit, qui differat 135. 5.

Pag. Lin.

Semen & menstruationis sanguis duo generationis principia 1. 7.
Semen, à quo mas generatur, quale 128. 30.
Semen, quo gignitur fœmina, quale ib. 31
ex Semine proiecto in balneo mulierem concepisse ferunt 47. 3.
Semen non magis continet formam viri quam fœminæ 66. 18.
& 128. 10.
Semen morbosum & paucum mola causa 143. 5.
Semen mulieris aliquando validum est & virile 127. 24.
Semen multum à cerebro 58. 21.
Semen in utero conceptum statim vita fruitur & vegetatur 68. 11.
Semen à sanis parentibus sanum, à morbosis morbosum 54. 1.
Semen non emittere fœminas dixit Aristoteles 43. 13.
Seminis, quam genituræ latior est acceptio 37. 6
Semivulpa animal duos habet uteros 17. 10.
Sensus externi per somnum non omnino ligantur 107. 10.
Septenarius decernendi vim magnam habet 185. 31.
Septenario numero rota humana finitur 186. 31.
Septenario constare vitam hominis scribit Hipp. 188. 19.
Septenarius omnium numerorum nodus 191. 8.
Septenarij encomia, & quæ per eum mutationes variæ fiant ibid. 10.
Septenarius plenus numerus est ib. 22.

Pag. Lin.

Septimana solaris quæ dicatur 105. 21.
Solaris prima septimana in fœtu ibid. 31
Solaris secunda septimana 186. 16.
Solaris tertia septimana ibid. 30.
Septimus quisq; annus per totam vitam crisimus est 191. 32.
Septimo mense cur potius quam aliis partus contingat 194. 19.
Septimo mense cur uterus expletur ib. 30.
ut Septimo mense uterus expleatur facit seminis natura & congressus ante plenilunium ibid. 35.
Septimestris partus minor vocatur 153. 30
& 155. 14.
Septimestres cur serventur secundum astrologos 190. 4.
Septimestru partus causæ 194. 10.
Septimestris partus duplex, naturalis & non naturalis ibid. 12.
Septimestrium aliquot cur valetudinarij & imbecilles ibid 16.
Septimestres vitales cur sint ibid. 22.
Serum lactis calidum ne sit an frigidum 208. 20.
Seri virtutes medicæ ibid. 24.
Serum nitrosam possidet facultatem ib. 25.
Serum aperit jecoris obstructiones ib. 26.
Seri temperamentum quale ib. 30.
Serum quos morbos curat ib. 32.
Serum lactis an possit crassescere 215. 12.
Serum extrahentia calida sunt omnia 217. 3.
Sexus uterq; reperitur in omnib. natura constantib. 2. 28.
Sexus in fœminis non mutatur sed detegitur 11. 6.

Pag. Lin.

Similitudo horologij ad virtutem formativam 71. 9.
Similitudo pueri & dormientis geometræ ad potentiarum gradus 65. 31.
Similitudo non provenit à solo agente sed ab agente in tali materia 60. 6.
Similitudo Dei in creaturis est 73. 2.
Similitudo vini in flammam proiecti ad semen viri in utero calescente 103. 16.
Similitudo sexuum unde proveniat, & variæ de ea re opiniones 126. 30.
ad Similitudinem in sexu plus efficaciæ habet uterus, quam testes 128. 11.
Similitudo in sexu non pendet à calore, aut situ partium ibid. 30.
Similitudinis in sexu causa præcipua est virtus formativa 129. 24.
Similitudinis in sexu causa est semen elaboratius & dextra parte exceptum 128. 31
Similitudo specifica à materia est 132. 6.
Similitudo individualis ad victoriam alterutrius seminis refertur ibid. 34.
Similitudinem individualem quidam imaginationi tribuunt 133. 21.
Similitudinis differentiæ plures humano generi quam cæteris animalibus cur accidunt 133. 35.
Similitudo partis qua ratione à semine imprimatur 135. 2.
Similitudinis individualis causa 132. 32
Similitudo natorum ad parentes triplex, in specie, in sexu, & in effigie 135. 16.
Similitudo ad patruos, avos & avunculos unde proveniat 60. 5.
Similitudo in voce, risu, & gestu, motionibus facultatis formatricis tribuitur 136. 6. & 137. 1

Pag. Lin.

Similitudo ad quatuor generationes extenditur & ad plures 136. 17
Similitudo ad parentes in fœtu humano minima, in bruto maior, maxima in plantis 138. 24.
Similitudo genitalis seminis ad tritici naturam 175. 22.
Solem & hominem generare hominem quo pacto intelligendum 73. 10.
Solis etiam circuitus Hippocrates in partu considerauit 185. 27.
Solis prima mutatio cur fœtum non excludit cum tamen prima lunæ mutatio morbum sæpe judicet ibid. 32.
Solis ac lunæ magna est potestas in corpora inferiora 184. 29.
Somnium coitus & nocturna pollutio soli homini contingit 106. 34.
Spadones cur in coitu delectentur 39. 5.
Spiritus genitivus ex vitali & animali constituitur 57. 32.
Spiritus genitivus procreationis est præcipuum instrumentum 58. 1.
Spiritus fœminarum amore non tenentur 121. 12.
Spiritus genitivus sui domicilij est architectus 140. 2.
Spiritus genitivus si debita temperatura destituatur, fit ineptum instrumentum facultati ibid. 9.
Spiritus genitivus & complantatus quid sit 58. 3.
Species animalis matrem, effigies patrem magis repræsentat 133. 12.
Spurij ut plurimum sunt pravis moribus 185. 24.

Spurij

Pag. Lin.

Spurij in Germania ad munia non admittuntur ib. 26.
Spumificationis sive lactationis tempus septem diebus continetur 151. 28
Sudor fœtus 27. 22.
Sudoris usus in fœtu ib. 25.
Sudorem an fœtus emittat ib. 28.
Sudorem provocantia validiora sunt quam qua urinas movent 211. 12.
Sudorificum medicamentum instar coagulj est ib. 15.
Superfœtatio quid 147. 11.
Superfœtatio soli mulieri contingit ib. 13.
Superfœtatio tertio gestationis mense facta 148. 7.
Superfœtatio rara est, & utriq; fœtui periculosa ib. 17.
ex Superfœtatione paulo post conceptionem facta vitales fœtus fiunt ibid. 19.

T.

Theriaca non omnibus infantibus convenit 205. 26.
Thlibia dicuntur quibus testes in manu obstetricis attriti sunt 64. 2.
Thibiorum gens geminam habet pupillam 140. 10.
Thraces infantium natalitia plorant, exequias hilaritate celebrant 201. 12.
Thracum imbecilla memoria 192. 14.
Testes mulierum 12. 3
Testium mulieris substantia, situs & forma 12. 4.
Testes muliebres minores, & imperfectiores quam marium 12. 8.
Testes mulierum aqueo & tenui humore pleni 12. 12.

Pag. Lin.

Testium muliebrium facultas 12. 14.
Testium mulieris membranæ 12. 20.
Trecentæ particulæ in corpore 69. 14.
Testes quid conferant materiæ seminis 60. 32.
Testes conficiendi seminis primi sunt autores 61 4.
Testes & vasa varicosa semen efficere comprobatur ibid 7.
Testes comparavit Aristoteles textrinarum planis 61. 25.
Testes speculo, seu denso & opaco corpori comparant aliqui, à quibus virtus cordis reflecteret 62. 6.
Testes ventri adhærentes habent aves & sues ibid. 24.
Testibus amputatis virilitas adimitur & generandi facultas ib. 30.
Testes cur inter præcipuas partes connumerentur 63. 3.
Testium privatio causa est frigiditatis in toto ibid. 9.
Testes bene vivendi & propagationis autores sunt ibid. 18.
Temperamentum est omnium nostri corporis actionum instrumentum 134. 24.
Temperamentum duplex peculiare & commune ib. 25.
Temperamentum totale virtualiter continet præcipua temperamenta ibid. 27.
Tempus partus humani varium 174. 34
Tempus conceptui oportunum 115. 10.
Temperata utriusq; conjugis natura fœcundissima est 42. 12.
Theseï medici opinio de semine Elephantorum 40. 23.

Pag. Lin.

Thoracis forma in fœmina 24. 31.
Tria ad fœcunditatem necessaria 64. 10
Tribades fœminæ quæ dicantur 108. 32.
Turpitudinis symptoma quodnam sit 11. 4

V.

Variolarum & morbillorum pernicies à menstruo fit 83. 10.
Vasa seminaria mulieribus 4. sunt, ut in maribus 12. 29.
Vasorum seminariorum in fœminis origo eadem quæ in maribus 12. 24.
Vasa seminaria inter se anastomosin quandam efficiunt 13. 13.
Vasa seminaria magis anfractuosa sunt fœminis quam viris 13. 18.
Vasa seminaria deferentia, & præparantia eorumq; usus 13. 20.
Vasa alia quatuor seminalia Herophilus ponit 14. 28.
Vasa deferentia semen præparant, jaculantia perficiunt 61. 21.
Vasa uteri in unius fœtus nutritionem omnia non distenduntur 149. 23.
Vasa uteri per mensem sanguinem redundantem gubernant 87. 12. & 151. 21.
Vasa umbilicalia 31. 4.
Vasorum umbilicalium implantatio 32. 3.
Valesii sententia de orbore fœminei seminis rejicitur 46. 11.
Vana persuasio ex eventuum ignorantia, & novitatis desiderio oritur 122. 27.
Vena seminalis dextra à cava, sinistra ab emulgente cur oriatur 12. 31.
Vena per quas uterus nutritur 13. 31.

Pag. Lin.

Vena per quas menstrua expurgantur in uteri fundum à venis seminalibus originem habent ib. 29.
Vena per quas virginibus, & prægnantibus menses ad uteri collum demandantur, à vena cava oriuntur ibid 34.
Vena ad mammas recurrentes 14. 9.
Vena umbilicales statim post umbilicum in unum coëunt, arteria divisæ manent, & cur illud 151. 24.
Vena in adultioribus regenerari possunt, sed rarò 50. 14.
Vena & arteria omnes gignendi seminis vim habent 56. 28.
Venarum & arteriarum ortus 152. 13.
Vegetativa potentia undenam semini communicetur 66. 28.
Vegetantis animæ munia sunt nutrire & generare 69. 26.
Veneris excessus cur debilitet 58. 18.
Venus, vide Concubitus
de Veneris usu variæ sententiæ 104. 4.
Veneris moderatus usus salutaris est 113. 5.
Veneris sensus brutis solum ad prolis generationem datus 106 28.
Veneris assuetudo reddit homines libidinosiores 108. 19.
Veneris inordinatæ nocumenta pleraq; 101. 13.
Venus quare dicta Aphrodite 40. 11.
ad Venerem in homine motus incerti & inordinati 175. 33.
Venus inordinata corporis & animi vires debilitat 111. 13.
Venerem immoderate exercentes cruorem pro semine excernunt ib. 34.

Pag. Lin.

Venere immodica quibus mors sequuta sit. 112.1.
Venus immodica quibus potissimum nociva. 112.6.
Veneris raritas semper commendatur. Ibid. 12.
Venus quibus salutaris. 109.30.
Veneris moderata utilitas. 112.24:113.5.
Venus calidis & humidis potissimum convenit. 113.3.
Venus iram remittit. Ibid.6.
Venus per quæ intervalla conjugatis repetenda. Ibid.8.
Veneris terminus. 113.12.
Venus calefacto potius quam refrigerato corpore convenit, & pleno quam vacuo. 114.18.
à Venere abstineat repletus. Ibid. 22.
à Venere abstineat qui cathartic um sumpsit. Ibid. 24.
Veneri indulgendum à somnone sit, & post cubitum, an contra. Ibid.28
Venus quare prosit morbis pituitosis. 109.8.
Veneris quantitas moderata ex levitate corporis, & facilitate respirationis metienda. 113.11.
Venereæ voluptatis causa. 101.14.
Venus an melancholicis sit salutaris. 109.29.
Vergilij locus. 71.17:& 34.121.1.178.4.
Verecundia & modestia in Venere exercenda servetur. 117.11.& 118.32.
Vesalij in Galenum livor. 14.14.
Vestiliæ partus varij à diversis maritis. 175.28.
Vesica utrag; fellea, & urinaria excremento attracto non alitur. 16.33.
Vir per se solus generare non potest. 2.14. 102.13.
Vir generationi est aptus. 3.25.& 102.

Pag. Lin.

Viri cur menses non habeant. 76.27.
Virum fœmina calidiorem esse contra Parmenidem comprobatur. 94.20.
Vir primò sibi cognitam fœminam odit, contra fœmina primum cognitum virum mirificè diligit. 108.3.
Vir quamdiu generare possit. 206.4.
Viri ebriosi semen habent infœcundum. 41.6.
Viri quibus dissideant à fœminis. 3.6.
Viri quatuor rebus indigent ad fœcunditatem. 101.2.
Viris quare sterilitatem inducat sectio retro aures. 53.19.
Via communis à fundo uteri ad ipsius os 6.34.
de Viis per quas menses expurgantur. 85.10.
Viragines sunt steriliores & valetudinariæ. 77.33.
Viragines quibusdam viris calidiores sunt. 96.22.
Virtus generativa incompleta est in utriusque parentis semine. 46.22.& 102.13.
Virtus regulativa. 57.16.
Viventia omnia maximè appetunt perpetuo esse. 69.28.
Vivorum tria genera. 65.8.
Virtus in semine duplex. 66.4.
Virtus cœli & astrorum est causa naturalis generationis rerum. 74.22.
Viragines in senectute valetudinariæ sunt. 77.33.
Virginitatem quam castitatem servare facilius est. 108.27.
Victus ordo humanæ vitæ. 114.34.
Vita in calido & humido maximè consistit. 190.17.
Veri usus quamdiu adolescentibus interdicendus. 225.33.

Pag. Lin.

Vigilet ne puer in utero an dormiat. 162. 35.
Umbilicus quid. 31.15.
Umbilicus omnium primus perfectè consistit. 160. 30.
Umbilici nodi. 32. 11.
Umbilici longitudo. 16. 19.
Umbilici sectio. 33. 15. & 204. 2.
Umbilici ligaturam qualem esse oporteat. Ibid. 9.
Umbilici à partu nullius est usus. Ibid. 21.
Voluptas est esca malorum. 104. 27.
Vopiscus qui dicatur. 178.25.202.23.
Urina eorum est signum, quæ continentur in jecore, venis, renibus, & vesica. 125. 22.
Urachus lotij ductor ab Avicenna sumen dicitur. 31. 15.
Vrinam pueri an emittant in utero Ibid. 3.23.
Uteri nomina & definitio. 3.4.& 16.22.
Uterus dividitur in collũ & fundum. 4.7.
Uteri situs. 4. 8.
Vteri situs in prægnantibus. 4. 23.
Vteri figura rotunda. 4. 26.
Uteri magnitudo. 4.33.
Uteri longitudo exactè non potest describi. 5. 5.
Uteri latitudo duos transversos digitos non excedit. 5. 20.
Vteri venæ per quas menses purgantur. 13.17.
Utero adnascentes nervi. 14. 35.
Uterus cur mulieri datus 16. 18.
Uteri gestatio quid. 174.30.
Uterus exiguus, qui alioquin manibus non cedit, mire à natura in prægnantibus ampliatur. 5. 22.
Uteri substantia solius naturæ viribus cedit. Ibid. 25.

Pag. Lin.

Uteri substantia nervea est & membranosa. Ibid. 29.
Uteri tunica duplex. 6. 1.
de Vteri tunicis diversitas apud autores. 5.35.
Uteri interna membrana omnes corporis membranas crassitudine vincit. 6. 4.
Uterus habet tria fibrarũ genera. 6. 6.
Uteri cornua. 6. 15.
Uteri superficies interna. 6. 17.
Uteri duo sinus qui matrices vocantur sutura discreti sunt. 6. 18.
Uteri sinus fabam majusculam vix capit. 6. 23.
Uterus cellulas non habet ut Mundinus, Gentilis, & alij putarunt. 6. 25.
Uteri os non sicuti cervicis orificium ex arbitrio mulieris aperitur. 7. 11.
Uteri os in prægnantibus clauditur sic ut nec specillum admittat. 7. 8.
Uteri orificium virginibus inutile, & otiosum. 7. 14.
Uteri oris & cervicis sagina conceptioni novica. 7. 17.
Uteri os prægnantibus non aperiri ut intelligendum. 7. 20.
Uteri gestatio quid. 150. 5.
Uteri gestatio est veluti morbus. 174. 30.
Uteri os prægnantibus si coeant semper recluditur. 149. 17.
Uteri os prægnantibus non nisi in superfœtatione reserari quidam existimarunt. 7. 20.
Uteri cervix masculino peni correspondet. 7. 28.
Uteri cervix unicum cum fundo corpus efficit. 7. 32.
Uteri cervix diversam sortitur à fundo substantiam 7. 32.

	Pag.	Lin
Utero adnascentes nervi.	14.	35.
Uteri alæ.	9.	34.
Uteri cervix musculosa, & membranosa est.	7.	33.
Uteri cervix callosior est ijs quæ frequẽtius pepererunt, aut crebrius congressæ sunt.	7.	35.
Uteri cervix quare fungosa, & duriuscula.	8.	2.
Uteri connexus.	15.	7.
Uterus propriam sedem non mutat.	p. 15. 14. & 17.	18.
Uterus animal non est.	15.	13. & 17. 18.
Uteri consensus cum diversis partibus.	15.	32. & 21. 2.
Uteri munus triplex, nutritio, excrementorum repurgatio, & sobolis propagatio.	16.	6.
Uterus semen trahit non tamen commutat sed conservat.	16.	24.
Uterus etsi ad fundum ventriculi ascendere videatur, non tamen mutat locum nec ascendit, sed retrahitur.	19.	36.
Uteri ascensus fit retractis vasis ad suam originem.	19.	8.
Uteri contorsio ut fiat.	19.	12
Uteri vis magna.	82.	17.
Uterus descendit facilius, quam ascendit.	19.	10.
de Uteri mobilitate ridicula opinio.	19.	8.
Vterus non trahit sanguinem menstruum.	85.	15.
Uterus efformandi vim habet.	132.	24.
Uterus gravidarum an aperiatur tempore gravidationis.	86.	1. & 149. 6.
Uterus in mensium expurgatione, nullam edit actionem sed usum.	16.	7.
Uteri muliebris acetabula minora sunt quam in brutis	29.	30.
Utero exciso mulieres sanæ supervivere possunt.	16.	36.
Uterus septimo mense cur expletur.	194	30.
Vulva serius aut temporius cur expletur.	195.	20.
Vulneris ex abscisso fœtus umbilico curatio.	204.	14.

Z.

Zabrorum lex de muliere menstruata.	79.	20.
Zenobiæ Palmerinorum reginæ continentia.	106.	18.
Zirbi commentum de nodis umbilici.	32.	15.

Indicis rerum, & verborum hac prima parte memorabilium

FINIS.

RODERICI A CASTRO LUSITANI,
PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTORIS
PER EUROPAM NOTISSIMI,

De universa muliebrium morborum

MEDICINA

Pars secunda, sive Praxis.

QUATUOR CONTENTA LIBRIS, IN QUIBUS MULIerum morbi universi, tam, qui cunctis fœminis sunt communes, quam, qui virginibus, viduis, gravidis, puerperis, & lactantibus peculiares, singulari ordine traduntur, subindeq; variæ sterilitatis species, earumq; naturæ, causæ, signa, & curationes, distincta & accurata methodo edocentur.

ADDITIS INSUPER SINGULIS FERE CAPITIBUS, EJUSdem autoris scholiis, quibus, quæcunq; circa fœmineos morbos curandos dubia, aut controversa hactenus apud medicos fuerant, brevissime deciduntur, ab eisque non parva lux cunctis aliis morbis profligandis accessit, utpote quibus pleraque Hippocratis & Galeni difficilima loca universaq; ferè ars medica illustratur.

CUM TRIPLICI INDICE.



HAMBURGI, ex Bibliopolio FROBENIANO.
ANNO CIↃ IↃ CXVII.

IN SECUNDAM OPERIS PARTEM SIVE PRAXIN AD LECTOREM

PRÆFATIO.

DE Anatome, & natura mulieris; deq; semine, menstruo, congressu, conceptu, partu, & lacte abunde, uti arbitror, à nobis quatuor præcedentibus libris dictum est; Nunc, lector amice, rationem curandi sive praxin familiarissimam ordine facili & pellucido hac secunda de muliebriū medicina parte comprehendimus: In qua omnes affectus, qui fœminis contingere solent, eorumque causas morborum, signa, prognostica, species & curationem exponemus. His veluti appendicis loco ad calcem omnium fere capitum Scholia adiecimus, quibus succincte dubitationes, quæ circa hosce affectus possent occurrere, brevissime decidimus. Sic quæcunque hactenus à varijs scripta dispersè fuerant, collegimus: quæ vero deesse videbantur supplevimus. Neque id feci quod cupiam clarissimorum virorum laudes, & scripta obscurare: Sed ut præsenti labore consulerem ijs, quibus hactenus operosum, & perdifficile fuerat, apud diversos autores non sine magna ambiguitate ea pervestigare: in quibus si quædam inveneris familiarissima, & quasi prælanse tradita, scias nos hujusmodi laborem impendisse non doctis tantum & exercitatis, sed reliquis etiam medicis, ac præcipue tyronibus, quibus permulta in hac re ignota, & prorsus fortasse inaudita essent, quæ tibi forsan, cæterisque tui similibus jamdudum fuerant luce meridiana clariora: proinde quidquid à nobis hac in parte desudatum est, boni consule & nostrum saltem conatum amplectere, ac tutare ab eorum leviſsimis ingenijs qui, plane otiosi ac desides contactu omnia fœdant, polluunt ore dapes, & vestigia fœda reliquunt: Vale.

INDEX DUBIORUM QUÆ SECUNDA PARTE CONTINENTUR.

LIBRO PRIMO.

PAG.

AN sanguinis missio conveniat in causa frigida 18.
An menses possint supprimi à caliditate, quæ potius facit ad expulsionem 33.
An ad evocandos menses sit facienda venæ sectio ex pede, an ex brachio. Ibid.
An debeant menses moventia medicamenta præcedere evacuationes 35
An menses moventia differant à diureticis Ibid.
An coctio humorum attenuando procedat 71.
An siruporum usus in praxi utilis sit 73
An in fluxu muliebri uterus afficiatur 96.
Calidáne, an frigida medicamenta in gonorrhæa conveniant 109.
An mentha, & ruta ad Venerem conducant 110.
Quisnam humor sit caneri materia 148.
An cancer sit morbus contagiosus 149.

LIB. SECUNDO.

AN semen in utero deleteriam qualitatē possit concipere 170.
An sine respiratione homo vivere possit 171.
An acetum strangulatis conveniat 173.
An vinum hystericis sit utile Ibid.
An strangulatis competat sanguinis missio 174.
Melancholia cujus morbi symptoma sit 186.
An flatus in melancholia excitentur vigente calore 196.
An frigida & sicca intemperies possit generare melancholiam Ibid.
Melancholicæ cur rideant 198.
Sitne chalybs frigidus an calidus? 221.
Adstringatne chalybs an liquet 222.
An oxyrrodinū in capitis affectibus conveniat 232
Frigidisne, an calidis affectibus narcotica magis conveniant 241.
Ex qua parte vena secanda sit in inflammatione uteri, & partium inferiorum 297.
An hæmorrhoides fiant in pudendo mulieris 315
An sanies & ichor idem sint 333.

LIB. TERTIO.

AN sterilitas naturalis curationem suscipiat 352.
An liceat sterilitatem inducere conceptum impediendo, aut abortum provocando 366.

An ad molæ generationem ſemen virile requiratur 403.
An in molæ curatione exercitium competat 407.
An gravidationis primis menſibus vomitus, ultimis crurum tumores fiant 426.
An gravidis morbo acuto correptis conveniat victus tenuis. 434.
An gravidis morbo acuto correptis ſanguinis miſſio competat Ibid.
An gravidis morbo acuto correptis catharticum ſit exhibendum 435.
An periculoſior ſit in gravidis purgatio, quam ſanguinis miſſio 438.
An prægnanti morbo acuto correptæ liceat ad abortum provocandum catharticum propinare 439.

LIB. QUARTO.

AN Epigaſtrii ſectio tutò poſſit adminiſtrari 460.
A quo die computandum ſit initium morbi in puerpera 491.
An puerperæ morbo acuto correptæ in medio tempore, ex coacervata in loco materia, ſanguis ſit mittendus ex pede, an ex brachio. 492.
In puerperis morbo acuto correptis à quo die ſit facienda criticorum computatio. 494.
An evacuationes ſymptomaticæ ſemper ſint malæ 501.
An evacuationes ſymptomaticæ ſint promovendæ 502.
An evacuationes ſymptomaticæ ſtatim ab initio ſint cohibendæ 505.
An menſtrua lac corrumpant 518.
An ſuctio conveniat ad minuendum lac 525.
An pilo hauſto lac concreſcat, & mammæ doleant 530.
An catharticum conveniat ad expurgationem vitioſi lactis 533.

SE

Cunctis fœminis communes

Vid

Circa

menstrua [illegible] exitum, virgines jam visæ, quarum ventres adeo intumuerunt, ut non absque famæ dispendio prægnantes

SERIES MORBORVM MVLIEBRIVM
QUÆ ETIAM CONTINET INDICEM
capitum secundæ partis.

- Cunctis fœminis communes
  - Circa menstruum
    - In retentione
      - Atretæ, sive clausæ fœminæ lib. 1. c. 1.
      - Fœminæ quibus menses nunquam fluxêre l. 1. c. 2
      - Menses locis non naturalibus erumpent. l. 1. c 3.
      - Menses suppressi l. 1. c. 4.
      - Imminuti menses l. 1. c. 6.
      - Difficiles & cum gravissimis symptomatibus l. 1. c. 7
    - In immoderata fluxione
      - Immodici mēses l. 1. c 8
      - Menses remorati l. 1. c. 9
      - Menses adusti l. 1. c. 11.
      - Menses stillantes quo ad copiam
  - Circa mammas.
    - Inflammatio l. 1. c. 16.
    - Flatuosus tumor l. 1. c. 17
    - Oedematosus tumor l. 1. c. 18
    - Mammarum glandulæ l. 1. c. 19
    - Scyrrhus exquisitus l. 1. c. 20
    - Scyrrhus non exquisit. l. 1. c. 21
    - Cancer l. 1. c. 22
    - Flacciditas mammarum l. 1. c. 23
  - Antevertentes l 1 c 8
  - Corrupti & suppurat. l 1 c 10
  - Menses sanioſi, fulvi, lutei l 1 c 12
  - Stillantes quoad tempus
  - Menses cum morbis complicati l. 1. c 13.
  - Fluor muliebris l 1. c 14
  - Gonorrhæa mulierum l 1 c 15
  - Strangulatio uteri l. 2. c. 1.
  - Epilepsia ex utero l. 2. c. 2
  - Melancholi. virginum & viduarum l. 2. c. 3.
  - Pulsatio in arteriis dorsi l. 2. c. 4.
  - Morb virgineus. feb. alba l. 2. c. 5.
  - Ventriculi accid. ex utero l. 2. c. 6.
  - Capitis, ac totius corporis dolores ex utero l. 2. c. 7.
- Viduis ac virginibus peculiares
  - Uterini sive hysterici affectus
    - Uteri cruciatus l. 2. c. 8
    - Uteri pruritus l. 2 c. 9
    - Furor uterinus l. 2 c 10
  - debilitas
    - In propria substantia l 2 c 11
    - In intemperie frigida l 2 c 12
    - In intemperie humidâ l 2 c 13
    - In intemperie sicca l 2 c 14
    - In intemperie calida l 2 c 15
- Circa generationem
  - Circa conceptum
    - Quia impeditur.
      - Sterilitas naturalis l. 3. c. 1
      - Ster. per collationem l. 3. c. 2.
      - Sterilitas morbosa l. 3. c. 3
      - Sterilitas ad tempus l. 3. c. 4
      - Sterilitas ex viro l. 3. c. 5
    - Quia depravatè fit
      - Monstrosus conceptus l. 3. c. 6
      - Mola l. 3. c. 7
      - Falsa gravidatio l. 3. c. 8
  - Circa gravidationem
    - Picacetus appetitus l. 3. c. 9
    - Cibi fastidium prægnantis l. 3 c. 10
    - Vomitus & nausea l. 3. c. 11
    - Ventris dolor l. 3. c. 12
    - Cordis palpitatio & syncope l. 3. c. 13.
    - Tussis prægnantium l. 3. c. 14
    - Alvus & urina suppress. l. 3. c. 15
    - Alvi fluxus prægnantium l. 3. c. 16
    - Inflata prægnantium crura l. 3 c. 17
    - Sanguinis fluor ex utero prægnantis l. 3. c. 18
    - Aqua ex utero prægnantis profluens l. 3. c. 19
    - Dentium dolores l. 3. cap. 20
    - Morbi acuti prægnantium l. 3. c. 21
    - Prægnantium moderamen & custodia l. 3. c. 22
  - In situ uteri
    - Uteri procidentia l 2 c 16
    - Ascensus uteri, & recursus ad varias partes l. 2. c. 17
  - In magnitudine
    - Nymphæ sive symptoma turpitudinis
    - Uteri hydrops l 2 c 19 (l 2 c 18
    - Uteri inflatio l 2 c 20
    - Inflammatio uteri l. 2 c 21.
    - Uteri erysipelas l. 2. c. 22.
    - Scyrrhus uteri l. 2. c. 23
    - Uteri cancer l. 2. c. 24.
    - Uteri condyloma l. 2. c. 25
    - Uteri hæmorrhoides l. 2. c. 26
    - Verrucæ, thymi, acrocordones, ficus
    - Scabræ uteri pustulæ l. 2. c. 28. (l. 2. c. 27
    - Uteri ulcera l. 2. c. 29
    - Uteri fistulæ l. 2. c. 30
    - Uteri rhagadiæ, sive fissuræ l. 2. c. 31.
    - Uteri gangræna l. 2. c. 32.
    - Uteri vermes l. 2. c. 33
    - Uteri calculus l. 2. c. 34
- Circa partum & in puerperio
  - Proprii
    - Partus naturat. & puerp. tutela l. 4. c. 1
    - Fœtus mortuus l. 4. c 2
    - Partus cæsareus l. 4. c 3
    - Aborsus l 4 c 4
    - Partus vitiosus l 4 c 5
    - Partus difficilis & laboriosus l 4 c 6
    - Secunda relicta l 4 c 7
    - Mola post partum l 4 c 8
    - Tormina post partum l 4 c 9
    - Immoderatus sanguinis fluor post partum l 4 c 10
    - Imminutus l 4 c 11.
  - Communes
    - Omnes morbi acuti in genere l. 4. c 12.
    - Febris puerperæ l. 4. c 13
    - Alvi fluor puerperæ l. 4. c 14
    - Puerperæ vomitus l. 4. c. 15
    - Pleuritis, jecoris inflammatio &c. l. 4. c. 16
    - Melancholia, delirium, epilepsia l. 4. c. 17
    - Pedum, ventris ac corporis inflatio l. 4. c. 18
    - Inflammatio uteri post partum l. 4. c. 19
    - Uteri ulcera post partum l. 4. c. 20
    - Rugæ post partum in ventre relictæ l. 4. c. 21
    - Virginalis adstrictio à partu comparanda l. 4. c. 22
  - Circa alitionem fœtus
    - Nutricis electio, ac moderamē l. 4 c 23
    - Lactis defectus l 4 c 24
    - Lactis redundantia l 4 c 25
    - Lactis concretio, pilaris morb. febris
    - Lactis vitium l 4 c 27 (lact. l. 4. c. 26
    - Ratio tractandi recenter natos infantes l 4. c 28
    - Quandiu lactandus infans & paranda pulticulæ ratio l. 4. c. 29
    - Morbi recenter natis contingentes, eorumque medela l. 4. c. 30

RODERICI à CASTRO LUSITANI PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ DOCTORIS

De

Universa Mulierum Medicina.

PARS SECUNDA SIVE PRAXIS.

Liber primus de morbis cunctis fœminis communibus.

SECTIO PRIMA

De affectibus circa menstrua contingentibus.

De uteri clausura.

CAP. I.

CUM MULIERIS PARS GENITALIS Clauditur, & quoquo modo pervia, aut debite perforata non est, affectus oritur, qui latinis dicitur uteri clausura. Arabibus Ratica, sive Alratica, græcis Phymosis, qua etiã appellatione insignitur ille virorum morbus huic proportione respondens, in quo glandem nudare nequeunt, quia ei præputium per partem frœnum dictam coalescit, adhæretq;. Martinus Akakia vocavit agglutinationẽ, seu mutuũ uteri contactum, & complicationem. Mulieres autem quæ hoc malo vexantur, dicuntur atretæ, sive velatæ, id est, non perforatæ vitium hoc non solũ usus commoditatẽ interdicit, sed gravissimis morbis occasionem præstat, quoniam menstruis non habentibus liberum exitum, virgines jam visæ, quarum ventres adeo intumuerunt, ut non absque famæ dispendio prægnantes

Naturæ morbi.

Nomenclatura.

Lib. 1. C. 11.

Differentia. gnantes crederentur, quæ postea curatæ à morte simul, & dedecore liberę evaserunt.

Accidit hoc malum tripliciter, quibusdam enim obsepta est pars anterior: ut sexquianni puellæ, quam hoc mense curavimus: alijs media: nonnullis os uteri profundius; quod autem foramen, intercipit, intercluditq;, vel caro, vel membrana est. Causa duplex, altera naturalis, cum à nativitate membrana, sive carnosa substantia coaluit; altera accidentalis, utpote ulcera prædictarum partium, quibus supercrevit caro, quæ obturat, tumoresvè alij indurati, qui meatum occludunt; vel etiam quando sine callo supercrescentevè carne ulcerum labia coaluerunt: adde etiam medicamentorũ constringentium nimium usum; qua ratione Nicolus refert à se visam mulierem, quæ post partum cum obstetrices nimis adstringentia adhibuissent, ita clausa fuit reddita, ut non potuerit coitum exercere.

Causa.

Historia.

Signa. Cognoscimus causam fuisse solutam unitatem, cujus extrema coaluerint, aut callum contraxerint, ex præcedente vulnere, ictu vel casu: tumorem præter naturam, vel supercrescentem carnem, ex sensu partis, sentitur enim in ea, tanquam quid extraneum, & à naturâ alienum: si vero nativum fuerit vitium, ex privatione prædictorum signorum percipitur; quæ tandem ex tribus particulis superiùs numeratis sit affecta, & an membrana an caro supercreverit, oculorum inspectione ex membranæ candore, & carnis rubore dijudicatur, subinde, & tactu indicis digiti extremitate; potissimum vero in virginibus, & fœminis viro orbatis perdiscitur adhibito speculo matricis dioptra dicto, quo medici utuntur, ad conspicienda uteri penetralia: in alijs quæ viro utuntur ex defectu illius actionis, quæ parti affectæ debetur, nam si pudendi labia connivent, nec coire potest fœmina, nec menstrua purgare, neq; concipere, quia vel aditu carent accommodato, vel perpusillum perq; angustum habent foramen, vix ad urinæ usum pervium: si vero uti viro potest, & menses non purgantur, & semen ejaculatum illico decidit, neq; concipit, clausa est pudendi pars media: si deniq; coeat, ac menstrua tempestivè fluant, nec tamen concipiat, in ipso uteri ostiolo vitium existere indicium est. Malum hoc si est in anteriori, mediave parte, aut à causis adventitijs ortum, facilius curatur, si vero à naturâ sit aut in parte interiori, difficilius.

Prognostica.

Cura-

Curatio.

Curatio ut plurimum chirurgia perficitur; si igitur ex præcedenti ulcere proveniat, cujus ratione partes coaluerunt, novare ulcus oportebit, ut separatæ partes seorsim coalescant, insperso utrinq; diapasmate seu pulvisculo, qui vim habeat cicatrizandi; deinde immisso instrumento argenteo, vel stanneo ad formam virilis membri, aut etiam efformato ex linteis, & filamentis, quo exitus excrementis pateat, & partes sese non contingant. Quod si calloſa substantia adsit, prius scalpello est abscindenda: si tumor, mollientibus, ac resolventibus medicamentis inprimis utendum, paratis ex hydræleo, decocto fœnigræci, seminis lini, additis violis, althea, camomilla, parietaria, ex quibus pessi, lotiones, balnea, injectiones, & alia confici poterunt, quæ c. de uteri scirrho copiosius dicenda sunt. Subinde pars referetur, dilateturq; quantum propriis ministeriis opus.

Curatio si à natura vitium sit.

Secundo si à natura, & nescio qua nascendi lege vitium inest, fomentis prius, pessariis, incessionibus, & injectionibus supra dictis, partibus humectatis sectionem per chirurgum expertum fieri hoc modo curabis; patiens in loco lucido supino ferè decubitu collocetur, tibiisq; ad coxas reflexis, manus utrinq; inversas per posteriorem partem idoneis vinculis ad cervicem alligabis, nisi fœmina cordata sit, & animosa adeò, ut velit sectionem constanter tolerare, tunc ad claram lucem membrana novaculâ vel lanceolâ dissecabitur, donec figura putendi ad naturalem dimensionē deveniat; curandū autem, ut non obliq;, sed secundum rectitudinē sectio fiat; postea erecta mulier diductis cruribus statuatur, ut humor in utero collectus commodè profluat, quod ubi sufficienter factū fuerit, mulierem ad priorē decubitus formam reducemus. Si vero orificium aliquod, sed exiguum appareat, minimo digito intromisso locus dilatabitur, dilacerabiturq;, postea torunda loco applicabitur suppurante medicamento madida, quod parabitur ex vitello ovi, uncia una terebintinæ & olei ros. ℥ ß. aut in oleo, & vino imbuta, idq; si nullus sequatur sanguinis fluxus; qui si timeatur aut adsit, pulvere adstringente utendum ex bolo armeno, thure, sanguine draconis, ac pilis leporis, ex quibus cum albumine ovorum mixtura etiam fiat; sequentibus diebus locus aqua mulsa eluatur, tandem cicatrizantibus utendum, ut unguento de tutia, diachylone parvo, diapalma, emplastro gemi-

Suppurans medicamentum.

Pulvis adstringens.

nis. Consultum etiam fuerit si toto curationis tempore mulier habeat intra fœmora pulvinar; ubi vero jam cicatricem obducere animus est, tubulus argenteus, vel stanneus pervius locis indatur, aut etiam radix gentianæ, aut spongiola in hydræleo madida, aliovè convenienti liquore; Ac si mulier nupta fuerit, mariti congressum innoxie tolerabit, lenta enim venus, & minime violenta non nocebit.

Medicamen consumens membranam obtentam.

Hippocrates lib. de sterilibus, & 2. de morbis mulierum docet, membranã obtentam medicamentis consumendã liquandamq; esse, componit ad id medicamen ex ærugine æris, felle tauri, ac serpentis, cum adipe, quod lana exceptum applicare jubet in formam pessarij. Hæc tamen curatio hodie non est in usu, quia raro succedit, nisi forte eam usurpemus, quando os uteri interius concluſum est, nam quando media, anteriorvè occluditur, utilior est sectio, nisi sufficiat fomentatio, ut colligitur ex Paulo & Aëtio.

P. lib. 3. c. 7. 3. A. lib. 4. ser. 4. c. 86.

Admonitiones.

Nonnulla sunt in hac curatione summopere advertenda: primum, ut pulvis adstringens semper sit in promptu, si forte hœmorragia sequatur. Secundum ut quæcunq; injiciuntur tepida sint, nam frigida nervosis, membranosisque partibus sunt maxime adversa. Tertium ne, dum incisio fit, collum vesicæ lædatur, minori enim cum periculo erratur deorsum ad intestinum rectum, quam sursum ad vesicam. Quartum, ut post incisionem carnis aut membranæ studium omne eò convertatur, ut conglutinationem impedias; nam hæc pars promptissima à naturâ est, ut coalescat. Quintum, ut sit expertus in hac re chirurgus, qui ad hoc opus accersitur. Sextum, ut sæpiuscule dioptra pars inspiciatur, ne caro, aut membrana supercrescat. Sciendum etiam, ex membranæ exanguis non tantum, quantum ex carnis, pertusione periculum impendere. Septimum, ut localibus prius curationem tentes, quam chirurgia.

Scholium.

Scribunt de hac affectione Hippoc. lib. de sterilib. text. 13. & 2. de morb. mulierum, Gal. 3. de symp. causis 4. Avicenna vigesima prima tertij tract. 4. c. 1. Paulus. & Aetius locis citatis. Priscianus lib. 3. suæ medicinæ c. 14. Autor introductorij c. 18. Albucasis c. 72. Aristot. 4. de generat. animal. primo. Plinius lib. 7. c. 16. Celsus lib. 7. c. 28. inter quos Avicen-

Avicen. citato inquit: quibus os uteri concluſum eſt, aut non concipiunt, aut in partu moriuntur. Sed interrogabit aliquis quî fieri poteſt, ut concluſo utero mulieres concipiant? dupliciter reſpondet idem Arabs, aut quia membrana rarę contexturę eſt, per quam tenue ſemen tranſcolatur; aut quia in eadem eſt foramen perpuſillum, per quod uterus ſemen trahit, ſed infans egredi non poteſt. *Quæſitum.* *Solutio.*

De fœminis, quibus menſes nunquam fluxerunt.

CAP. II.

MEnſtruorum fluxus indubitatum ſignum eſt fœminam viro eſſe maturam, ut ſcribit Galenus lib. de vulvæ diſſectione; ſunt tamen nonnullæ fœminæ, quibus menſes, etſi conſenuerint, nunquam fluxerunt, ex quibus alias concepiſſe conſtat, alias ſteriles permanſiſſe, quod qua ratione contingat 2. lib. de natura mul. jam tradidimus. Sed & aliæ integrâ & inculpatâ fruuntur valetudine, nonnullæ variis morbis divexantur, hujus defectus menſtruorum duplex in genere cauſa eſt: prima toti corpori communis, quia nimirum fœmina carnoſa eſt, laborioſa, talique partium configuratione, & temperie prædita, ut quodvis membrum trahat, conficiat, & expellat, quod ſibi proficuum eſt, ideoque menſtrua purgatione caret, & hæ calore ſunt abundantiores, ac viragines dicuntur, quia omnino viriles exiſtunt, coloris fuſci, corporis compacti, venoſæ, lumbos, & nates ampliores habent, pectore, & humeris ſunt latiores, mammis ſolidis, voce gravi, fortes & hirſutæ, quæ quidem conſtitutio, etſi cauſa ſit, ut fœminæ inculpatè vivant, tamen ſexui vitioſa, & præter naturæ inſtitutum eſt, ideoque utcunque menſes non fluant, vitioſum cenſetur, agnoſcitur tamen hæc differentia, inter vitia toti communia, & parti propria, quòd illa ſalubritatem impedire nequeunt, hæc morboſa planè exiſtunt, exemplum eſt corpus proportionale infra mediocre parvum, aut ſupra id magnum. Et corpus cui aliquod membrum magnitudine, aut parvitate ab aliis nulla ſervatâ proportione diſſidet, morboſum enim hoc eſt, illud vero minimè. Secundo modo menſes deficiunt ex cauſâ utero peculiari, quia etſi corpus debito mulieris temperamento frigido, & humido præditum ſit; uterus tamen temperie, conformatione, aut

Cauſæ in genere. *Prima.* *Viraginęs.* *Secundo.*

situ, à naturali constitutione recedit, quo fit, ut proprio officio uti non valeat, atq; adeo redundans in corpore sanguis per eum non expurgetur, ac de his sermo hic institutus est, quia hæc suppressio tùm sexui, tùm fœminæ morbosa existit; de primis autem, quia rarò remedia exigunt, verba non facimus, nam, ut inquit Gradius c. de menst. suppressione, viris similimę sunt; ideoq; non indigent mensium provocatione, quia nihil in eis supereſt, quocirca si mulier nullâ inde molestiâ corporis, aut uteri afficitur, curatio tentanda non est.

Causæ morbosæ privat. menstru.

Morbosæ menstruorum privationis triplex est causa. Prima, nimis calida uteri intemperies, quæ aridum ibidem sanguinem ineptum fluxioni reddit, atq; remoratum in uteri scirrhum, cancrum, aut alios tumores convertit, vel si sanguis aliunde calorem contraxerit, cum tamen uterus plus susceptare nequeat, quod supereſt, per universum corpus inundat ac vitiosum factum mille mala generat, cutis nimirum fœditates, articulorum dolores, Epilepsiam, capitis cruciatus, cordis palpitationes, tussim, phthisin, & ventriculi affectus varios. Secunda causa est, sicca uteri ipsius intemperies unde & viæ sicciores, arctioresq; redditæ facilè corrugantur, collabuntur, obturanturq;, hæc quidem constitutio ad febres, aut obstructiones in pueritia, sequuta est. Tertia causa, uteri depravata figura, quæ aut vasis aut meatibus caret, aut ea malè configurata aversavè habet, aut contorta, ita ut sanguis in uterum prorumpere non possit, quod aut à naturâ fit, aut ex diuturna obstructione, casu, ictu, vel alio accidenti, ut ex Galeno colligitur 3. de sympt. causis 4. Prima causa fere ex parte materiæ est; secunda ex parte viarũ, tertia ex parte ipsiusmet uteri.

Signa.

Si à calidâ uteri intemperie affectio contingat, dignoscitur, quia fœmina gravissimis uteri doloribus, & totius ventris ardore cruciatur; ex genitalium etiam squalore, cum gracilitate, tentione, & duritie, quibus inest pilorum nigrorum, & crassorum maxima copia; siquid autem ex utero fluere contingat, rubræ ac fœtidæ colliquationi similimum est, & erodens. Ex sicca intemperie ortum trahere indicium est, si in pueritiâ diuturnæ præcesserunt febres, si graciles sint partes pudendæ, quæ alioqui in virginibus crassæ, prominentes, & carnosæ, esse solent, ac procedente tempore universum corpus gracile redditur; insuper quia nil quicquam per uterum excernunt, & tamen imbecilles sunt, languidæ, & à leviſſimis laboribus

bus defatigantur, procedente vero adhuc ulterius morbo, externæ partes crassiores fiunt veluti cachexiâ, & malo habitu affectæ, utero præ constrictione nihil susciplente. Demum si ex depravatâ contingat figurâ, ex privatione cæterarum causarum deprehenditur, si præsertim, cum fœmina in cæteris sana appareat, & optimi sit habitus, gravissimis tamen accidentibus infestetur, uti ventris tumore, dolore, gravitate: obstructionem vero demonstrant propria obstructorum viscerum signa, quæ reperies c. de suppressione: menstruorum, & de febre alba. Si à calidâ intemperie ortum ducat, quod plerumq; fit, curatur quatuor remediorum generibus; Primo victu infrigidante, aut aëre temperato frigidiori, cibo ex pullorum, vituli, aut arietis carne, vel jusculo, in quo cocta fuerint frigida olera, endivia, acetosa, lactuca, spinachia, & similia, conducunt etiam mala granata, aurantia, ptisana, poma assa, pruna cocta. Potus esto hordeatum, aut mediocris cerevisia, somnus moderatus, & moderatum exercitium, nam valida exercitia, & frequentes deambulationes planè nocent, ut etiam animi perturbationes.

Curatio à calidâ intemperie.

Victus frigidus.

Secũdo evacuatione factâ, bis, aut ter in anno per sanguinis missionem ex venis pedis, tùm ut uterus nitatur successione ad id, quod evacuatur, aliquid etiam expellere, tùm ut ventilatis illis partibus sanguis minus exuratur, tum etiam ut menstruum provoces si fœmina sit adhuc juvenis infra 25. annos constituta; nam quod Mercatus affirmat, menses in his movere tentandum non esse, de senioribus intelligendum est, aut de ijs quibus affectus aliquis in utero existit, ut ulcus aut tumor, quibus si naturam dissuescere ab utero animus sit, ex dextrâ, aut siniſtrâ salvatellâ, aut ex utraq;, prout copia exigit, sanguinẽ detrahes; aut si sanguis fœculẽtus appareat, hæmorrhoides provocabis, ineunte vere, aut Autumno; fiet etiam ab utero diversio mollib. frictionibus, partiũ superiorũ ligaturis, & balneis aquæ dulcis, quibus si quid fortè in uterum transcolaverat, placidè per halitũ digeritur, & uteri ardor temperatur; Deinde per dies aliquot exhibitis sirupis, qui vim habeant præparandi, & contemperãdi calidos, & bilioſos humores, ut rosaceo, de portulacâ, de cichoreo, de endiviâ, violarũ cum aquis earundem herbarum, sequens medicamentũ cholagogum propinetur. ℞ *rhabarbari optimi* ℈ ij. *infundantur per noctem in* ℥ iiij. *aquæ endiviæ, coletur manè, & adde manna electa aut pulpæ cassiæ* ℥ j. *syr. rosati solutivi unciam* j. *misce.*

Sanguinis missio.

Quibus natura ab utero dissuescit.

Frictiones.

Purgatio.

Tertio

Tertio per plures dies utendum ijs, quæ paulatim contemperent humoris, & partis fervorem, ut conservâ rosarum, aut viol. cum aqua endiviæ, aut ptisanâ, ante cibum sumptâ, aut sero caprino matutino tempore addito sacharo, in quo flores viol. & borraginis maduerint, potissimum autem in hunc finem laudatur usus apozematum infrigidantium ut: ℞ *Hordei mundi p. iij radicis borraginis, cichorei, an.* ℥j *foliorum borraginis, cichorei, endiviæ, scolopendriæ, fumariæ acetosæ, an. m.* j, *florum cordialium seminum frigidorum, an. p.* j. *seminis anisi* ℥ j. *prunorum numero xij. passularum* ℥j. *coquantur in s. q. aquæ ad lib. i.* ß. *colaturæ adde sachari albissimi q. s. fiat apozema clarum aromatizetur* ℥ j. *specierum triasandali:* quod si animus sit, adhuc nonnihil purgare, addatur in ultima decoctione *foliorum sennæ, pulpæ tamarindorum an.* ℥ j, *& post coctionem* ℥ *iij syrupi rosati solutivi aut de cichoreo cum rhabarbaro.*

Apozema infrigidans.

Localia.

Quarto utendum localibus medicamentis, quæ eandem habeant facultatem, veluti inuctione in inferiori parte ventris ex oleo violarum septies loto in aqua rosarum, & addito lacte muliebri, vel cum oleo cucurbitino, aut rosarum, vel cum hoc linimento ℞ *olei amygdalarum dulcium aqua hordei loti, cucurbitini, rosarum an* ℥j. *axungiæ gallinæ, butyri vaccini, lactis caprini an.* ℥ ß. *succi cucurbitæ, endiviæ, aut violarum an* ℥ vj. *cum cera, fiat linimentum, unguentum, aut cerotum* prout magis fœminæ placuerit; quod utilius fuerit si præcedat fomentatio ex aquâ dulci mediocriter calidâ, aut balneum ex decocto lactucæ, violarum, altheæ, fumariæ, malvæ, ex quo etiam evaporationes fiant: additis semper, si velis uteri vias reserare, foliis capillorum veneris, mercurialis, arthemisiæ; clysteres etiam nocturni, quos Lusitani vocant (*de meioada*) uterum, & universum corpus mirifice refrigerant; parantur autem sic, ℞ *juris gallinæ alterati cum herbis supradictis* ℥ vj, *olei amygdalarum dulcium, viol. an.* ℥ ij, *sachari* ℥ j, *vitella ovorum numero* ij *misce,* retineat, si potest, per totam noctem, & quando fervor est magnus, gallina aut pullus pro hac decoctione repletur rosarum conservâ.

Balneum.

Clyster nocturnus.

Curatio si ex siccitate proveniat.

Si à siccitate malum proveniat, curabitur cibis, & potibus humectantibus, ac optimi nutrimenti, dicendis infra c. de siccâ uteri intemperie; subinde frequentioribus deambulationibus, quæ tamen lassitudinem non pariant, sed sanguinem ad uterum evocent, item

frictio-

frictionibus ſuper uteri regionem, ut partes dilatentur, ac menſtruus ſanguis, & alimentum in uterum prolabatur, ita enim humectior ſit, & purgatio interdum ſequitur; adhæc balneis ex aquâ dulci, ſupradictis inunctionibus, aut ex oleo ſeſamino, ex quibus cum muſcilaginibus pſilij, ſeminis cydoniorum, & cera linimentum fiat; confert etiam inunctio ex decocto limaciarum addito oleo viol. & liliorum, aut ex unguento reſumptivo; ſed & clyſteres proſunt ex prædictis oleis, cum juſculo aliquo pingui, aut cum decocto limaciarum, extremitatum hædi, aut vervecis, aut ℞ *decocti althea, malva, viol.* ℥ vj, *butyri recentis* ℥ iij. *miſce, fiat clyſter*: vacuationes omnino vitentur ſicuti in hecticis, ne partes, quæ jam exaruerunt, per venenæ ſectionem, aut purgationem ulterius exſiccentur.

Vacuationes hecticis, & ſiccis temp. vitanda.

Si tandem ex depravatâ uteri configuratione malum ſit, medicamenta ſunt ferè inutilia; ideoq; in id omnino incumbendum, ut redundans ſanguis minuatur, aut aliò transferatur, antequam vitietur, morbum generet, quod conſequitur, ſanguine ter aut quater ſingulis annis miſſo ex brachijs, vel ex pedibus, ſi ſanguinem jam in utero redundare ſuſpicemur: quod ſi vires fœminæ phlebotomiam non tolerent, tunc victu tenui utendum, & frequentiori exercitio ac frictionibus per univerſum corpus, præſertim ſummo mane, ſic enim ſanguis avertitur ab internis ad extima, & pars eius diſcutitur: idem præſtant balnea modicè calida, & hæc beneficia maritatis ſufficient, quæ quia viris utuntur, reſolvuntur amplius. At virginibus, & viduis ſat non erunt, ideoq; hæmorrhoides provocare, aut fonticulos aperire oportebit, quâ vero ratione aperiantur, ſcriptum reperies c. de Epilepſia ex utero; hæmorrhoides provocabis uti c. de melancholia. Si vero ex inveteratâ obſtructione malum oriatur, curationem ex capite, de ſuppreſſione menſtruorum mutuabis, eademq; ratione medeberis juvenculis, quibus inſtantibus, aut incipientibus primitus menſtruis ex irâ, timore aut gravi aliquo ſymptomate ſuppreſſa fuerunt. De hoc affectu conſulendus Galenus 3. de ſympt. cauſ. 4. Avicenna vigeſimâ primâ tertii tract. 4. c. 25. Aëtius lib. 4. 5. 4. c. 51. Gradius c. de retentione menſium.

Ex depravatâ figurâ uteri.

Hæmorrhoides.

Fonticulus.

Curatio ſi ex inveterata obſtructione.

De menstruis per loca non naturalia erumpentibus.

CAP. III.

Differentia. MEnstrualem sanguinem per loca aliena erumpere dupliciter contingit; aut enim natura provida fœminei corporis curam gerens, quando in utero, & eius venis, aliquod novit impedimentum, propter quod sanguis nequit commodè expurgari, aliam quærit regionem, per quam sese possit exonerare, & fœminæ sanitatem incolumem tueri: aut eadem natura loci naturalis oblita, alteri assuescit, vel quasi errabunda modo hunc, modo illum locum quærit, ita quibusdam per os, alijs per nares, per oculos, & cruentas lachrymas, per ubera, per hæmorrhoides, per sedem impetum faciunt; sed &, per digitos, & urinas singulis mensibus sanguis menstruus erumpere visus jam est, interdum etiam rubore facto in altera maxillarum; quarum historias Schenckius refert ex Hipp. Galeno, Areteo, Brassavola, Amato, & alijs, ac nos curavimus illustrem D. Johannam comitissam Villæfrancæ, quæ nisi singulis mensibus sufficientem sanguinis copiam per os rejectaret, in febrem, & gravissima symptomata incidebat: nec mirum, facilis enim est via ex utero ad os per cavam in stelechejam, inde per venas meseraicas in duodenum, ac jejunum intestinum, à quo tandem in pylorum, & ventriculum sanguis ascendit; sed enim per alia loca efflorescere menstrua credibile est, quoniam naturæ potenti nihil est impossibile, quæ, ut Guido scribit, humorem vel per medium os expellere sæpissimè solet. Per quamcunq; partem menstrua erumpant, symptoma est, pertinens ad excretricem vitiatam; ac si in utero impedimentum sit, provenit symptoma hoc, à morbo in via, nam tum facultatem robustam esse constat, imo quia gnara, & valida natura melioris rei gratia tum id molitur, putant aliqui curandam affectionem non esse, si ab hâc causâ proveniat, nam, dicente Galeno, ubi mensis defecerunt, non solum per nares vacuatio bona est, sed etiam per sedem, vel quampiam aliam partem: melius enim est menstruum sanguinem quacunque parte foras erumpere, quam morbum intus alere, in cujus rei confirmationem

Menstrua per loca diversi.

Natura morbi.

5. aph. 33.

Hippo-

Hippocratem citat, dicentem, menſtruis deficientibus ſanguinem è naribus erumpere bonum ; nam quod menſtruis deficientibus corpora fœminarum morboſa evadant, ut ſcripſit idem autor lib. *de genituræ*, niſi aliunde ſanguis prorumpat, intelligendum venit, quibus tamen non obſtantibus, ſi affectio non ſit inveterata, curandam eſſe præſertim in juvenculis planè cenſeo, nè in poſterum infœcunda fiat mulier, alioqui nefas, & periculoſum eſſet tentare naturæ conſuetudinem jam inveteratam pervertere; curatio vero non admodum diverſa erit ab eâ, quam poſtulat affectio à naturâ turgente, & errabunda proveniens, cui potiſſimum hoc caput dicatum eſt.

Cauſæ.

Huius affectionis cauſa ſæpiſſime eſt vehementiſſimum aliquod animi pathema, aut mentis conturbatio, præſertim ſi inſtantibus vel fluentibus menſtruis contingat; fit etiam ex uteri & vaſorum ejus obſtructionibus, aut vehementiſſimis partium ſuperiorum doloribus, & graviſſimis affectibus; inſuper ex earundem partium ſuperiorum imbecillitate, cum uteri & partium inferiorum robore, nam conſueverunt debiliores partes ſemper recipere, quæ à fortioribus tranſmittuntur, aut recuſantur, ut enim recte cecinit Mantuanus.

Sic flumina rurſum
Se exonerant, pelagusq; onerant, hominum quoq; mos eſt
Quæ nos cunq; premunt alieno imponere tergo.

Cauſæ externæ.

Provenit etiam malum ab aliquâ cauſa externâ, ut mentis conturbatione, de quâ ſuprà, intempeſtivo frigidæ potu, à quo clauſis meatibus cogitur natura petere ſuperiora; inſuper ex crurum aut capitis lotione intempeſtivâ, vel uſu aceti inſtantibus menſtruis; illud lotricibus ſæpe obvenit; hoc reliquis fœminis haud rarò, iis præſertim, quæ obæſitatis pertæſæ, ut gracileſcant, quod elegantius putant, acetum ingurgitant.

Signa.

Cognoſces melioris rei gratiâ id fieri, ſi fœmina ſit boni habitus, adſit conferentia, & tolerantia, vacuationeq; abſolutâ, ſi quid mali fœmina fuerat perpeſſa, libera ab eo evadit, & uterus ſingulis menſibus quodammodo turbatur; ſignificat enim naturam uterum petere, quem cum ſentiat præpeditum, ad conſuetum locum regreditur. Turgentem vero & oberrantem naturam dignoſces ex fidâ

laborantis relatione, quia præcesserunt aliquot ex prædictis symptomatibus, aut causis, aut etiam ex signis obstructionis uteri c. de suppressione menstruorum infra ponendis, quarum curationem audacius quidem aggredieris, tametsi id quidem cum formidine, & ubi gravius periculum impendet, quam ex violentiâ naturæ illatâ, quæ semper opidò commovetur, dum eam ad contrarium institutum compellimus. Si per hæmorrhoides aut urinas natura menstruum purget, etsi conceptui obstet minus, tamen vitiosum censetur, omnium minimè, si per nares.

Curatio. Sanguinis ad uterum evocatio. Sanguinis missio.

Curandi scopus duplex, primus sanguinis redundantis evacuatio; alter ejusdem sanguinis ad partes imas evocatio; quod imprimis fit, si partes superiores refrigerentur ac densentur, infimæ calefiant, humectentur, & aperiantur Uterque tamen scopus rite completur sanguinis missione ex talo factâ, triduo aut biduo antequam sanguis prorumpat, cucurbitulis fœmoribus, suris & coxis adhibitis, interdum siccis, sæpe etiam cum sacrificatione, insuper provocatione hæmorrhoidum, frictionibus, deambulationibus, balneis calidis, naturalibus, aut arte paratis, fomentis, incessionibus ex herbis aperientibus, inunctionibus, pessarijs, clysteriis uterinis, quorum omnium materiam supplebis ex capite de suppressione menstruorum. Duo tamen huic malo peculiaria præsidia sunt; sectio venæ tali pluribus mensibus facta, eo, quo diximus, tempore iterata, & usus balnei imprimis sulphurei, quod fœmina summo manè ingrediatur, & ibi debito tempore commoretur, juxta regulas à nobis tradendas c. de sicca uteri intemperie, ubi de balneis luculentius, Deo annuente, agendum est: Hoc interea animadvertendum, ut balnei aqua uteri, & jecoris regionem duntaxat pertingat, quo etiam tempore fœminæ superiores partes flabellare, & attemperare oportet, ne balneo dilatentur.

Duo sequentia capita aliquantulum longiora esse oportuit quia ad ea ex aliis sæpiuscule recurrendũ est: suppressio enim & fluor menstruorum duo quasi cardines eunctarum muliebrium affectionum existunt.

De

De suppressione menstruorum.

CAP. IIII.

MEnstruorum evacuatio, sicuti & cæteræ actiones aut ex toto aufertur, aut imminuitur, aut vitiatur, de reliquis paulò infra dicturi sumus, de ablatâ solum hoc capite agendum. Fit igitur menstruorum ablatio, quando ex toto supprimuntur; cum hoc quod fœmina, nec admodum annosâ sit, nec infra 14. annum constituta, aut ex nativâ structurâ inepta, aut gravida, lactans, vel laboribus, & validis exercitijs assueta: symptoma est de genere eorum, quæ retinentur, pertinens ad retentricem validam, vel expultricem diminutam, aut otiantem; sequitur autem morbum intemperamento, aut obstructione viarum, quas natura huic usui destinavit; otiatur vero facultas ob defectum materiæ, propter morbum per consensum totius aut alicujus membri. *Natura morbi.*

Si inverteris, quæ de fluxu menstruorum inferiùs relaturi sumus, facile invenies causas, signa, & curationem suppressionis eorundem. Verum clarioris doctrinæ gratiâ sciendum, ex causis hujus affectus alias internas esse, alias externas, seu primitivas. Internas Galenus reduxit ad duo genera, alterum ex parte humoris: alterum ex parte vasorum, quibus nos addimus tertium ex parte facultatis. Porro ex parte humoris menses supprimuntur, quia crassus, viscidus, lentus, qualis generatur in splenis, jecoris aut meserei obstructionibus, aut quia paucus in jecore, & in venis est; fit autem paucus sanguis, vel ob cibi paucitatem, vel ob diversionem per copiosos sudores, sanguinem per nares, vel hæmorrhoides, aut per aliam regionem, aut sanguificandi jecoris impotentiam: nimia etiam copia facit ut sanguis à naturâ ad expulsionem non reguletur, uti videmus in doliis admodum plenis, præsertim si crassities conjungatur. Vitiosus etiam sanguis suppressionem parit, quia, etsi abundet, tamen solers natura sæpè eius nihil ad uterum transmittit. Ex parte vasorum seu instrumentorum causa est strictura, & angustia vasorum, angusta autem redduntur vasa sex potissimum modis, Primo, ex compressione à pinguedinis multitudine in cavi- *Causæ.* *5. aph. 28.* *Ex parte humoris.* *Ex parte vasorum.*

Ex modi quibus uteri vasa angusta reddantur.

tate venarum, aut in omento, aut etiam ex tumore præter naturam, circa partes vesicæ, aut in utero ipso, ut autor est Hippocrat. 1. *de natura mulierum*. Secundo, ex vasorum obseratione à membranâ, aut carnositate aliquâ ibi natâ. Tertio, ex cicatrice induratâ, aut crustâ derelictâ, ex caustico imprudenter utero applicato. Quarto, ex contorsione, aut depravato situ uteri, & colli ejusdem. Quinto, ex densatione substantiæ ipsius uteri, & angustiâ vasorum, quæ densitas fit à frigiditate contrahente corpus uteri, & vasa in eo contenta, ita ut sanguis non fluat, aut tenuis, & aquosus exeat; ideo dicebat 10
5. aph. 52. Hippocrates mulieres frigidos, & spissos uteros habentes non concipere. Sexto, ex coalescentiâ, nam post abortum sæpè venæ, quibus colligabantur secundinæ, ita coalescunt, ut postea separari nequeant. Cæterum non solum constrictio, quæ fit in internis uteri venis, verum illa etiam quæ in venis cervicis advenit, suppressionem gignere apta est, utræque enim venæ à frigore densantur, à calore adjunctâ siccitate contrahuntur: ut
Lib. 3. c. 58. prudenter Paulus notavit. Ex parte facultatis debilitas quidem virtutis expulsivæ potissimũ sequitur intemperiem frigidam, & siccam;
Ex parte facultatis. nam frigiditas inspissat, & immobilitatem inducit, ac debilitat calorem; siccitas constringit meatum, subindeq; virtus debilitatur; quin 20
etiam excellens caliditas humidum exsiccando facit ad constrictionem meatuũ, nam exhalantibus humoris partibus tenuioribus, residuum crassius redditur, & ad expulsionem ineptum: quæcunque porro expultricem debilitant, eadem retentricem roborant, nec in utero duntaxat frigiditas, & siccitas, aut calor immodicus virtutis debilitatem inducunt, sed in reliquis etiam membris; ita infrigidato, exsiccatoque jecore sanguinis generatio minus bene procedit, subindeque jecoris ipsius expulsiva infringitur, ita nec generat sufficientem sanguinis copiam nec genitam 30
debite ad uterum transmittit.

Externæ causæ. Causæ externæ seu primitivæ sunt, quæcunque superiores promovere possunt, utpote aër, vel cibus frigidus, & siccus, medicamentum interius assumptum, exteriusvè applicatum circa uterum, quod sæpe imprudenter in uteri fluxionibus accidit; quæcunque præterea impensius calefaciunt, aduruntque humores, &

meatus

meatus constringunt, ut laboriosum exercitium, quâ ratione saltatrices, cantatrices, & viragines menses non habent, paucitas etiam cibi, & ejus medicamentivè qualitas impense calefaciens, dolores, vigiliæ, mœrores, timor, & animi perturbationes, ob quas viduæ sæpe non purgantur, febres insuper ardentes, & hecticæ, & alij morbi acuti, quia & corpus hæc omnia calefaciunt, & cum per ea fœmina non bene nutriatur, deficit materia in generatione sanguinis. Adhæc quæcunque sanguinem crassum viscosumque reddunt, ut nauseativa satietas, usus ciborum viscosorum, & constringentium, fructuum infrigidantium, potus aquæ frigidæ. Quæ etiam nimiam copiam sanguinis generare valent, ut vita sedentaria in muliere, quæ validam habet jecoris sanguificam vim, quæcunque etiam sanguinem fluentem, aut paratum fluere circa venas uteri congelare nata sunt, ut lotio pedum, aut intromissio eorum in aquam frigidam, quod lotricibus non raro accidit, & mulierculis servituti deditis, præsertim si quando instantibus menstruis aquam ingrediuntur. Ex dictis constat, causas hujus mali vel ex utero esse, vel ex toto; ex utero quidem, quia sanguinem non suscipit, aut quia susceptum non expellit; ex toto vero, quia ad uterum non pellit, aut penuriâ, aut crassitie, aut aversione ad alias partes.

Signa morbi in communi hæc sunt; si mulier, quæ neque concepit, neque peperit, lac habet, menses ei defecerunt ex Hippocrat. mensium suppressionem sequuntur omnia fere hysterica symptomata, corporis insuper insolita gravitas, sterilitas, mania, epilepsia, uteri suffocatio, ac ipsius inversio propter redundantem sanguinem, qui replet magis in unâ parte quam in alterâ, horror inæqualis, dolores circa lumbos, collum, synciput, & oculorum radices, ac fœmora, sæpe etiam circa uteri regionem; pravus color, debilitas concoctionis, cibi fastidium, nausea, ructus, tussis, difficultas respirationis, urinæ suppressæ, nigricantes, tumores in ilibus cum inflammatione, & ardore, tristitia, tumor lienis cum aqua fluctuante, melancholia dicta hypochondriaca, inflammatio, erysipelas, scirrhus, cancer, sæpe etiam podagra, ac tandem hydrops, febris præsertim alba, quæ virginibus est peculiaris, non tamen assiduè febris hunc affectum comita-

Signa.

5. Aph. 39.

Febris non semper comitatur menſium ſuppreſſionem.

comitatur, ut Actius autumat, nam plures menſium retentione ſine febre laborare experientiâ conſtat; ſolent tamen plerumque hoc, nonnunquam alio, atque alio ex numeratis ſymptomatibus conflictari. Quoniam autem plurima ex his ſignis utero gerentibus ſunt communia, diſtinguere diligenter oportet, nam utero gerenti color hilaris, & vividus ſæpe eſt, animi conditiones non mutantur, & accidentia primis menſibus duntaxat durant, nec menſes ſuppurantur, cuius ſuppurationis ſigna ſunt, dolor in pectine, fortes pulſationes, & contactum non ſuſtinent, *Hippocrates primo de morbis mulierum*. In menſium ſuppreſſione contrà omnia fiunt, nam primis menſibus leviſſima ſunt accidentia, procedente ſuppreſſione affectus fit difficilior; Potiſſimum autem diſtinguuntur à prægnantibus, quia eis, aut os uteri non occluditur, aut cum quâdam duritie occluſio adeſt, atque hæc ſunt ſigna morbi in communi.

Diſtinguenda ſigna inter menſium ſupp. & uteri geſtationem.

Suppuratorum menſium ſigna.

Signa cauſarum & humorum. Pituitoſi humoris ſigna.

Externas cauſas ex relatu dignoſces, ſigna vero, quibus reliqua ſigna diſtinguuntur, ſic accipe; humorem quidem lentum, craſſum, ac pituitoſum cauſam eſſe, conjicies ex victu præcedenti frigido, & corporis colore albo, vel plumbeo, tactu frigido, molli, ſubtumido, cum venis in partibus inferioribus nigricantibus, & ſomno profundo, pigritia, cibi faſtidio, præterea quia tarde incipit purgatio, & cum multo labore vix quicquam proficit, pulſus rarus, urina multa, ſed tempore purgationis pauca, aut nulla, ac tenuis, abſentia ſitis, & ex utero humiditates quædam prodeunt craſſæ, mucoribus ſimiles, quæ eadem ſigna meatuum obſtructioni ferè communia ſunt, ſæpè enim hæ cauſæ coincidunt, ut & humor craſſus ſit, & ideo obſtructionem pariat: aliæ tamen obſtruentes cauſæ, ut membrana, carnoſa ſubſtantia, converſio uteri, & ejuſdem cicatrix oculari inſpectione, aut obſtetricis relatione deprehenduntur, aut ex defectu cæterarum, quæ tamen nos hîc non admodum curamus, quia rarò poſſunt impedire menſium evacuationem, quæ ſi per os uteri non fiat, per venas cervicis procedere poteſt. Verum ſi adhuc frigidior pituitoſiorque ſit humor, frigus ad fundũ uteri ab ipſa fœminâ perſentitur, ſtupor membrorum, tardus menſium albicantium deſcenſus, Veneris inappetentia, delectatio nulla, urina craſſa, pallida, multa, pinguedinis multitudo, color albi-

albidior, venarum major viriditas, ac raritas pulsus, & mollities, quæ etiam in debilitate expultricis, & melancholico redundante humore reperiuntur; nisi fuerit atra bilis, quia tunc Veneris appetentia adest, velox seminis excretio, uteri labra sicca, ac sciſſa, menſium seu potius humiditatum fluor, cum morsu, & erosione; sed enim sanguinis multitudinem significat tentio, & dolor cum gravitate totius ventris, ac lumborum, cum dolore capitis, splendore juxta oculos, sanguinis vomitu vel fluxu per nares; demum humoris natura, si sanguis linteo, aut arena excipiatur, dignoscetur, ut c. de fluxu menstruorum scriptum reperies. Siccitatem, & paucitatem sanguinis significat extenuatio corporis, venarum inanitio, pulsus durus, & color lividus, vel pallidus, & præcesserunt ægritudines acutæ, vel ardentes febres, jejunia, vigiliæ, nulla tamen ventris gravitas, nullus dolor, aut tumor. *Melancholici.*

Si menstrua plura fiant, accidunt morbi, si non fiant ex utero morbi contingunt 5. aph. 57. menstruis deficientibus sanguis ex naribus fluens bonum ejusdem lib. aph. 33. quia etsi retentionem augere videatur, tamen ex accidenti juvat, quatenus & deobstruit, & à multis morbis alioqui impendentibus liberat: Retentis menstruis mulieres sæpe deformantur, & hirsutæ fiunt, & barbam ac virilem habitum contrahunt: retentio menſium, quæ sequitur ad cicatricem, aut coalitionem venarum, fere curationem non suscipit, ut Gradius refert, ut autem Hipp. lib. 1. de morb. mulierum scribit, fœminæ quibus menses suppressi sunt, tertio menſe post suffocationem incipiunt sentire horrores, & obdurescit venter, urina copiosior, vigilia, dentium stridor, quinto doloribus gravioribus infestantur, sexto menſe insanabilis redditur, & anxia fit, & animo linquitur, pituitam vomit, sitis maxima, partes ventris, & pectinis dolent, febris accenditur, supprimitur alvus, & vesica, dolet spina dorsi, balbutit, intumescunt crura, pedes, & venter, urina rubra, sanguinea, dolor totius corporis, ac tandem hydrope moriuntur. Hæc Hippocrat. ibi, ubi tamen legitur sexto menſe insanabilem reddi affectionem, potius difficilem curatu legerem. *Prognostica.*

Ad curationem accedentes cavere medici debent, ne menstrua *Curatio.*

Menstrua quibus non debent provocari.

evocare tentent ijs, quibus non debent, aut quibus fieri nequit, ut evocentur, sic neque ijs quæ lactant, aut utero gestant, nec laborioſis, & admodum tenuiter viventibus, aut morbo confectis, nec viraginibus, & ijs, quæ nullum inde sentiunt incommodum, & si diu suppressa habuerint menstrua, nec ijs, quibus malum ex cicatrice originem traxit, quia, uti diximus, curationem non recipit; quo tamen in casu si ijs, quæ mala inde sentiunt, curatio non procedat, medici consilium converti debet ad sanguinem minuendum per alias vias, & per intervalla, sanguinis missione per infernas partes, quia mulieres felicius semper 1 purgantur per eas partes, in quas natura incumbere consuevit, item exercitio, frictionibus, & frequenti purgatione. Verum si humor sit multus, omni arte minuatur, ita si ejus copia uterum distendat, sic, ut comprimi ad expulsionem nequeat, sanguinem copioſe ex utroque pede detrahes: si paucus, adjectione curatio perficitur per alimenta, & victus rationem reficientem; corruptio ac vitium contemperetur; si per alteram partem sanguis fluere assuevit, omni studio ad uterum evocetur frictionibus, vinculis, lavacris, balneis, cucurbitulis suris applicitis, & coxis, aut frequenti sanguinis missione ex pede. Si à causis externis sup- 2 primantur menses, plerumque earum remotione evocantur, quæ enim calore resolutæ sunt, aut frigore densatæ, contrarijs attemperandæ, specialius tamen, si à frigore uteri os durius sit factum, calorificis utendum, suffitibus, evaporationibus, balneis, & inunctionibus, denique unaquæque uteri intemperatura curanda ut libr. 2. c. proprio *de uteri intemperaturis*. Si auersio fiat propter dolorem, sedandus procul dubio dolor erit, vel si id fieri nequeat, purgare corpus convenit, & menses provocare, ut infrà. Si ex uteri distortione affectio fiat, noscitur, & curatur, ut lib. 2. c. proprio dicendum est; Si ex cicatrice, emolli- 3 entia usurpanda sunt; Si ex tumore, petenda curatio est ex capite *de uteri inflammatione*; Si ex carne, aut membranâ supercrescente, ex capite *de uteri clausurâ*, posteà menses evocandi, ante affectus curationem nequaquam.

Si ex sanguine pituitoso curatio.

Si ex sanguine pituitoso, viscido, & crasso, facultatem expultricem retundente, & vias obstruente contingat, uti majo-

ri ex

ri ex parte fit, ferè communis est curatio, frigido, & crasso sanguini, atque obstructioni, nam etsi sæpe obstructio reperiatur ex alijs causis, nunquam tamen sanguis crassus sine obstructione, Galeno teste, libr. *de vena sectione*; constabit igitur curatio sex remediorum generibus, primo victu tenui attenuante, & aperiente, ut pane optimè fermentato, & condito cimino, & aniso, carne avicularum montanarum, aut lactantium animalium, pisciculis solidioris carnis ac sale modicè conditis, sorbitionibus ex petroselino, pulegio, satureia, nepita, serpillo, asparago, cum aromate, aromata enim omnia deobstruunt, & menses provocant; sed & allia, ac porri assuetis conveniunt; ex fructibus caricæ, amygdalæ, passulæ, pineæ, dactyli; imprimis vero commendatur jus cicerum rubeorum cum multo croco ac petroselino. Exercitium, & somnus sint moderata; potus esto vinum album, tenue, ætate medium, aut, si febris adsit, aqua cocta, cum cinamomo, corticibus citri, coriandro vel sasafrasia.

Aromata deobstruunt & menses cient.

Secundo ijs, quæ sanguinem minuunt, mobiliorem, ac fluxibiliorem reddunt, & deorsum trahunt, quod perficitur sanguinis detractione, nam hoc remedij genus in omni suppressione mensium à quacunque causa proveniat convenit, etiam in causa frigida, quia sanguine detracto hoc semper consequitur, quod natura, ut vacuum repleat, undique sanguinem movet, ideoque fluxibilior redditur; Cæterum detrahendus est, non quando menses jam fluunt, ut rectè Paulus notavit, idquè duplici de causa; prima, quia, si quo tempore menses erumpunt, sanguis mitteretur, natura aliò distraheretur, ac derivatio fieret. Secunda quia, si fœmina ex sanguinis missione animi deliquium incurrat, evacuatio supprimeretur. Est igitur mittendus in medio mense ex brachio, & iterum biduo triduovè, antequam fluant, ex pede, si fœmina plethorica sit; sin minus sat erit biduo ante tempus fluxionis vēnam pedis tundere, idq; si mulier sit nigra, robusta, & magnas habuerit venas; aut per crurum scarificationes, si fœmina sit candida, & obœsa, quia hæ exiguas habent venas, & facile resolvuntur, ideoq; per sanguinis missionem, aut non evacuantur, aut multorum spirituum fit resolutio, quam causam esse existimo, cur Hispani hoc remedij genere potissimum utantur in

Sanguinis missio.

Scarificationes cur magis quam phlebotomiæ conveniant pueris, & fœminis tenellis.

pueris, & fœminis debilioribus, & Galenus in peste correptis, in his enim omnibus spirituum resolutionem veremur, quæ per scarificationem non tanta fit, quanta apertâ venâ. E converso verò nigræ fœminæ, sanguinem habent crassum, qui per scarificata loca haud commode evacuatur, ut autor est Galenus. Porro vena ex pede secari debet, non quidem sub talo, ut plerique faciunt chirurgi, ac sæpe frustra, quia sanguis non fluit propter venæ exilitatem, sed circa talum, ea nimirum, quæ pedem perreptat, quia & magna est, & facile tunditur, vitanda tamen sunt loca tendinum, & phlebotomo potius, quo Saxones utuntur, quam lanceolâ utendum in hac sanguinis missione, cujus quantitas habitu fœminæ, viribus usuquè mensuretur. Modum autem scarificandi crura ab Oribasio traditum, & à Lusitanis potissimum hodiernâ die usitatum nos jam posuimus nostro de peste tractatu. Cæterum minuitur etiam sanguis ac deorsum trahitur, fœmorum interiori parti, ac suris cucurbitulis adhibitis, cum scarificatione, aut sine illa, ligaturis etiam, frictionibus, pedum lotionibus, & fomentationibus ventris inferioris hanc complebis intentionem.

lib. de sang. miss. c. 11.

Vena qua parte pedis secanda.

7. collect. 18. & 19.

Cucurbitæ, & frictiones.

Tertio pituitam apparantibus, & extenuantibus, ac ijs quæ obstructiones tum universi corporis, tum etiam uteri tollere valeant, ut oxymelite simplici, & composito sirupo de duabus radicibus bizantino, deliquiritia capill. veneris, de arthemisia, de hissopo, de absynthio, cum aquis apij, betonicæ, petroselini, cuscutæ, nepitæ, fœniculi, pulegij, hissopi, aut decocto earundem herbarum ut ℞ *sirup. bizantini, & de hissopo an.* ℥ j. ß *aquæ fæniculi, pulegij an.* ℥ ij. ß, quibus manè & vesperi, potissimum ad ingressum lecti utendum est, idque per dies decem aut quindecim continuatos, antequam menses fluere debeant, ut est sententia Galeni lib. de sang. miss. & in magna quantitate ut ad ℥ viij aut x, quia longa est via à ventriculo ad uterum.

Pituitæ concoctio.

Sirupi ad movendos menses in quantitate magna exhibeantur.

Quarto evacuantibus, quod imprimis fit iterata venæ sectione bis ex pede, quoniam proxime partem respicit, idque biduo uti diximus, triduovè, antequam fluere incipiant menses, singulis vicibus parum detrahendo, ut à supernis ad inferiora major fiat attractio, in quem etiam usum hirudines sunt utiles suris, & pedibus applicitæ, præsertim quando vena nequit inveniri, neque cucurbi-

Hirudines.

curbitulæ commodè applicari. Subinde purgatione utendum, in quâ semper primas habere debet hiera picra quia abstergit, attenuat, & obstructiones tollit, laudant etiam aliqui hermodactylos; concinnetur igitur purgans medicamentum hac ratione: ℞ *specierum hieræ* ʒ ij, *trochiscorum de mirrha* ʒ j. ß *diaphœnici, & pulpæ cassiæ an.* ʒ iij, *cum rhodomelite, aut sirupo capillior. Ven. fiant boli, qui bis aut ter sunt iterandi illis 12. diebus ultimis; vel* ℞ *agarici trochiscati, aut turpeti* ϑ iiij. *pulpæ cassiæ* ℥ j, *aut diaphœnici,* ℥ ß *cum sacharo, fiant boli.* Verum si magis potione delectatur, hæc paretur: ℞ *agarici trochiscati* ʒ j. ß. *dissolvatur in seri caprini aut decoctionis pituitosæ* ℥ iij ß, *cui adde oxmelitis simplicis* ℥ j *hieræ simplicis* ʒ j. ß; Quia tamen quædam sunt fœminæ vino assuetæ, aut quæ difficulter cathartici sutuntur, hoc vinum soleo parare, quod mitissimè purgat: ℞ *turpeti electi, rhabarbari, mechoacanæ, agarici optimi an.* ʒ j ß *epithimi, foliorum sennæ, scolopendriæ capill. Ven. an. p. 1. seminis anisi, cardamomi, galangæ, carthami, an.* ʒ ß *cinamomi* ϑ ij *terantur crasso modo, & cuncta sacculo includantur, qui madeat, in lib.* iij. *vini Rhenani, aut albi tenuioris per xxiij. horas, posteà in vino dissolve* ʒ ij *mannæ calabrinæ ex quo patiens per horas duas ante prandium capiat* ℥ v, ac si primis diebus minus copiosè purgaverit, sequentibus fiat levis sacculi expressio. Pro ijs vero, quæ pilulis magis capiuntur, formentur *ex* ϑ iiij *agarici, &* ʒ j. *hieræ cum sirupo de arthemisia*; vel usurpentur pilulæ de hiera cum colochintide, quia mirifice colochintis menses ciet, item alephanginæ, de agarico, fœtidæ, cochiæ, de sagapeno, aggregativæ, de hermodactylis: hæ etiam rotulæ placide purgant, ℞ *Rosarum rub. Zinziberis, cinamomi an.* ʒ ij, *sandalorum alb. & rub. an.* ʒ 1. *hermodactylorum* ʒ iij *turpeti* iij ß *diagridij* ʒ 1. *masticis* ʒ. ß. *sachari lib. 1. dissolvantur omnia in aquâ arthemisiæ, & fiant rotulæ, dosis* ʒ iij *summo mane, aut* ℞ *tabellarum de succo rosarum* ℥ j.

Purgatio.

Vinum purgativum.

Pilulæ.

Rotulæ purgativæ.

Quinto validius menses provocantibus, & ad locum convenientem cientibus, ut usu melicrati confecti ex sabina, diptamo, pulegio, aut hoc alio; ℞ *cinamomi, corticis cassiæ fistulæ, radicis aristolochiæ, calami aromatici, an.* ℥ ß, *radicis capparorum, costi, diptami, tormentillæ, eringij an.* ʒ 1. *foliorum lauri, origani, pulegij, an.*

Validius menses cientia.

Melicratis menses cientes.

m. 1. *calaminthæ, thymi, ſmirnij an. m.* ß *ſeminis rutæ, dauci, naſturtij, hiſſopi, melantij, aniſi, baccarum lauri, Zinziberis, an.* ʒ ß *coquantur in ſ. q. aquæ ad lib.* iiij, *colaturæ adde mellis deſpumati octavam partem, fiat melicratum, aut cum ſirupi bizantini, de quinque*
Apozema. *radicibus an.* ʒ iiij. *mellis, & ſachari, an. q. ſ. fiat apozema clarum, aromatizetur* ʒ 1. *ſpecierum diaireos.* Aut ℞ *Radicis aſparagi, bruſci, apij, petroſelini, an. m.* ß *faſeolorum rub. cicerum rub. an. p.* 1. *rubea tinctorum* ʒ 1. *macerentur per noctem in ſ. quantitate aquæ, bulliant manè quouſque faſeoli ſint cocti, & adde mellis, ſachari, aut convenientis alicuius ſirupi q. ſ. croci* ϑ ij. de quo accipiat fœmina mane ʒ v. aut vj. quo tempore menſtrua expectat, & jejunet, per iij. horas, ac ſit in lecto benè cooperta. Mercurialis terit ciceres, quod non probo, quia eorum pars interior eſt terreſtris, & craſſarum partium. Summæ eſſe utilitatis crebra experientia comprobavi hoc medicamentum, *foliorum matricariæ, capil. Ven. nepitæ, pulegij an. m.* 1. *radicis apij, aſparagi, fœniculi, an.* ʒ j. *coquantur in ſ. q. aquæ ad libr. ij. cujus decocti* ʒ iiij. *adde ſirupi de arthemiſia, capil. Ven. an.* ʒ 1. ß. calidum bibat fœmina bis in die, mane jejuna, & ad ingreſſum lecti tùm antequam menſes prorumpant, tùm etiam poſteaquam fluere cœperint, ſi lentè procedant; ex ijs quæ facile parantur eſt *cicerum rubeorum p. iij. radicis petroſelini* ʒ ij. *coquantur in ſ. q. aquæ ad libr.* 1. ß, *colaturæ adde pulveris cinamomi* ʒ 1. *croci* ʒ. ß *mellis q. ſ. miſce*, de quo calido bibat fœmina ſæpiuſcule ʒ vj. Valet etiam ſæpius aſſumere ʒ 1. *trochiſcorum, de myrrha in vino aut decocto ſabinæ, & pimpinellæ, aut fermenti magnitudine avellanæ cum ſacharo, & croci* ϑ 1.
Dactyli. *aut dactylos numero* vj. *extractis oſſiculis, & repletis croci fibris, aut* ʒ ß *hieræ ſ. Galeni ex qua formentur pilulæ* v. quæ ſumantur tertio quoque die, cum prædicto decocto; egregiè tamen menſes provocant ſequentes pilulæ, & ventriculum corroborando purgant, ideoque maxime conveniunt, ubi in ventriculo pituita redundat, quo in caſu vomitus etiam utilis exiſtit. ℞ *opopanacis* ʒ ij. *galangæ, myrrhæ, an.* ʒ 1. ß, *ſpecierum hieræ. ſ.* ʒ iij. *maſticis* ʒ 1. *cinamomi electi,* ʒ 1. ß *calami aromatici, rubeæ tinct. ſeminis citri an.* ʒ 1. *omnia in pulverem redigantur, & cum ſirupo de arthemiſia fiat maſſa doſis* ʒ iij. *bis in menſe, aut* ϑ 1. *alternis diebus.* Hæc etiam

confe-

confectio valenter menses prolicit. ℞ *diacurcumæ, dialaccæ, an.* ℥ *1. trochiscorum de myrrhâ, de cappar. an.* ℥ *iij, pulveris spicæ, croci, cinamomi an.* ℥ *1. ß sirupi de arthemisia q. 5. misce, fiat confectio, dosis cochleare, cum* ℥ *iij. decoct. capil. Ven. nepitæ, arthemisiæ, sabinæ;* *Confectio.*

est tamen majoris efficaciæ altera, quæ *Recipit trochiscorum de absinthio, de rhabarbaro an:* ℥ *1, antidoti hæmagogi* ℥ *1. ß pulveris arthemisiæ, cinamomi an.* ℥ *1. limaturæ ferri præparati* ℥ *1. cum sirupo capil. Ven. fiat confectio, cujus exhibetur* ℥ *1. cum felici successs.* cum enim limatura sit crassarum partium, in causa est, ut reliqua medica- *Altera confectio.*

10 menta immorentur, & reddantur anastomotica, quam ob causam prosunt omnia serapia, & confectiones, quæ c. *de febre alba* ex chalybe parata recitabuntur, valet etiam *theriacæ aut mithridatij, aut tripheriæ magnæ* ℥ *1. sæpius sumpta cum vino, aut decocto sæpius repetito, vel etiam tabellæ diaphrasij aut diacalaminthæ sine opio.*

Hæc etiam tragæa, quibus magis arridet hæc forma, utilis est, *Tragæa.* *specierum diamargaritionis* ℥ ß, *trochiscorum de myrrha* ℥ *1. sabinæ* ℈ ij *pulegij, baccarum lauri, cassiæ liguea, aristolochiæ rotundæ, & longæ an* ℈ *1. cinnamomi electi* ℥ ij. *sachari pulverizati* ℥ ij *misce, aut cum eodem sacharo dissoluto in aqua arthemisiæ fiant tabellæ vel cum syrupo de arthemisia confectio.*

20 Sexto localibus, quæ humores attenuare valeant, vias ampliare, & expultricem facultatem excitare, in quem usum ℞ *pulegij calamenti, origani, sabinæ, satureiæ, arthemisiæ an. m. 1. rubeæ tinctorum, radicum apij, petroselini, asparagi, aut fustium eorundem an.* ℥ *1. bulliant omnia in 5. q. aquæ ad tertias,* deinde cum spongia, philtro, vel sacculo, præsertim ex lino canabino, in quo pars herbarum includatur, fomententur partes ventris, & circa pubem, & inguina, aut habeat mulier pedes, usque ad genua, in eodem decocto calido; vel etiam sumatur earundem herbarum major quantitas, & fiat balneum in quo sedeat mulier usque ad um- *Localia.* *Fotus & balneum.*

30 bilicum per semihoram, ac interim, dum ibi est, assumat per os aliquod ex supradictis medicamentis, aut etiam fiat evaporatio decoctionis earundem herbarum per infundibulum, nihil tamen præstantius reperies, quam si mulier sedens in balneo ex prædictis herbis parato, bibat decoctum aliquod ex ijs, quæ menses movere diximus, per aliquot dies, postea evaporationem accipiat ex filis cannabinis cum cinere coctis, ut solent mulieres antequam telam *Filamenta canabina.*

confi-

conficiaut, eademque fila calida, & madida ventris regioni ac pubi applicentur. Possunt etiam in supradicto balneo addi *camemalum, malva, parietaria, mercurialis, præsertim autem fovendus uterus est odoratis, ut majorana, serpillo, calamintha, camomila, thymo, pulegio, radice iridis*, ac similibus, & mox à balneo totus venter ab umbilico

Inunctio. usque ad pectinem, & renes inungatur *olio liliorum alb. anethino, rutaceo, de spica, de sabina, quæ olea utiliora fuerint, si in eisdem incoxerint pulegium, menthrastum, sabina, calamintha, juncus odoratus, addita quarta parte vini, & bulliant ad vini consumptionem*, aut hoc applicetur

Vnguentum unguentum *olei sesamini, scorpionum, liliorum alb. an.* ℥ j. *axungiæ gallinæ, cuniculi an.* ℥ ij. *pulveris croci, spicæ, sabinæ an.* ℥ j. *ceræ q. s. fiat unguentum, aut emplastrum paretur ex farinæ lupinorum cicerum rub. an lib.* ß. *herbarum absinthij, pulegij, diptami, an. m.* ß *nigellæ, hellebori albi, myrrhæ an.* ℥ j. *herbæ prius coquantur, postea confundantur omnia, & ad*

Emplastrũ. *ignem fiat emplastrum*. Posteaquam à balneo lecto se fœmina composuerit, & inuncta fuerit, utatur hoc aut simili uterino clystere,

Vterinus clyster. *junci odorati diptami, menthrasti, sabinæ, pulegij, singulorum* ℥ v. *fiat decoctio in aqua, ad mediæ partis consumptionem, colaturæ libræ adde olei liliorum, nardini an.* ℥ ß *moschi optimi* ϑ ß *castorei, croci an.* ϑ ij. *misce* ac tepidum per methencritam in uterum conjiciatur, subindequè ap-

Pessaria. ponantur pessaria, quæ varie conficiuntur, ut *ex succo mercurialis cum theriaca commixto, ac lana excepto, aut ex radice gentianæ, vel rubeæ tinctorum in eodem succo madida, & felle taurino, ac oleo liliorum*, mitissimum etiam illud est quod paratur sic, *pulveris castorei* ℥ j. ß *muschi g.* iiij. *olei sambucini, therebintinæ an. q. s. misce, & cum lana, aut gossipio, fiat pessus longus*; aut ℞ *medullæ caricarum* ℥ ß *succi mercurialis* ℥ j *pulveris radicis gentianæ, pulegij an.* ℥ ij, *pulveris nigellæ,* ℥ j. *cum therebentina, & lana fiant pessi duo oblongi, aut sine therebentina gossipio in ijsdem intincto fiant nascalia*: Ejusdem fere virtutis est aliud quod *Recipit olei moscelini, liliorum an.* ℥ iij *pulveris gentianæ* ℥ ij *misce* gossipio excipiantur; efficacior tamen est ille pessus, qui conficitur ex æquis portionibus *galbani, ammoniaci, sagapeni, & euphorbij, serico inclusis*; fortissimus, si addas *radicem ciclaminis, allia hortensia cum oleo de spicâ trita* & linteo excepta ad formam pessarij utero indita, ipsum mira voluptate reficiunt, menses valenter movent, & conceptum in longo tempore desperatis mirifice juvant.

Suffitus

Suffitus aromatum etiam muliebria ducit, quo potissimum utendum in causâ frigidâ, ne ignis, & qualitas acris in calida noceat, fiunt autē ex *baccis lauri, juniperi, cassia lignea, gariophyllis, Xylo aloes, nuce muscata, juaco odorato, & ex herbis siccis, ut pulegio, tanaceto, origano, capill. Ven. calamintha, arthemisia, & ex trochiscis de gallia, & alipta moscata*; validior tamen suffitus sic paratur: *pulveris colochintidis* ℥ j, *cinnamomi, assari, costi, calami odorati, an.* ℥ ij, *myrrhæ* ℈ iiij, *ex omnibus tritis fiat pulvis pro suffitu*: verùm si ex suffitu, aut ex pessarijs, & aliis medicamentis utero inditis symptomata suboriantur, corrigenda omninò erunt, ut si ardor aut caliditas excitetur, mitigabitur lacte commixto cum albumine ovi, & oleo rosar. & viol. cum aqua rosacea, vel ptisanæ cremore, aut certè si calor non fuerit magnus, vino, in quo bullierint melissa, & pulegium. *Suffitus aromatum.* *Symptomat. mitigatio.*

Si atra bilis suppressionis menstruorum causa sit, utendum frictionibus, vinculis, & alijs mediis, quæ deorsum trahunt, tundenda vena pedis, præsertim sinistri: hirudines hæmorrhoidibus applicandæ, abundant enim hæ venæ melancholico humore, & promptius per eas ab utero sanguis evacuatur; si tamen à liene retentio originem ducat, & ipse obstructus fuerit, salvatella aperiatur præmissa purgatione, & humore prius parato, *sirupo de pomis, de succo borraginis, de Epithimo, aut de fumaria, cum aquis earundem herbarum, aut cum decocto prunorum, passularum, radicis scorsoneræ, buglossæ, cinamomi, florum violarum, & borraginis, epithymi, & foliorum sennæ.* Purgatio concinnabitur ex ℥ x *cassiæ cum* ℥ v *prædicti decocti, aut cum* ℥ iij *pulveris foliorum sennæ & saccharo fiant boli, aut ex uncia una diacatholici, vel confectionis hamech sine scammonio, & colochintide in pari quantitate eiusdem decocti, vel seri caprini, quibus addi potest* ℥ j *agarici trochiscati, aut* ℞ *corticum myrobalanorum Indorum* ℥ iij, *luteorum* ℥ ij, *epithymi* ℥ ij ß *infundantur per horas 12. in* ℥ v *seri caprini factâ colaturâ, & expressione adde mannæ electæ* ℥ ij, *mellis rosati* ℥ j *fiat potio.* Utendum etiam apozematibus ex supradictis confectis additis, quæ melancholiam purgant, ut *foliorum adianti, camedrios, lupulorum, melissæ, sing.* m. j, *florum borraginis, buglossæ, viol. stœchados, an.* p. j. *polypodij* ℥ iij, *glycirrizæ, uvarum passarum an.* ℥ ß, *omnia leviter contusa coquantur in s. q. aquæ lento igne, & vase obturato ad* ℔ ii. *in fine adde epithymi* ℥ ß *coletur, & cum sacchari s. q. fiat apozema dosis* ℥ vj. Deinde utendum pulveribus, & electuarijs supradictis, adjunctis *Purgatio.* *Apozemata* *Confectiones*

junctis quæ contra melancholiam pugnant, præsertim *theriaca, confectione alkermes, conserva scorsonera, buglossæ, violar.* quo potissimum in casu locum tenere arbitror id, quod plerique sine discrimine, mirificè prodesse scribunt in omni mensium retentione ℥ j. *conservæ borraginis, in vino albo sæpius sumptæ.* In balneis & incessionibus admisceri debent *folia malvæ, violarum, altheæ, flores borraginis, buglossæ, semen psilij, lini, fœni græci,* ex quibus insuper uterini clysteres concinnentur, *adjunctis muscilaginibus, & succo borraginis.* Pro inunctione utile erit *oleum amygdalarum, & sesaminum.* Suffitus hîc raro usurpandi, quia desiccant, at eorum loco evaporationes usui erunt.

A flava bile curatio. A flava bile licèt rarò suppressio contingat, fieri tamen potest calore incrassante totam massam; cognoscitur ex colore pallido vultus, ac totius corporis, siti, oris amaritudine, pruritu, & inquietudine. Curatur victu, & aëre frigido, & humido, potu largiori, inciditur prius basilica in medio tempore, deinde vena pedis instantibus jam menstruis, tandem si affectio duret, salvatella dextra in medio alterius mensis. *Purgatio.* Purgatio perficitur *uncia una cassiæ cum* ♃ iiij *rhabarbari in unciis 5. decocti florum cord. aut corticum myrobalanorum citrin.* ℥ j ß *manna electa* ℥ j *sirupi ex 9. infus. ros. aut violar.* ℥ j *in pari quantitate prædicti decocti, aut seri caprini, fiat potio, præmissa semper humoris concoctione, per sirupos de cichoreo, rosarum, violarum, buglossæ, cum dupla quantitate aquarum hordei, violarum, adianthi, cichorei, scorsoneræ, Eupatorij, aut per sirupum de muscilaginibus, cum aqua stillatitia, malvarum, altheæ, cucurbitæ, lactucæ, papaveris.* Factâ semel aut bis confertâ purgatione Paulatina utilis erit, ex *diluti rhabarbari* ♃ ij, *aut sero lactis cum sacharo, aut devoretur* ℥ ß *rhabarbari, cum uncia conserva rosarum tertio quoque die.* Utendum etiam frictionibus, vinculis, cucurbitulis, lavacris, ut supra dictum est 6. remediorum genere. Ex conservis verò tragæis, & electuariis, frigidiora usurpanda, aut trochisci confecti ex seminibus frigidis cum sacharo. Pro balneis, & incessionibus frigidiores, humidioresque herbæ, ut folia malvæ, altheæ, violarum, Flores camomilæ, viol. Utile etiam est balneum aquæ dulcis. Pessi, & methencritæ in hâc causâ conficiuntur ex radice malvæ, altheæ, sacharo rubeo, & adipe gallinaceo, aut anserino, serico rubeo involutis, quod inungatur oleo amygdalarum dulci lacte, aut emulsione seminum frigidorum. Uterinus clyster paratur ex cremore eorundem

Concoctio.

Paulatina purgatio.

Balneum.

Pessi.

semi-

feminum cum decocto hordei, malvarum, viol. & saccharo. Inunctiones fiunt ex oleo amygdalarum dulc. violarum, sesamino, de cucurbita, cum muscilagine malvarum, & pauco croco; utilissimum tamen est id linimentum, quod habet *olei amygdalarum dulc. amararum, de cucurbita an.* ℥ j, *adipis anseris, butyri recentis an.* ℥ iij, *cerae alb. & ladani an.* ℥ j. *fiat unguentum*, quibus non proficientibus adhibenda sunt, quae moderatè menses movere possint. *Inunctiones.*

Ex dictis facilè erit jam colligere, quâ methodo antea dictis medicamentis in sex illis remediorum generibus utendum sit, prius enim à principio mensis, usque ad decimumquartum, decimúmve quintum diem tenui, & inscindente victu insistendum, tunc si plenitudo adsit, vena brachij aperienda, mox serapiis res agenda, ita, ut purgatione fœmina uti possit circa octavum, decimúmve diem ante assuetum mensium tempus, tandem triduo seu biduo ante idipsum tempus secanda vena pedis, ut sanguis jam attenuatus & paratior redditus deorsum proliciatur, & à loco evacuetur; tunc localia usui erunt, & per os validiora medicamenta, potissimum dum fœmina in balneo est, ita enim in calidum adhuc, & solutum corpus illabens medicina vires suas efficacius exercet; sunt etiam efficacia horâ somni sumpta, à levioribus tamen semper incipiendo, universalia particularibus præmittendo, ne si menstrua validè provocantibus utamur, dùm adhuc venæ sunt obstructæ, secum ductis humoribus obstructiones impensius augeantur. Porro ubi causa calida aut melancholica suffitu minus, balneis, & incessionibus magis utendum. Præsertim autem si nimia plenitudo adsit, in medio mense cubiti venam secare poteris, ut revellendo minuatur sanguis, qui obstructionem fovet, ac ne pedis venâ scisâ fluor sequatur major, quam ut sistere possis; instantibus verò jam menstruis in utroque pede vena aperietur: nec desunt qui solent & in medio mensis, & in fine hanc venam aperire, quod tunc sequi potest, cum plenitudo est exigua aut nulla. Ad hæc medicamenta menses cientia in majori copiâ quam reliquæ potiones exhiberi debent, quia eorum virtus retunditur in longo itinere à ventriculo ad uterum. Suppositoria, & injectiones somni tempore potissimum sunt adhibenda, idq; cum maxima cautione, quia solent uterum inflammare, exulcerare, & ardorem excitare, quam ob causâ diu *Adversiones.*

in corpore non immorentur præsertim validiora, sed alligatum filum pessariis appendatur, ut extrahi commodè possint, cum volumus, postea uterino clystere locus abluatur, iis præterea, quæ in uterum intromittuntur, quidpiam odoratum admiscere oportet, cujusmodi est gallia, muscus, vel ambra, ut uterus roficiatur. Tandem pessaria, & uterini clysteres nuptis, & corruptis duntaxat conveniunt, nascalia verò, balnea, & incessiones tùm his tùm etiam virginibus.

Tametsi autem, quæ superius dicta sunt, satis esse videantur, uberiorem nihilominus segetem auxiliorum menses ducentium adjungere, erit operæ pretium, quia non solum menses, verum etiam fœtum, molam, secundinasque proliciunt, & uteri suffocationi eorum pleraque utilia sunt, ideoque sæpius lector ad hoc caput ex sequentibus relegandus erit. Igitur simplicia quæ menses movent sunt semina, radices, folia, flores, fructus, succi, ligna, fungi, cortices. In universum autem sunt in triplici differentia debilia, media, valida, omnia quidem calida, at debilia, moderatè sicca, reliqua ordine sicciora. Ac debilia sunt semen ruscì, asparagi, pentaphylli, adianthi, cichorei, intybi, & radices earundem herbarum vel graminis, folia eupatorij, brassicæ, malvæ, hyperici, adianthi, pentaphylli, lactucæ agrestis: Ex leguminibus cicer, orobus, lupinus, phaseolus; ex fructibus caricæ, oleæ, nuces juglandes, passulæ, amygdalæ amaræ, inter quæ sunt quædam minimè sicca, quæ tamen non cogunt, sed referant, aperiunt, emolliunt, & attenuant. Media sunt semen raphani, lolij, melanthij, lauri, juniperi, apij, cerefolij, allij, cepæ, porri, petroselini, anisi, anethi, ameos, carvi, dauci, fœniculi, levistici, seseleos, saxifragiæ, erucæ, nasturtij, & radices, folia, ac flores eorum, ac bunij, quæ napi sylvestris species est, betonicæ, valerianæ; insuper radices pastinacæ, peoniæ, cappar. ireos, rubeæ, aristolochiæ, gentianæ, enulæ, asphodeli, eringij, absinthij, cum foliis earundem, ac abrotani, arthemisiæ, capill. Vener. calaminthæ, matricariæ, pulegij, origani, assari, saturejæ, hyssopi, serpilli, helenij, majoranæ, scordij, marrubij, camedrios, camepithis, mercurialis, rutæ siccæ, inter quas herbas sium etiam adnumeratur, hispanicè (*rabacas*) thymus, smirnium, peucedanum, melliſophillum, hypericon, betonica, flores sampsuci, camemali, stœchadis, croci.

Simplicia menses ducentia.

Debilia.

Media.

croci. Ad hæc juncus odoratus, calamus odoratus, amomum, cinamomum, cardamomum, caſſia, Xylobalſamum, ſpicanardi, coſtus, cyperus, zinziber, galanga, nux muſcata, piper, cubebæ, moſcus, ambra, caſtoreum, unguis odoratus, æſipus, bitumen, ſal, nitrum, ſulphur, aloes; Ex gummis ſtirax, opoponacum, ammoniacum, ſagapenum, galbanum. Valida ſunt elleborus, hermodactyli, turbith, colochintis, timelæa, ac titimalorum genera omnia, ſcamonium, cantharides, fella animalium, radix ciclaminis, piretrum, ſtaphiſagriá, brionia, ſabina, ſiliquaſtrum, cucumis agreſtis. *Valida.*

Ex quibus parari poſſunt ſirupi, apozemata, electuaria, tabellæ, trochiſci, pulveres, fomenta, inceſſiones, balnea, injectiones, ſuffitus, peſſaria, linimenta, unguenta, emplaſtra, cataplaſmata. *Compoſita menſes moventia*

Itaque conveniunt *ſirupi capill. Ven, de arthemiſia, de duabus, & quinq; radicibus, de calamyntha, de ſtœchade, de hyſſopo. adianto, de eupatorio, de abſynthio, de betonica, cum aquis earundem herbarum, aut graminis, fœniculi, pulegij, matricariæ, raphani, apij, enulæ, valerianæ, marrubij, majoranæ, pentaphilli, aut ſirupi de arthemiſia capill. Ven. an. ℥ j. cum ℥ iij decoctionis rubeæ, aſſari, pulegii, diptami miſce, pro doſi:* aut ℞ *calamynthæ, arthemiſiæ. pulegii, thymi an. m. j. acori ℥ j bulliant in ℔ vj aquæ ad medias in fine adde croci ℥ j. colaturæ admiſce mellis optimi deſpumati ℥ iiij, iterum leviter bulliat, deſpumetur, & fiat apozema doſis ℥ vj.* Eſt etiam præſentaneum aliud, quod recipit *radicum fœniculi, acori, an. numero iij, rubeæ tinctorum, ſabinæ an. ℥ iij foliorum arthemiſiæ, pulegij, meliſſæ, buglоſſæ, fœniculi, mercurialis an. m. j ſquinanthi, cyperi, calami aromatici an. ℥ ij, ſeminis aniſi, fœniculi, galangæ, an. ℥ ij, medullæ paſſularum ℥ ß, fiat decoctio ſecundum artem ad ℔ ij. ß colaturæ adde mellis deſpumati, ſachari albiſſimi an. ℥ iij, cinamomi electi ℥ ij.* *Sirupi.* *Apozemata*

Ejuſdem virtutis eſt hic ſtillatitius liquor; accipe *panem*, qui mediocriter, & ad fermenti ferè naturam aceſcerit, & in furno moderatè coxerit, cui ablato cortice adde *mellis ℥ xij, pulveris ſeminis urticæ, dauci, ameos, aniſi, fœniculi an ℥ j ß, trochiſcorum, gallia moſcatæ, myrrhæ, rubeæ an. ℥ ß. cotulæ fœtidæ ♃ ij infundantur in ℔ iij vini, aut ſequentis decoctionis, & omnia in balneo Mariæ deſtillentur:* cujus deſtillationis, ſumat fœmina *uncias tres cum ℥ ij ſirupi capill. Ven. aut de duabus radicibus ſine aceto, recipit autem decoctio faſeolorum rub. cicerum rub. an. p. j. ſeminis juniperi ℥ j. radicis rubeæ, ruſci, raphani ſylveſtris, aſparagi, petroſelini an. ℥ ß. camedrios* *Liquor ſtillatitius.*

Aqua theriacalis.

recentis m j. seminis ameos, anisi, fœniculi an. ℥ ij. *secundum artem fiat decoctio.* Hæc etiam aqua vitæ, seu potius theriacalis, & menses mirificè movet, & ventriculum roborat, *accipe vini hispanici optimi* ℔ *centum seu canadas* XXV. *herbarum melissæ, centaurij, betonicæ, veronicæ, capil. Ven. pulegij, arthemisiæ, nepitæ, an. m.* vj. *destillentur omnia simul secundum artem primâ vice, secundâ vice liquori extracto adde prædictarum herbarum an. m.* iij, *& iterum destilla, ut primo, tertiâ vice adde herbarum earundem an. m.* j. ß. *quartâ m.* j. *quintâ m.* ß. *sextâ ac postremâ adde theriacæ Andromachi* ℔ j. *destilletur sine herbis, post ultimam, hoc est; sextam destillationem adde auri laminati folia* XXIV. *servetur diligenter dosis cochleare* j. Utilis etiam est liquor destillatus ex *arthemisia, vino, & mulsa simul, aut potus concinnatus ex* ℔ ij *decocti pulegij, & calamintha cum* ℥ iij *mellis, vel castorei* ℥ j *trochiscorum de myrrhâ* ℥ ß *croci* ϑ j. *vini albi optimi* ℥ iij. *aut opoponacis, vel sagapeni* ℥ j *cum eodem vino, vel decocto, aut trochiscorum de Gallia* ℥ ß. *cum vino:* sed mirificè attenuat, & obstructiones reserat id, quod habet *decoctionis sabinæ* ℥ iiij *sirupi de quinque radicibus, aut capill. Vener.* ℥ ij, *misce* pro dosi singulo manè, quoad menses procedant; valet etiam sirupus, qui exprimitur *ex conserva florum, vel corticum auranciorum cum pulvere cinamomi, aut corticis cassiæ fistulæ.* Né tamen uno semper remedii genere defatigentur patientes, quibus magis arriserint conservæ, sic parentur; *foliorum eupatorij, spicæ Romanæ, corticum cassiæ lignea, croci, seminis apij, liquiritiæ, squinanti, seminis levistici an.* ℥ iiij, *rhapontici* ℥ ij *masticis, sacæ non ablutæ, spodij, rosarum rub. aristoloehiæ an.* ℥ j. *cuncta in tenuissimum pulverem redigantur, & cum melle despumato fiat conserva; dosis an.* ℥ ij. *ad* ℥ ß. Ejusdem est efficaciæ altera, quæ habet *spicæ Indicæ, ac Romanæ, corticum cassiæ lignea, rubea tinct. assari, anisi an.* ℥ j ß *seminis mellionis cucumeris, phaseolorum, apij, rutæ, ciceris nigri, seminis endiviæ, verbenæ, spicæ Romanæ an.* ℥ j, *fiat ex his pulvis, qui oleo amygdalarum aspergatur, postea cum melle despumato fiat conserva dosis ut supra cum unciis septem decocti faseolorum aut cicerum rub.* Tertia confectio habet *myrrhæ calaminthæ montanæ an.* ℥ iiij, *medullæ passularum* ℥ ij, *rutæ viridis* ℥ ij, *sabinæ* ℥ j. *contundantur, & cum melle fiat confectio dosis an.* ℥ j ß. *ad* ℥ iij *cum aqua pimpinellæ,* est etiam utilissima pastinaca condita cum *melle, zinzibere, cariophillis, pipere, & croco, de quo insuper sirupo accipiat fœmina unc.* iij. *cũ* ℥ j. *cinamomi:* valent præterea omnia electuaria ex chalybe quarum

Alius liquor

Conserva.

Altera conserva.

Tertia.

descri-

descriptiones reperies c. de febre alba. sed & in eundem usum conficiuntur pilulæ, quæ recipiũnt *musci, myrrhæ an.* ℈ ij. *stœchados, rubeæ tinctorum, pulegij, corticum citri, cassiæ, piperis longi, granorum pæoniæ, calami aromatici an.* ʒ iij. *spicæ nardi* ℈ j. *cum succo vel aqua arthemisiæ fiat massa, ex cujus* ℈ ij *formentur* vij *tertio quoque die assumendæ.* *Pilulæ.*

De decoctionibus, balneis, fomentis, & inessionibus plus satis superius dictum est; suffitus, si eis utendum sit, conficiuntur, ex ligno aloës, laserpitio, seu bejoino, aristolochia, castoreo, adianto, peucedano, semine apii, fœniculi, rutæ, cipero, junco odorato, calamo aromatico, nigella, sizimbrio, cinamomo, myrrha, styrace, galbano, thure, bdellio, cariophillis, zibeto, mosco, sabina, trochiscis de gallia, de oppoponace, de sagapeno, de myrrha, raro tamen suffitus usurpandi, & non nisi in obstructionibus à crassis humoribus, quia exsiccando constringunt. *Suffitus.*

Ex iisdem medicamentis varia parari possunt pessaria ut ℞ *radicis gentianæ, pulegij, an.* ʒ ij, *seminis melantij* ʒ j, *carnis caricarum q. s. terantur terenda, & cum succo mercurialis fiat massa,* quæ cum gossipio aut lana securè applicetur, quia ardorem non inducit, & mirificum est. Simile est id, quod habet *mellis cocti* ʒ j *circum adde hieræ picræ* ʒ ij, *pulveris Euphorbij* g. iij *misce, vel accipe mellis, & ceræ an.* ʒ ß *trochiscorum de myrrha* ʒ j *musci, zibeti, vel ambræ g. iij.* Aliud sic conficitur; *medullæ cervinæ, therebinthinæ an.* ʒ ß, *succi mercurialis* ʒ ß, *aut pulveris ejusdem, agarici an.* ʒ ß. probè commixta linteo mundo involvantur. Parantur etiam pessaria ex pari quantitate styracis, ladani, galbani, bdellii, additis pulveribus radicis ireos, arthemisiæ, absynthii, hyssopi, cyperi, capparorum, aristolochiæ, rubeæ, melantii, anisi, urticæ, ac si fortioribus uti sit animus, additur ℈ j aut g. x. pulpæ colochintidis, scamonij, aut fellis vaccini, seu hircini ʒ j. Alia mediocris efficaciæ sic concinnantur: *accipito assari, cinamomi an.* ʒ j. *succi mercurialis decocti cum melle* ʒ j incorporentur, & linteo excipiantur, aut excipiantur gossipio; vel fiunt ex *herba mercuriali, arthemisia, majorana, cum hiera simplici, theriaca, mithridato, &* g iiij. *mosci, aut ex radice malvæ, altheæ, iridis, apij, fœniculi, illitis oleo liliorum, rutaceo, jasminorum, costino, aut irino cum pulvere hieræ,* consimile paratur ex *resinæ* ʒ ß *mirrhæ* ʒ j. *croci* ℈ ß. *styracis, & galbani an.* ʒ ij *mellis uncia j.* cum gossipio, vel lana carminata fiant pessaria seu nascalia, quibus addere licet adipem anserinum, & gallinaceum. *Pessi & nascalia.*

Jam

Uterini clysteres. Jam verò uteri clysteres conficiuntur *ex* ℥ iij *decocti radicum, & herbarum supradictarum addita* ℥ j. *pulveris seminis alicujus convenientis, & uncia olei, veluti si sumas quinque rad. aperientium an.* ℥ j, *foliorum matricariæ, nepitæ, pulegij, roris marini, thymi, valerianæ, anethi, an. m.* ß. *sabinæ parum coquantur in debita quantitate aquæ ad medias, decocti* ℥ iij *adde olei liliacei, camomilini vel laurini* ℥ j, *pulveris melantii, trochiscorum de myrrhâ, croci an.* ℈ j, *fortior hic erit roris marini, sampsuci, smirnii, fœniculi an. m. j. radicis eringij,* ℥ j. *fiat decoctum cujus sume* ℥ iiij *catholici* ℥ ß. *stiracis* ℥ j. *dissolve, & tempore somni infundito.* Adhuc tamen majoris erit efficaciæ hæc alia *injectio radicum apperitivarum rubeæ an* ℥ j, *radicis eringij, ciclaminis an.* ℥ ß *mercurialis m. j. sabinæ parum, spicæ, assari, an.* ℥ ij ß *fiat decoctio, cujus colaturæ* ℥ iiij *cum uncia vini in uterum infundantur; si vis abstergere in decoctione, addito lupinorum, vel fabarum an.* ℥ ij.

Inunctiones. Inunctiones fiunt ex oleo liliorum, rutaceo, anethino, de baccis lauri, de croco, de napha, de vitellis ovorum, de capparibus, de succo angelicæ; ex quibus etiam cum cera, & croco ac aliquo ex prædictis pulveribus, & si opus sit muscilaginibus unguenta parantur; ut *olei liliorum, irini an.* ℥ j, *olei amygdalarum amararum, capparum an.* ℥ ß *succi rutæ, aut artemisiæ, vel sabinæ* ℥ iiij, *coquantur ad consumptionem succorum, & adde ladani, & ceræ q. s. fiat unguentum.* Aut accipe *succi mercurialis, vini optimi an.* ℥ j. *olei anethini, de baccis lauri an.* ℥ ij, *ceræ q. s. croci parum, fiat unguentum.* Inungitur etiam imus venter, & inguina unguento, deopilativo succorum aut oleorum, cujus descriptiones suo loco recensebimus; aut etiam oleo de stirace, de bezoino, laurino, anethino, addita myrrha, & galbano, quibus lumbi etiam perfunduntur.

SCHOLIUM.

Nimia etiam copia] *autumat Mercurialis multum sanguinem retentionem non efficere, cum potius multitudine ipsa vasa sponte hiare soleant, ideoque non supprimi, nisi quando ex accidenti crassities multitudini jungitur. Speciosa duntaxat ejus ratio est, non tamen cogit, nam ob nimiam plenitudinem vasa ita distenduntur, ut comprimi ad humoris expulsionem non possint, viis præsertim obcæcatis, & naturâ gravatâ à multitudine, neq; potente regulare humores ad expulsionem à Venis communibus ad Venas uteri, nec vacuâ ullâ existente parte, per quam fluat: ita videmus vinum quantumcunq;*

tumcunque tenue, aut alium liquorem ex dolio admodum pleno unico tantum foramine non fluere, merito igitur à Gradio, ac reliquis scriptoribus multitudo inter causas connumeratur.

Excellens caliditas] *Quî fieri potest ut caliditas menses supprimat, cum caloris sit aperire, & rarefacere, quæ ad expulsionem conducunt? Respondeo, robur quidem expultricis in calido, & humido consistit, caliditas enim affectivè juvat ad expulsionem; humiditas fundendo ac liquefaciendo humorem. Cæterum caliditas impedire potest per accidens expulsionem, primo, quia quælibet exuperans qualitas sive intemperies virtutem debilitat; Secundo, quia dissipat, & exsiccat tenuem, & acrem substantiam, quæ facit ad penetrationem. Tertio, quia immoderatus calor plus assumit, quam attrahit. Ut autem hoc obiter advertas calor alterando, & concoquendo ad nixum facit, & retentionem, humiditas verò ad expulsionem, & nutritionem, quod si calor siccitati conjungitur attractionem juvat, nam frigus nulli functioni est usui, ut Galenus autor est, quod si frigus ad retentionem facit, per accidens id est, dum incrassat, & gelat, calor vero expulsioni potissimum conducit cum humiditati conjungitur, vide cap. de uteri debilitate, & Avicennam prima primi d. 6. c. 3.*

Naturales facultates & quibus primis qualitatibus inveniuntur singulæ.

3. de Sympt. caus. c. 3.

Insanabilis redditur] *Quod Hippocrates scribit primo de morb. mulierum, suppressionem ultra sex menses persistentem esse incurabilem, non, sicut jacet, accipiendum videtur, nam & nos multas vidimus restitutas, quibus diutius menses fuerant suppressi, & ipse Hippoc. 4. pop. & 5. ejusdem tit. ancillæ mentionem facit, & Gorgiæ uxoris, quarum altera per quadriennium, altera per septennium menses suppressos habuêre, ac tandem curatæ sunt; dicendum ergo curationem quidem post sex menses esse difficiliorem, aut ibi loquutum fuisse de suppressione ex inversione colli uteri, ut ex serie colligi potest, quæ certè post sex menses incurabilis redditur, quia non facilè reducitur uterus.*

Cæterum detrahendus est sanguis] *Pauca quædam de sanguinis detractione hic discutienda sunt. Primo Galenus lib. de sanguinis missione venam secat triduo, quatriduovè, ante consuetum tempus muliebris circuitus. Paulus vero non nisi decem diebus posteaquam constitutum tempus præterierit: conciliantur hæc loca facilè, si Galenum intelligas de sectione venæ pedis, ut legenti patet, Paulum de sectione venæ cubiti, aut si Paulum interpreteris de venæ sectione, quæ plenitudinem deponit, Galenum de ea quæ ad locum conferens trahit: Demum si Paulum de revulsivâ, Galenum de evacuativâ. Sed contra est quod Galeno authore 4. de valetudine tuend. c. 4. crurum scarificatio solvit etiam plenitudinem; & eodem teste 2. ad Glauc. 2. Sectio venæ pedis ab utero derivat, idem sentit 13. meth. ubi in uteri inflammatione hanc venam ad derivandum secat, quod etiam experientia confirmare videtur,*

Quæst. celebres de sanguinis missione in menstr. suppress. Gal. c. 18. P. lib. 3. c. 68.

tur; vidimus enim sæpe menses fluentes vulneratâ hâc venâ cohiberi & ischiadem ex sanguinis abundantiâ factâ ex crure evacuatione Galenus curavit allegato. Non igitur ad revellendum, aut plenitudinem deponendam, brachij venam tundere oportet, cum id ex pede fieri possit, nec rursus sectâ venâ pedis menses moventur, quia derivare est ab utero evocare, menses autem movere, est ad illum sanguinem trahere, ac ejus venas replere. Dicendum ad primum crurum scarificationem solvere quidem plenitudinem, non tamen magnam, qualis in hypothesi erat, hæc enim promptius, commodiusque per venam amplam basilicam dictam deponitur. Ad secundum dicimus venâ in pede sectâ à supernis ad inferna sanguinem evocari; si igitur in utero sanguis redundet, ab ipso derivatur ad pedes, sin minus à superioribus locis ad ipsum transit, aut certè ad venas sedis, prout huic aut illi parti natura pronior est, sic Galenus cap. 19. sequenti hæmorrhoidas provocat sectis venis, quæ in cruribus sunt; in fœminis verò potissimùm ad uterum trahit, quia ex ipsâ naturâ per eum locum expurgantur; & hoc semper consequimur, ut hæc sanguinis missio obstructione liberet; subindeq; ad expulsionem juvet. Ex dictis patet, aliud esse ex utero, aliud per uterum evacuare, per uterum sectâ inferius venâ commodè evacuamus, ex utero factâ prius revulsione ex brachio. Verum neque hæc omnia difficultatem penitus exhauriunt, nam illud solum concludunt, quod diximus, initio curationis venam cubiti, postmodum venam poplitis tundendam esse. At Galenus cit. quem sequitur Fuchsius, Mercurialis, & alij viri in arte præstantes, nunquam licere venam cubiti secare in mensium suppressione asseverantissimè confirmat, licet plenitudo adsit, eò quòd & purgationem menstruam comprimat, & sanguinem ad superiores corporis partes retrahat; Et libr. de sanguin. mission. adversus Erasistratum, Hippocratem vehementer laudat, qui 2. Epid. 4. in fine, Sthimargæi famulæ suppressis mensibus cum plenitudine occupante universum corpus, ut lib. de tremore c. 8. ipse declarat, venam talo proximam secuit. In contrarium est Aetius lib. 4. 5. 4. cap. 57. ubi cubiti, ac tali venas secare jubet, quem sequitur Gradius cap. proprio. Avicenna, & acerrimi judicij vir, ac de medicâ materiâ benè & præclarè meritus Mercatus: Eorum ratio est, quia ubi plenitudo superiora obsidet, sanguinis minuta detractio ex brachio non tam supprimit, quam juvat ad earum evacuationum provocationem impediendo, ne superiorum plenitudo deorsum irrepat, si tali venas protinus incidas, & aut obturet vasa; obstruat uteri, aut sanguine copiosius ad uterum evocato immodicum sequatur mensium profluvium, quod cohibere nequeas. Pro qua sententia est etiam Paulus l. 3. c. de uteri inflammatione, & Galenus lib. 11. meth. c. 13. ac communis practicantium usus, qui in inflammatione partium inferiorum, & pudendarum prius venam cubiti tundunt, deinde venam pedis, nam cum prædictæ partes propendeant, & pondere gravent, si

Fuchsius 5. aph. 32. Mer. c. prop.

Avic. 21. 3. tract. 2. c. 12. Prima ratio

Secunda.

initio vena poplitis scarificetur, periculum est, ne accurrente humore in desperatam incurrant inflammationem. Est & tertia ratio, quia omnium medicorum consensu semper initio morbi revellendum est, quod ad distantissima loca fieri debet. Verum ut ab eo, quod ultimum est, incipiamus, distantiam ab utero ad pedem sufficientem ad revulsionem esse dicimus; sanguinis praeterea missionem ex pede plenitudinem etiam deponere ex Galeno superius allegato, quod si magna sit plenitudo, copiosa etiam evacuatio medebitur. At si confertam vacuationem mulier ferre nequeat, non erit absre, Basilicam prius tundere, quod propterea plerumque fit, ac fieri debet, quia copiosissimae illae evacuationes, quibus Hippocrates & Galenus utebantur, in usu jam non sunt. Praesertim autem vena Gyberi tundenda infestante cum suppressione febre, & longissimè ab eo tempore, quo purgationem mulier expectat: fatemur tamen Hippocratis & Galeni sententiam securiorem esse, alteram non nisi ab exercitatissimo peritissimoque medico cum magnâ praemeditatione usurpandam.

Tertia.

Decliditur controversia

Autoris sententia.

Quinto. Validius menses provocantibus] *Galenus saepius allegato postponit venae sectionem iis medicamentis, quae menses proliciunt: Mercurialis anteponit, & vult sanguinis missionem, aut purgatiunculam praemitti; Galeni sententia hâc nititur ratione, quia sanguis obstruens ab exiguis uteri venis evacuari nequit, nisi attenuatus ac incisus, ablatâque obstructione. Mercurialis ratio est, quia si, quae impensè menses movent, ante venae sectionem adhibeantur, cum venae adhuc sint obstructae, & sanguis impactus, calida medicamenta universi corporis humores secum ducent, & obstructiones magis augebunt. Conciliatio tamen ex methodo nobis propositâ patet, quippe ante evacuationes non nisi mitioribus utendum, post evacuationes validioribus, aut distinguendum de sanguinis missione ex brachio aut crure deponente plenitudinem; & de provocativa menstruorum ex pede.*

Quaestio, An venae sectio debeat praecedere medicamenta menses ciendi?

Simplicia quae menses ducunt] *Galenus 5. simpl. 22. menses cientia in hoc à diureticis distare scribit, quod quae urinas movent, impensius exsiccant, subindeq; tametsi tenue serosum segregant, reliquum nihilominus sanguinem cogunt, crassioremque reddunt, qua ratione mensium purgationes impediunt; quî igitur fit, ut pleraque hic in eodem gradu cum diureticis sicca ad mensium provocationem annumerentur? Et Galenus cit. quamquam diuretica talia nonnulla dici fatetur, non quia sola moveant urinas, sed quia solas, & non menses: tamen c. 13. praecedenti multa posuit, quae propriè urinas ducere affirmat, ea tamen postea menses movere dixit, veluti assarum, & meum. Respondetur, menses moventia in duplici esse differentiâ, quaedam enim sanguinem fundunt, & liquant, tenuioremq; reddunt, & haec propriè talia*

Menses moventia in duplici sunt differentia.

talia calida sunt, & moderatè sicca conveniuntq; imprimis menstruis imminutis: alia præter hæc obstructiones insuper aperiunt, quæ tenuium sunt partium, ac propriè attenuantia, & cum diureticis ferè coincidunt, & ex accidenti menses movent, quatenus vias liberant ab infarctu. At contrà est, quòd sanguinem cogunt, immobilioremq; reddunt. Respondet Jachinus, id efficere si quis multis utatur, potius tamen puto, quando his menses proliciendi sunt, ea semper admiscenda, quæ una colliquant, & attenuant, & quæ uterum respiciunt, & ad ejus vias humores deducunt. Non est autem dubium pleraque esse, quæ particularibus membris tertiâ quâdam facultate conveniunt, nam & Galenus 5. simpl. 13. eadem planè concedit contra Thessalum, & medicamentum dari, quod propriè epaticum, nephriticum aut pleuriticum sit; hinc fit, ut idem medicamentum, pro diversitate eorum, cum quibus commiscetur, modò menses moveat, modo urinas, aut etiam sudorem, lac, vel semen. Is enim est (ut hoc obiter intelligas) horum medicamentorum ordo, ut omnia calida cum sint, quæ lac, & semen augent, humida esse debeant, idq; vel in tenui, vel in crassâ materiâ; quæ urinas movent, sudoresq; proliciunt, sicca sint, & tenuis materiæ, talia enim humores dissolvunt, atque halitu digerunt, cutem rarefaciunt, & poros ejus, aut imi corporis, prout in hanc aut illam partem natura inclinat: At quæ propriè menses evocant, in medio horum consistunt sicca quidem, sed moderatè.

Tertia facultas in medicamentis, qua partem hanc aut illam respiciunt.

Differentia inter medicamẽta lac, semen, urinam, sudorem, & mẽses cientia.

De immodico menstruorum fluxu.

CAPUT V.

Descriptio. IMmodicus menstruorum fluor tunc fit, quando menses plures, copioſioresve fuerint, quam solebant autore Galeno 6. popul. primo com. 7. aut quando ultra consuetum purgationis tempus fluxerint præter modum, aut naturæ ætatis, vivendiq; institutum: aut tandem, quando statas periodos non servaverit, ut si bis in mense repetat. In cunctis tamen respectu ad consuetudinem mulieris habito, quod potius metiendum erit ex natura, & viribus cujusque, quam ex termino dierum, & quantitate humoris, quam prisci in biduo, aut triduove constituerunt heminas duas atticas, cum nostris temporibus magna sit diversitas, aliæ enim longiori tempore, & in majori quantitate; aliæ breviori, & minori, salubriter expurgantur. Symptoma est de genere immodicè excretorum, quanquam enim ex sanguino-

Natura.

guinolentis evacuationibus sola menstrua mulierum præter naturam non sit, ut scribit Galenus, id quidem intelligendum, dummodo non excedat, quamvis si excedat, nec adhuc certe toto genere præter naturam est, sed multitudine & qualitate. Sequitur hoc Symptoma ad morbum in depravatâ figurâ, meatuum scilicet dilatationem, quæ tripliciter contingit, aut enim vasa rumpuntur, dilacerantur ve- contusione, seu ruptione, & tunc dicitur diæresis, quo casu confertim sanguis fluit; aut aperiuntur propria foramina, & extremitates venarum, & dicitur anastomosis; aut exeduntur tunicæ, quod diapedesis nuncupatur. Porro vasa hæc aut sunt interna uteri, & tunc propriè fluxus menstruus nuncupatur, aut sunt externa illa, quæ terminantur in uteri cervice, & tunc fluxus fit quasi hæmorrhoidalis: rursus aut sanguis, qui fluit simplex, & impermixtus est, & tunc uteri fit profluvium menstruum exquisitum; aut alteri materiæ permiscetur, & tunc vel menstruus sanguis prædictum humorem superat, & fit profluvium mensium notum, seu menses decolores, aut ab illo superatur, & fit profluvium muliebre notum, de quo infra.

3. de Sympt. caus. c. 2.

Tripliciter vasa aperiuntur.

Provenit hæc affectio interdum à causis externis, utpote ictu, casu, cursu, saltu, aut choreis, immodico exercitio, nimio calore, balneorum usu, maximè crurum frequenti ligaturâ, frictionibus, aut vehementi animi commotione, hæc enim omnia aut solent sanguinem concitare, fluxibiliorem que reddere, & ad uteri partes deferre; aut certè vasa rumpere, aperire, dilatare. Accidit præterea ex uteri rhagadijs, ulcere, virilis membri excedente magnitudine, laborioso partu, vel abortu, insuper ex aromatum, aut vini albi fortioris usu, aut suppressis ani hæmorrhoidibus.

Causa externa.

Internæ causæ triplices numerantur; aut enim sunt ex parte virtutis, aut ex parte humoris, aut ex parte uteri, & vasorum ejus; & quidem ex parte virtutis sanguis fluit quadrupliciter, vel expultricis robore & efficaciâ, qua ratione à nocuis humoribus expurgetur. 6. *de locis*: aut virtutis retentricis impotentiâ, quæ humorem sibi commissum retinere non potest 2. *de morbis mulierum*: aut robore alteratricis jecoris, quia plurimum sanguinem conficit, cujus pars per uteri venas expurgatur *primo de morbis mulierum*, aut debilitate ejusdem alteratricis membrorum, quando ipsæ partes in se convertere nequeunt debitam sibi commissam humoris copiam, licet plus ab

Interna.

Ex parte virtutis.

ab epate genitum non fuerit, quam conveniebat, quia tunc residuum suo pondere deorsum fertur, aut à naturâ pellitur, quod tametsi ad omnem sequatur intemperiem, præsertim tamen ab humida fit: Demum ob fortitudinem attractivæ uteri, quæ ut plurimum à causis externis concitatur, vel quia uterus concalefit, vel quia vasa aperiuntur. Ex parte humoris causa etiam multiplex, aut n. humor quantitate peccat, & tanquam onus à naturâ deponitur *1. de morbis mul. cit.* aut qualitate alienus ab eâdem naturâ rejicitur, utpote serosa aut biliosa 6. popul: aut nec qualitate quidem alienus est, & debitâ quantitate à jecore generatur, sed à debili mebrorum alteratrice virtute non conficitur, quæ causa superius comprehensa fuit. Cæterum humoris substantia ut plurimum liquida, ac subtilis est, utpote serosa, aut biliosa; qualitas calida, acris & mordax, à quâ orificia venarum dilatantur, ideoq; nihil mirum, si initiò sanguis fluat floridus, ac subtilis, posteà etiam crassus ac fœculentus, dilatatis jam poris, & meatibus, ut Avicenna & Gradius propriis capitib. annotârunt, plures etiam menses vidimus crassos, ac nigros, ob lienis obstructiones, ejus potissimum vasis, quod jecur à melancholiâ repurgat; quinetiâ pituitosi menses superfluè fluunt, si corpus, & caput pituitâ repleantur, quæ nec per nares, sedem aut urinas excernatur, sed ad uterum cum menstrua purgatione deturbetur, ut placuit Hippocrati *1. de morb. mul. 22.* Non igitur audiendus Paræda, qui hosce humores mẽsium potius suppressionem semper efficere credit, quia sanguinem crassum reddunt; nam etsi initiò obstruunt, postmodum gravatâ naturâ majori impetu prorumpunt quanquam hoc forte concedendũ, hos humores non tam superfluum fluxum menstruum, quam nothum profluvium muliebre concitare ut colligitur ex Paulo, & Gradio. Tertia causa ex parte uteri est, quia rarus, laxus, mollis, patentior, hians, aut levigatus, aut quia asperitatem continet, qua nequit claudi, aut quia ejus vasa rupta sunt dilaceratáve, ut dictũ est, quod etiã ex causis primitivis superius annotatis potuit cõtingere, prẹsertim ex laborioso partu, & imperitiâ obstetricis, secũdinas à cotylidonib. dilacerãtis.

Ex parte humoris.

p. 5. text. 6.

Paræda lapsus.

P. lib. 3. c. 63 G. c. proprio.

Ex parte uteri.

Signa.

Cognoscitur immodicus menstruorum fluxus ex patientis aut adstantium relatione, quemadmodum etiam causæ externæ. At si dilatatione tunicæ vasorum sanguis profluat, paulatim instillat, & tenuior est; uberior, & cum sensu quodam doloris, si ora venarum sint apertа; sin

ta; sin autem per apertionem vasis rupti dilacerativè contingat, repentino quodam impetu prosilit: Si ex humoris acrimonia, & mordacitate, comperies id ex dolore, levi illo quidem, sed molesto, circa lumbos, uterum, ac pudenda; ex sanguine, & virulentiâ sanguini cõmixta, & graviter olente, & quia lentus est fluxus initio, major in processu, qui ob concretum sanguinem interdum cum dolore supprimitur, ac denuò copiosius prorumpit, deniq; ex labiorum & gingivarũ sciss̃uris, quæ à vaporibus inde ascendentibus fiunt. Sanguinis copia dignoscitur ex conferentiâ, ac tolerantiâ, corporis consistentia, & habitudine bona, & quia vividior, coloratiorq; redditur fœmina, & ab aliis affectionibus liberatur, ac fluens sanguis ruber omnino est, ab adstringentibus læditur patiens, & si fluxio supprimatur, intumescit venter, quasi mulier prægnans sit, membra laxa fiunt, & fœmina valetudinaria evadit, quæ eadem signa jecoris robur, & sanguificandi efficaciam demonstrant, quo in casu dissenteria epatica sæpe toto juventutis tempore citra nocumentum contingit. Jam verò peccans humor dignoscitur, quia in corpore efflorescit color eidem similis, ex calore præterea aut frigiditate, colore, consistentiâ, substantiâ, & odore, & quia sanguine linteo excepto, exsiccatoq; in medio rubra est macula, in circuitu vero humoris redundantis notæ apparent; subinde si fluens sanguis colligatur super arenam siccam ac minutam, & in ferventissimo sole exsiccari sinatur, si bilios̃us fuerit, pallidus, aut viridis arenæ color evadet; si pituitos̃us, albus, & veluti muceus erit; si melancholicus nigrescit, quas notas posuit Hippocrates. Uteri vitia ex fœminæ habitudine dignoscuntur, nam decolor, marcida, vieta, fastidiens, confracta, & imbecilla redditur, aliaq; postea pejora sequuntur symptomata. Facultatis vitium ex defectu reliquarum causarum deprehenditur, ulcus ex sanie cum fœtore, dolore, & aliis, quæ ulcera concomitantur. Demum si ex utero ipso prodeat sanguis, niger, graveolentior & grumosior est; si ex venis cervicis, rubicundior, fluidior, nec adeò malè olens. Consideranda igitur sanguinis quantitas, qualitas, fluxionis duratio, ac delationis modus, amplioribus namq; vasis ruptis magna sanguinis copia confertim profluit: erosis verò & apertis parva, sed ab erosione cum dolore, ab apertione citra illum.

Sanguinis indicia.

1. de morbis mul. 37. & 119.

Sequuntur hanc affectionem sæpe gravissima mala, fœdus nimirum color, pedes molli tumore attolluntur, virium debilitas, vitiatur ciborum tum concoctio, tum cupiditas, tabes, syncope, hydrops, ac

Prognostica.

reliqua omnia quæ quamlibet immoderatam ſanguinis evacuationem ſequi conſueverunt ſymptomata, teſte Galeno, fœminas haſce infeſtant, nam &, Hippocrate dicente, ſi menſtrua plura fiunt, accidunt morbi, totius corporis præſertim, ſuppreſſis autem menſtruis ex utero morbi contingunt, nimius verò fluxus, ut declarat Gordonius, ducit ad ægritudines vel conſumptivas, vel cacheticas, aut ad paſſiones ventriculi; ſi ad immodicam evacuationem animi defectus ſequatur, malum ait Hippocrates. Porro immoderata ſanguinis fluxio in ſeneſcente muliere lethalis ut plurimum: in juvenculâ admodum periculoſa, ſi perſeverat, quia ad hydropem terminatur. At ſi per ſolis, aut Lunæ Eclipſin menſes profluant, rarò, inquit Apulejus, curantur, quia ora vaſorum occalluerunt, quod ego potius de conſueto, & antiquo fluxu dicendum puto, quia in eo venarum uteri ora diu aperta occalluerunt, & ſi ſupprimatur antiquus fluxus, periculoſum ducit Galenus ſæpius. Omnium difficilimè curatur fluor, qui provenit ex malâ uteri diſpoſitione, quia pars hæc facilè excrementa ſuſcipit, tum ratione ſitus, tum etiam ratione multarum venarum, quæ eò confluunt, tum denique ratione aſſuetudinis naturæ, quæ ſingulis menſibus per eam partem ſeſe exonerare ſolet; Præterea à profluvio ſanguinis deſipientia, ac convulſio malum. Si menſes decolores fuerint nec per idem tempus ſemper venientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam.

6. de locis 5.
5. aph. 57.
5. aph. 56.
Apulei ſententia.
7. aph. 9.
5. aph. 36.

Fluxus menſtruus per viam criſis in corpore pleno aut vitioſis humoribus redundante, ac cum patientis tolerantia cohiberi non debet; quod ſi ex partu, aut abortu proveniat, curatio petenda ex capitibus de partu, & abortu laborioſis; ſi ex ictu, caſu, medicamento exedenti, calore vel frigore, aliáve cauſa dilacerante, curatur victu parco, quiete, ſanguinis miſſione ex brachio, frictionibus, ac ligaturis partium ſuperiorum, & iis, quæ adſtringunt, atque conglutinant infra dicendis. Si à ſanguinis ubertate, victus ſit frigidus, & parcus, fiat ſanguinis miſſio conveniens, vitentur balnea, reliquum opus naturæ committendum, nec ejus motus aliter præpediatur, niſi magna impendeat ſpiritus reſolutio. Verùm ſi ex ſuppreſſâ aliqua evacuatione ſuboriatur, veluti fluxu ſanguinis per nares, aut hæmorrhoidas, aut per meatum urinarium, aut per manuum, & pedum fiſſuras, aut ex abſciſione ſudoris, tota curandi ratio poſt ſanguinis

guinis missionem, & purgationem in provocatione ejus evacuationis consistit. At si (quod plerumque fit) ex humoris alienâ qualitate accidat, si quidem à bilioso, & calido sanguine fiat, quinque remediorum generibus utendum erit. Primo victu refrigerante ex extremitatibus animalium, vituli præsertim, vel arietis, aut ex pullorum carne assâ, vel coctâ cum lactucâ, scariolâ, cucurbitâ, acetosâ, portulacâ, quibus sine carne in cibo vescendum erit, aut pulticulâ, ex duabus partibus cremoris hordei paratâ, & unâ lactis amygdalini cum sacharo, & aqua rosacea, vel ex amylo, aut etiam panatella ex panis medulla abrasa, cum butyro, sacharo & aqua rosacea, Lusitani vocant *caldo demiolo depam*; ex fructibus conveniunt pyra, cotonea, mala granata, mespila, fructus berberis conditi, aut ribes. Potus esto aqua chalybeata, aut ex ignito auro, vel cocta cum mastice, hordeo, vel coriandro præparato, cui immisceri potest rob. de ribes vel sirupus de berberis: exercitium vitetur, & omnis laboriosus motus, aut violentus; somnus sit moderatus vel paulò longior, aër subfrigidus, citra excessum tamen, quia excedens frigiditas humores ad interiora impellendo fluxum auget, nimius enim calor internus ac externus attenuando nocet: fugiat vinum & aromata omnia, ac diuretica, aquosos que cibos, quales fructus horarii, & inter olera ea, quæ valde humida sunt, & flatulenta.

Curatio à bilioso sanguine si fiat.

Panatella Lusitana.

Excedens frigiditas fluxum auget.

Secundo avertentibus, ut sanguinis missione factâ semel & bis, aut quoties necessitas postulat, & vires tolerant, paulatim tamen ac per intervalla digito foramini applicato, tundenda autem primò basilica vena, deinde salvatella dextræ manus, subinde cucurbitula jecori, & nonnunquam lieni aut sub mammis affigenda, ut monuit Hippocrates, si tamen fluxus diu perseveraverit, hirudines hæmorrhoidibus applicentur, ut altero excitato fluxu prior subsistat.

Aversio.

Sanguinis miss. paulatina. 5. aph. 5.

Tertio refrigerantibus, incrassantibusque serapiis, & apozematibus, contemperetur sanguis, utpote sirupo rosar. granatorum, de portulaca, de rosis siccis, myrtino, de acetosâ, de ribes, de berberis, cum aquis portulacæ, rosarum, acetosæ, capitum ros. plantaginis, sanguinariæ, cichorei, endiviæ, ac similium, ut si pluribus dieb. capiat patiens ℥ ij *sirupi myrtini vel granatorum, cum* ℥ iij *aquæ capitum ros. vel portulacæ, vel* ℥ v. *hujus apozematis, hordei mundi leviter tosti p. ij. foliorum portulaccæ, acetosæ, polygonij, plantaginis, sanguinariæ, an. m. j.*

Contemperantia.

capitum rosˢ. p. j. coquantur in ſ. q. aquæ pluvialis ad ℔ *ij* ß., *colaturæ adde ſirupi cydoniorum, myrtini an.* ℥ *ij, fiat apozema clarum aromatizetur* ℥ j ß. *ſpecierum diarrhod. abb.* frigidæ etiam potio, aut dilutiores ſirupi hoc in caſu conceduntur, ſi modo fœmina carnoſa ſit, ac boni habitus, nec aliud ſubſit, quod impediat.

Frigida potio.

Purgatio.

Quarto, ſi his fluor non detineatur, bilioſum humorem ſubeſſe conjectandum eſt, quem purgare tentabimus pharmaco, quod habet *rhabarbari electi, cort. mirob. citr. an.* ʒ ij *infundantur per noctem in* ℥ *iiij aquæ portulacæ colaturæ adde mane ſirupi ex* 9. *infuſ. roſ. ſiccarum* ℥ j. *pulpæ caſſiæ, & tamarindorum an.* ℥ ß. *miſce, capiat in aurora:* aut ℞ *decoctionis bilioſæ vel ſeri caprini, aut decocti capitum roſar. florum cord. & tamarind.* ℥ iij *in quibus infunde parem quantitatem rhab. & myrobal. & adde ſirupi ex* 9. *infuſ. roſ. ſiccarum* ℥ ij. mirificè etiam prodeſt ſumere ſingulis diebus manè & veſperi ℥ iiij. *aut* v. *ſequentis decocti, foliorum cichorei, ſcariolæ, lupulorum, fumariæ, borraginis, ſanguinariæ, portulacæ an. m. paſſularum* ℥ j ß. *prunorum numero* xv. *flor. cord. an. p. j. aniſi* ℥ j. *quatuor ſeminum frigid. major. an. p. j. fiat decoctio ſecundum artem in ſero caprino, vel aqua pluviali ad* ℔ ij *in fine adde foliorum ſenæ* ℥ j ß *medullæ carthami* ℥ iij, *colaturæ miſce ſucci roſar.* ℔ ß, *ſucci intybi* ℥ iij *ſachari q. ſ. fiat apozema clarum aromatizetur* ℥ j. *ſpec. triaſandali: vel cum ulteriori decoctione fiat ad formam ſirupi cui addi poſſunt* ℥ ij *rhabarb.* quòd ſi vitellina bilis commiſceatur admiſcenda ſunt, quæ pituitam purgant, de quibus infrà. Eſt etiam ex uſu ter, quaterve citra dierum intervalla hunc bolum exhibere, *ſachari roſ.* ℥ j. *pulveris rhabarb.* ℥ ß. *aut* ʒ ij *miſce. Plura vide c. de uteri intemperie calida.*

Decoctum.

Bilis vitellina.

Bolus.

Quinto iis, quæ flavæ bilis fervorem compeſcant, ac frenent, qualia ſunt refrigerantia, & adſtringentia, quæ per os aſſumpta ebibuntur, aut devorantur, aut utero admota, induntur, vel extrinſecus applicantur. Intus quidem aſſumuntur potiones, pilulæ, & opiatæ: offeratur itaque poſt univerſales evacuationes ſerum caprinum, aut lac ipſum, ſi febris non adſit, ptiſanæ cremor, farrum cum jure pulli, ſirupus de agreſta, de berberis, de ribes roſ. borraginis, acetoſæ; de ſucco plantaginis, de ſucco acetoſæ, de roſis ſiccis, de muſcilaginibus, de portulacâ, de papavere, cum decocto hordei, plantaginis, lactucæ, ſolani, ſymphyti, burſæ paſtoris, capitum roſar. ex quibus etiam ſtillatitiæ aquæ probantur, ac minus faſtidioſæ ſunt, aut aquâ

Fervorem ſedantia.

Aſſumenda.

Potiones.

in quâ

in quâ sæpius extinctum sit aurum ignitum, ad sistendum fluxum, & somnum conciliandum mihi expertus est potus, qui habet *sirupi, papaveris, myrtillorum an.* ℥ iiij, *aquæ symphyti, plantaginis an.* ℥ ix *pulveris diamargaritonis frigidi* ℥ j. *boli armeni* ℥ ß, *misce sæpius, capiat* ℥ iv. *aut* v. quo tempore se componit ad somnum. Inter devoranda hæc mixtura sive opiata valde probatur, *conservæ rosar. antiquæ, conservæ symphyti an.* ℥ j. *pulveris trochiscorum de Karabe, tragacanti, spodii, boli arm. præp. corall. rub. præpar. masticis, balaustiarum, acaciæ, gum. arab. an* ℥ ß. *cum sirupo myrtino fiat confectio, cui addi possunt* ℥ iii *micletæ.* Opiatæ, sive conserva. est etiam magnæ utilitatis altera, quæ recipit *carnis Cydoniorum conditæ* ℥ j ß. *trochiscorum de spodio, terræ sigillatæ, pulveris diamargaritonis frigidi, specierum diapapaveris albi, diatragacanti an.* ℥ j., *cum sirupo cydoniorum, fiat opiata, cujus dosis magnitudo majusculæ avellanæ cum* ℥ iii *aquæ plantaginis, vel bursæ pastoris.* Prodest triphæra minor, sed mirum in modum valet assumere singulo mane cochleare unum conservæ de scoria ferri, quæ ex Rasio sic paratur; *myrobalan. Emblicorum, belliricorum an.* ℥ v. *spicæ, squinanti, cyperi, zinziberis, piperis nigri, ameos, olibani, sive thuris an.* ℥ ij, *scoriæ ferri præparati per hebdomadam in aceto, deinde extractæ & torrefactæ* ℥ xv. *omnia subtiliter pulverizentur, & cum melle despumato, vel cum sacharo fiat conserva,* curat fluxum uteri, ventris, hæmorrhoidum, & omnem aliam. Scoriam tamen exactè præparare docet Quiritus de Augustis in luminari apothecariorum. Pilulæ hæ sunt etiam utilissimæ, *olibani, masticis, myrrhæ, an. ℥ j. boli armeni* ℥ ß, *pulverizentur subtiliter, & cum succo cydoniorum fiat massa,* cujus decima pars accipiatur vesperi ante cibum; conveniunt etiam pilulæ de bdellio. Quod si nec his quidem fluxus sedetur, ad narcotica veniendum, qualia sunt *requies magna, Athanasia, Philonium Romanum, Persicum, vel Tarsense, quorum dosis* ℈ iij *pro fortioribus, pro aliis* ℈ ij *aut* ℥ ß *in* ℥ ij *vini adstringentis, & una aquæ rosar.* In eundem usum pilulæ hæ conficiuntur, quæ mitioris sunt facultatis, ℞ *calchanti, opii, thuris, masticis, coriandri tosti an. g. j.* ß *terantur diligenter, & cum sirupo de ribes fiant pilulæ* v, vel septem accipiendæ noctu quatuor quinquéve horis post cœnam, quæ tamen omnia, quia sanguinem quasi congelant, cum præmeditatione & non nisi urgente necessitate sunt exhibendæ.

9. ad Almans. c. de hæmorrhoid. Conserva de scoria ferri.

Distinct. 2. descript. 24. Pilulæ.

Narcoticæ.

Admonitio.

Vtero immittenda.

Porro, quæ utero immittuntur, aut injectiones sunt per methencritem, sive uterini clysteres dicti, aut pessi; injectiones commodè fiunt ex iis, quæ adstringunt, & ora venarum consolidant, ac retundunt acrimoniam humoris, nam ad hos tres scopos medicus collimare debet, ut ex aquâ vel succo plantaginis, solani, portulacæ, sanguinariæ, & similium, aut ex decoctione earundem herbarum, rosarum, & myrtillorum, aut ex cremore ptisanæ, vel decocto hordei, & orizæ torrefactæ cum muscilagine tragacanti, & pulvere adstringenti, & si accipias *succi polygonÿ* ℥ iiij, *muscilaginis tragachanti extracta in eodem sueco* ℥ j, *amyli* ℥ j, *aquæ capitum ros.* ℥ iij *misce, infundatur per methencritem.* Ex quibus etiam herbis, succis, & aquis cum jam dictis pulveribus, & albumine ovi pessarii conficiuntur, ut ℞ *succi plantaginis vel centinodiæ* ℥ ij, *pulveris trochis. de Karabe, acaciæ an.* ℥ j, *cum albumine ovi unius misceantur, & involvantur serico panno*, majoris virtutis est alius, qui habet *pulveris hypocistidis, acaciæ, boli armeni, sanguinis draconis, radicis consolidæ, arnoglossæ, gallarum an.* ℥ ß, *succi portulacæ vel sirupi de rosis siccis, aut myrtillorum q. s. excipiantur bombace:* facilius paratur ex semimanipulo portulacæ, plantaginis, aut polygonii, vel alterius herbæ convenientis contusæ, & linteo involutæ, aut ex unguento comitissæ lanâ excepto, & utero indito, commode etiam conficitur ex *ovi albumine agitato cum pulveris tragacanti, farinæ volatilis an.* ℥ j ß, *amyli* ℥ ij, *succi bursæ pastoris* ℥ ß. Verùm, si patiens virgo sit, nascalia potius ex usu erunt, quæ ex eadem materia conficiuntur lana, aut bombace excepta, at non intus immittuntur, sed osculo pudendi adhibentur, quo differunt à pessariis. His tamen remediis cum prudentiâ utendum, & non nisi re prius communicatâ cum matre ægrotantis, aut assistente seniori, alioqui fœminæ, præsertim nobiles, præcipuæ, aut juniores solent ea ægre tolerare, & medicis irasci; utuntur quidam suffitu ros. aut myrtillorum, quod minimè probo, quia usta materia bilem exasperat. Exterius fiunt encatismata seu incessiones *ex decocto foliorum pirorum, quercus, prunorum, balaustiarum, corticum granatorum, granorum myrti, sumach; quarum rerum partes æquales bulliant ad tertias in s. q. aquæ pluvialis addito in fine modico aceto*, ex decocto tepido aut frigido fiat, incessio, ex fecibus emplastrum ventri, & posteriori etiam parti applicandum, quod in omnibus quæ utero applicantur, observandum est. Quod si materia frigida sit,

Clyster uterinus.

Pessi.

Admonitio.

Suffitus.

Encatisma.

da sit, addes in decoctione *foliorum absinthij, menthæ, spicæ, an. m j.* ab incessione venter inungatur hoc aut simili linimento, *olei myrtini, cydoniorum, mastichis an.* ℥ j. *Pulveris boli armeni præp. sanguinis draconis, trochiscorum de Karabe an.* ℥ j. *aceti cochleare j. ceræ q. s. fiat linimentum, aut unguentum*: aut adhibeatur unguentum comitissæ, quo renes, umbilicus, & prope os pubis inungatur; vel iisdem partibus applicetur emplastrum contra rupturam, aut hoc aliud, quod mirificè sistit omnem fluxum non solum uteri, sed etiam sanguinis per nares, ex pectore, ventriculo, aut aliis partibus; habet autem *gummi tragacanti torrefacti* ℥ ß *corallij albi, & rubei, ossis dactylorum combust. hypocistidis an.* ℥ j ß, *balaustiarum, scoriæ ferri præp. mumiæ, sanguinis draconis, boli armeni, terræ sigillatæ, mastichis an*, ℥ ij, *pomorum cupressi, corticum thuris an.* ℥ ß. *bdellij torrefacti, styracis, calaminthæ, trochiscorum de terra sigillata an.* ℥ j. *foliginis camini, plumbi usti an.* ℈ j. *picis colophoniæ, glutinis piscium aceto macerati an.* ℥ j. *secundum artem fiat emplastrum, panno coccineo applicetur.* Ejusdem est efficaciæ hoc cerotum *boli armeni, terræ sigillatæ, sanguinis draconis, thuris, mastichis, myrrhæ an.* ℥ ij. *pilorum leporis combustorum* ℥ iij *acaciæ, hypocistidos an.* ℥ j *seminis acetosæ, plantaginis, portulacæ, cydoniorum an.* ℥ ij ß *subtiliter pulverizentur, ac cum oleo rosar. omphacino incorporentur, & additis pice & cera, fiat magdaleon*, cujus portio super corium extendatur, & dictis jam partibus adhibeatur. Possunt præterea inungi eædem partes unguento rosar. vel refrigerante Galeni admixto aliquo ex prædictis pulveribus, semper cavent*es*, ne frequenter actu frigida utero admoveantur, solent enim transpiramenta cutis obserare, ac subinde majorem fluxum concitare; exemplo sunt menstruatæ mulieres, quibus uberius menses profluunt, si, cum jam sisti incipiebant, munda indusia accipiant. Si pituita huic malo initium præbeat, syrupi conficiantur ex decocto corticum granatorum, balaustiarum, symphyti, bursæ pastoris addito syrupo de Ribes, de rosis siccis, & paucomelle ros. Purgatio verò sic concinnetur, ℞ *agarici trochiscati* ℈ iiij. *diacatholici* ℥ j. *misce, fiant boli, aut eadem agarici quantitas infundatur in* ℥ iiij. *aquæ capitum ros. per noctem, manè factâ colaturâ, & expressione adde sirupi ex 9. inf. ros. sicc.* ℥ j. *diaphœnici, aut electuarij Indi, vel confectionis hamech* (si melancholia abundet) ℥ iij, *misce, fiat haustus.*

Linimentũ.

Emplastrũ.

Cerotum.

Admonitio.

Curatio ex pituita.

Curatio si ex seroso sanguine fiat.

Quod si ex seroso sanguine affectio concitetur, investigandum prius ob jecoris invalidam virtutem, an quia sanguis à renibus haud debitè expurgetur id fiat, reductoque jecoris temperamento, & renibus deobstructis, & præpurgatis, primò crassior victus ac tenacioris substantiæ constituendus, utpote caro perdicis, & extremitates vituli, aut arietis, amylum, oryza, ova sorbilia, potus parcus ex aqua chalybeata, aut cocta cum mastice, & coriandris, vel vino rubro adstringente, præsertim si humor sit admodum frigidus, & vires collapsæ; somnus esto longior, aêr temperatus, exercitium moderatum, per intervalla, aut eius loco leves fiant frictiones, & ligaturæ partium superiorum. Rejicienda enim est Pauli & Aëtii sententia, qui femorum frictiones in hoc casu fieri jubent, cum potius hæ à superioribus deorsum trahant, & contra præceptum sit diversionis, quæ ad contraria fieri debet, infernis etiam laborantibus superna vincire, exercere & fricare convenit; itaq; constare eorum sententia non potest dum magnus est impetus, & copia magna; ubi tamen sensim fluit humor, locum tenere potest, quia crura ab utero derivant, ut superiori cap. diximus, securius tamen cucurbitulæ mammarum radicibus affigentur; Purgatio exercenda ex ℥ *j. pulveris rhabarbari tosti cum uncia conserva rosar. aut corticis mirobal. citrin.* ℥ j *agarici* ℥ *ß. dissolvantur in* ℥ iv *seri lactis, vel cum eadem conserva ros. fiat bolus*; excitandus deinde fluxus sanguinis narium aut vomitus: præter cætera tamen sudores movere utilissimum est, quod Avicenna fieri iubet decocto Asari, apii, & rubeæ, nos decoctum radicis chinæ, aut sarsæ usurpamus, quæ qua ratione parentur videre est infra cap. *de humida uteri intemperie*, vomitum vero cientia c. *de uteri strangulatu.*

Vinum in quo profluvio concedatur.

Paulus & Aetius taxantur.

P. lib. 3. c. 62

A. l. 16. c. 64

Purgatio.

Sudor.

Curatio. si ex venarum apertione.

Si fluxus proveniat ex eo, quod uteri venæ aut ipsius cervicis sunt apertæ, aut ruptę, reliquis non neglectis, præcipua curandi ratio in iis sita est, quæ in uterum immittuntur, adhibita tamē distinctione, nam si venæ uteri sint læsæ, iis quæ per metenchriten injiciuntur, sin autem eæ, quæ ad cervicem terminantur, pessariis potius utendum est.

Si fiat ab erodente humore.

Si tandem propter arrodentem humorem vena sit exesa, usurpandus erit sirupus de muscilaginibus, & purgatio per Epichrasim facienda, ne conferta acuti humoris ad intestina effluxio dissenteriam provocet, & ut paulatim benignior sanguis reponatur. Utendum igitur manna, cassia, sirupo ex infus. ros. infuso rhabarbari, aut myrobalano-

lanorum in ſucco granati, vel portulacæ; conveniunt etiam cucurbitæ ſine ſcarificatione, ne ſanguine miſſo humor magis effrænetur; poſthæc exhibeatur ſæpius radicis filipendulæ ℥ j. in ovo ſorbili, quæ mirè omnem ſanguinis effluvium ſiſtit, aut ſirupus conficiatur ex ſucco eiuſdem cum ſacharo.

Erit tamen operæ pretium pauca quædam adjicere, ut ſit tyronibus catalogus omnium ferè medicamentorum, quæ ſanguinem ſiſtunt: Ea verò in genere aut ſimplicia ſunt, aut compoſita: & rurſus aut intus aſſumuntur, & ſunt potanda devorandaque; aut exterius applicantur, ut ſunt inceſſiones, balnea, fomentationes, olea, linimenta, unguenta, emplaſtra, cerota, naſcalia; aut ſinui muliebri induntur, ut peſſi, & uterini clyſteres. *Catalogus eorum quæ ſang. ſiſtunt.* *Simplicia.* Inter ſimplicia connumeranda veniunt, aqua pluvialis, amylum, hordeum uſtum, farina volatilis, albumen ovi, lac vel aqua extinctionis chalybis, lapidum, vel auri, oryza, Polygonium, myrtus, plantago, burſa paſtoris, ſymphitum, portulaca, acetoſa, urtica, ſive galiopſis, radix, ſymphyti, nympheæ, chelidoniæ, ſandali omnes, flores cydoniorum, & roſ. pirorum; cortices granatorum, glandium, aut capuli earum vel roſarum capita, caſtanearum cortices, fabarum, lentium, balauſtia, hypociſtidis, cydonia pira acerba, & auſtera, meſpila, ſorbæ, nuces, cupreſſi, gallæ immaturæ, glandes, ſumach, uva omphancitis, fructus ribes, berberis, ſemen uvæ, plantaginis, portulacæ, acetoſæ, puiveres margaritarum, boli armeni, terræ ſigillatæ, ſpodii, cornu cervini, lapidis hæmatitis, corallus, ſanguis draconis, gypſum, acacia, gummi arabicum, tragacantum, thus, maſtix, colofonia, Karabe, mumia, coagulum leporis, hædi, cervi, cinis oſſium cruris bovis, ſcoria ferri, ſtercus aſininum, ſpongia uſta, caſeus lactis capræ, necdum ab hœdo ſuctæ: Inter quæ calida ſtiptica ſunt aniſum, ciminum, naſturtium torrefactum, coriandrum, thus, & cortex ipſius, maſtix, poma & folia cupreſſi, ſtyrax calamita, alumē, myrrha; ſalvia vero ebibita aut appoſita mēſes evocat, ſuffita ſiſtit. *Calida ſtiptica.* *Potiones.*

Ex quibus componi varia poſſunt; aſſumenda quidem, ut *boli armeni* ℥ ii *coquito in aqua chalybeata colaturæ porrige* ℥ ii, *vel ſumito ſcoriæ ferri cremata, & in aceto extinctæ, ac ſubtiliter pulverizatæ lapidis hæmatitis an.* ℈ ß, *Sirupi myrtillorum, & roſarum an.* ℥ ß. *aquæ plantaginnis* ℥ iii, *miſce, aut præbetur* ℥ i, *trochiſcorum de Karabe, de ſpodio, vel de terra Lemnia cum modico vino auſtero, & duplo aquæ plantaginis;*

vales

valet etiam succus millefolij cum sacharo, vel ℥ j. pulveris corticis radicis mori, & capulorum glandium cum vino nigro, aut par quantitas gummi arabici, aqua plantaginis dissoluti, additis guttulis vini austeri. Sequens medicamentum sæpius exhibitum tantæ est efficaciæ, ut affirmet Gainerius, in eo errorem inveniri nunquam, nisi fluxus ab ulcere proveniat, recipit autem *succi stercoris asinini, sirupi myrtillorum an. ℥ ß aquæ plantaginis ℥ j.* quod tamen nesciente muliere exhibeatur. Memini quidem expertissimum virum Emanuelem Vaezium avunculum meum, qui ob consummatissimum in arte medica judicium, & peritiam non vulgarem, fuit successivè quatuor Lusitaniæ regum, Johannis tertii, Sebastiani, Henrici, & Philippi secundi cubicularius medicus, quiq; sanguinis fluore per nares jam Septuagenarius sæpè divexabatur, stercus asininũ modicè exsiccatum in capsulâ semper ad manus habuisse, cui medicamento nullum aliud simile reperisse, sæpissimè referebat, præsertim si succo urticæ commixtum, cum siccum jam erat, aut recens per se naribus adhiberetur: probata est etiam potio, quæ recipit *aquæ portulacæ ℥ iij, sirupi portulacæ ℥ j, ß. trochiscorum de Karabe, de terra sigillata an. ℥ j. lapidis hæmatitis ℥ ß misce, detur singulis diebus cochleare* j *aut* ij, *aut succi urticæ depurati ℥ iiij, sirupi portulacæ ℥* j ß. Serenus laudat pulverem suberis in aquâ calidâ epotum; conficitur insuper syrupus ex succo radicis phylipendulæ, plantaginis, myrti, papaveris, capitum rosarum, de rosis siccis, acetosæ, portulacæ, symphiti, ex quibus etiam possunt fieri aquæ stillatitiæ, minoris quidem efficaciæ, sed gustui gratiores; hic tamen stillatitius liquor primum obtinet locum: ℞ *panem ex amylo, farina hordei, & orizæ recenter coctum, projce in ℔ vij aquæ chalybeatæ, & adde ros. rub. siccarum p. iij. succi plantaginis ℔ j. consolidæ majoris virentis leviter contusæ ℥ iij. caudæ equinæ m. j. medullæ pyrorum agrestium, & cydoniorum an. ℥ ij. portulacæ m. j. boli armeni ℥ j. balaustiarum, & sandalorum omnium an. ℥ ß. cuncta per alembicum stillentur, & accipiat mulier liquoris hujus ℥ j. ß sirupi portulacæ aut rosati ℥ ß misce; valet insuper sæpius assumere corallij rub. g. xv, cum vino rubro.*

Medicamentum egregiũ

Emanuel Vaez, autoris avunculus.

Stercus asininum.

Stillatitius liquor.

Devoranda. Devoranda sic parantur: ℞ *conservæ ros. antiquæ ℥ j. boli armeni, margarit. præp. pulveris succini, corallij an. ℥ ß. omnia cum sirupo plantaginis excipiantur, & detur,* aut ℞ *conservæ ros. ℥ ij. seminis plantaginis ℥ ij. pulveris coralli rub. præp. ℥ j. ß. lapidis hæmatitis, gummi arab. an. ℈ j.*

misce

misce, fiat bolus: vel cum sirupo myrtino, & trochiscorum de Karabe ʒ 1. fiat conserva: scoria ferri tenuissimè trituratur, & aqua ros. per horas xxiij. maceratur, ad ignem exsiccatur, ejusque præbetur ʒ 1. cum uncia conserva ros. Ovorum recentium adustorum, thuris, masticis, an. ʒ 1. margarit. corallij rub. præp. Karabes an. ʒ ij. lapidis hæmatitis, smaragdi præp. an. ʒ ß farinæ hordei sine furfure p. ij. albumina quatuor ovorum, aquæ chalybeatæ q. s. fiant duo panes, coquantur donec in pulverem possint redigi, cujus porrigitur ʒ ß, aut ʒ j. probatum est electuarium, quod recipit ovorum recentium albumina duo, thuris masculi, boli armeni, terræ sigillatæ an. ʒ ß misce, vel accipito carnus cydoniorum vino rub. decoctæ ʒ iiij. pulv. spodij, sanguinis draconis, cornu cervi usti, thuris acaciæ, gummi tragacanti an. ʒ ß lapidis hæmatitis præp. ϑ ß misce dosis ʒ iij. summo mane, ac superbibatur succi polygonij ʒ ß aquæ pulvialis ʒ j utilis est etiam alia mixtura, quæ sic paratur: ℞ conservæ ros. ʒ j. sirupi papaveris ʒ ß pulveris corallij ʒ j. marg. præp. trochiscorum de Karabe an. ʒ ß terræ lemniæ ϑ ij. misce, fiant boli deaurati; ejusdem fere virtutis sunt rotulæ hæ: accipe coriandrorum præparat. seminis acetosæ, plantaginis, an. ʒ ij terræ sigillatæ, boli armeni an. ʒ ß, specierum aromatici ros. gummi tragacanti an. ʒ j. ß subtiliter omnia pulverizẽtur, & cum saccharo in aqua plantaginis dissoluto fiant rotulæ singulæ ponderantes ʒ j. ß quarum una cum vino nigro exhibeatur. Laudantur etiam pilulæ, quæ recipiunt *pellicularum interiorum, quæ adhærent nucleis avellanarum sylvestrium ʒ ij, terræ sigillatæ, Trochiscorum de Karabe, pulveris pilorum leporis ustorum, conchularum ustarum, thuris, masticis, an. ʒ ß succi millefolij q. s. fiat massa pilularis cujus dosis ϑ iiij* fiant etiam aliæ quas scio esse magnæ utilitatis ex *folliculis, & floribus galeopsis herbæ, quæ alias dicitur urtica mortua, inter manus cum sale commixtis, formatisq; pilulis ad ϑ iiij.* valet præterea coagulum leporis correctum absynthio, mentha, myrto; Aut loch quod hac ratione paratur: *vini nigri chalybeati ʒ iiij gummi arabici, tragacanti, boli armeni, corallij rubei, pulv. myrth. coriandrorum præp. an. ϑ j. misce.* Consimilis efficaciæ est pulvis hic: ℞ *Lapidis hæmatitis torrefacti, cornu cervi usti, corallij rub. an. ʒ j. ß irrorentur cuncta, aqua ros. aut chalybeata, ac sole exsiccentur, dosis, à ʒ ß ad ʒ j; alius paratur ex ossium dactylorum ʒ ß sanguinis draconis ʒ j & amyli ϑ ij. aut præbentur ʒ ij. pulveris capulorum glandium, vel ʒ ij. thuris cum ʒ j. granorum granatorum torrefactorum:* mirifice tamen sistit omnem sanguinis fluorem pulvis, qui recipit *spongiæ lotæ, & ustæ, ac secundo*

Pilulæ.

Loch.

Pulveres.

eundò in aqua plantaginis ablutæ ℥ ij *raſuræ eboris, cornu cervi an.* ℥ j. ß *roſ. rub. corticum citri an.* ℥ j. *gallitrici, cyperi an.* ℥ ij. *ſacchari roſ. tabulati* ℥ ij. *miſce fiat pulvis*; valet etiam portulaca ſæpius commanducata ; aut pulvis, & vinum reſtrictivum, quorum deſcriptiones reperies cap. *de Nymphæa.*

Quæ utero induntur.

Clyſteres, qui in uterum înduntur, parantur ex eodem vino adſtringente, aut cocto cum ſolo cortice mali granati: aut ex ſucco ſanguinariæ, plantaginis, conſolidæ majoris, burſæ paſtoris, & ſupradictarum herbarum, vel ex decocto earundem cum pulvere boli armeni, & ſanguinis draconis, ac reliquis addito ſucco ſtercoris aſinini. Aut accipito *muſcilaginis, gummi arabici, tragacanti, extractæ in aqua plantaginis* ℥ ij. *ſucci plantaginis* ℥ ij. *vel* ℞ *ſucci polygonij* ℥ iiij. *aquæ capitum roſar. chalybeatæ* ℥ iij. *amyli* ℥ j. *muſcilaginis, gummi tragacanti* ℥ iij. *miſce, aut foliorum plantaginis, abſynthij, tapſibarbati, roſ. rub. an. m.* j. *balauſtiarum, caliculorum glandium querci an. p.* j *fiat decoctio in* 5. *q. aquæ pluvialis, colaturæ* ℥ iij. *adde pulveris maſticis trochiſcorum de Karabe an.* ℥ j. *per uterinum clyſterem infundantur.*

Suffitus.

Suffumigia (ſi in hoc caſu admittenda ſunt) fiant ex maſtice, pice, thure, ladano, ranis combuſtis, ungula mulæ, ſegmentis coriorum, ungula odorata, gallis, roſis, uvarum granulis, ſtercore aſinino, ex quibus trochiſci parari poſſunt. Singulariter tamen contra hunc fluxum peſſaria faciunt, quæ communiter conficiuntur ex prædictis pulveribus, admixtis ſuccis, albumine ovorum, & farina volatili, ut ℞ *pulveris radicis conſolidæ, arnogloſſæ, ſeu plantaginis, gallarum, ſanguinis draconis, boli armeni, an.* ℥ ß *ſucci portulacæ, aut ſirupi de roſis ſiccis q. ſ. miſce excipiantur bombace; vel balauſtiarum, olibani, acaciæ, aluminis uſti, terræ ſigillatæ an.* ℥ j. *cum ſtercore aſinino, ſucco plantaginis, aut quinquenerviæ, aut vino ſtiptico incorporentur, & cum goſſypio ſupponantur.* Aliud, *aluminis ſciſſi, acaciæ, gallarum, thuris, an.* ℥ j. *pulverizata incorporentur, cum ſucco plantaginis*; aut ℞ *cytinorum, foliorum cupreſſi, oleæ an. partes æquales cum aliquo ex prædictis pulverib. fiat peſſus:* Utiliſſimus alius eſt, qui recipit *aluminis, ſpodij, lapidis hæmatitis an.* ℥ j. *cumini toſti* ℈ j. *florum roſarum rub. nucum cupreſſi, foliorum myrti an.* ℥ j. ß *terantur omnia diligenter*, & panno excipiantur ad formam digiti; quibus urgente neceſſitate commiſceri poteſt *triferæ, micletæ, vel athanaſiæ* ℥ j.

Peſſaria.

Forin-

Forinsecus applicantur inprimis nascalia, quæ ex molliori lana, vel gossypio conficiuntur, similibus, quibus pessaria, medicamentis madefactis, & osculo uterorum appositis, quia virgines, ac mulieres pleræque pessaria non admittunt. Encatismata seu incessiones usque ad umbiculum fiunt ex prædictarum herbarum decocto, in quo mulier detineatur non quidem calido, sed tepido, aut actu frigido, quantum citra uteri læsionem tolerari possit, fiat autem decoctum in causâ frigidâ, ex *absinthij, menthæ, spicæ an. m. j. pomorum cupressi, foliorum myrti an.* ℥ ß. In calidâ verò causâ ℞ *foliorum pyri, quercus, prunorum, balaustiarum, corticum granat. granorum myrti, sumach. an. partes æquales, bulliant in aqua pluviali ad tertias, in fine addito modicum aceti, ex decocto fiat incessio, ex fece vero cataplasma*, quod ventri, & posteriori parti applicetur. Aut unguentum ex *olei myrrhæ, nenupharis, cydoniorum an.* ℥ ij. *succi plantaginis, linguæ passerinæ, caudæ equinæ an.* ℥ j. *coquantur ad consumptionem succorum, & adde corallij rubei, seminis plantaginis, myrtillorum, cerussæ, boli armeni, pulveris conchularum an.* ℥ ij. *ceræ q. s. fiat unguentum*. Aut hac ratione emplastrum paretur, ℞ *cytinorum, gallarum, hypocystidos, boli armeni, stercoris caprini, an. partes æquales, colæ, quæ fit ex pellibus bovis dissolutæ in posca* ℥ j. *olei cydoniorum, myrtini an.* ℥ j. ß *tento igne fiat emplastrum molle*; conficitur etiam aliud ex albumine ovi conquassato cum gypso, pulvere thuris, masticis, balaustiarum, aut cum pulvere restrictivo, vel ex carne cydoniorum, ex pyrorum agrestium, coctis in vino rub. austero cum pulveribus conchularum, boli armeni, cornu cervi usti, gummi arabici, & farina orizæ: magnificè etiam sistit aliud, quod habet *masticis, olibani, mumiæ, sanguinis draconis an.* ℥ j. *albumina duorum ovorum, succi arthemisiæ* ℥ ß *caudæ equinæ* ℥ iij. *fiat cataplasma. Papyri combustæ, cornu cervi usti, limaturæ ferri præparat. an.* ℥ j. *pulveris corticum glandium* ℥ ij. *cum aceto, & ovi albuminibus fiat emplastrum*. Aut cerotum hoc, *boli armeni, terræ sigillatæ, sanguinis draconis an.* ℥ ij. *thuris, masticis, myrrhæ an.* ℥ j. *pilorum leporis combust.* ℥ ij. *acaciæ, hypocystidos an.* ℥ ß, *seminis acetosæ, plantaginis, portulacæ, cydoniorum an.* ℥ j. ß *olei omphancini, succi plantaginis an.* ℥ vj. *lentè bulliant ad succi consumptionem, & adde ceræ q. s. fiat cerotum*.

Extrinsecus admovenda.

Nascalia.

Encatismata.

In causâ frigidâ.

In calidâ.

Unguenta & emplastra.

Emplastrum.

Cerotum.

Reliquum est ut in applicatione præcedentium medicamentorum hos canones sive admonitiones diligenter observes. Prima,

Fluxionibus quæ ex vasorum disruptione fiunt convenientiora esse glutinantia, alijs adstringentia. Secunda, Topica utero convenientia non pubi duntaxat, verum etiam lumbis, & renibus adhibenda, quia ibi etiam uterus incumbit, & venæ per eas partes in uterum derivantur. Tertia, Extrinsecus utero frequenter frigida non adhibeantur, quia solent plerumque majorem concitare fluxionem ob rationem superius recensitam. Quarta, Nec etiam in uterum frigida crebro immittantur nisi calidorum aliquid per intervalla admiscueris, ne uteri virtus debilitetur. Quinta, Quæ adstringunt frigida actu applicãda esse, præsertim in causâ calidâ, ideo balnea, & fomenta calida in superfluo menstruo fluxu sunt vitanda, referente enim Hippocrate; *quacunq; refrigerata sunt excalefacere oportet, exceptis ijs, quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.* Sexta, In corrosione, aut apertione venarum localia præstantiora esse ijs, quæ per os assumuntur, quorum virtus eo non pervenit nisi admodum refracta.

Scholium.

Quatuor sunt præsidia, quibus frequenter in affectibus uterinis utimur, pessus, nascale, methenchrita, & encatisma; ideo quid quodlibet eorum sit, meritò hic explicandum venit. Igitur pessarium sive pessus, qui etiam nodulus dicitur sive glans, autore Paulo, quem etiam lemniscum vocare, & emotum quibusdam placuit, ut refert Rousſetus, est lana concerpta, & ad digiti figuram rotunda facta in qua pharmaca concipiuntur ac retinentur; verum non ex lanâ sola, sed ex panno etiam aut bombace, aut linimentis, & ex conducibilium herbarum radicibus hodie fiunt, quæ primum demerguntur in medicamentum morbo conducens, deinde involvuntur serico, & mulierum locis admoventur filo appenso, ut tempestivè extrahi possint. Verro non omnes pessarij ejusdem sunt figuræ, aut consistentiæ, nam quadruplicem eorum formam apud scriptores reperio, & eorum cuilibet peculiaria indita sunt nomina. Primus, quem jam ferè descripsimus, quatuor, aut quinque digitorum, ut intrinsecus loca attingere possit, colopus dicitur sive tyridon quasi collirium medicinale, & ad eas confert, quæ aborsum facere consueverunt. Secundus vocatur Splendonius à Cleopatrâ, qui ex lanâ factus, aut gossypio in modicam deducitur latitudinem, lateribus deinde collectis medicamento parte utraque linitur, & cum subjectum fuerit duplicatur, ita ut caput ejus dependeat quo facilius auferri queat. Tertius balanum dicitur aut scianus Ægyptius olivæ majusculæ magnitudinem habens. Quartus ovatus nuncupatur, & est pessus debitæ crassitiei longitudinis octo, aut

Pessus quid. P. lib. 3. c. 60. Sect. 5. c. 3.

Differentia pess. ex figura.

1.

2.

C. 35. Harmonia gynæciorum.

3.

4.

non-

uorem digitorum ex metallo vel ſubere cera tecto, ouatâ figurâ, funiculo quo revocari poſſit, ad alterum extremum alligato; intruditur locellis, poſt revocatum procidentem uterum, ut rectius contineatur. Alterius peſſarij prolixam facit mentionem Rouſſetus in prolapſu matricis convenientis, quem affirmat etiamſi mulier intra uterum ferat, non impedire, quo minus concipiat, uterum gerat ad juſtum tempus, aptè recipiatur genitura, utero adhæreat totoque gravidationis tempore geſtetur, quin etiam cum proprio viro congrediatur ipſo neſciente, quod peſſarium geſtet, ni ipſa velit, eumque proprium eſſe adſtruit ad indendum, & retinendum in propria ipſius uteri con- c. 40.
cavitate, non abſimilem ei quem depingit Paræus multis foraminibus extremo ſuo pervium, quo materiebus pateat effluvium, & uterus perſpiret liberius, niſi quod hic ex metallo, ille ex linteo, aut ex candela cerea perforata in modum penicilli fiſtulati paratur linteo, aut bombace obducto butyro recenti, pinguedine gallinæ, oleo roſato, ac vitello ovi juncto; communis tamen peſſus, & pluribus uſibus utilis figurâ conſtat tereti longitudine quinque digitorum, craſſitudine unius poplitis, ac qui tutiores fiunt linteo vel ſerico tenui indui debent, ut uterus uires medicamenti ſuſcipiat, acrimoniam non guſtet. Ex parte materiæ, tres maximè generales peſſariorum exiſtunt differentiæ, ut ex Antillo, Oribaſius refert, alij ſiquidem emolliunt: alij adſtringunt: alij aperiunt, & uterum purgant. Emollientes, uteri inflammationibus, tumoribus duris, ſtrangulatui, exulcerationibus, & alijs ſimilibus affectibus conveniunt, fiuntque ex cera tyrrena, oleo cyprino, amygdal. dulc. pinguedine anſeris, aut gallinæ, butyro inſulſo, reſinâ, medullâ cervinâ, fœnugræco, & conſimilibus, in quem uſum etiam peſſus, qui à colore, & utilitate aureus dicitur, in hunc modum paratur, croci, æſipi an. ʒ j. medullæ cervinæ ʒ ij, reſinæ, terebentinæ, cera, adipis anſerini an. ʒ iij ovorum toſtorum lutea xvj. olei irini, & roſacei ex æquo q. ſ valet ad duricies, dolores, & inflammationes uteri, ſæpiuſquè nobis impoſterum ex uſu erit. Aperientibus utimur, cum purgationem ſuppreſſam promovere conſilium eſt; fiunt ex melle, arthemiſia, mercuriali, diptamo, braſiccâ, porro, ſucco rutæ, ſcammonio, & radice rubiæ, iridis, apij, enulæ, fœniculi, ſuperficie deraſa, & illita oleo, liliorum Jhaſminorum, coſti Euphorbij, theriaca, & alijs jam dictis cap. de ſuppreſſione menſtruorũ; hi vero nocte non dimittendi in utero, aut ipſius collo ne phlegmonem aut febrem excitent, aut exulcerent; quod ſi contingat, uterum diluere oportet decocto malvæ, cum oleo roſato, & butyro recenti inſulſo, cremori hordei, vel lacte, ut concitatus ardor mitigetur. Adſtringentes in contrarium uſum adhibentur, nam fluxum cohibent & apertum contrahunt uterum, prolapſumquè reprimunt, de quibus hoc capite poſita ſunt exempla, ijs tamen, quæ uterum purgant, ſemper aliquid odoratum admiſcendum, ita enim uterus reficitur, & promptiùs attrahuntur humo-

Differentiæ ex parte materiæ.

Emollientes.

Peſſus aureus.

Aperientes peſſi.

Adſtringentes peſſi.

Naſcale. res purgandi. *Naſcale medicamentum eſt ex ijſdem fere paratum oleis aut linimentis, non tamen herbarum radicibus, aut ſolidâ aliâ re, ſed goſſypio, lanâ, cerâ, reſinâ, aut ficu exceptis, quia pudendi oſculo duntaxat adhibetur, muliebria non ingreditur, atq; adeo forma ſit molliori, ut melius adhæreat. Eſt enim differentia ſola inter peſſum, & naſcale, quod ille duriori teretiq; formâ muliebribus inditur, hoc molliori ſubſtantiâ pudendi oſculo tantummodò applicatur. Porro methencrita eſt inſtrumentum quo injectiones*

Methencrita. *fiunt, & uterini clyſteres adhibentur. Peſſarijs & methencritis cautè in fœminis utendum, quia uterum diſtemperare, inflammare, & exulcerare ſolent, in virginibus autem nequaquam uſurpanda. Encatiſma græcis, inceſſio*

Encatiſma. *latinis eſt, quæ ex decocto herbarum morbo convenienti parari ſolet, & nihil differt à fotu in materiâ ſed in formâ, cum balneo autem convenit, ut ſit quaſi balneum ventris, & partium inferiorum.*

Ad narcotica veniendum] *Narcotica, opiata, & ſtupefacientia medicamenta tribus de cauſis adhibentur propter dolores ingentes, propter longas vigilias, propter rebelles fluxiones, & deſtillationes contumaces, ut Galenus notavit 12. meth. cap. 1. tria etiam in eorum propinatione obſervanda. Primo ut ſenſus ſtupefiat. Secundo ut nullum in parte nocumentum promoveant. Tertio ut affectio inde maximè juvetur eodem autore 9. ſecundum locos.*

De menſtruis diminutis ac de eorundem ſtillicido.

CAP. VI.

Natura. CUm menſes guttatim fluunt affectio fit quam nomine à ſymptomate deſumpto, menſium ſtillicidium vocat Aëtius, qui ſolus inter antiquos ejus mentionem facit, & uteri ploratus etiam dicitur

Species. à Mercuriali, Hiſpanis dicitur (*ſangrelluvia*) præſertim quando ultra menſtruationis tempus affectus procedit in grandioribus fœminis, ac duplex eſt, aut enim cum dolore infeſtat (de quo ſequenti capite) aut ſine illo; & rurſus, aut tempore menſtruationis duntaxat contingit, & tunc ſymptoma eſt, de genere eorum, quæ per-

Affectus. tinent ad excrementa diminutè prodeuntia, aut toto ferè menſe, & tunc quidem in genere excrementorum immodicè fluentium conſtituendum eſt, quia fluit id, quod non debuerat, ſaltem ſi tempus excretionis intuearis, nam etſi, quod guttatim ſtillet, diminuti, tamen,

tamen, quod diutius fluat, aucti fluxus rationem subit; denique aut junioribus, & mediæ ætatis fœminis accidit, & tunc fit aut ex anguſtiâ vaſorum, aut multitudine obſtruente, non tamen omnimodè, aut à frigidis, impactis & pituitoſis humoribus qui ubertim fluere non poſſunt, quiq; ſolum id, quod tenue eſt, tranſcolari ſinunt, nam cum craſſum fluere nequeat, neq; tenue omnino detineri, ſtillatim prodeunt; quod idem facit ſanguinis fæculentia, aut acrimonia, tenuitasque ejuſdem, quæ facultatem expultricem perpetuo ſtimulat, quo in caſu conatu doloreque irritante menſes inſtillant; aut ex debilitate provenit ejuſdem expultricis virtutis. Aut certe quadragenarijs accidit fœminis, & quibus jam menſtrua incipiunt ſiſti, vel in totum defecêre, & tunc fit à debilitate retentricis, aut alteratricis, aut à ſeroſo humore nequeunte jam naturâ in illâ ætate humorem ad integram perfectionem deducere, præ debilitate, & languore caloris, aut in vaſis continere, præ eorundem infirmitate, & tunc quidem ſine conatu, dolorevè aut irritatione, imo plerumque citra mulieris ſenſum menſes hi aſſiduè dilabuntur, quæ omnes cauſæ poſſunt etiam in omnibus fœminis concurrere. Hic affectus non ſolum fœminis circa 45. annum, verum etiam ætate jam confectis ſolet accidere, quibus etſi ſanguis is per uterum interdum inſtillet, non propterea ætatem ſimulent, ſiquidem hæc purgamenta potius ex uteri, corporiſvè totius, aut partis alicujus vitio fit, quàm ex naturali conſuetudine. *Cauſæ.*

Signa morbi faciſe ex patientis relatione, & fluendi modo deprehenduntur; ideoque cauſarum tantum indicia proponemus. *Signa.* Plenitudo igitur dignoſcetur ex fœminæ habitu, ac totius corporis gravitate, laſſitudine, lumborum, ac renum dolore gravi, caput dolet, manus torpent, crura ſtupore corripiuntur, præſertim inſtantibus menſtruis, & ſi plus ſolito excernatur, levamen ſentiunt, ſanguis autem, qui excernitur, purus eſt, & inculpatus, tenuis, ac ruber. Sanguinem eſſe pituitoſum, atteſtatur ejus color, albicans enim fluit, craſſus, mucoſus, ac lente mobilis, fœmina etiam mollioris carnis eſt, alba, vitæ ſedentariæ, ac crapulis dedita, ejus muliebres loci jugiter madent, pigræ admodũ ſunt, ſomnolentiæ, tædioſę. Fœculentiæ indiciũ fuerit, ſi craſſus admodũ ſanguin exeat, inæqualis tamen *Plenitudinis indicia.* *Pituitoſus ſang.* *Melancholicus.*

tamen ex crassis, & tenuibus partibus constans, colore niger; si insuper fœmina hirsuta sit, subnigra, pravis dedita alimentis, mœsta, cogitabunda, male morigerata, & tandem sanguis potissimum instillat, dum per alvum excrementa vi depellere nititur.

Biliosus. Porro tenuis, & acris sanguis, ex mordacitate, consistentiâ, dolore, & exulceratione partium muliebrium dignoscitur; ex naturâ præterea, & colore excreti, & fœminæ habitu, & vitæ instituto, pruritu partium genitalium, ac doloris naturâ, qui quasi ulcerosus est, & major efficitur sanguine adhuc fluente, ex oris insuper amaritudine, & salsuginis sensu, denique quia os uteri acri madore, muscilaginoso saniosóq; plerumq; abundat. Si vero tenuis sine mordacitate, & acrimonia sanguis fluat, serosus est. Facultatem secernentem invalidam esse demonstrat excretio citra molestiam, & quia plerumq; citra fœminæ sensum, uti diximus, per ædes passim fluit, ac exercitio calidisq́; auxilijs major profusio sequitur, quia à calore adjutâ naturâ apertisq́; vijs, & humore ab exercitio commoto sanguis uberius fluit. Demum vasorum angustiam ex privatione reliquorum signorum facilè deprehendes.

Serosus.

Prognostica. Affectio periculo non vacat; nam humoribus abundantibus consuetam evacuationem deficere grave est, facultate autem imbecillâ paulatim augetur plenitudo, & corpus ad propellendum, resistendumq́; impotentius indies redditur. A pituitosâ vero cachochymiâ malus corporis habitus, hydrops, diuturnæ febres, graves, & importuni capitis dolores destillationesq́; exoriuntur. A fæculento humore depravati appetitus, pustulæ per universum corpus, melancholici affectus, & concalefacto humore furores fiunt.

Curatio. Recentiores fere omnes curant hunc affectum ut mensium suppressionem, & Aëtium sequuti, lectorem ad illud caput relegantes, in hoc dolorem, qui stillicidio conjungitur, sedare contendunt, quos nos fere imitabimur; nam quia ab ijsdem causis fit, sed minus intensis, ijsdem utendum remedijs, sed debilioribus, quæ inde petenda in curatione seorsim posità à singulis causarum generibus. Verum quia nos de mitigatione doloris cap. sequenti pertractabimus, nunc hæc pauca admonitione digna duximus. Pessaria ex aloë singulari quadam ratione vias reserare & sanguinem fundere; Inter reliqua autem præsidia huic affectioni apta quando ex plenitudine

Pessus ex aloë.

Si à plenitu dine

tudine oritur præter sanguinis missionem ex pede, inunctiones maximæ esse utilitatis, eas potissimum, quæ ex emollientibus attenuantibus fiunt, veluti ex oleo sesamino, liliorum alborum, de croco, vino albo fervefactis ad vini consumptionem interdum etiam theriacâ additâ. *Sanguinis missio.* Cùm vero pituita abundat, alijs prædicto capite appunctis non proficientibus, ad ea confugiendum, quæ humores attenuant & urinas cient, vel ad sudores per lignum, sarsam aut radicem chinæ excitatos, qui quâ ratione promoveantur cap. *de uteri intemperie humidâ*, Deo bene juvante, exponemus. *Curatio ſo à pituita.* Prodest insuper multis diebus assumere ℥ iij alicujus aperientis decocti cum ℥ ij oxymelitis, & Paulatina purgatio, ac tandem si reliquis malum non obediat, balnea sulphurea utilia erunt, vel fontanella in altero crure aperiatur. Si ex sanguinis acrimoniâ, & mordacitate fiat, curatur, ut difficultas urinæ, purgato prius humore per ea, quæ dicenda sunt cap. *de calidâ uteri intemp.* 3. remed. genere. deinde residuo contemperato sirupis refrigerantibus ibi positis aut decocto malvarum altheæ, & portulacæ, vel stillatitijs aquis earundem herb. cucurbitæ, seminis papaveris, & melonum cum sacharo, & sirupo de muscilaginibus, cujus hæc est descriptio ex Gradio c. de urinæ acrimonia; *seminis altheæ, malv. cydon. an.* ℥ i. *tragacanti* ℥ iii. *infundantur in aquâ tepidâ decoctionis malvarum, seminis papaveris albi, granorum alchechengi q. ſ. postea fiat fortis expressio, &* ℞ *prædict. muscilaginum* ℥ i. ß *ejusdem decocti malvæ* ℥ iii. *sachari opt. vel sirupi de portulaca q. ſ. misce pro una dosi.* *Sirupus de muscilaginibus.* Reliqua petenda ex nuper dicto capite. Si à facultatis expultricis languore affectio fiat, ipsa irritabitur, ac ejus motus supplebitur clysterijs uterinis acrioribus quidem ut; ℞ *Fermenti dissoluti in succo mercurialis cum modico aloë* ℥ i. eandem intentionem præstant pessaria ibidem posita, ac reliqua, quæ valentius menses provocare diximus per os assumpta, & utero admota, nisi quod nec sanguinis missio, nec frequens purgatio hoc in casu ex usu est, suffitus tamen prosunt. *Curatio ſi à debili ex pultrice.* At si ex retentricis impotentia proveniat affectio (quod tamen raro accidit) corroborantibus utendum, & ijs, quæ intemperamentum quod imbecillitatis autor est, corrigere valeant, quæ sicca esse debent, & adstringentia, hæc enim ad retentionem faciunt, cui humiditas contraria est. *Curatio ſi à retentricis infirmitate.* Tandem viarum angustiam emendare oportet, cognitâ causâ coarctante, quæ si inflam- *Si à viarum angustiâ.*

matio fuerit propriam petes curationem ex cap. *de uteri inflammatione*; si dislocatio, membri reductio ad pristinum statum medela erit; si siccitas, humectatio. Denique summa curationis erit, ut multitudinem evacues, facultates firmes, & meatus dilates. Reliqua ex c. *allegato*, & ex sequenti mutuanda sunt.

De menstruis difficilimis, & cum gravissimis symptomatibus.

CAP. VII.

Natura. SImilis est hæc affectio dysuriæ seu urinæ difficultati, quæ sane cum dolore molestiaq; fit, non enim satis est difficulter, sed cum his accidentibus evenire; eveniunt autem accidentia hæc sæpe instante purgatione, interdum etiam jam fluente, itaq; per menses difficiles affectionem intelligimus, in quâ sanguis, non solum guttatim, sed *Species.* etiam cum gravissimo dolore prodit. Symptoma quidem pertinens ad depravatam diminutamque actionem facultatis expultricis, sequens morbum in via, id est, obstructionem, nonnunquam continui solutionem, ut ulcus, aut erosionem; aut deniq; affectionem aliquam *Differentia.* dolorosam alicujus vicini membri. Prodeunt menses per hunc affectum interdum guttatim, nonnunquam etiam affatim, aliàs per intervalla, aliàs etiam continuè; & interdum citra ordinem, interdum ordinate.

Causæ. Fit ab ijsdem ferè causis, à quibus mensium suppressio, sed levioribus; non enim omnimoda obturatio adest, sed inæqualis vasorum uteri obstructio à sanguine denso, concreto, grumoso, ac fœculento, qui vasa distendit, & dum valida expultrix virtus excretioni nititur, eumq; movet, crassi, caliginosi, ac densi flatus elevantur, qui vasa, & partes vicinas distendentes graves excitant cruciatus, quoad grumus extruditur, aut sanguis stillatim profluit, aut certè affatim, quod etsi contingat, difficiles adhuc, ac diminuti censentur menses, quia indicium est copiam tantam existere, ut id quod excernitur, etsi plurimum videatur, respectivè tamen parum sit, quia multitudini non respondet. Secunda causa est ulcus aut tumor aliquis præter naturam in utero, & partibus vicinis, quæ à commoto san-

sanguine læsæ exacerbatęq; dolent. Tertia est humorum acrimonia, & mordacitas viscidis humorib. inhærens, unde redditur eorũ substantia inæqualis, & quia viscidi difficulter prodeunt, quia vero calidi acres, & mordaces cruciatus, & dolores inferunt, quo ad tandem manente, quod crassum erat, tenue sibi viam parat, & instillat.

Cognoscitur affectio, quia instante mensium purgatione, aut per octiduum ante, mulier sentit capitis dolores, ventriculi morsus, inquietudines, confractiones lumborum, & infimi ventris instar parturientis cruciatus intolerabiles, sæpè cum animi deliquio, convulsione, aut cordis saltu. Hæc in genere: grumum sanguinis, & ejus crassitiem peculiariter visu dignosces. Et quia in inguine altero vel utroque, ut refert Hippocrates, exiguus tumor persentitur à grumo incluso, quo excreto sanguineve fœculento dolores leniuntur, sed paulò pòst iterum redeunt: præterea quia dolores multò ante excretionis tempus exacerbantur, naturâ quasi parturiente, nitentęque concretum sanguinem per angustas vias propellere, ex quâ commotione aut aliunde si eleventur flatus, dolor fit tensivus, & ad tempus exacerbatur, cessatq; excreto flatu per uterum aut sedem, menses cum strepitu, sonitu, & murmure ventris inferioris profluunt, & undiq; dolores vagi fiunt, ac lumbis, & ilibus incumbunt. Si ulcus adsit ex prægressis causis, & notis particularibus dignoscitur; sanie vel pure cum sanguine mixto, & cum dolore fixo menses diutius durabunt, ulcere lacessente facultatem ad expulsionem: si ex acrimonia humoris signa petenda ex cap. superiori.

Signa.

Causarum signa.

Grumi signa.

Flatus.

Vehementius affligit hæc affectio steriles ac virgines, minùs vehementer eas, quę jam pepererunt; rei causam affert Hippocrates, quia ijs quæ pepererunt, venulæ fluidiores sunt ad menses, fluidas autem ipsas fecit purgatio illa, quæ fit à partu.

Prognosticũ. Primo de morb. mulierum.

Duplex curandi ratio; prima, quæ causam respicit; altera, quæ dolorem mitigat. Si igitur à fœculento, crasso, ac grumoso sanguine fiat, institutâ victus ratione tenui moderatoq; exercitio, curatur primo revellentibus simul, ac vacuantibus remedijs; itaque mittendus sanguis ex brachio, ut remeet ad superiora, si magna fuerit plenitudo; aut ex pede, si non adeo magna, quod tutius fuerit, quia etiam evacuat ab utero, & derivat, ut suo loco dictũ est: quod vero concretũ jam ibi est, & evacuari nequit, per os uteri evocetur,

Curatio.

Revulsio.

C. de supres menst.

cucurbitulis ſuris, & fœmoribus cum ſcarificatione adhibitis, & crurum ligaturis, derivatur etiam humor, ſi hæmorrhoidibus hirudines affigantur, idque ceſſante jam omnino menſtruo, & infeſtantibus doloribus; ſi enim antea applicentur, periculoſum eſt, quia derivatione facta impeditur purgatio, ni magna ſit copia.

Evacuatio. Secundo vacuantibus, hâc adhibitâ diſtinctione, ut in grumoſo fœculentoq; ſanguine phlebotomiam; in ulcere, flatuoſave, vel acri materia purgationem magis uſurpemus, igitur præparato humore per convenientes ſirupos, ut ℞ *ſirupi de muſcilaginibus* ℥ ii. *aquæ malv.* ℥ iii. *purgatio fiat, quæ bis, aut ter iteretur ex* ℥ i. *rhab. aut pulveris myrob. citr. cum* ℥ i. *caſſiæ aut mannæ, & tantundem ſirupi roſ. ſolut. diſſolutis in ſero lactis, vel in aquâ ſtillatitiâ malvarum, aut altheæ*, ſi materia calida, & acris ſit; ſin minus in decoctionis ſenæ pari quantitate additis loco caſſiæ ℥. iii. diaphœniconis. 1

Dolorem ſedantia. Tertio, ac præcipuè vias aperientibus, laxantibus, & dolorem lenientibus, ac modicè diſcutientibus, quæ omnes intentiones ijſdem ferè remedijs, quæ mixtas habeant facultates, præſtari poterunt: imò ab his ſæpe initio ſumpto ad reliqua venire non fuit opus. Ergo ſi materia craſſa, flatuoſa, fœculenta, aut tenax ſit, miva paſtinacæ ex melle convenit ad ℥ ii. ſingulo mane ſumpta: aut ad ingreſſum lecti, aut ℥ i. theriacæ, ſeu mithridatij, cum ℥ iii. aquæ melliſſæ, hęc enim præter jam dictas utilitates ſanguinem attenuant, & fundunt, quod concretum eſt: ad idem valet *decocti chelidoniæ, & capillorum veneris* ℥ iiii, *cum* ℥ ii. *mellis aut* ℥ i. *coaguli leporis, cum* ℥ iii. *aquæ graminis, aut radicum diureticorum, & liquiritiæ ſingul.* ℥ i. *paſſularum* ℥ i. ß *coquantur in ſ. q. aquæ fontanæ ad libram, colaturæ* ℥ iiii, *adde ſirupi de quinq; rad. capill. veneris, vel arthemiſiæ ſing.* ℥ i. tepidum bibat fœmina mane, & veſperi. 2

Externa. Subinde fiant inceſſiones, & crurum lotiones ex decocto altheæ, ſeminis lini, fœnugræci, anethi, rutæ, arthemiſiæ, in quo calido pedes aliquantiſper detineantur, & evaporationem recipiat, ac ſpongijs in eodem madidis muliebres loci madefiant, ac venter inferior poſtea lanâ ſuccidâ vino, & oleo roſ. imbutâ foveatur, vel veſicâ tepido oleo ſemiplenâ; utilius tamen fuerit umbilicum ac inferiorem ejus regionem inungere oleo de croco, liliorum alborum, ſeſamino, de ſemine lini, caparorum, de vitellis ovorum, amygdalarum dulcium, in quibus vel aliquo eorum diſſolva- 3

ſolva-

solvatur dragma theriacæ. Quod si pessus in eadem intinctus muliebri sinui imponatur magnæ esse solet utilitatis, aut prædictas partes inungere axungia gallinæ cum butyro, vel butyrum, & aliquod ex prædictis oleis commiscere cum superiori decocto herbarum, ex quibus etiam sacculus parari potest. Est insuper utilissimum unguentum, quod habet *succi angelica* ℥ i, *olei caparor. liliorum alborum an.* ℥ i. ß *vini albi* ℥ ß *cum cerâ secundum artem fiat unguentum*; Paratur etiam cataplasma ex æquis portionibus medullæ panis, ac semine lini in aqua mulsa, sed majoris efficaciæ est aliud, quod sic conficitur; *olei communis, vini dulcis, butyri recentis an.* ℥ ii. *furfurum medianorum* (quas Lusitani *semeas* vocant) ℥ iii *bulliant leviter, & calidum applicetur, ac frequenter iteretur.*

Pessus. *Sacculus.* *Unguentum.* *Cataplasma.*

At si materia acris, & erodens fuerit, levioribus inunctionibus, fomentis, & infusis utendum erit, qualia parantur ex solâ aquâ tepidâ, vel ex aquâ portulacæ, aut lactulæ cum emulsionibus seminum frigidorum. Inunctiones autem fiant ex oleo amygdalarum dulcium, violarum, ros. de semine melonum, cuburbitæ, aut ex unguento ros. & resumptivo.

Si a materia acri.

Si tandem ex ulcere dolor suboriatur, ulceris curationē repetes c. proprio *de uteri ulceribus*; dolor autem mitigabitur infusis per uterinos clysteres *ex aquæ mulsæ* ℥ iiii, *vel si calor sit magnus, saccharatæ cum* ℥ i. *trochiscorum alborum Rasis*; *vel ex* ℥ iii. *aquæ aluminosæ*, quæ mirabiliter prodest, *vel tantundem decocti hordei cum* ℥ i. *sirupi ros. aut aquæ lactis cum sacharo, aut ex lacte ipso ad* ℥ i. ß *cum pari quantitate decocti foliorum vel seminis plantaginis, quibus addi licet* ℥ ß, *emulsionum seminum frigidorum*; ac si dolor vel ardor sit vehemens, infundantur ℥ ii. *decocti Ihoschiami vel papaveris albi*; denique alijs non proficientibus, prædictis decoctis opiatorum aliquid misceatur, ut g. v. opij thebaici, quibus tamē cautius utendum ne nimis infrigidato utero, sterilis fiat mulier. Porro ulcere præsente à vaporationib. & fomentis abstinendum, quia ulcus humectant, & consolidationem impediunt, unde difficilior redditur in virginibus curatio, quia infusiones non ferunt. Postremò alijs remedijs non proficientibus, fontanellam in crure aperire utilissimum fuerit, dum nimia corruptorum humorum copia, ex toto aut membro aliquo ad uterum fluit.

Si ab ulcere. *Narcotica.* *Admonitio.*

Scholium.

Pleriq; uteri affectus, vesicæ affectionibus similes sunt, nam urinæ incontinentia, seu profluvio (quam diabeten seu dipsacon, & hydropem matellæ pleriq; vocant, ut refert Galenus) mensium fluor quadantenus correspondet; Ischuria, quæ eodem autore est urinæ omnimoda retentio, mensium suppressio similis est; dysuria vero, quam Galenus difficultatem urinæ vertit, in qua urina magno cum cruciatu, & dolore interdum stillatim, interdum affatim redditur, menses difficiles, & cum gravissimis symptomatibus correspondent; Ita profecto certum est mensium stillicidium stranguriam æmulari, hoc est, urinæ stillicidium, quod cum quodam conatu fit, dolore vero alias magno, & irritante, alias ferè nullo, ut enim dysuriæ ratio in dolore consistit, sic stranguriæ in exigua quantitate, hæc enim symptoma est in actione imminutâ, illa in actione vitiatâ, diabetes in aucta, Ischuria in ablata.

e. de locis 3.

6. aph. 36. & 7. aph. 48.

De menstruis, quæ debitum tempus antevertunt.

CAP. VIII.

Natura. IN plerisq; fœminis menstrua purgatio aliquando consuetum terminum anticipat, aliquando verò remoratur, in quâ quidem anticipatione, remorationevè interdum inordinatè procedit, interdum proportionaliter: meminit hujus affectionis Hippocrates 1. *de natura mulierum*, & 5. *aph.* dicens, menses decolores nec per idem semper tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam. Est de genere symptomatum in actione naturali vitiatâ videlicet retentricis uteri debilis, aut expultricis irritatæ, unde menstruus sanguis in naturæ usum non adservatur, quia aut temporius fluit, aut, ut par est contineri nequit, idque interdum ex proprio uteri vitio, ut intemperamento, deformi figurâ, aut solutâ unitate; interdum nocumento aliunde illato, utpote ex vitioso humore ante tempus facultatem lacessente.

Species.

Causa. Causæ omnis actionis, quæ debitum tempus præveniunt, desumuntur ex Galeno 3. *de symptomatum causis cap. 2.* exemplo posito in imi ventris evacuationibus; aut igitur menstrua purgatio antevertit ob materiam, vel ob facultatem, vel ob causam sine qua non.

Prima

Prima ſubdividitur adhuc in plures, copiam, alienam ſubſtantiam, tenuitatem, humiditatem, calorem, acrimoniam, aut mordacitatem humoris. Secunda in retentricis impotentiam, expultricis robur, & irritamentum ob maximum uteri calorem: cauſa vero ſine qua non eſt ipſius ſenſus acuties ac perſpicuitas.

Signa.

Affectus per ſe patet; ideo ſupereſt cauſarum dignotionem docere, à quibus varia deſumitur curandi ratio. Humorum itaque copia deprehenditur ex gravitate totius corporis, ponderoſitate, pigritiâ ad motum, ex fœminæ habitu ſanguineo, vita ſedentariâ, otioſâ, & crapulæ deditâ; ex ſuppreſſâ, vel diminutâ aliâ evacuatione, pulſu magno, cui accidat ex intervallis parvitas propter aggravationem; urina rubra, craſſa, & multa, ex ſanguine excreto minimè vitioſo, ſed ſolâ copiâ peccante; acrimonia, & mordacitas deprehenditur ex calore, eroſione, & dolore præſertim ante excretionem, vel dum excernitur, ex vitioſo fœminæ habitu, ac præcedente vitâ, & alimentis, quibus veſci ſolita fuerat, acribus & calidis, præterea ex ſanguinis excreti naturâ, tenuis enim apparet, dilutus, aquoſus, decolor, aut colore aliquo præter naturam infectus, & multa bile commixtus, quæ omnia ſi deſint, & ſanguis impetu prorumpat, excretricem virtutem fuiſſe laceſſitam conjectandum eſt; At ſi abſque impetu, & citra læſionis ſenſum fluat, retentricem debilem ſignificat: an vero ex temperamenti vel figuræ vitio debilitas proveniat, diſtingues ex ſenſu excedentis qualitatis, qui ſi nullus fuerit, vitium figuræ ſubeſſe indicat. Depravatum uteri ſtructuram ex ictu, caſu, aut præcedenti laborioſo partu conjicies; ulcus, cicatricem, aut tumorem, ex proprijs notis. Porro ex hac anticipatione nimium aliquando ſanguinis profluvium ſuboritur, quod conceptui, & fœcunditati obeſſe ſolet.

Plenitudo.

Humoris acris, & bilioſi indicia.

Prognoſt.

Curatio.

Si ex retentricis vitio, aut laxitate inſtrumentorum proveniat, robori providendum per ea, quæ adverſa ſunt diſtemperamento, de quibus peculiaria capita inferius ſcribemus. Si vero ex plenitudine inſtituto victu parco, exercitio moderato majori, & parco potu, ſanguinem detrahes ex utrâque baſilicâ in eâ quantitate, quæ viribus reſpondeat, in medio menſe, vel paulo antequam fœmina fluxum expectat; frictiones etiam fiant in brachijs, & in tota ſuperio-

superiori corporis regione; abstinendum à vino, & aquâ cinnamomi, cujus loco chalybeata, aut cocta cum mica panis leviter tosta utilis fuerit, quibus non proficientib. dextra salvatella tũdenda erit.

Ex humoris vitio curatio.

Si vero (quod sæpe accidit) ex humoris vitio contingat, qui aut acrimonia, aut mordacitate expultricem facultatem irritat, aut tenuitate fluitat, scopus erit, sensum, & expultricem retundere. Quod fiet primo, copiosiori ac optimi nutrimenti cibo, & exercitio parco. Secundo attemperetur humor sirupis, apozematibus & alijs supradictis cap. *de mensium fluore* ab hâc eâdem causâ, & infra cap. *de calidâ uteri intemperaturâ.* Tertio confertim corpus purgandum, quo major cachochymiæ pars deponatur, ut ibidem dictum est, deinde paulatine per ♃ ii. aut ʒ ß. rhabarb. optimi infusi in ʒ iiii. decocti myrobolanorum, vel foliorum sennæ, idque bis, terve, in septimana. Quartò contemperantibus uterinis clysterijs ex oleo violar. ros. Nymphææ ad ʒ ii, cum ʒ iiii. decocti malvarũ, hordei, violarum, ac florum cordialium addito saccharo, aut ex ʒ iiii. expressionis seminum frigid. deinde fiant inunctiones pubis, & partium infra umbilicum sitarum cum eisdem oleis; cavente semper, ne, dum hæc fiunt, mensium suppressio sequatur, quia periculosum est sanguinem vitiosum detinere: refrigerij etiam gratia, si jecoris adsit caliditas, salvatella secanda erit, & supra jecoris regionem applicandum hoc unguentum. ℞ *emplastri sandalini, unguenti ros. an.* ʒ i. *aceti ros.* ʒ ß *misce*: at si calor in utero sit, loco salvatellæ saphena vulneretur, & intemperies supradictis encatismatis, & inunctionibus corrigitur.

Admonitio.

Ex salvatellæ sanguinis missio.

A frigido humore curatio.

At si ex humore frigido fieri contingat, quod tamen rarissimè accidit, purgatio erit *ex agarico trochiscato ad* ʒ i. *diacatolicone, vel electuario Indo ad* ʒ iii, *cum* ʒ i. *sirupi ex 9. infus. ros. in* ʒ iiii. *aquæ fœniculi, vel decoctionis pituitosæ.* Uterus inungatur oleo liliaceo, camomillino, anethino, rutaceo, aut balsamo, addita theriaca; aut cerotum ex ijsdem paretur cum modico ladano, styrace, bezonio, aut apponatur emplastrum pro matrice, vel de gallia, vel sacculus ex milio, furfure, camomillâ, anetho, ruta, pulegio, thymo, angelica, & similibus.

Si à causa procatarctica.

Tandem si ictus, casus, aut laboriosus partus, huic malo ansam præbuerit, præter ea, quæ propriis capitibus hoc opere reperies, utero

&

& vicinis partibus applicandum est cataplasma, quod habet; *pulveris sanguinis draconis, thuris, masticis, consolidæ majoris an.* ℥ i. *terebintinæ q. s. fiat cataplasma*; vel si fœmina calidior sit, aliud sic paretur; *pulveris rosarum, myrtillorum, balaustiarum, masticis an.* ℥ i. *farinæ volatilis* ℥ i. *cum albumine ovorum fiat emplastrum*; aliud etiam fit ex melle cum pulvere coralli, tragacanti, & alijs supradictis, ex quibus etjam addito ladano, & cerâ cerota conficiantur.

De menstruis, quæ debitum tempus remorantur.

CAP. IX.

REmorantur menses vel ætatis causâ, cum jam desinere incipiunt, vel vitio totius corporis; aut solius uteri. *Differentiæ.* Si ætatis causâ vitium fiat, curatione non indiget, sed præcautione, ut vitentur incommoda, quæ ex cohibito fluxu pullulare solent, podagra præsertim, & coxendicis dolor, quod fiet victu parco, exercitio valido, & annuatim sanguine misso, donec ex toto natura à menstruâ purgatione dissuescat. At si ex vitio totius fiat, curationem mutuabis ex cap. *de suppress. menstruorum*. Si vero ex peculiari uteri nocumento, peculiarem requirit curationem. *Species.* Et est symptoma de genere vitiatæ, ac diminutæ actionis ex creticis, idque per se in proprio temperamento, vel quia impedita est à malâ figurâ, aut crasso humore obstruente. *Causæ.* Unde patet, causas mali esse tres, causis anticipationis menstruornm contrarias; facultatis nimirum impotentiam, humoris vitium, & sensus hebetudinem, quas etiam Galenus tetigit. *3. de symps. cap. 2.* Rursus facultatis impotentia fit vitio temperamenti in frigiditate, & humiditate, aut instrumenti in depravatâ figurâ; humoris vero vitium crassities esse solet, acerbitas, visciditas, aut siccitas; sensus hebes ut plurimum redditur ex abundante humiditate.

Imbecilla ob frigiditatem facultas dignoscitur, si transacto menstruationis tempore fœmina molestiam, & gravitatem sentit, detento enim sanguine facultas languida ad expulsionem sese accingere nequit, donec validius proritetur. *Signa.* Instrumentum vitiatum ex præcedentibus dignoscitur, ut ex laborioso partu, tumore, cicatri-

ce, saltu, aut casu, à quibus uterus vel pars ei subserviens sit dislocata, aut pravâ figurâ affecta. Humoris vitium ex ijs quæ cum sanguine excernuntur patefit, albidior quippe visui apparet, crassus, viscidus; item ex præcedenti sedentariâ vita, victu crasso, & pituitoso; fœminæ habitu molli, ac subalbido, aut plumbeo, & obæso, demum quia sanguis lente effluit, subindeq; menses diu durant, & desinunt in quosdam mucores. Qui si diu remorentur, nec fœmina in utero aut vicinis locis molestiam sentiat, sensus hebitis indicium est. Si affectio oriatur vitio humoris crassi, ac viscidi (quod majori ex parte fit) curatur ex Galeno quatuor remediorum generibus. Primò, victu extenuante, & calefaciente, exercitio moderato, ac crurum frictionibus. Secundò, potionibus etiam attenuantibus, calefacientibusq;, ex radicibus aperitivis, calamintha, fœniculo, saxifragia, pimpinella, adiantho, hyssopo, & similibus, addito croco, & cinamomo; auspicanda vero curatio est mox, à factâ mensium purgatione, quippe quæ plenitudinem deponit, ac sic purgantia, inscindentiaq; remedia, securius adhibentur, quam collectâ aut instante purgatione menstruâ, & corpore pleno existente. Accipiat igitur fœmina singulo mane ℥ v. aut vi. hujus apozematis ℞ *radicis apij, fœniculi, petroselini an.* ℥ ii. *foliorum matricariæ, nepitæ, pulegij, capill. ven. an. m.* i. ß. *seminis anisi, fœniculi an.* ℥ i. ß *coquantur in 5. q. aquæ ad lib.* ij. *colaturæ adde sirupi de arthemisiâ, capill. ven. an* ℥ iii. *misce*; valet etiam sirupus de Endivia, de liquiritia, de hyssopo, de duab. & quinq; radicibus sine aceto cum aquis fœniculi, nepitæ, pulegij, petroselini, & reliqua cap. *de suppress. menst.* jam descripta.

Curatio. *5. aph. 36.* *Admonitio.*

Tertiò, purgatio exercenda agarico trochiscato, electuario Indo, diaphœnicone, sirupo ex 9. infus. rosarum, ut *si Agarici trochiscati* ϑ *iiij. diaphœnici* ϑ *ij. sirupi ros. solut.* ℥ i. ß *dissolvantur in* ℥ *iiij. decoctionis pituitosæ*; aut si pilulas magis amat, mastichinæ erunt ex usu, de agarico, alephanginæ, ut massæ pilul. de agarico, alephanginarum an. ϑ ij. cum sirupo de arthemisia formentur viiij.

Purgatio.

Quartò ijs, quæ sanguinem ad inferiores partes valeant evocare, ut sanguine ex pede misso triduo, quatriduovè ante consuetum menstruationis tempus, reliquis etiam jam peractis crurum balnea fiant, & fomenta inferioris ventris, ex decocto fœnugræci, camomillæ, anethi, meliloti, fœniculi, petroselini, dauci, ac interea,

Derivatio.

rea, dum in balneo est, capiat tabellam unam diacalaminthi, postea fiant suffitus aromatum, & frictiones ac ligaturæ crurum, quibus insuper & suris cucurbitulæ applicentur sine scarificatione ad partem anteriorem. At si nec dum menstrua sequantur, per Epicrasin corpus purgetur tribus aut quinque pilulis ex prædictis tertio quoque die assumptis, aut infuso agarici, turpeti, & seminis carthami singulorum ad ʒ ß in ʒ. iiii. vini vel prædicti apozematis, aut aquæ graminis, calamintæ, vel fœniculi, aut ʒ ß tabellarum de succo rosarum, vel de diaturbit, quæ citra molestiam purgant. Ab his inferior venter inungendus oleo capparorum, liliorum alb. anethino, de cinamomo, de croco, de angelica, vel balsamo, fiant etiam uterini clysteres, ex ʒ iiij. decocti origani, pulegij, menthastri, syclæ, thymi, nasturtij, cum ʒ ij. olei rutæ, aut anethi, qui mirificè sopitum uteri sensum proritant. Denique menses omni arte solicitandi, ut supra allegato cap. scriptum reperies. Eâdem ferè ratione curabitur si ex imbecillâ facultate fiat ob intemperiem frigidam, & humidam, aut sensum hebetem, quæ enim dicta sunt calefaciunt, & corrigunt excessum humiditatis, quâ sensus obruitur; quo in casu victus acris, & mordax instituendus est. Exsiccantium vero uberiorem segetem reperies c. *de humidâ uteri intemperie*. Cæterum si ex vitio figuræ accidat, emplastris potius, cerotis, & cataplasmatis superiori cap. jam dictis utendum erit.

Curatio per Epicrasin.

Curatio si ab imbecillâ expultrice: Et sensu hebete fiat.

De menstruis corruptis, aut suppuratis.

CAP. X.

PAulus, Aëtius, Avicenna, ac reliqui fere omnes præcipui scriptores hunc affectum ab uteri albis purgamentis, non distinguunt, quia tamen in illo humores, quanquam labe affecti, nondum tamen corrupti, in hoc vero corrupti jam, putrefacti, aut suppurati expurgãtur, merito discriminari videntur, & Hippocrates de ijsdem seorsim egit, nam de menstruis corruptis, primo *de morbis mulierum*, de albis vero secundo ejusdem tit. Porro, ut in menstruis vitia fiunt, tum in quantitate auctâ, aut diminutâ, tum in profluendi ordine, quibus superiora capita dicavimus; ita etiam vitium hoc symptoma est pertinens ad exiens mutatum non quidem in aliquo

Species.

supradictorum, sed in substantiâ ipsâ sanguinis vitiosâ factâ. Id
Differentia. quod quadrupliciter contingere potest; Primò, quia putredinosam qualitatem à toto jam deduxit. Secundò, ob mixtionem putridi alicujus humoris in vijs adjuncti. Tertiò, ob suppressionem, cui accedens impedita ventilatio putredinem induxit. Quartò, ob uteri ipsius vitium in intemperie, compositione, aut ob abundantiam putridorum humorum, qui interdum in tunicis, uteri cavitate, cornibus, cotylidonibus, aut vasis spermaticis ejusdem continebantur, quiq; menstruum dum per mensem ibi asservabatur corruperunt, ac sui simili labe contaminârunt, unde fit, ut juxta ipsorum naturam, 10
aut vitium aliunde contractum menses decolores fiant, albi, pallidi, lividi, virides, nigri, pelliculosi, fibrosi, membranosi, arenulenti, flatulenti, fœtidi, aut verminosi.

Causa. Albicantium causa est inundans pituita in utero, aut ventriculo: pallidorum exurens jecoris caliditas: nigrorum melancholia in toto vel in liene; viridium, lividorum aut variegati coloris, membrorum nutrimentalium valida intemperies; est insuper huius mali causa depravata victus ratio, aut potus substantia, ut autor est Hippocrates lib. *de aëre, aquis*, & locis; cruda enim aqua in frigidis fœminis non coquitur, ideoque sanguis crassior redditus non bene ex- 20
purgatur, ac subinde suppressus corrumpitur, vel suppuratur, si præ-
2. de morb. mul. tract. 8 sertim per duos, aut tres menses moram traxerit, teste Hippocrate, idque maximè si à febre aut suppositio igne fuerint combusti, de quo sequenti cap.

Signa. Cognoscuntur humores corrupti tum præcedentibus notis, tum etiam experimentis c. *de fluxu menstruorum superfluo* præscriptis, linteo nimirum excepti, aut arena. Præterea, quia pituitosi, plerunque fiunt pelliculosi, ac veluti aranearum casses distenduntur, cognoscitur etiam pituita ex stupore, mucore, frigiditate, flatu, uteri tensione, & quia menses remorantur nisi serosi sint: bilis vero ex acrimoniâ, calore, partium muliebrium exulceratione, cibi fastidio, anxietate, vigiliâ, & quia festinanter prodeunt menses, ac fœmina 30
segnis est, pusillanima, anxia, sibi displicens, & subtristis, præsertim si melancholia admiscetur: ac si mordaces sint, & exulcerent,
Lib de nat. mul. ex ventre, sin minus, ex cerebro fluxio est, ut idem Hippocrates notat. Porro incipiente morbo solito modo purgatur mulier: si plu-

Humorum nota.

ribus

ribus diebus infestet, febres adveniunt erraticæ, acutæ cum horrore, anorexia, stomachi dolore, infra umbilicum in inguinibus, & lumbis, nonnunquam etiam purgatione sursum repente strangulatio accidit, caligo, & vertigo: quod si suppurati fiant, signa erunt dolores pectinis, pulsationes validæ, & contactum non sustinent; ac sic suppurati tripliciter terminantur, aut enim erumpunt in pudendum, & egreditur sanguis, & pus graveolens, quæ terminatio optima erit, nam si ulcus in utero non fiat, & ad septem, octo, novemvé dies perpurgetur mulier, liberatur, si vero ulcera magna in uteris relinquãtur, etiamsi melius habebit, tamen sterilis fiet mulier. Quod si in pudendũ non procedant, suppurati facti ad partes supra inguen erumpent citra tumorem, & juxta hypochondria foras prodeunt, quo casu fœmina aut superstes non manet, aut sterilis saltem evadet, ut idem refert autor. Alijs (quæ tertia terminatio est) post duos, tresvè, aut plures menses supra inguen elevantur in tumorem magnum, rubeum, sine capite, quia caro ibi impletur, & assurgit ac eminet, estque talis œdematodes tumor soboles pituitosi sanguinis, qui per universam carnem est dispersus, quem tumorem ignarum medicorum vulgus interdum secat, sed non citra periculum, melius enim fuerit si os uteri eo incumbens ad pudendum convertatur, & menses prodeant, sic enim id quod eminebat facile sedatur, attamen si non convertatur os uteri, & ibi menses suppurentur, superius relata pericula fiunt.

Suppuratorum Signa.

Prognostica.

Vlcus magnum in utero sterilem reddit mulierem.

Curatur eodem ferè modo, quo alba uteri purgamenta, de quibus infra; nam ordinatâ prius optimâ victus ratione, sanguinis missio vitanda erit, aut quidem parcior exercenda, quam dum sanguis citra corruptionem vitiatur; præparandus etiam humor juxta uniuscujusq; naturã, ut ibi dicendum est, crassum attenuando, ac tenuem incrassando, ac compescendo, quanquam sunt, qui jubeant attenuare etiam bilem, quod minimè probo, nam quæ amplius attenuantur, ulterius concalefiunt, atque putrescunt, subindeque majora concitant mala, quin potius putridæ pituitæ interdum sola coctio sufficit, ut jam domata melius educatur. Si igitur bilios us sit humor per ea præparandus, quæ calorem putredinemq; compescant, de quibus cap. *de calida uteri intemperie*: si autem crassus ac pituitosus, à quo maxime consuetum est hunc fieri affectum,

Curatio.

Brachelij. s. aph. 30. lapsus.

5 aph. 36. Attenuantia qualia.

per attenuantia, ideo Galenus horum duntaxat meminit; Attenuant vero acria omnia, mordacia, calida, aromatica, salsa, nitrosa, amara, præsertim sicca; acidis tamen, & ijs quæ validius menstrua proliciunt caute utendum, nam illa uterum debilitant, hæc multitudinem in vasorum angustijs, putredinemq; augent; conducunt itaq; allium hortense, nasturtium, smirnium, piretrum, origanum, calamintha, sisimbrium, pulegium, satureja, thymus, cappares, fructus terebinthi, eruca, syum, apium, petroselinum, anisum, fœniculum, melissa, raphanus, brassica, beta, ex quibus, & ex ijs, quæ mitius provocant menstrua, (de quibus cap. *de suppress. menst.* dictum jam est) apozemata poteris conficere, nam fortiora, febres, & fluxiones augent: aut fiat hic sirupus. ℞ *Sirupi de stœchade, de thymo an.* ℥ i. *aquæ pulegij, calaminthæ an.* ℥ i. ß *misce*, At si bilis abundat, *sirupi cupatorij, & cichorei pares accipe portiones cum aquis intybi, ac cichorei.*

Purgatio pituitæ.

Secundo purgatione, quæ si pituitosus humor abundet, sic concinnabitur; *Agarici trochiscati, turpeti, aut mechoacanæ* ℈ *iij. electuarij Indi, vel diaphœnici* ℥ *ij, aut diacatholici* ℥ vj. *sirup. ros. solut.* ℥ j. *aquæ graminis* ℥ *iij. misce*, quod si potio fastidiosa sit *bolus fiat ex* ℥ j. *agarici, vel mechoacanæ, cum* ℥ j. *diacatholici, & saccharo:* vel si pilulis magis capitur, ex usu erunt *mastichinæ, de agarico, alephanginæ, aggregativæ, aut*

Bilis.

de hiera dosis ℈ *iij. aut* ℥ j. ß *formentur* viiij. Verū si bilijosi sint humores, purgatio erit *rhabarbari optimi* ℈ *iij. aut myrobal. citrin.* ℥ j. ß *infundātur per noctem in* ℥ *ij aquæ cichor. facta colatura, & expressione adde sirup. viol. aut ros. sol.* ℥ j. *mannæ, aut pulpæ cassiæ* ℥ j. *aut si fœmina sit robusta electuarij rosati Mesues.* ℥ ß *misce:* vel capiat ℥ j. *tabellarum de succo ros.* demum si humores fuerint melancholici ℥ j. *foliorū sennæ cum* ℥ j. *seminis anisi in* ℥ *iij. aquæ fumariæ infundantur ac leniter bulliant, cujus colaturæ, & expressioni adde confectionis hamech sine scammonio aut confectionis psilij*

Purgatio per epicrasin.

℥ ß, *aut pulpæ cassiæ* ℥ j. *sirup. ros. sol.* ℥ j. factâ semel conferta evacuatione per Epicrasin postea vitiosi humores purgentur apozemate aliquo ex prædictis simplicibus parato, addito convenienti purgante medicamento, ut ℥ j. *foliorum sennæ, aut Epithymi, ac sirup. ros. solutivi, vel de cichoreo cum rhab.* ℥ *iij. vel iij.* tandem si suppurati fuerint menses,

Si menses suppurati sunt.

ijs promiscuè utendum, quæ adustos, & bilijosos humores evacuare nata sunt, quæ facile parabuntur ex agarico, rhabarbaro, sena simul mixtis; summè etiam prodest, paulatina purgatio ex decocto mercurialis,

curialis, aut glandes ex eâdem herbâ, interim tamen clysteribus utendum, & modico exercitio, quæ corpus, ac uterum purgent, & si ventriculus redundantis pituitæ causa sit, vomitus per intervalla utilis erit, ut, quod ibi indies congeritur, antequam venas ingrediatur, præpurgetur.

Tertio reliquias dissipantibus, ac ijs, quæ malum valeant radicitus extirpare, qualia sunt si humores frigidi, & crassi existunt, ea, quæ sudores proliciunt, quos maximi esse momenti certum est, provocantur autem decocto pentaphylli, camemali, florum papaveris erratici, sarsæ parellæ, ligni sancti, radicis chynę, de quibus suo loco, aut ℥ j. theriacæ, vel mithridatij cum ʒ iij. decocti angelicæ, vel sasifraziæ; sed quia hæc flavam bilem acuunt, & exasperant, si ea redundet, potius balneis aquæ dulcis discutienda, contemperandaq; erit, uti etiam melancholia; frictiones tamen molles utrisq; conveniunt, & pessaria cap. *de supress. menstr. conscripta*, inungendus venter oleo amygdalarum dulc. viol. quæ etiam in uterũ immittenda sunt, at si neq; cuncta hæc prosint, fontanella, in altero, vel ambobus brachijs aperienda, quippe humores, qui à pharmaco læduntur, ab hoc saluberrimo medicamento præsidiũ sentiunt longè maximum.

Sudorifera.

Balneum.

Scholium.

Præparandus etiam humor] *Qui se Galenicæ doctrinæ constantissimos assertores profitentur, concoctionem humorum extenuationem appellant, ea omnes morbosos humores indigere arbitrantur pituitam, melancholiam, atq; etiam bilem, quod hæc, dum morbum facit, se ipsa integra crassior existat, gloriantur se in hoc Galenum imitari, qui ad concoquendos humores etiam turgentes melicratum exhibet in quo decoctum sit aliquid hyssopi, vel origani, vel tragorigani, vel thymi, vel pulegij. Adjungit Manardus, quia humores coquendi privilegium calori duntaxat debetur, nullis utendum esse sirupis, cum plerique frigidâ præditi sint facultate, subindequè nihil faciant ad concoctionem, alijs potius, ijsquè calidis tentandam medijs. His tamen sic magnificè pronuntiatis bifariam peccant, primò quod cunctos absque distinctione humores attenuandos autumant; Secundo quia sirupos relegant à numero medicamentorum; quod quam sit devium, & à Galeni mente alienum, perspicuum fiet, si prius mente concipias, triplicem coctionem à medicis considerari, primam naturalẽ dicunt, quia circa alimenta versatur & est alteratio alimenti in proprias nutriti qualitates, Galeno autore 3. de nat. facult.*

Quæst. An coctio humorum procedat attenuando. 1. aph. 24. Ac de ijs quos purgare oport. Manardi error. 3. Epist. 1.

Triplex coctio.

facult. 7. & lib. de differentijs sympt. c. 4. Secunda est humoris putrescentis, & est alteratio, quâ evincuntur humores & reducuntur ad benignitatem quam possunt acquirere; seu est alteratio, in quâ natura causis fortior evadit, permutatq; eas pro suo robore. Et hoc est apud Galenum & Hippoc. coctionis universalius significatum, sic bilis, & salsa pituita, ac reliqui inutiles humores crudi dicuntur, cùm putrescunt, non quod ulteriore coctione nutrire possint, aut ad sanguinis naturam redire, sed quia in modo substantiæ, & qualitatibus acquirunt dissimilitudinem quandam, cujus ratione nequeunt nutrire, nec à partibus trahi, ad hunc modum bilem crudam flavam admodum esse, acrem, & maleolentem, scribit Galenus cit. coctam mitiorem fieri, pallescere, ac minus fœtere: sic sanguis cum inflammationem committit, crudus dicitur, quia putrescit, deinde cum transmutatur in pus, coctus, tametsi pars nulla ex pure alimoniam accipiat, sed quia superatur à naturâ, similitudinem contrahit cum partibus solidis in colore, & alijs qualitatibus, unde fit, ut hæc coctio sive naturæ victoria in venis per febres, & in pectore ac capite per catharros, & corizam maturatio; in tuberculis suppuratio dicatur. Tertia coctio est alteratio, quæ facit cessare putredinem manente substantiâ, de quâ idem Galenus art. med. 89. ac debetur humori semiputrescenti, qui si plus justo incaluit, ac semitam putredinis duntaxat contraxit, sola alteratione corrigitur, si jam saltem secundum exiguas sui partes putrescit, non solum indiget alteratione, verum etjam secundo illo concoctionis modo, quo evincatur à natura, separetur, ac denique evacuetur: ideo autem tertia hæc coctio dicitur facere cessare putredinem manente substantiâ, quia incipientem putredinem reprimit, & manet in corpore res, quæ alteratur, benigna, & utilis nutritioni. Hasce omnes coctionis species unica generali definitione Aristoteles comprehendit, dum ait: coctio est perfectio à naturali, & proprio calore ex oppositis passivis, quæ sunt unicuiq; rei, quæ coquitur, materia. At vero Galeno sola prima coctio dicitur Primo Epid. & locis primo citatis, quia in ea sola mutatio fit ejus quod concoquitur, in substantiam aliti, atq; hanc juvari scribit, somno, exercitio, modicâ frictione ex calefactione, calidioris vini potu, balneis, sacculis, fomentis, oleorum modicè calentium inunctionibus, ac boni succi ciborum moderato esu, quia hæc omnia nativum calorem juvant. Secundâ vero concoctionis speciem, si ob crassitiem, lentorem, frigiditatẽ humor sit crudus, ut pituita, tùm ijs, quæ diximus, tùm calefacientibus, inscindentibus, extenuantibusquè serapijs promovetur; at si ob caliditatem, acrimoniam, & mordacitatem incoctus sit, refrigerantibus, & humectantibus, & abstergentibus, tum sirupis, tum etiam edulijs, ut ptisanæ cremore, farre, sero, mulsâ, loco obscuro, & quieto, hæc enim ad biliis concoctionem imprimis

2. acut. 44.

Coctionis definitio.

4. meteor. 2. Sect. 2. 44. Lib de const. art. med. 21.

Naturales coctiones quæ juvant.

Humores peccantis coctio à quibus fiat.

primis faciunt, quia calorem nativum attemperando juvant, & reducunt ad ſymmetriam, deinde retundunt humoris acrimoniam, tertio, ſi quid ejus partibus imbibitum eſt, abſtergunt. Tertia coctionis ſpecies frigidis, ac ſiccis procuranda, quia hæc potiſſimum putredinem inhibere valent, ſubindeq; calorem præter naturam coctioni contrarium coërcere. Juvant itaque nativum calorem præcipuum coctionis inſtrumentum, alia ipſum fovendo, ut quæ primo loco retulimus; alia ventilando, ac prohibitam ventilationem prohibendo, ut quæ ſecundo; alia impedimenta removendo, hoc eſt putredinem, ut quæ tertio: quocirca omne ſiruporum genus coctionem juvat, quia aliquid eorum, quæ diximus, præſtat. Non igitur ut Manardus quibuſdam imposuit, medici exiſtimarunt ſirupos vim habere concoquendi, ſed alterandi, & reducendi calorem innatum ad temperamentum, quo melius ac facilius concoquat, & ſeparet utile ab inutili, eſt enim ejus caloris proprium, homogenea conjungere, diſgregare heterogenea. Ac tametſi julepi inventum Arabum ſit, ut ex ipsâ barbarâ appellatione manifeſtò conſtat, ante annos plus minus trecentos uſurpatum, longo tamen antè tempore veteres tàm Græci, quàm Latini ex eâdem materiâ, & in eoſdem uſus ſua habuerunt apozemata, præparandis ad purgationem corporibus & humoribus accommodata; ſic Galenus ſuperius dictas herbas in mulsâ incoquit; & Celſus; antiqui, inquit, medicamentis quibuſdam datis concoctiones moliebantur. Si quæras qua ratione facilioris cibi moderatus eſus coctioni opituletur? Reſpondeo, id facere, quia facili negotio à naturâ ſuperatur, minimeq; excrementoſus eſt, ac ſuperatus noſtri caloris ſubſtantiam auget, ac fovet, utpote in quam converſus eſt: adhæc quia parciori victu detractâ de conſueto cibo portione nativus calor crudos humores concoquit, abſumitq; frigidos, craſſos, viſcidos, ac glutinoſos, viſceribusq; & venis impactos partim abſumit, partim extenuat, ita ut vel ſponte interdum critice fluant, cumq; inediâ corpus exhauſtum excrementis vacat, medicamentum purgans facilè in omnia ſubit, ac integris viribus omnia penetrat. Ex quibus iam liquet quid medici intelligant, quidve interſit inter hæc quatuor vocabula, coctio, maturatio, præparatio, digeſtio; nam coctio, & maturatio à calore fiunt nativo, illa tamen in materia benigna, hæc in vitiata: in illa maior pars convertitur in alitì ſubſtantiam, in hac, quod aſſimilatur, paucum eſt, quod ſemicoctum ac ſuperfluum relinquitur multum; præparatio vero eſt reductio ad benignum, ſimul cum ſeparatione boni à malo, ac ferè cum maturatione accidit, at digeſtionis nomen tam coctioni alimenti, quam maturationi, & præparationi humorum barbari accommodârunt. Liquet etiam, cur iubeat Hippocrates concocta medicare, ſcilicet

Putredo quibus inhibetur.

Siruporum uſus utilis.

Nativi caloris quid proprium.

Lib. 3. c. 4. Victus tenuis, qua ratione coctioni opituletur.

Coctio, maturatio, præparatio, digeſtio quid.

licet ad coctionem. Sequitur separatio, solet enim natura post coctiones humores discernere, & superfluitates expellere, ideo tunc potissimum, cum cocti sunt, evacuationi adminiculatur cujus rei causa est, quia prius humorem quemlibet curat sibi similem reddere, quod cum ob materiæ ineptitudinem non potest, & materia assequuta est elaborationem, quam potest, optimam, tunc natura desistens à concoctione ad expulsionem se convertit, & hæc ratio est, cur bilem tenuem ac fluidam initio non expellat, quia prius eam conatur concoquere, ut scribit Galenus 2. de differ. febr. per coctionem autem cuncta domantur, & ad temperamenti mediocritatem rediguntur eodem autore, quo fit, ut eadem calidissimam, ac tenuissimam bilem aliquantulum refrigeret, & ad teporem reducat, vitream pituitam calefaciat, unde evenit, ut illam refrigerando nonnihil incrasset, hanc calefaciendo, quemadmodum Sol glaciem ac mel, liquefaciat, neque id mirum: fiunt enim hæc à calore nativo ac benigno, qui moderatus est, non fervidus neque intensus, non secus ac per anodina, quæ hoc calore pollent, frigida calefiunt, calida refrigerium sentiunt. Neque verò bilis, quod crassescat, idcirco coquitur, nec cocta idcirco purgari aptior est, quod crassior evaserit, ut quidam existimârunt, exemplo ductis eorum, quæ ex pectore educuntur; sed quod sit à reliquis humoribus secreta, eamque tunc natura evacuare contendat, ut partibus dissimilem; ut enim similitudo ad permutationem facit, sic sequestratus humor ideò facilius expelletur, quia nullam habet similitudinem propter quam à partibus retineatur. Refrigerio igitur, & non incrassatione bilis indiget ut evacuetur, nec rursus attenuatione, nisi pituita permisceatur, cujusmodi est, quæ spuriam gignit tertianam, quæ quidem attenuanda est, & inscindenda, quæ vero vitellina dicitur, quia per assationem crassa redditur, diluenda potius, & medicamentis attemperanda quàm inscindenda est. Dupliciter enim crassa attenuantur, aut liquidis diluta, ut lutum aquâ mixtum, aut inscindentibus & calefacientibus liquata, ut quæ viscida sunt, & lenta. Si obtrudas Galenum de iis, quos purgare oportet, dicentem, inter initia morbi, tenues & aquosos humores purgabis, ubi crassi, & tenaces fuerint, quales pituita & nigra bilis sunt, coctionem expectabis, ergo tenuem bilem nulla expectata coctione evacuandam. Respondeo, quosdam legere non inter initia, sed ante initia morbi, dum adhuc nec putrent, nec febrem commit-

Bilis tenuis initio cur nõ expellitur.

6. Epid. p. 5. tract. 6.

Crassa dupliciter attenuantur.

Objectio.

committunt; alij respondent serosos, & aquosos humores expressisse, qui nullam præparationem admittunt, & crassos ac pituitosos qui majori molimine concoquuntur, biliosos verò qui concoqui valent, non tamen multo negotio non exclusisse, sed inter initia digestos, ut addit Coquilatus, evacuari posse, principij vocabulo non pro primo morbi insultu, nec pro cruditatis tempore accepto, sed pro spacio trium dierum aut plurium, in quo signa coctionis tenuis humoris apparere solent, sicuti sputum apparens eo tempore morbum facit breviorem ut Galeno placuit primo aph. 12. Porro non defuerunt, qui priori è diametro contrariam opinionem defenderent, existimantes, humores purgandos semper incrassandos esse, idq; hisce ductis rationibus, prima quia dicente Hippocrate, coquendi sunt prius, quæ autem concoquuntur autore Arist. & Galeno, crassiora evadunt, coctio enim dimanat à calore permiscente opposita passibilia; ideò necessariò caloris vi, id quod tenue est, dissolvitur, & humidum cum sicco permiscetur, ex qua miscella, & defectu humidi, quod exhalavit, id quod superest, crassius, siccius, ac calidius redditur. Secundam rationem desumunt ex Galeno 2. progn. 43. ubi tenuem materiam à pectore expelli non posse affirmat, quia circiter spiritum circumfluit, ideo humorem in fistulis pulmonis reconditum modicè crassum esse oportere ut excreetur. Respondet primæ rationi Gentilis, per coctionem, sicuti in mixtionibus, siccum terreum agere in humidum aqueum; si igitur plus amittatur de humido aqueo, totum remanere crassius, si verò plus de terreo sicco, tunc tenuius evadere; quæ tamen solutio anilis omninò est, nam caloris vi non terreum, sed aqueum exhalat. Ugo Senensis distinguit de coctione in materiâ benignâ, & in materiâ vitiosâ; in benignâ, quia tendit ad retentionem, & nutritionem incrassando semper procedere; in vitiata verò, quia est præparatio ad expulsionem, modò attenuando modo incrassando fieri. Alij dicunt per coctionem, etiamsi humor crassus evadat, acquirere tamen quandam fluendi facultatem, quod idem esse arbitror, ac si dicerent, separari, aquabiliorem reddi, ac expultrici facultati obœdientiorem, unde dicebat Avicenna, coctionem in materiâ crassâ, æquationem esse ejus cum subtiliatione: in subtili æquationem cum inspissatione. Nobis quidem sic sentiendum videtur, cocta quidem semper evadere crassiora, at humores qui coctionem veram, ac naturalem subterfugiunt, non semper crassos, sed semper peracta coctione permutatos, domatos, & obsecundantiores reddi, id quod concoqui vocavit Hippocrates coctionis nomine in suo universaliori significato accepto, cujus evictionis permutationisque variæ differentiæ sunt, nam & crassa dum extenuantur, aut lenta inscinduntur,

Altera opinio.

Primo aph. 22.

Ar. 4. met. 4

Gal. de tot. mor. temp. 3.

Gentilis solutio prima primid 6. c. 3

Ibidem.

Aliorum.

Prima 4. tract. 2. c. 7.

Autoris solutio.

Primo aph. & 2. acut.

aut tenuia incrassantur, aut putria in pus vertuntur, à natura vinci, & concoqui dicuntur, coctione omnem ad mediocre temperamentum adductionem significante. Et hinc est, quod illico incipiat apparere eorum humorum portio in urinis, tuncq; signa coctionis adesse dicimus, ac naturæ victoriam, si modo morbus salubris futurus est, quod si natura ab illis oppressa, neque hos evincat neque alimentitios concoquat, tunc succumbit, & æger in deterius ruit, malefioum fit morbi judicium, aut saltem difficilior, diuturniorq; affectio. Vides quo pacto sola pituita dulcis, & acida, quando citra sanguinis temperamentum sunt, verè cruda dicuntur, & concoqui valent, & in bonum sanguinem ac membrorum substantiam converti, quod etiam Galenus asseruit; reliqui humores, ut utraque bilis, & salsa pituita, quoniam per ulteriorem concoctionem à moderato sanguine recesserunt, nunquam perfectè concoquuntur, satisq; cocti hi humores videbuntur, quando à natura apti redditi sunt, ut per se aut artis adminiculo expellantur. Ad secundam rationem dicendum minimè idoneum esse exemplum eorum, quæ ex pectore educuntur; purgatio enim medicamento trahente, & natura expellente fit, non ergo spiritu excipiuntur, quæ purgantur aut sua subtilitate exclusionem naturæ frustrari possunt, quin potius subtilia facilius trahuntur à medicamento, & expultrici promptius cedunt, si modo, uti diximus, cocta jam sunt.

Pituita dulcis, & acida duntaxat verè cruda dicitur. 4. de sanit. tuend. 4.

Purgatio qui fiat.

De menstruis adustis.

CAPUT XI.

SOlet interdum sanguis concalefieri, & exarescere, idq; sæpiuscule contingit ex incensis carbonibus inferiùs subditis, quod incautæ fœminæ vigente hyemis rigore faciunt, unde uterus exuritur, menstrua arefacta, siccioraque reddita detinentur, & strangulatum uteri ac pleraque alia mala concitant, sicco utero ad superiora recurrante, aut menstruis ipsis, quanquam citra putredinem calorem quendam concipientibus, à quo uterus facile excandescit. Causam hanc fuisse ex fœminæ relatu percipies. Signa sunt, quod fœmina huc illuc se jactat, animo deficit, pituitam cum bile vomit, sitit vehementer, dum nimirum venter æstuat, ad contactum dolet, febricitat interdum, urina supprimitur, & alvus, dolet spina, & dorsum, turbatur lingua, ac voce aliquando privatur, ventriculi morsus adest, & spiritus

Causa. Signa.

tus offendens ex flavâ bile, quæ caloris est soboles, unde etiam postmodum urinam habent rubram, dolet universum corpus, maximè collum, spina, lumbi, & inguina.

In hujus affectus curatione duplex erit proponendus scopus; primus sanguinem, & uterum contemperare, secundus defectum evacuationis supplere. Esto igitur cibus frigidus, & humectans, ut lactuca, cucurbita, sonchus, juscula pullorum, cremor ptisanæ; potus, aqua hordei, aut cerevisia mediocris. Secundò utendum potionibus contemperantibus frigidis & humidis, vel hoc sirupo. ℞ *sirupi borraginis, cichorei, violar. an.* ℥ ij ß, *aquæ endiviæ, violar. buglossæ an.* ℥ iv. *misce pro quatuor dosibus*, sirupi granatorum, & acetosæ omittendi propter adstrictionem. Tertio evacuatibus, quod primo statim initio fiet, sanguine copiosè ex utroque pede misso, deinde ex salvatellâ distante jam mensium statuto tempore; deinde præmissa per sirupos attemperatione leviter purgetur mulier sic: ℞ *mannæ electæ* ℥ ij, *dissolvantur in jure pulli aut in* ℥ iv. *decoctionis florum cord. cum sirupi rosar. solutivi sesquiuncia*, vel, si à potione abhorret, boli fiant ex ℈. x. *cassiæ cum sacharo*, vel capiat per plures dies singulo mane ℥ vi. *seri caprini, aut vaccini in quo per noctem maduerint* ℥ ß *foliorum sennæ, & p. ij. florum cord. manè facta colatura adde sachari q. s.* Hic etiam clyster alvum lenit, partes utero vicinas contemperat, & humectat, *foliorum malv. lactucæ an. m.* j. *hordei p. iij. prunorum numero* xx. *coquantur in s. q. aquæ, colaturæ* ℥ x. *adde olei viol. ros. sachari an.* ℥ j. ß. *fiat clyster*, subinde inungenda inguina, & loca muliebria, ac totus inferior venter oleo rosar. viol. amygd. dulcium, de semine cucurbitæ, melonum, addito etiam unguento rosato. Considerandum diligenter, ne nos causa decipiat, nam aliis ex causis suppressis menstruis, aut corruptis frigida ut plurimum nocent, quia magis impinguntur materiæ ex illis, omnibus tamen sanguinem per hirudines ex hæmorrhodibus detrahere miri-
ficum semper præsidium fuit.

Curatio.

Evacuatio.

Clyster.

Admonitio

De menstruorum fluxu rubro, sanioso, fulvo, & luteo.

CAPUT XII.

TAmetsi ex iis, quæ cap. *de menstruis corruptis*, *de fluxu menstr. immoderato*, & *de fluore muliebri* tradita sunt facilè possent suppleri

quæcunque hoc cap. sunt dicenda; tamen, quia Hippocrates olim, & nuper Martinus Akakia de fluxu rubro, fulvo, & luteo peculiariter disseruerunt, ijsdem etiam fluxionibus singulare caput destinavimus.

Descriptio. Causæ. Fluxus itaque ruber fit, cum sanguis ex utero fluit, qualis ex victimâ recens mactatâ, & grumi pellucentes. Hujus rei causæ sunt, febris, abortus, partus laborioſus, & à menstruorum interceptione subita eruptio; febris enim sanguinem inflammat, & ad motum reddit agiliorem, venas uteri & totius corporis referat: in abortu & partu laborioso cotylidones violenter abrumpuntur: in subito verò fluore menstrua, quæ suppressa de repentè erumpunt, tanto impetu interdum natura superfluum expellit, ut unà laudabile profundat.

Signa. Signa sunt, quia mulier impotens fit, & attenuatur, venter imus attollitur, indurescit, & ad contactum dolet, veluti ulcere præsente: dolor etiam ipsa pudenda pertingit, & pubem, & hypochondria, & lumbos, quinetiam in pectus & scapulas irruit: & febris adest, quia bilis suo fræno destituitur & putrescit: & dentium fremitus fit: quinetiam prurigo excitatur à bilioso humore per partes sentientes delato: & sudor multus diffunditur: ventriculi morsus vexat: & eâdē die sæpe rigent, & rursus subinde sudant: & sitis premit: & lingua aspera est: & interdum per nares sanguinem fundunt. Quin & procedente morbo pusillanimis mulier fit & magis debilitatur, ac pedes intumescunt, & cavitates oculorum, & color corporis immutatur. Sed adhuc magis ingravescente malo urinæ adest stillicidiū, irritatâ vesicâ à bilioso humore: aut certè retractâ à partibus, quæ jam ob siccitatem convelluntur: quò cum pervenerit affectio, periculo plena est, & ferè intra quatriduum perimit, non tolerante natura longiori tempore tentionis laborem, ut Hipp. & Galenus *in opere aphorismor.* scripserunt. Hæc affectio junioribus quàm senioribus magis accidit, quia plus sanguine abundant. Egit de hoc affectu Hippoc. *in lib. de morbis mul.*

Prognosticū. 5. aph. 6. Lib. 2. text. 6.

Curatio. Curatio ferè eadem, quam descripsimus supra cap. *de menstr. corruptis*, aut certè cap. *de fluxu menstr. superfluo à sanguine seroso*: contemperato enim prius humore cibis refrigerantibus, & glutinosis, atque iis quæ citra magnam adstrictionem putredinem inhibeant, postea expurgetur, & adhibeantur ea, quæ sanguinem omninò sistant, de quibus citatis locis abundantissimè dictum est.

Fluxus fulgeus. Porro est alius fluxus in quo veluti à carnibus assatis humor & veluti muria

muria fluit: quem magnus Hippocrates, & post eum prædictus Akakia sanioſum vocant; nos sanioſum sub rubro comprehendimus, & hunc alterum fulvum nuncupamus. Oritur ex partu, aut ex abortu laborioſo quoties de fœtu aut de utero ipſo quippiam dilaniatum fuerit, aut intus computruerit; aut cum plurimo evacuato sanguine reſiduum bileſcit, nec expurgatur, ſed potius à calore extraneo exaſſatur. *2. de morbis mul. 13. 15.* *Cauſæ.*

Indicia ſunt horror, rigor, febris acuta, dolores in laterum mollitudine, lumbis & fœmoribus: uterus exulceratur circumcirca; & fœmora, & aliæ partes, et ſi humorem linteo excipias, fulvum refert colorem, & ægrè eluí poteſt: inſuper impotentia adeſt, virium debilitas, ac procedente morbo tota intumeſcit infra umbilicum & incruribus, & color fit morbi arcuati ex effuſa bile. *Signa.*

Denique eſt alius fluxus, in quo, quod expurgatur, ſubluteum eſt, & viſcoſum veluti ex ovo, & fit ab ijſdem ferè cauſis, à quibus ſuperior, niſi quod humor non ita eſt exaſſatus. Notæ ſunt; quia cum fœmina mingit, morſum percipit, & lancinationes: uterus ulceratur, & febris corripit acuta, calor magnus, ſitis, vigilia ac mentis perturbatio, & ſi incedat feſtinanter, anhelatio, & membra exſolvuntur, ac temporis progreſſu, uti Hippoc. refert, venter imus intumeſcit, ac durus fit, & ſi contingas, dolet, & dentibus ſtridet: animi deliquium, anxietas, & perfrigerationes adſunt; pulſus celer, ac debilis, ſudor multus. Morbus eſt acutus, & ex quo plures citò, præſertim ſeniores ſuccumbunt: junioribus ſi contingant, diuturnæ ut plurimum ſunt hæ duæ affectiones. Curantur ut cap. *de menſtruis corruptis* dictum eſt, & *de ſanguinis fluore immodico à bilioſo humore.* Videre etiam non pigeat caput *de ſuperfluo ſanguinis fluore poſt partum*, *& de fluore muliebri*, ut integram habeas & morbi cognitionem, & curandi methodum. *Fluxus luteus.* *Signæ.* *2. de morbis mulier. 13.* *Curatio.*

De menſtruorum cum morbis complicatione.

CAPUT XIII.

VIx quicquam reperies, quod cordatos, & exercitatiſſimos medicos magis anxios, & ſollicitos reddat, & in quo parũ exercitati & imperiti

Differentia.

periti sæpius errores committant exitiales, quam menstruorum cum morbis complicationem. Ea autem sex potissimum modis contingit, primo cum morbus invadit menstruis imminentibus. 2. si ob morbi invasionem menses debitum tempus antevertunt, & inopinatò irruunt. 3. si menstruationis, & morbi tempora complicantur, ita ut menstrua purgatio coincidat cum morbo. 4. si menstruis suppressis, remoratis, aut diminutè stillantibus affectio aliunde superveniat. 5. si præexistente morbo suppressio, aut remoratio menstruorum causam præstet, qua affectio, & symptomata augeantur. 6. si existente morbo menses destillent.

Curatio primi complic. mod.

Morbo invadente menstruis imminentibus ex quâ parte mittendus sanguis.

Si igitur menses immineant incipiente, vel procedente morbo, considerandum est, sitnè affectus ex iis, qui ex utero enascuntur, quo in casu si morbus sanguinis detractionem postulat, citra ullam cunctationem ex talo mittendus est, minimè verò ex brachio, ut per convenientem regionem evocetur, & evacuetur uteri redundantia, & mali causa. Verum si ex corpore universo vel aliquo ex præcipuis membris affectio ortum ducat, eam brachii venam tundendam esse plerique affirmant, quæ partem primariò affectam respicit, quæ tamen sententia, si in universum accipiatur, mihi quidem periculosa videtur, potiusque distinguendum de numero dierum, de acutie morbi, & corporis plenitudine; nam si morbus non sit acutus, ex pede sanguinem detrahendum esse censeo, idque ipsum faciendum, si fœmina per triduum, aut quatriduum duntaxat à menstruâ purgatione distet, etiamsi morbus ex acutorum numero sit, idque tum ratio probat, tum exercitationis confirmat experimentum, quoniam natura jam eo inclinare incipit, & per locum quo natura vergit, si conveniens sit, evacuandum est. E converso vidimus sæpius sangine è gybero detracto raptum fieri ad superiores partes, unde deliria, vigiliæ, sopores, difficultates anhelitus, & tandem mors ipsa secuta est. Cæterùm si per octiduum, aut circiter adhuc consuetum menstruationis tempus distet, & plenitudo maxima sit, nec fœmina possit tolerare ex pede confertam evcuationem, quam morbus postulat, tum stat eorum sententia, sanguisque è brachio detrahendus est prius revulsionis gratiâ, præsertim si morbus fuerit acutus. Purgantia tamen medicamenta, vomitum, aut sudorem prolicientia in posterum suspendenda, donec menstrua purgatio prætereat, ne natura distrahatur,

Purgantia menst. tempore non adhibenda.

& præ-

& præpediatur ab opere, aut saltem leviſſimis utendum, quibus nec corpus commoveatur, nec menſes ſupprimantur, ne motui paratus ſanguis intempeſtivè detentus, aut aliò evocatus in partem principem inopinato irruat, & malum augeat, aut aliud gravius accerſat; quod intelligendum, niſi fœmina ſit ex iis, quibus menſes procraſtinari contingit, in his enim urgente neceſſitate purgare licet, quippe non rarò vidimus adhibitâ purgatione menſes prorumpi, & morbum ſolvi, dummodo quatriduo ſaltem ante 29. à menſtruatione præterita diem id fiat, in quibus etiam per id temporis ſudoriferis aut vomitum cientibus uti liberum erit, prout affectio poſtulaverit, cucurbitulæ autem, & crurum ſcarificationes ſemper locum habent. At ſi morbus chronicus ſit, utilius erit purgationem exercere octiduum aut circiter poſt tranſactum menſtruationis tempus.

Curatio ſecundi modi.

Verùm ſi debitum tempus menſes in morbis antevertant, qui ſecundus erat complicationis modus, nihil profectò in curandis fœminarum morbis gravius, acclivius, ac periculoſius reperies, præſertim initio morbi, dùm adhuc univerſalia remedia non ſunt adhibita; in aliis enim temporibus, cum alias nihil agendum fuerat, minor perplexio: initio verò ſanguinem demis aut cathartico uteris impedis menſtruam purgationem: neutrum præſtas augmentum morbus capeſſit, quippe auxilia morbo proficua menſes renuunt, quia inde remorantur, & nihilo ſecius ſi fluant, parum de morbo ſublevant, quia tunc menſes evacuationis ſymptomaticæ rationem habent, quæ ferè ſemper pernicioſa eſt initio morbi, in quo natura rarò utilem ullam evacuationem ſolet promovere: quocirca diligenter conſiderandum eſt, quid boni vel mali ſecum afferat, & à quibus cauſis menſtruorum in morbis anticipatio proficiſcatur; nam initio, uti diximus, & in augmento periculo plena res eſt, propter adductas cauſas, in ſtatu verò, & declinatione ſi cum tolerantiâ menſtruorum irruptio fiat, utilis eſſe ſolet ob temporum ad evacuationes aptitudinem dummodo non complicetur cum aliâ naturæ evacuatione, tunc enim magnam copiam ſignificat, & naturam nimis proritatam, & ob diſtractionem nullam evacuationem perfecturam, ideoque ſubverendum, ne ab irritamento, & duplicato labore ſuccumbat. Porrò menſtruorum anticipatio cauſas habet quatuor; prima eſt materia copioſa, acris, mordax, tenax, & à naturâ aliena; ſecunda efficiens,

Cauſæ anticipationis.

id est, expultrix facultas irritata aut retentrix collapsa; tertia instrumentum seu vasa laxa, aperta vel rupta; quarta & ultima est, sine qua non, exquisitior nimirum sensus partium, qui à rebus etiamsi secundum naturam exacerbatur. Igitur ex quacunq; causa fiat, si copia adest, aut affectio ex iis est, quæ sanguinis missionem desiderant, curatio inchoanda est à sanguinis missione ex pede, inspecto tamen fluentis sanguinis impetu; nam si cacochymia adsit, & menstrua purgatio cõsuetam quantitatem adæquare videatur, aliâ sanguinis missione non erit opus; sin minus, naturæ partes supplebis, sanguine, ut dictum est, prius ex pede misso, id quod Gale. 9. met. disertissimè docuit, quamvis sunt, qui illum eo loci tacitè calumnientur, quòd expectet, quoad evacuatio naturę absolvatur: verùm si ejus verba accuratè perpendas, nõ expectat quidẽ, sed fluentis impetum animadvertit, quod si satis fore videtur, totum opus naturæ permittit, sin minus illicò tantũ sanguinem detrahit, ut ex conjunctis ambabus evacuationib. perficiatur id, quod expetimus. Sunt qui deinde venam brachii tundendam sentiũt præsente plenitudine, quod equidem nunquã fui ausus, neq; suadeo, nisi maxima fuerit plenitudo, & affectio urgentissima, ut apoplexia, angina, pleuritis, phrenesis ob alibi jam dictas causas, potissimum vero, si redundantia in utero extiterit, sanguinis missionib. ex pede innitendum pro redundantiæ quantitate, non ter duntaxat, sed pluries præsertim si affectio sit ex iis, quæ caput invadere solent, ut febris ardens. Quod subinde in mediocri plenitudine faciendũ censeo, licet affectio inter alas & inguina existens sanguinis missionem ex brachio postulare videatur, ut ardentissima febris, nam scisså venâ pedis, aut cruribus scarificatis, quod adhuc magis probo, plenitudo etiam deponitur, ut cap. *de menst. suppr.* probatum relinquimus; morbo insuper subvenimus, & raptum humorum ad superiora præcavemus; secus de reliquis evacuationib. sentiendum, pro quibus expectare oportet, donec natura quieverit, vel remissius egerit, quo tempore stillantib. aut fluentibus sanguinolentis, sed albidioribus jam uteri purgamentis cathartico medicamento utendum erit, quod lacessentes humores contemperet, ac propellat, sed id nõ nisi maximâ impellente affectus urgentiâ, & pronunciato prius nocumento ex pharmaco, & periculo ex dilatione; quod si morbus inducias præstiterit, differre purgationem tutius fuerit. At si menstrua purgatio fuit diminuta, & morb⁹ magnũ calorem conjunctum non habet, ea etiam medicamenta usurpanda,

Quorundã opinio rejicitur in praxi.

Menstruũ albidioribus jam fluentibus purgatio exerceri potest.

quæ menſes ulterius moveant, maximè ſi anticipatio fuit procedente morbo; nam ſi in principio, magis ſanguinis miſſionibus quam aliis pugnandum, quia juxta medicorum dogmata ſanguinis miſſio initio morbi, purgatio in ſtatu, aut declinatione magis convenit, niſi etiam iis temporibus ſanguis redundet, vel incuriâ medici, aut ægrotantis negligentiâ prætermiſſa initio fuerit, quæ tamen omnia cum magna præmeditatione ſunt exequenda.

Sanguinis miſſ. initio morbi, purgatio in ſtatu & declinatione magis convenit.

Si verò menſes ſtatâ periodo fluant, & cum aliquo ex morbi temporib. coincidant, ſi quidem id in morbi principio contigerit, expectato primo naturæ impetu, hoc eſt, tranſactis 12. horis, ſi fluxus in præſentia non ſit, vel in poſterum fore non videatur ſufficiens, ex pede ſanguis mittendus erit ad complendam naturalem ejus fœminę evacuationem, ac id inſuper evacuandum, quod morbus exigit, quippe & conſuetudini, & morbo ſatisfaciendum eſt. Quanquam autem id de urgentiſſimis morbis intelligi etiam poſſit, tamen in levioribus potiſſimum locum tenet, per quos ne graviores fiant, menſtruationi omnino providendum lavacris, ligaturis, frictionibus, ſuppoſitoriis, clyſteriis, atque aliis, quæ partes utero vicinas valeant proritare, ac ſi morbus à causâ frigidâ ortum ducat, potiunculis prætereâ, quæ menſes proliciant, & ſubinde morbum reſpiciant, de quibus capite *de menſtruorum ſuppreſſ.* purgationem tamen per pharmacum ſi fortè neceſſaria ſit ſuſpendentes, quoad menſes deſierint, ne turbato, commotoque ſanguine graviora pullulent mala.

Curatio tertij modi.

Verùm ſi affectio ſit ex magnis veluti angina, phreneſis, pleuritis, aut acuta febris, primâ vice ex pede, aut crurũ ſcarificatione ſanguine detracto, poſtea eâdē die, ſi menſes non procedant, gyberi vena aperiatur, ligatis interea fortiter crurib. dum ſanguis fluit: hoc in bonâ praxi ſequendum eſſe ratio omnino convincit, urgentioris n. mali indicatio illam, quæ à menſtruatione ſumitur, perpetuò ſuperat. Eâdem ratione in reliquis morbi temporibus te geres, in quib. etiam purgationem, vomitũ, ac ſudorem, ſi forſan hæc morbus requirat, ſuſpendere oportet, quoad menſtruorũ præſentia non impediat, eorũ ſiquidem indicatio illorũ auxiliorũ indicationes antecellit, niſi ultra ſtatutos dies ſanioſa purgamēta duraverint, quæ nō tam plenitudinis ac naturę actionis, quā irritamēti indicia tũc tēporis cenſenda sũt, & hoc in caſu urgente purgādi indicatione pharmacum porrigere licet ad

Sanguinis miſſio bis in die.

Indicatio à menſtruis antecellit indicationes ad purgationem, vomitum & ſudores.

expurgandos humores mordentes ac proritantes. Cum his tamen, ubi menses in morbis consuetâ periodo fluunt, cautè, & non nisi jam jam desinentib. instillantibúsve opus aliquod prudens medicus tentabit, præsertim sanguinis missionem, aut purgationem, ut enim Hispanicum fert proverbium, Feriata dies est cum hospites adsunt, & periculosum admodum fuerit à consueto, & utili fluxu, ac debito tempore commodo naturam divertere, siquidem, quæ judicantur & judicata sunt, movere aut novare tutum non est. At quoniam qui methodum in omnibus nimis pertinaciter exquirit, pariter cum morbo plerumque hominem de medio tollit, ideoque præcepta artis interdum urgente necessitate evertere utile sit, hæc omnia diligenter rimari, & exequi oportet, in quibus medici prudentia imprimis requiritur, ut id assequatur, quod Avicenna ultra scriptæ, & traditæ artis præcepta incomprehensibile esse dixit.

Proverbium

2. Aph. 20.

In Proœmio.

Quarti modi curatio.

Quartus erat casus, quando menstruis suppressis morbus aggreditur, quâ in re sciendum est, unâ è quatuor causis menses sicuti alias evacuationes remorari, ac detineri à materiâ, à facultate, ab instrumento; & à causâ sine qua non; à materiâ nimirum crassâ, vel copiosâ, facultate debili, vel oppressâ, instrumento impedito; & sensu partis hebetiori, ab eorum contrariis anticipari, uti antea diximus. Igitur pensitandum priùs erit, an natura nunc primum menses remoretur, an vero suppressi diu jam fuerint; & ulterius, an à prædictâ suppressione morbus ortum ducat, si enim inde suboriatur, à sanguinis detractione ex pede procul dubio auspicanda curatio est, neque antea purgandum, vomendum aut sudandum, sed sanguine ex pede misso, pro consuetæ menstruationis copiâ ad scissionem venæ gyberi aut ejus loci veniendum erit, quæ morbum respiciat, potissimum, si à consueto tempore per quatriduum distet, tametsi menses etiam remediis provocati non fluxerint. Verùm si recentes fuerint suppressiones, & morbus non urgens, priusquam ad alia auxilia devenias, eorum fluor expectandus erit, maximè si de natura morbi nondum constet, quippe securius est, menstruis suppressis sanguinem mittere ex pede, quàm purgare, vomere, aut sudare, nam sanguinis missio, cuilibet ferè morbo conducit, reliqua non nisi à frigidâ causâ ortis, aut urgentibus. Si tamen menstrua purgatio lentè procedat sanguine ex pede detracto, ea medicamenta exhibere opor-

oporter, quæ menſes moveant, idque etiam antequam prorumpant exequi abs re non erit, ſi ſuſpicio ſit, naturam ſuum opus non completuram, aut tardius aggreſſuram; veluti ſi fœmina de more habeat, ut debitum tempus purgatio prætergrediatur, aut ſi jam prætergreſſum ſit, & non fluxerint, quo in caſu ſanguinem ex eâ venâ practici mittunt, quæ è directo affectionem reſpicit, nullâ, vel levi de menſtruo factâ conſideratione: Ego vero tranſacto quatriduo id exequendum cenſeo, cùm jam natura alio intenta eſt: intra quatriduum ex pede mittendum, & menſtruorum habendam omninò rationem, in levioribus affectibus, de quibus hypotheſis eſt, quam quidem diſtinctionem ſemper ante oculos habere oportet, ne errores committas exitiales.

In levioribus affectibus non ab ipſis duntaxat, ſed etiam à menſtruis indicatio ſumenda.

At dum menſes remorantur, & affectus ex alia cauſa ingraveſcit, quod quintum erat, plerique aſſeverantiſſimè confirmant, curationem ab eo auxilio eſſe auſpicandam, quod morbus & ejus cauſa poſtulat, citra reſpectum ad venas pedis, quibus ego accedere nunquam potui, in levioribus enim affectionibus, & qui inducias præbent, venam pedis potius ſcindere diutina experientia me docuit, (nam indicatio à menſtruis remoratis, levem affectionem, uti diximus, ſuperat) deinde frictionibus, lavacris, ligaturis, cucurbitulis, & iis potiunculis utendum, quæ menſtrua proliciant, poſteà morbo providendum, quia ſemper eo tempore cauſa morbifica per eum locum convenienter evacuatur, nam quantumcunque menſtrua ſint ſuppreſſa, ſemper tamen natura eo tendit. Verum ſi morbus ſit urgens, veluti angina, pleuritis, aut ſimilis alius, tunc certè ea remedia adhibenda, quæ morbus exigit citra conſiderationem venarum pedis, quippe eorum indicatio eam, quæ à menſtruis deſumitur, ſuperare ſolet, tametſi venas pedis reſpicere etiamnum tutiſſimum ſemper fuerit.

Quinti modi curatio.

In menſtruis vero tempore morbi venturis ſed deficientibus, ita ut vero ſimile ſit, eorum retentionem morbum, & cauſam fovere, nil dubium eſt, ſanguinem ex pede eſſe detrahendum, quantum uteri plenitudo poſtulat, vel quoad menſes prorumpant, deinde, ſi opus ſit, blandè purgare concedimus, iis tamen medicamentis, quæ naturæ motum non evertant, & utilem moliantur evacuationem.

Sequi modi curatio.

Denique si præsente morbo menses instillent, si id quidem ante tempus statutum fuerit, te geres, ut supra in secundo casu de menstruorum in morbis anticipatione, aut si debito id fiat tempore, ut in tertio, quando menstrua cum morbi temporibus coincidunt, nisi quod stillantes menses majorem significant naturæ oppressionem, & majorem requirunt sanguinis missionem.

De Fluore muliebri.

CAP. XIV.

Nomina.

VArias sortitus est appellationes hic affectus, nam muliebris fluxus dicitur, quod mulieribus sit peculiaris, & proprius; & fluxus humiditatum albarum, & alba menstrua, seu alba uteri purgamenta, vel albi flores, & profluvium muliebre, sive uterinum nuncupatur; tunc autem fit cum universum corpus per uterum à noxiis, & inutilibus humoribus expurgatur autore Galeno, qua ratione interdum etiam, ut ipse ait per renes evacuatur, unde fit, ut sæpe longo tempore citra interitum duret. Distinguitur à gonorrhæâ præsertim Venereâ cum qua maximã habet similitudinem, quòd per hanc seminalis materia non ab utero, sed à seminariis vasculis, & prostatis carnib. profluit, ac dimanantibus menstruis non cessat: muliebre autem profluvium sistitur, quando menstrua profluunt, & insuper quia ferè semper conjuncta habet Venereæ luis signa; At si ex impura Venere gonorrhæa non generetur, tamen in ea semper cum quodam licet exiguo voluptatis sensu semen profunditur, quod albis menstruis non contingit. Ab immodico vero menstruorum fluxu differt, quod in hoc sanguis etsi inquinatus integer tamen evacuatur, & grumescere potest, in muliebri fluxu non quidem integer, sed corruptus & in alteram naturam conversus cernitur, neq; grumescit unquam aut certè ita crudus ut nondum ruborem contraxerit. Fluit porro humor modo continenter; modo nullo ordine certáve periodo. Vanum est n. quod Mercurialis scribit, hunc fluxum continuum semper esse, argumento ductus, quòd loci muliebres madeant semper; quippe id perpetuum non est, neque si esset, propterea fluxus continuus dici posset, aliud siquidem est loca madere, aliud humorẽ fluere, qui per intervalla pletumque

Definitio. 6. de locis 5. & 3. de symp. causis 4.

Distinctio ab aliis morbis.

Differentia.

rumq; repetit, si n. materia acris & irritans est, continuo fluit, si non ita acris, accumulatur, quoad humoris copia gravata natura illum extrudat, unde fit ut quibusdam quotidiè, aliis statutis temporibus, aliis bis terve in mense citra ordinem inter duas purgationes profluat: sæpissimè tamen post mensium purgationem; contingit verò inter duas purgationes, aut post menstrua, quia semimutata illa excrementa, aut citius evocantur, aut facilius post debitum tempus consecutione ad menses excernuntur: sed n. fluit nonnunquam per venas uteri, sæpe etiam per eas, quæ ad cervicem terminantur: Cæterum humor ipse albus sæpissimè est ac pituitosus, sero lactis aut ptisanæ cremori persimilis, nonnunquam pallescit, flavæ bilis soboles: sæpe aquosus à serosorũ humorũ superfluitate: rarò niger, quoniã melancholicus humor suâ naturâ torpidus est, quanquam & ipsius fluxus interdum contingat: quod si ruber sit, haud exquisitè ruber, sed veluti sanioſus, aut loturæ carnis similis existit; nonnunquam etiam subviridis, ac fuliginosus, subindeq; acris, & erodens, ita ut partes, quas attigerit, adurat & exulceret. Atque is rursus modo graveolens est, modo odore nullo molestus, plerumq; citra dolorem prodit, interdũ vero utero jam exulcerato cum dolore promanat, neque ætate maturas duntaxat affectus invadit, verumetiam virgines: nullatenus igitur Montano accedendum est, qui virginibus hunc fluorem nunquam accidere cõtendit, & causam adducit viarum adstrictionem: quod si contingat, ex eo corruptam esse incautè pronũciat, cum tamen illa causa sit, quòd rarò, at non quod nunquam virgines hoc malo exerceantur, visa n. jam est puella octo annorũ hoc morbo affecta, & ego honestissimas, ac integerrimæ famæ virgines tum in Hispaniâ, tum in Germaniâ vidi & curavi, quę per triennium, antequã menses prorumperent, hunc affectum passæ sunt, vel ob caloris debilitatẽ, vel quia cruditatib. abundabant. Symptoma est in exeũte mutato, vel ab intemperie, & morbo totius corporis, & partis alicujus præcipuæ, veluti jecoris, lienis, capitis, ventriculi, maximè uteri ipsius, qui inprimis afficitur, ac debilitatur.

Montani lib. de uteri affect.

Species morbi.

Causæ hujus affectus sunt internæ vel externæ, interna est copia vel malitia vitiosi humoris, quæ citra nullum ordinem facultatem ad expulsionem lacessit, generatur autem is humor (ut dictũ est) vel utero vel universo corpore, vel particulari aliquo membro malè affecto. Utero quidem bifariam, aut quia proprium alimentum commutare nequit

Causæ.

Ex utero.

nequit ob debilitatem retentricis, aut alteratricis, ideoque residuum expellit: vel quia pravè conficit, vel potius corrumpit propter intemperiem suiipsius. Debilitas alteratricis à frigido temperamento nascitur, ideo tunc tenuia, cruda, vel serosa excernuntur, cumque uterus non alatur, & trahere nunquam desinat, fit, ut assidua sit expurgatio, & universum corpus extenuetur: retentricis robur à causis etiam externis enervatur, nempe fœtus gestatione, contusione, casu, erosione, ulcere, inflammatione, vel abscessu, dolore, calore, mordicatione, & frequenti coitu, potissimum vero ab humiditate, quæ lubricitatem inducit. Intemperies quælibet esse potest aut putredinosa qualitas, ob quam uterus alimentum corrumpit, & tunc ejus purgamenta pallida putria ac fœculenta promanant. Si à toto corpore profluit, aut ex alimento depravato id fit, aut ex vitioso, & habituali totius corporis temperamento, aut quia partes, quos aliunde recipiunt humores, per uterum excernunt, quod fit vitio expellentis irritatæ, aut retentricis languidæ. Particularia membra, quorum consensu uterus in hoc morbo plerumque afficitur, sunt jecur, lien, ventriculus, vesica, aut caput, quæ excrementa progignunt, à quibus lacessita natura symptoma molitur, ut per uterum tanquam per sentinam sese exoneret, sunt enim hæ publicæ corporis officinæ, quæ si vitiosos humores conficiant, facile toti corpori, & utero communicantur, perinde ac boni, ideoque si membra hæc calidâ intemperie laborent, biliosa gignunt excrementa; si frigidâ, pituitosa, fluida, ac tenuia, quæ pro varietate materiæ commixtæ acria, nitrosa, salsave existunt. Externas causas ex dictis facilè colligere est, quibus adde aërem frigidum, mœrorem, eduliorum varia genera, præsertim herbarum, & leguminum, ac fructuum: partum difficilem, potissimum autem cruditates.

Alteratrix à frigido debilitatur.

Retentrix ab humido.

A toto corpore.

A parte alia.

Externæ causæ.

Signa.

Ut affectus dignoscatur consideranda tria, affectus natura, pars primariò, aut per consensum affecta, & humoris conditio. Affectus dignoscitur, quia uteri purgamenta à menstruis diversa sunt colore, substantiâ, odore, ac profluendi tempore, & ordine; Menstruus quippe sanguis sincerus est, hic autem humor diversorum colorum pro humoris redundantis naturâ; & insuper imbecillitatem fœminis inducit, decolorationem, impotentiam, maciem, mœrorem, pedum ac manuum tumorem, difficilem respirationem; os

uteri

uteri perpetuo hiat, madet, quibuſdam excidit uterus ipſe, ita ut uſque ad muliebre pudendum progrediatur; fœminæ ſic affectæ ingratæ ſibi, & viris ſuis redduntur; interdum uteri exulceratio accidit, & tunc puris fœtidi nonnihil permiſcetur, aut ſanies, & fœminæ viri congreſſum non patiuntur, præſertim ſi ulcus in uteri collo ſit, dolent, quæ tamen ulcus non habent, etſi viri congreſſu minimè delectentur, haud tamen offenduntur; Pulſus fere in hoc affectu vermicularis eſt, ut ſcribit Galenus; urina veluti aſinina, ut ſenex notavit. Vitio totius corporis fieri deprehenditur ex laſſitudine gravativâ, à quâ levatur mulier copiâ excretâ, & rurſus gravari incipit; inſuper ex venarum plenitudine, tenſione, torpore pedum, manuum ac crurum; ſi vero non quantitas ſed humoris vitium in toto lædat, laſſitudo ulceroſa adeſt, cum pruritu, mordacitate, & calore univerſi corporis. At ſi cacochymia melancholica ſit, mœſtitiam, terrores, taciturnitatem, & alia ſimilia mala inducit; ſi bilioſa, iracundiam, amarulentiam, anxietatem, ſitim, inquietudinem: ſi pituitoſa, fœmina pigra, & ſomnolenta fit, oculi ſine dolore tument, omnes tamen ut plurimum carnes habent candidas, & laxas.

2. de præſag. expul.

Hipp. 2. de morb. mul.

Signa ſi à toto.

Humorum Signa.

Si à parte aliquâ affectâ.

Si peculiare aliquod membrum afficiatur, peculiaria ejuſdem membri ſymptomata id monſtrabunt, ita dolor, calor, tumor, bilioſa excrementa jecur malè habere indicant; inappetētia vero vel ingens fames, ciborum corruptio, acidi, & crebri ructus, pituitoſa excrementa ventriculum affici declarant. Quæ omnia ſi deſunt, & lumborum, ac partium circa veſicam moleſtiam ſenſerit, conſenſus à veſicâ, & vicinis partibus erit, præſertim ſi urina craſſa, alba, & mucoſa ſit, qualem ſæpe vidimus. Quod ſi à capite contingat, cum dolore capitis, & ſpuma in excrementis fluxus ſit, & per nares, & os ſuppreſſa evacuatio aliqua fuit. Si tandem à liene, plerumque rugitus ipſius adeſt, & aqua ſub ſiniſtro hypochondrio fluctuat, ac fœmina mæſta eſt. Ab utero provenire indicium fuerit, ſi cuncta hæc deſint, & fœmina boni coloris appareat, & nihil præter imbecillitatem perſentiat. Præterea in profluvio ab utero ſolo provenienti materia pauca eſt, cum ſolius uteri ſit excrementum; à toto autem, aut parte, quæ totius eſt officina, copioſior; dignoſcitur etiam ab utero fieri, ſi difficilis præceſſit partus, caſus ſupra ventrem, aut dorſum, ulcus vel tumor præter naturam in ipſo utero, aut medicamen-

tum validum intus aut extra uterum adhibitum, vel alia uterina accidentia, præsertim si fœmina adhuc nimis juvenis conjugio tradita fuit, & venerem exercuit,

Signa humoris. Humoris natura dignoscitur ex ijs, quæ cap. *de fluxu menstr.* dicta sunt, & ex corporis conditione, ac præcedente vita, præsertim vero ex humoris colore, nam biliosus flavus exit, aut pallidus cum acrimoniâ: Pituitosus albus multus; & citra acrimoniam; serosus sive sanioſus loturam carnis repræsentat: melancholicus fluxus hic (ut diximus) rarò accidit, quia melãcholia humor est suâ naturâ torpidus, nec facile fluens: meminit tamen Hipp. cujusdam fluoris, in quo humor veluti à carnibus assatis exit, & pudendũ exulcerari dixit: insuper alterius graveolentis fulvi veluti ex ovo vitioso; hunc à vitellinâ bile, illum ab atrâ fieri certum est, & utrumq; admodum periculosum esse. De quibus jam dictum est cap. proprio.

2. de morb. mul.

Prognostica. Malum est cunctis ætatibus commune, maximè corruptis jam fœminis, & ijs, quæ pepererunt; licet etiam virginibus sæpe accidat, præsertim ijs quibus præ humiditate vasa uteri laxa sunt; salacibus enim potius accidit gonorrhæa. Porro ætate vigente magis rubra fluxio infestat, declinante verò, aut admodum pusilla alba; fulva tùm in juventute, tùm etiam in senectute, utraque tamen si suæ ætati acciderit facile curatur, si alienæ difficulter, quia tunc fit morbus inproportionalis. Malum periculosum semper est, quippe quod uterũ exulcerat, & cogit procidere, tabem inducit, hydropem, & mortem, conceptum plerumque impedit, quia semen vel corrumpit vel lubricando elabi compellit, vidimus tamen prægnantes albo fluore affectas, quæ nihilominus ad justum tempus fœtus gestarunt, & vitales peperunt, sed puellas. Deterius fluxus lividus, cruentus, fœtidus, aut luteus; minus periculosus, pallidus, albus, purulentus, convulsio aut animi defectio si in fluore muliebri advenerit, malum. 5. aph. 56. Fluor hic in senioribus prope incurabilis est, & eas ad mortem usque comitatur, ut sapientissimus refert senex; quod si purgatio fiat à melancholiâ, tandem cancer excitatur, ut ait quidam.

2. de morb. mul. Rondeletius.

Curatio si fiat à seroso humore. Si à bile fiat curatur, ut menstruorum profluvium ortum à calido, & fervido sanguine. Si verò à seroso humore, aut pituitosâ materiâ, à quibus muliebris fluxus plerumq; fit, tria illa revocanda

in memoriam suprà commemorata, à quibus triplex oritur curandi ratio; prima à toto, vel particulari aliquo membro sumpta. Secunda à naturâ humoris. Tertia ab utero. Si igitur serosum humorem à toto corpore fluere comperias, curatur 4. remediorum generibus. Primo optimâ victus ratione; ut tenui, sicco, & adstringenti cibo ex cydonijs, piris, agrestâ, acetosâ, amylo, & orizâ, cum lacte chalybeato, carnibus coctis in aqua pluviali, vel chalybeatâ addito succo granatorum, berberis, de ribes, quæ summè commendantur. Potus esto pro occidentalibus aqua, in quâ ferrum vel ignitum aurum sæpius fuerit extinctum additis prædictis succis. Pro vino assuetis, & septentrionalibus vinum crassum, & austerum. Aër eligatur siccus; somnus sit paulò longior, corporis motus, & animi accidentia vitanda, mulier collocetur acclivibus coxis. *Cibus.* *Potus.*

Secundò vacuantibus ac imprimis sanguinis missione (præsertim si sanguinem permisceri cognoveris) ex mediâ, aut axillari cubiti venâ, aut cucurbitulis scapulis adhibitis cum scarificatione; deinde ijs, quæ serum sanguinis educere valeant, parato prius humore hoc aut simili sirupo ℞ *Sirupi ros. simpl. de stechade an.* ℥ j ß, *aquæ fœniculi, melissæ, arthemisiæ, an.* ℥ ij. ß *misce pro duabus dosibus:* hoc postquam per dies circiter octo usa fuerit purgetur hiera, cassia fistula, myrobalanis citrin: sero lactis cum rhab. sirupo de cichoreo cum rhab. aut rosato solutivo, ut ℞ *Pulpæ cassiæ* ℥ j. *specierum hieræ* ℥ j. *cum sacharo fiant boli, aut* ℞ *rhab. electi, corticum myrobalanorum citrinorum an.* ℥ j. *infundantur per noctem in* ℥ iiij. *seri caprini, colaturæ mane adde sirupi ros. solut.* ℥ j. Prodest etiam ℥ j. conservæ ros. cum ℥ j. pulveris rhab. & g. iiij. masticis, quibus ac similibus purgandum paulatinè post unam confertam purgationem, aut convenienti apozemate, quale capite *de fluxu menstruorum* scriptum reperies, aut his pilulis, quę confortando purgant ac recipiunt *rhab. electi, succo ros. irrorati* ℥ ij. *myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum infusorum in succo ros. an.* ℥ j. *masticis* ∋ j. *spicæ* ∋ ß *cum sirupo ex pluribus infus. ros. fiat massa,* cui addere poteris *myrrhæ* ℥ ß *croci* ∋ j. *dosis* ∋ *iij. unâ vice, aut* ∋ j. *alternis diebus*, aut capiat pro unâ confertâ evacuatione ℥ j. vel pro paulatinâ unciam mediam pastæ electuarij de succo ros. quæ sic paratur, ℞ *prædicti electuarij* ℥ *iij. sachari dissoluti in aqua morbo convenienti* ℥ *iij. fiat pasta, sive rotulæ.* *Vacuatio.* *Sanguinis missio.* *Purgatio.* *Pilulæ.* *Pasta de succo ros.*

Diversio. Tertio divertentibus ad alias partes, cum evacuatione tamen, ne humor decumbat in partem principem, in quem usum, si vires tolerent, iteranda sanguinis missio partita tamen, & per intervalla digito foramini adhibito, uti fieri solet in ijs, qui sanguinem ex qualibet parte rejectant; mollibus deinde frictionibus, ac vinculis brachiorum, exercitio, cucurbitulis parvis, & frequentibus. *Balneum.* Præsertim vero prodest balnei sulphurei usus, & provocatio sudoris per de- *Sudor.* coctum ligni guajaci, radicis chinæ, aut sarsæ parellæ, de quibus cap. *de humida uteri intemperie* abunde scriptum reperies, potissimum tamen hæc sudorifica in vere, & autumno conveniunt: aut si fœmina sudare renuat, sirupus pluribus diebus exhibeatur ex aliquâ *Diureticum.* prædictarum decoctionum confectus. Derivatur etiam humor, ad vias urinæ, in quem usum confert mirificè hoc decoctum ℞ *assari, apij, calamenthi, soldanellæ an. m.* j. *sambuci m.* ß. *polypodij, seminis carthami an.* ʒ ß *coquãtur in s. q. aquæ ad lib.* j ß, *cujus dosis* ʒ v. ac si volueris adhuc purgare, decocto adde *agarici, vel turpeti in ligatura* ʒ j.

Astrictio. Quarto adstringentibus, in quem finem pecten, venter, & lumbi spongia in posca madida fomententur, aut lanâ succidâ in vino adstringenti, & oleo ros. vel myrthino imbuta aut incessiones fiant ex decocto myrti, mali corij, cytinorum, rosis rubeis, rore marino, demum extrinsecus adhibeantur, & mulierum locis indantur quæ c. *de fluxu menst. 5.* remed. genere dicta sunt, quibus tamen non utendum ante totius corporis evacuationem per ea, quæ simul revellant, & derivent; tunc enim à retentis excrementis læsio nulla imminet.

Curatio si à pituita fiat. Si à pituitâ malum originem ducat, victus ratio eadem esto, humorem deinde, ac corpus præparabis, rhodomelite, sirupo de hissopo, de duabus radicibus, de prassio, de arthemisia, de betonica, cum aquis aut decocto earundem herbarum. *Purgatio.* Secundo purgabis sic: ℞ *Turpeti, seminis carthami, mechoac. anæ an.* ʒ ß *coquantur in* ʒ vj. *aquæ ad tertiæ partis consumptionem, colaturæ adde agarici trochiscati* ʒ j. *mellis rosacei* ʒ j. *vel accipe diaphœnici* ʒ iij. *agarici trochiscati* ʒ iiij. *sirupi de hissopo* ʒ j. *aquæ fœniculi* ʒ iij. *misce fiat potus*; aut si pilulis magis capitur ℞ *massæ pilularum de hiera, mastichinarum, vel alephanginarum* ʒ ij. *agarici trochiscati* ʒ j. ß *cum melle ros. fiant pilulæ ex singulis dragmis* viij. quarum primâ vice capiat xiij, posteà ut paulatine purgetur humor pitui-

pituitosus, capiat bis in septimanâ iij ex ijsdem pilulis aut ʒ iiij. vini purgativi à nobis descripti cap. *de suppress. mens. 4. remed. genere*; At si melancholicus humor redundet, prædictis potionibus admisceantur ʒ iij. confectionis hamech, ex quo etiam aut convenienti alio electuario cum sacharo dissoluto in aqua morbo appropriatâ tabellæ fiant sive pasta. Tertio reliquias discutientibus, in quem usum confert sirupus ex decocto ligni cum hermodactylis, carthamo, & folijs senæ cujus descriptionem habes cap. *de uteri intemperie humidâ*, aut sudores provocentur cum decocto sarcæ, radicis chinæ, ligni indici; aut utendum simplici eorumdem decocto pro quotidiano usu; conveniunt etiam asperiores frictiones, exercitium, balnea, aquæ aluminosæ, bituminosæ, sulphureæ; evaporationes ex decocto herbarum calidarum ut nepitæ, calaminthæ, fœniculi, hyssopi, enulæ, camemali, anethi, & similium, in quo etiam decocto balneum fiat: à balneo, corpus inungatur, oleo ex decoctione piperis, enulæ, camemali, squinanthi, vel radicis angelicæ, discutit etiam ʒ j. theriacæ optimæ, aut mithridatij, ex vino ebibita; aut suffumigia ex his trochiscis, qui supra ignitos carbones injiciantur ℞ *gallia moscata, aliptæ moscatæ an.* ʒ j. *ladani, styracis, ligni aloës, bezoini an.* ʒ ß *gummi arabici, vini optimi q. s.* secundum artem fiant *trochisci*, quorum suffitum mulier benè cooperta inferius capiat, subinde frictionibus primò levioribus quibus ab internis ad extimas partes humor revocetur, deinde asperioribus, quibus per cutim, quod inutile est, resolvatur. Quarto corroborantibus, & adstringentibus ut ϑ j. cornu cervi usti, acaciæ, aut ʒ ß spec. diatragacanti sæpius in vino sumptis, aut ʒ j. seminis uvæ seu coaguli leporis, vel trochiscorum de terrâ lemnia, de spodio, de Karabe in vino austero, aut in aquâ chalybeata; hoc etiam conditum mirificè vires roborat ad discutiendas reliquias humoris, *conservæ rosarum, anthos an.* ʒ ß *specierum diarrod. alb. aromatici ros. an.* ʒ j. ß *cornu cervi usti, corallij rubei præp. an.* ϑ ij. *sirupi de corticibus citri q. s. fiat conditum*, cui addere poteris pulverem eboris, ac rosarum rub. vel sine sirupo tragæam parare, tandem applicanda utero emplastra, quæ confortare valeant pro matrice dicta, quorum descriptiones reperies cap. *de uteri debilitate*.

Balnea.

Suffitus.

Si vitio alicujus membri fiat, quod excrementa gignit, & in uterum transmittit, curatio fiet per ea, quæ generatione excrementi

A vitio ventriculi curatio.

prohibeant, & genitum ab utero divertant, ita si accidat per consensum ventriculi, curatur primò vomitu tertio quoque die provocato. Secundo paulatina purgatione per ʒ ß pilularum mastichin. de rhab. de agarico, de aloë, parato prius humore sirupo de mentha, de absynthio, de corticibus citri, cum aquis menthæ, fœniculi, betonicæ. Tertio ijs, quæ reliquias humoris conterant, ventriculum tamen roborando, ut rhabarbaro masticato; aut ʒ j. specierum diarrod. aut aromatici rosati, cum ʒ ij. vini, aut alicujus ex prædictis sirupis singulo mane sumpta, aut serapij radicis chinæ ʒ iiij. Quarto externis, quæ easdem habeant vires discutiendi, & roborandi, ut fomentationibus ex oleis de absynthio, de mentha, nardino, de semine angelicæ, cinamomi, naphæ, aut balsamo indico, ex quibus emplastrum fieri potest, addito gummi tacamacca, caranna, dyaphœnicone calido, vel frigido, aut aliquo ex stomaticis medicamentis, capite *de vitijs ventriculi ex utero* conceptis, aut etiam cum cerâ ac pulveribus immediatè pòst recensendis; & prædictis oleis unguenta concinnantur. Fit insuper sacculus stomaticus ex æquis potionibus corallij, galangæ, cariophyllorum, nardi, cinamomi, rosarum, absynthij, menthæ. Si à capite originem trahat, instituta bona victus ratione illud purgabis paulatine per pilulas cochias, arabicas, fœtidas, aureas, aggregativas, postea capiti si frigidum sit, pileus imponatur ex æqualibus partibus camemali, coriandri præp. stechadis, majoranæ, rosarum siccarum, thuris, masticis; cunctis inter duas syndones inclusis cum bastituris: prodest etiam ad ingressum lecti noctu sumere ʒ j. pulveris sarsæ parellæ in ʒ iij. aquæ majoranæ aut in ovo sorbili, quod si caput calore infestetur à purgatione abstinendum, utendumque potius embrocha ex aqua dulci, lacte, vel decocto hordei, papaveris ros. extremitatum, & capitis arietis cum oleis ros. viol. papaveris, postea capiti insperges pulverem rosarum myrthillorum, coriandri, corallij, aut pileus paretur ex ijsdem pulveribus addito bolo armeno, pulvere cornu cervi usti, vel hora somni in ovo sorbili capiat pulveris cornu cervi usti, ros. myrthillorum an. ʒ ß. Maximè etiam sudores conveniunt, quibus non proficientibus ad fontanellas veniendum, in altero, vel ambobus brachijs,

Paulatina purgatio.

Discutientia.

Sacculus stomaticus.

Curatio si à capite fiat.

Pileus.

quod

quod utiliſſimum remedium eſt, quia diverſione factâ, & caput purgat, & uterum à fluxione vindicat.

Si vero vitio jecoris obveniat, curatur ſicuti quando à toto provenit, additis duntaxat, quæ jecur reſpiciant, ſi uterius primario afficiatur, & illud ex intemperamento, medebitur, ut cap. *de uteri intemperie*; ſi ex figurâ, aut complectendi, retinendiq; vitio, per ea, quæ denſant, comprimunt, & corroborant, ac prohibent, ne excrementa ad uterum tranſmittantur, quorum materia cap. *de menſtruorum profluvio* ad calcem poſita, præter cætera tamen laudantur ſemper in his caſibus balnea, ſudores, & fontanellæ, de quibus ſeorſim ſuis locis tractationes reperies. *Si ex vitio jecoris.*

Scholium.

Oculi ſine dolore tument] *Avicenna, & Altomarius putant, oculorum tumorem in hoc affectu interdum eſſe cum dolore, interdum ſine illo, decepti Pauli verbis lib. 3. c. 63. ubi ſic ſcribit:* loci continuè madent humoribus colore variantibus, *& cæt. & addit*, laborans oculos habet prætumidos nunc cum dolore, nunc citra illum; aut cum exulceratione, aut ſine illa; *ubi quidem dolor affectui potius, ac fluori matricis, quam tumori oculorum tribuendus eſt; itaq; oculi tument, fluor autem, inquit, nunc cum dolore eſt, nunc citra illum, nunc cum exulceratione, nunc ſine illa; quemadmodum enim in hydrope, & cachexiâ oculi ſine dolore tument, ita etiam in hoc affectu. Porro inveſtigatione dignum eſt, cur in pleriſq; uteri affectibus magis, quam in morbis alterius partis, oculorum fiant dolores, ac tumores, cùm tamẽ adeo diſſitæ ſint partes, nam inſtantes & præſentes jam menſes vel hoc ſolo ſigno interdum pronunciabis, quod per ea tempora alterentur, tumeant, ac lividæ appareant radices oculorum. Hujus tamen rei cauſam dicunt, quia oculorum radices cum utero mirificum habent conſenſum per ſpinalem medullam, à quâ etiam opticos nervos oriri Mercurialis Varolium ſequutus autumavit. Potius tamen cenſeo in hiſce morbis potiſſimum pituitoſos ac crudos humores redundare, & multos vapores, qui in partibus mollioribus ac tenuiori cute obtectis facile recipiuntur, ac ſe produnt, quâ ratione per morbos acutos oculi cavi fiunt 1. prog. 7.* *Av. 21. 3. tract. 3. c. 23. Alt. c. proprio.*

Quarto adſtringentibus] *An adſtringentia in hoc affectu conveniant quæſtionis eſt, cum præſertim Galenus lib. de prænotione ad Poſthumum uxori Boëthij nociva fuiſſe ſcripſerit, quia retentis humoribus ægra tumuit, &*

peſſime

peſſimè habuit: Reſpondendum, convenire ſi tempeſtivè adhibeantur, evacuato nimirum priùs corpore, per ea, quæ ſimul revellunt, & derivant, tunc enim retenta minime lædunt. Inter initia verò non convenire, quia retinetur id, quod per convenientem regionem natura ſolebat expurgare.

Diuretica menſes cohibent.

. Derivatur etiam humor ad vias urinæ] At dices, quæ urinas movent eadem menſes; reſpondeo, quæ propriè urinas ducunt, menſes non proliciunt, imo cohibent, quia ſanguinem ſiccant, & incraſſant, quod ſi ijſdem ad commovendos menſes interdum utimur, id quidem fit, quia obſtructiones ſolvunt, quæ menſes remorabantur. Si quis urgeat, pleraq; urinas ciere non quidem ſiccando, ſed liquando, & ſeparando aquoſum, lignatum autem ſanguinem ad uterum ferri poſſe, ſicuti ad veſicam: dic talia vere diuretica non eſſe, nec nos de illis loqui; adhæc humorem non ferri ad renes, ſed trahi, & eò magis, quo liquidior, ad uterum verò nec ſponte ferri, nec trahi, ſed trudi à naturâ, ideò facile averti poſſe ad alias partes. Vide quæ copioſius de his diſſeruimus in ſcholio capitis de ſupp. menſt. & lib. 4. de natura mulieris cap. 9.

Diuretica obſtructiones ſolvunt.

Quæſt. an in fluxu muliebri totum corpus afficiatur, an uterus ipſe. 6. de locis 1. Lib. 3. c. 63.

De loco affecto in fluore muliebri varij ſunt ſcriptores, & in duas diſtributi factiones, quarum utraque eadem Galeni loca in ſui ſubſidium affert, ut nullibi verius ſit, argumentum ab autoritate cereum eſſe atque tornatile. Altomarius affici univerſum corpus contendit, & Galenum citat autorem, qui ſic ſcribit. Sed accidit interdum fœminis muliebre vocatum profluvium, vel utero nequaquam affecto, cum univerſum corpus per ipſum expurgatur. Et inſuper quia Paulus vulvæ fluorem appellat deſtillationem totius corporis, quod expurgatur. His ductus Altomarius in hoc malo (licet ejus multiplicem originem agnoſcat, quia interdum totum corpus: interdum jecur, aut lien: ſæpe etiam ventriculus malè habent) haud quaquam tamen uterum affectum eſſe affirmat, cui Alexander Maſſaria planè ſubſcribit, ut ſerie ipſius apparet non aliâ de cauſa quàm ut ſolitâ æmulatione Mercurialem inſectetur, in quem finem ſuperiora Galeni loca non tam vertit quam pervertit. Poterant adjicere ad ſui dogmatis confirmationem, quod ex evacuatione morbi ad corpus univerſum attinere videntur ex retentione ad uterum, quod

5. aph. 57.

ſignificavit Hippoc. dicens; menſtruis largiùs fluentibus morbi eveniunt: non fluentibus autem ex utero morbi contingunt. Ubi largius quidem fluentibus ſimpliciter dixit fieri morbos, neque locum adjecit: non fluentibus autem adjunxit, ex utero. Neq; id immeritò; ſi enim ibi morbus conſtituitur, unde vel neceſſarium demitur, vel inutile adjicitur; in evacuatione ſæpe corpus univerſum à quo ſanguis aufertur ægrotabit: in retentione uterus, cui non ſuum adjicitur. Verum his non obſtantibus, tàm Altomarius, quam

quam Massaria mihi videntur pessimè deducere, tametsi enim notum est, & jam alibi à nobis proditum, non quæcunque per uterum expurgantur, ab utero expurgari; tamen non sequitur, quia Galenus priori loco dixit, fluxum fieri cùm universum corpus per uterum expurgatur, propterea fieri num quã posse, utero male habente, neque illud, vel utero nequaquam affecto, uterum planè excludit, sed fieri affectionem admittit illæso utero, qui tamen rudioribus potissimum lasus videretur, quod particula, vel, apertè innuit, quam Massaria artificiosè dimisit. Nam indefinita propositio in materiâ non necessariâ particulari æquipollet, non universali, ut norunt Dialectici: non ergo quia ex corpore dixit ideo semper ex corpore fit, sed plerumque, qua etiam ratione Hippocrates indefinitè dixit, menstruis largius fluentibus morbos evenire, qui tamen fluunt toto corpore, aut aliquo ex visceribus, vel etiam utero malè affecto, ut suo loco diximus. His accedit quod ipse Galenus in lib. de sympt. causis eandem affectionem exoriri scribit, propter affectum in utero exortum, & in lib. de locis dixerat, quemadmodum interdum per renes quoque evacuatur. Quibus affectis nemini dubium est, quin similis aliquis humor educi possit, idipsum Avicenna sentit, & Matthæus de Gradis, uterq; solidæ doctrinæ viri, qui ob imbecillitatem resolutivæ uteri, & venarum ejus albas humiditates interdum per circuitus, nonnunquam etiam citra certas periodos expelli affirmant. Vt igitur à toto corpore semper fluere non recipimus: ita sæpe ab eodem emanare confitemur, addimus pronunciato firmamentum, quod crudus humor non solum ex secunda coctione redundat, verumetiam in tertia, qua uti in venis totius fit, ita etiam in venis uteri.

Avicen. 20. 3. cap. 32. Matth. c. de fluxu menst. De causis menst. alb.

De Gonorrhæâ.

CAPUT XV.

GOnorrhæa, definiente Galeno, est involuntaria, & assidua seminis profusio citra Veneris imagines, citra genitalium tentiginem, & cum nullo, aut levi quodam oblectationis sensu. Aëtius definitionem muliebri gonorrhææ accommodans, est, inquit, seminis citra contentionem ac tentionem veneream profluvium, ad quod uteri laxatio, & debilitas ac totius corporis tabefactio consequitur. Dicitur Gonorrhæa à γόνη, quod est genitale semen, & ῥεῖν, quod fluere significat.

Definitio. 6. de locis 6.

Optima definitio, nam sic experientia fœmina comprobant.

ficat, perinde autem fuerit, si profluvium dicas, profusionem; aut excretionem. Paulus, Rondeletius, ac Mercurialis confundunt hunc affectum, cum veneris insomnijs, seu pollutione nocturnâ, sed malè: nam pollutio nocturna ab exuperante semine fit, vel à calore, & acrimoniâ ejusdem naturam proritante, vel ingenti vasorum seminaliũ robore, ideoque cum voluptate prosiliendo affatim procidit; in verâ gonorrhæâ crudum, aquosum, ac tenue promanat, ut plurimum citra appetentiam cõeundi, quia cum debito tempore in capreolaribus vasis semen non retineatur spiritib, privatum, nec confertim, nec subitò movetur, sed paulatim & lentè fluit; subinde fœminæ, quæ eâ affliguntur, decolores sunt, & dolores circa lumbos sentiunt, neq; verò gonorrhæâ affici dicuntur fœminæ, quæ per uteri suffocationem, aut ex levi alterâ causâ, ut clysteris perfusione, aut ex concussione membrorum, ut in epilepsiâ semen ejaculantur; quia in his non assiduè, nec sine oblectamento, crudum, sed crassum, copiosum, & cum sensu voluptatis, ac tentione partium, genitura saliendo potius prorumpit, quã effluit. Porrò gonorrhæa communis est affectus, & viris & mulieribus, sed his quodammodo peculiaris ob seminis tenuitatem, & viarũ amplitudinem; licet propter verecundiam sæpissimè cælent, ideo secuti viros in arte præstantes Aëtium, Priscianum, Moschionem, Jachinum & alios de eâ inter morbos mulierum scribendum duximus, ac ut facilius distingueretur ab uteri albis purgamentis, cum quibus maximam habet similitudinem; discriminatur tamen, ut scribit Gradius, colore, quia semen pellucidum est, clarum, glutinosum, & magis concoctum: quantitate, quia minus seminis in gonorrhæa prodit, ni alius fluxus commisceatur, quam pituitæ in albo fluore; ac semen fœtidum non est, & per intervalla fluit licet non magna, ideo os uteri non semper madet, veluti in albo fluore: Insuper in gonorrhæâ corpus citius, & magis contabescit, si fluxus durat; & præsentibus menstruis fluxus albus cessat, quia ex eâdem materiâ fit, gonorrhæa tamen perseverat; contingit affectio omnibus ferè fœminarum conditionibus intra 14. & 40. annum constitutis, tametsi Mercurialis gonorrhæam prægnãtibus non contingere asseverantius confirmet, quia semen in uterum semper ejaculari arbitratur, & inde foras effluere, sed quoniam prægnantes dum congrediuntur ad uteri cervicis latera emittere 2. physiologiæ luculentius dissertavimus, per quas vias semen emittunt

Paul. lib. 3. cap. 55. Distinctio.

Semen per gonorrhæam spiritibus orbatum est.

G. de fluxu menst. Distinctio à fluore mul.

per

per eaſdem gonorrhæam fieri nemini dubium eſſe debet. Cæterum eſt alia gonorrhæa, quæ ex venereâ ſpurcitie contrahitur, in quâ corrupti, ac fętidi humoris defluxus apparet, qui ſępe interni meatus exulcerationem concitat, quo à ſimplici differt gonorrhæâ, potiuſque corruptos menſes repræſentat, ni & cauſa procatarcticâ, & colore diſtinguatur, quia magis ruffeſcit; cum igitur diverſæ ſint cauſæ, ac diverſa ſymptomata, diverſa etiam eſt curandi ratio, quocirca non de ea, quæ impropriè ſic dicitur, ſed de ſimplici gonorrhæa ſermo hic inſtitutus eſt; quæ quidem, ut viſum fuit Galeno, ſymptoma eſt præter naturam de genere excrementorum immodicè fluentium: nam ut excernere tempeſtivè, ita continere naturæ officium eſt. Pars affecta inſtrumenta ſeminis ſunt, ſeu ſpermatica vaſa, in quibus generatur, & naturaliter continetur genitale ſemen, non verò pudenda, quæ viæ ſolummodo cenſentur, unde gonorrhæa involuntariò urinæ fluori proportione reſpondet.

Altera ſpecies gonorrhęæ.

3. de ſympt. cauſis.

Pars affecta

Ex dictis palàm eſt, præcipuam hujus mali cauſam eſſe vaſorum ſeminariorum, ac retentricis facultatis infirmitatem, & mollificationem, quam facultatē imbecillem reddere poſſunt omnes excedentes intemperaturæ, præſertim humida: lædunt etiam vaſa externæ cauſę, ut caſus vel ictus in renū regione; nimis frigida linimenta, & balnea earundē partium, & lumborū, ſeſſio ſuper frigidum lapidem, lumborū arcta ſtrictura, & linteorum calefacientiū ſuper lumbos nimius uſus. Fit etiā ex vaſorū reſolutione aut muſculorū convulſ. ubi ex Avic. notandum, quod ſicut cōvulſio muſculi ani feces retinet, quia ad retinēdum genitus eſt; ita convulſio muſculorū genitalium fluorē generat, quia expellere eſt ejus munus, ſed n. ex parte ſeminis etiā ubertas aut qualitas gonorr. excitat; ubertas quidē, ut in viduis, quæ anteâ veneri aſſuetæ, nunc continenter vivunt, & iis quæ nuptias protrahunt, ſpōſis tamen frequentius adhærent, ac cum eis luſitant: qualitas vero, ut acrimonia ac tenuitas, quæ ex calore renum vaſis ſpermaticis communicato, proveniunt, & faciunt, ut vel non concoqui vel nō retineri ſemen poſſit tantiſper, dū concoquatur, craſſeſcat, & ſpiritus acquirat, ſed crudum & incoctum excidat; ita qui acrioribus utuntur cibis, & crudis, ut multo aromate, oſtreis, bulbis, cæpis, ſcolimo, nucleis pini, aut meracioris vini copia, & qui intēpeſtivè equitant, ac ſe exercent, hoc malo laborāt ſæpius, illi etiā qui impuberes, nec dū matura ætate

Cauſæ, vaſorum imbecillitas, intemperatura, etc

Convulſio.

Gonorrhæa qui affician-tur.

veneri petulantius se mancipârunt, nam imbecilles partes evadunt, in quas tamen longa consuetudine humores uberius confluunt, sic etiam illi, qui in adolescentiâ, (pudet dicere) nefariè manu pudendis admotâ semen projiciunt, masturbatores propterea dicti. Quæcumq; verò præter has causas scriptores assignant, pollutionem potius gignunt quàm gonorrhæam.

Signa. Signa morbi, & quibus ab aliis, cum quibus similitudinem habet, internoscatur, ex dictis cumulatè patent; causarum indicia hęc sunt: vasorum imbecillitas ex intemperierum signis deprehenditur, simul cum corporis naturâ humidâ, ac ex præcedenti victus ratione non absimili, ex lassitudine insuper, & debilitate, & quia in coitu ante tempus excernunt, ac demum ex cæterarum causarum absentia; seminis abundantia proditur, quia sic affectæ, nec oppidò pallent, nec adeo emaciantur, insuper ex anteactâ vitâ, ut si mulier sedentariam degat, bene nutrita sit, & corpore carnoso, calido & humido, ac continens cum sit, cibis utatur, quæ Venerem excitent. Acrimonia, & cruditas ex seminis colore, & substantia dignoscitur; acre n. biliosum ac tenue in induso apparet; crudum, album & tenue, ita ut vix maculam relinquat; Caliditas seminis colligitur ex genitalium calore, pruritu, & mordacitate, ac ex nonnullo voluptatis sensu dum excernitur; quæ si ex renibus proveniat, in ijsdem percipitur calor, & debilitas, & in urina pinguedo quædam supernatat à fervore liquata, ideo Hippocrates dicebat, si pinguedo supernatans aranearum speciem refert, damnandum est, indicat enim consumptionem.

2 prædic. 35.

Prognostica. Gonorrhæa licet cunctis ætatibus accidere possit, plerumque tamen junioribus circa pubertatem accidit, sæpe autem diuturna est affectio, adhuc tamen recentem reprimere & sedare, enitendum est, nam si interposito spatio diligenter non curetur, *uteri sequitur laxatio & debilitas*, ac tandem tabe consumit, à toto enim corpore ad uterũ paulatim materia confluit, & quia excrementum est utile, quod natura ob generationem resarcire properat, semper eò sanguinem transmittit, ac seminaria vasa humore destituta, id quod membra nutrire deberet, subinde ad se rapiunt; salaces etiam fœminæ, & illæ, quibus præ humiditate seminaria vasa laxa fiunt, hoc malo sæpius exercẽtur.

Si à causis procatarcticis ortum ducat, curatur earundem remotione, & affectuum ab ijs derelictorum: sin autem ex seminis copiâ, & va-

& vasorum imbecillitate, quod frequentius contingit, curatur in summa ijs, quæ seminis generationem prohibeant, genitum minuãt, vasa constringant, ac roborent, id quod sex remediorum generibus fit. Primo victu exsiccante, ut aëre sicco, & temperato in activis, somno odorato, vel breviori solitu supra culcitram factam ex lana, & folijs agni casti, salicis, portulacæ, lactucæ, ac similibus arefactis, lectus sit asper, non delicatus, in alterum laterum non in dorsum decumbat, ne arteriæ concalefiant, quiescat præsertim initio morbi, alvus singulis diebus naturæ respondeat, sin minus levi clystere solicitetur; caveat à spectaculis, cogitationibus & lectionibus lascivis, præsertim à conspectu viri elegantis formæ; potiusque tetrica utatur vivendi ratione, lectionibus, & colloquijs severis, ambulare pedibus nudis Venerem etiam reprimit. *Victus.* Cibus sit paucus, qui ægrè corrumpatur, difficulter permutetur, & exsiccandi vim obtineat, ita cum omnibus cibarijs permiscenda semen viticis, cannabis, rutæ, & folia Nympheæ, plantaginis, briti, atriplicis. Pyra etiam conveniunt, & mespila, cucumeres, lentes, cucurbita, morus, panis triticeus esto, carnes non humidæ, sed montanæ, ferinæ, præsertim aceto maceratę, & assatæ aviculæ, cum quibus omnibus infra scriptus pulvis permisceatur, conveniunt etiam emplastica, ut pultes ex farre, hordeo, oriza, milio, pisces, gallinarum cerebella, potissimum in debilitate vasorum. *Cibus.* Potus sit aqua chalybeata, aut cocta cum prædictis seminibus, vel si vino sit assueta, adstringenti utatur. Fugiendi cibi flatuosi, ut ostreæ, bulbi, fabæ, acres & multum nutrientes, ut aromata, eruca, nuclei pini, amygdalæ, dactyli, pistacia, ova, siligo, alica, & omnis caro glutinosa, ac cibi sorbiles, vini nimius potus, & lectus plumaceus. *Potus.*

Secundò divertentibus, ut vomitu ex decocto seminis raphani, anethi, agarici, cum oximelite, frictionibus brachiorum, & exercitio partium superiorum. *Divertio.*

Tertiò evacuantibus, præsertim autem, si semen redundet, sanguinis missione ex utraq; basilicâ in eâ quantitate, quę plenitudini & viribus correspondeat. *Evacuatio.* Si verò humores alienâ qualitate inquinentur, minus sanguinis missioni insistendum, nisi juvenis sit, & salax mulier, in aliis purgatione potius utendum, assumpto prius per aliquot dies hoc sirupo, quo humores attemperentur & corrigantur: ℞ *succi fœnicli, mentha, calaminthæ an.* ℔ ß, *decoctionis myrthi, seminis*

lactucæ, Nymphææ, rhapontici ℥ iv. *cum* 5. *q. sacchari rosarum colati, fiat sirupus mediæ consistentiæ dosis* ℥ ii. *cum* ℥ iii. *decocti myrthi, foliorum viticis, nenupharis, capulorum glandium*. Purgatio talis erit, ℞ *prunorum damascenorum, jujubarum, sebesten, an. num* x. *flor. viol. nenupharis an. p.* j, *pulpæ tamarindorum* ℥ j, *fiat decoctio in s. q. aquæ ad* ℔ j. *in colaturæ*, ℥ iv: *infunde rhabarb. optimi* ℥ j ß. *aut corticum myrobalanorum citrinorum* ℥ ij, *sandali citrini* ʒ ii, *in expressione dissolve sirupi ex g. infusionibus rosarum siccarum* ℥ j. *fiat potus sumendus in aurora*. Cæterum conferta purgatio hîc raro locum tenet, quia semen in vasis, & juxta prostatas contentum non purgat, sed potius commovet, & gonorrhæam auget, quamobrem paulatinâ potius, & per intervalla utendum, quâ citra commotionem quæ utero vicina sunt, expurgentur, eorumque successione à vasis aliquid discutiatur, vel divertatur, id fiet sirupo ex infus. ros. aut succo mercurialis, pilulis mastichinis, de aloë, de agarico, de rhabarb. ad ℥ j ß, aut ℞ *terebintinæ abiotis* ℥ iii. *agarici trochiscati* ℥ j *seminis dauci, cannabis, pulveris ligni aloes an. g.* viii. *cum saccharo fiant boli*, qui singulis mensibus capiuntur, & sunt maximæ efficaciæ,

Purgatio.

Semen discutientia.

Sermon. 98.

Quartò iis, quæ peculiariter semen gigni non permittunt, aut genitum discutiunt, cujus sortis multa circumferuntur, nos selectiora appendemus. Galenus 6. *de valetud. tuend. cap.* 4. inter reliqua commendat seminis viticis, & rutæ assiduum usum: idem author 6. *simpl.* lactucæ semen potum genituræ profluvium cohibere scribit. Porphyrius, ut refert Stobœus, salicis fructum cum vino propinatum libidinis impetum coërcere meminit, idem affirmat Plinius de foliis salicis é vino epotis, Nymphæam, & Eracleam Venerem in totum abolere Marcellus testis est: idem sentit de rutâ & coriandro. Avicenna tum hasce herbas, tum mentham & lactucam Veneri contrarias esse prodidit, & quidem de lactuca Galenus, ut supra dictum est, & Athenæus quoque subscribit, ideò à Pythagoricis, Eunuchion appellabatur, quod ineptos faciat ad Venerem, mentha autem, etsi calida est, in secundo, tamen exsiccando semen extinguit, ac dissolvit, quin etiam de ruta Macer suffragatur dicens:

Plin. lib. 24. c. 9. & lib. 26. cap. 1.

cap. 33.

Expellit partus potu Veneremq; coercet.

& de

& de mentha similiter, dum inquit:

Matrici succus si subditur illius, antè
Quàm fiat coitus, mulier non concipit inde.

Mercurialis summis encomijs laudat acetositatem citri, & limonum ad exsiccandum semen, triphæram Mesues ad incrassandum, Rondeletius cinerem intestinorum gallinæ, Crato mandibulæ lucij piscis pulverem, electuariis admixtum; Rases serum lactis valde acetosum; Mercatus ʒ ß castorei, quod quibusdam pro secreto est, maximè, quando virtus retentrix debilis existit, sumitur autem in vino rubro, aut cum seminibus prædictis pilulæ fiunt: camphora à multis imprimis commendatur; ex omnibus tamen supradictis hæc paratur tragæa pro usu quotidiano, ℞ *seminis rutæ, urticæ, agni casti an.* ϑ ß. *seminis lactucæ, portulacæ, plantaginis, papaveris albi an.* ϑ j. *seminis coriandri torrefacti, cannabis an.* g. IV. *specierum diacalaminthæ* ʒ II. *cornu cervi usti, seminis rosar. sandali, corallij an.* g. V. *seminis melonum* ʒ III. *omnia pulverizentur ac misceantur, quibus adde, si velis, tertiam partem sacchari, &* ʒ j. *pulveris mandibulæ lucij piscis.* Sunt etiam quædam alia composita, quæ seminis generationem prohibent, ac genitum resolvunt, & minuunt, ut diacyminum, diatrion pipereon, diacalamintha quæ etiam reliquis admisceri possunt.

Pulvis exiguus.

Quintò ac potissimum ijs, quæ fluxum sistere valeant, & adstringere, ea autem ut plurimum frigida, & sicca esse debent; quippe quæ frigida sunt, incrassant, & immobile reddunt semen, ac proinde supprimunt, quæ vero sicca, ipsum sperma destruunt, seu potius gigni non permittunt. Utiliter igitur assumitur *lactis vaccini vel ovini* ʒ III. *aquæ plantaginis* ʒ j. *pulveris boli armeni, terræ sigillatæ, trochiscorum de rosis, & de Karabe* ʒ j. *misce:* aut, *lactis vaccini* ʒ IV. *pulveris pilorum leporis combustorum* ʒ j, *bis in die diutius accipiatur:* aut ℞ *seminis rutæ, nymphææ, agni casti an.* ʒ ß, *aquæ endiviæ* ʒ III, *misce.* Valde etiam commendatur hic sirupus: *seminis agni casti, portulacæ, coriandri præparati an.* ʒ j, *rasuræ eboris* ϑ j. *menthæ siccæ* ʒ ß, *contundantur, & per noctem infundantur in* ʒ IV. *aquæ plantag. colaturâ & expressione facta per filtrum aut crassum linteum, adde sirupi de mentha* ʒ II, *capiat singulo mane:* si fervor sit magnus, ℞ *aquæ myrthi, portul. an.* ʒ vj. *sir. Nymphææ, cichor. an.* ʒ II. *pro 4. dosibus,* utilissimum etiam est hoc apozema, ℞ *fol. sanguinariæ, acetosæ plan-*

Gonorrhææ sistentia.

Potiones.

plantaginis an m. j ß. *baccarum myrthi, seminis coriandri prepar. seminis papaveris albi an.* ʒ ß. *florum nenupharis, borraginis, violarum, an p.* ß. *foliorum rutæ, menthæ, calamynthæ, siccorum an.* ʒ III. ß. *bulliant secundum artem in aqua pluviali ad* ℔ III. *colaturæ adde succi rosarum rubearum, granatorum, pomorum acidorum, limonis, aut citri, vel aceti optimi an.* ℔ ß *cum sacchari* ſ *q. fiat apozema*, cujus patiens ſingulis diebus

Conſerva. deglutiat per vices ʒ IV. Mirificè etiam opitulatur hæc confectio, ℞ *seminis melonum mundatorum* ʒ ij. *seminis cucurb* ʒ j. *seminis viticis* ʒ ß *acaciæ, corall. rub. an.* ʒ j, *been albi & rubei an.* ϑ ij. *cum sacharo, fiat velut opiata, quæ mordacitatem seminis imprimis temperat, dosis* ʒ ß, *cum* ʒ iij *aquæ plantaginis*: ejuſdem & adhuc majoris eſt efficaciæ altera, quæ recipit *ſirupi de acetoſitate citri* ʒ ij. *camphoræ* ϑ ij *seminis Nymphææ, agni caſti, rutæ, cannabis an.* ϑ j. *pulv. inteſtinorum gallinæ combuſtor.* ʒ ß *in pulverem cuncta redigantur, & cum ſaccharo fiat mixtura*, hanc enim compoſitionem ingrediuntur ferè omnia, quæ â proprietate ſemen extinguunt,

Trochiſci. Eſt etiam egregium remedium ſumere ſingulo manè unum ex his trochiſcis, ℞ *trochiſcorum de roſis* ʒ ij, *ſeminis lactucæ, cucumeris, coriandri ſicci an.* ʒ ß. *portulacæ* ϑ ij. *cum muſcilagine ſeminis tragacanti fiant trochiſci*, ſed quia guſtui ingrati ſunt, poterit cum ſirupo de menthæ loco muſcilaginis fieri opiata, aut cum ſaccharo diſſoluto in aqua

Pilulæ. menthæ fiant rotulæ; pilulæ inſuper probatiſſimæ in hunc modum paranrur, *gum. arab. tragacanti, Karabes, mumiæ, boli armeni, mandibulæ lucii piſcis an.* ʒ ß *in pulverem ſubtilem redigantur, & cum ſirupo myrthino vel de roſis ſiccis fiant pilulæ ſingulæ ponderantes* ϑ j. capiat prima vice

Rotulæ. tres, deinde ſingulis diebus unam. Ejuſdem virtutis rotulæ ſic conficiuntur, ℞ *ſeminis rutæ, agni caſti, urticæ an* ϑ ß, *ſeminis lactucæ, portulacæ, plantaginis, papaveris albi an.* ϑ j. *ſeminis coriandri prepar. ſeminis cannabis torrefacti an. g.* iij, *ſpecierum diacalamynthæ* ʒ ij, *cornu cervi uſti, ſeminis roſar. ſandalorum, coralliorum rub. an. g.* VII. *ſeminis melonis* ʒ iij, *ſacchari diſſoluti in aqua roſar. q.* ſ. *fiant tabellæ ſingulæ ponderantes* ʒ ij *doſis* una ſingulo mane cum vino adſtringenti, aut aqua chalybeata.

Topica. Sextò externis, quæ potiſſimum conducunt in mollitudine, ſeu laxitate, debilitateque vaſorum, & ubi in viris teſtes ob eam cauſam penduli ſunt, quod deforme ducitur. At in mulieribus topica hæc ſuper ventrem, vel circa renes, & maximè ad latera, quo loco teſtes jacent, apponi debent, in hunc uſum paratur fotus, vel bal-

balneum usque ad umbilicum ex decocto *rosarum*, *foliorum myrti*, *mali cotonei*, *lentisci*, *roris marini an. m.* ij. *nucum cupressi*, *hypocystidis*, *acaciæ an.* ℥ ij *coquantur ad tertias in aquâ pluviali*, in quâ sedeat mulier ad umbilicum usque, ac sacculus ijs herbis repletus, renibus, pubi, & lumbis interim, dum est in balneo, applicetur, nec fuerit absre balneis aquæ dulcis uti, ubi calor & acrimonia adest, ac sæpius spongia posca delibuta, aut vino rubro, & oleo rosarum easdem partes madefacere, lumbos, & spinam dorsi, cui etiam laminam plumbeam ac tenuem alligare laudat Aëtius, crebris tamen foraminibus perviam, caventes ne nimium frigidis renes, & vasa debilitentur, aut nimis calidis, ac diureticis humores ad eas partes uberius confluant. *Tet. 4. s. 4. c. 72.*

A balneo loca prædicta ungantur oleo mastichino, myrtino, melino, aut enanthino, vel hoc unguento *thuris electi* ℥ ij. *acaciæ*, *hypocistidos an.* ℥ ij. *olei mastichis*, *de spica*, *myrtini an.* ℥ j. ß. *cum cerâ*, *fiat unguentũ*, *cui adde camphoræ* ℥ ß, valet præsertim in causâ frigida: ubi autẽ calida fuerit, hoc aliud utiliter paratur, ℞ *olei ros. myrtini*, *nenupharini an.* ℥ j. *seminis lactucæ*, *portulacæ*, *cucumeris an.* ℥ ß *rosarum rubearum*, *myrtillorum*, *rasuræ eboris an.* ϑ j. *seminis agni casti* ℥ ß. *cum cerâ fiat unguentum*. *Vnguenta.*

Tertium cæteris adhuc efficacius hac ratione concinnabitur: ℞ *sandali utriusque*, *terræ sigillatæ*, *capulorum glandium*, *gallarum*, *omphacitidis*, *acaciæ*, *myrti*, *lapidis hæmatitis*, *coriandri sicci an.* ℥ j. *camphuræ* ℥ j. ß. *olei ros. myrtini*, *de cannabe*, *an.* ℥ ij. *aceti* ℥ j. *bulliant simul ad aceti consumptionem*, *& cum ceræ albæ q. s. fiat unguentum*, *cui si addas succi Isochimi*, *solatri*, *lactucæ an.* ℥ j. fortissimum efficies: Mirificum etiam est, si Aëtio credimus, emplastrum ex palmulis, malis cydoniis, acacia, hypocistide, myrti baccis, lentisco, simul coctis, & contusis addito oleo ros. & vino adstringente. Quibus adhuc non proficientibus illud unguentum, quod cap. *de fluxu menstruorum* ad finem descripsimus efficacissimum erit; imo etiam reliqua ferè, quæ eodem cap. ad fluxum sistendum retulimus, huc debent accommodari, ideoque ad illud recurrere non pigeat. *Emplastrũ.*

Septimò ijs, quæ malo jam curato maciem ac debilitatem relictam, ac debiles vires reficere valeant, restaurantia dicta, cui usui huic electuario nullum medicamentum æquiparandum reperies, ℞ *Been albi*, *& rubei*, *doronici*, *zedoariæ*, *macis*, *cinamomi*, *cariophillarum*, *croci*, *cardamomi an.* ℥ ß. *ligni aloes*, *seminis ocymi*, *cariophylatæ*, *margari-* *Restaurantia.*

turum ambarum, fragmentorum Hyacinthi, Saphiri, Smaragdi an. ℈ j. *corallij rubei, gummi arabici, tragacanti an.* ʒ j, *serici crudi, corticum citri, Karabes, limaturæ eboris an.* ℈ j. *trochiscorum diarrod. abb.* ʒ j. *pinearum, fisticorum, passularum an.* ʒ ß, *sacchari dissoluti in aqua rosar. q. s. fiat electuarium*, per morsellos aromatizetur moscho, dosis ʒ ii. ante cibum cum vino; ejusdem ferè virtutis est, sed paratur faciliùs aliud, sic: ℞ *pulveris margaritarum* ʒ j ß, *nucleorum pini* ʒ ß, *pulpæ pectoris caponis cocti* ʒ ii, *sachari optimi* ʒ iv. *secundum artem fiant morselli*; in causa tamen calida tertium hoc commodius erit: ℞ *seminum majorum frigid. seminis papaveris albi an.* ʒ j *amygdal. dulcium mundatarum*, *sebesten, pistaciorum an.* ʒ j ß, *passularum minorum aquâ calidâ lotarum* ʒ ij, *conservæ borraginis, endiviæ an.* ʒ ij, *specierum diarrod. abb. diamargariti frigidi an.* ʒ j. *sacchari candi, & penidiati an.* ʒ j. *sacchari albissimi* ℔ j ß, *carnis caponis*, ʒ vi. *ad ignem fiat confectio per morsellos*, aromatizetur ut supra citat. confert etiam electuarium seu pasta regia. *Pasta regia.* non solùm in pulmonis pectorisque affectibus optimus cibus, sed omnibus extenuatis, ejus hæc est descriptio. ℞ *amygdalarum dulcium excortic. strobilorum, pistaciorum recent. excorticat. an.* ʒ ß, *pulpæ dactylorum mixariorum, uvarum passarum an.* ʒ vi, *gummi tragacanti arabici an.* ʒ j. *amyli* ʒ ii. *pulpæ capi elixi* ʒ iv. *fructus aqua rosarum per horas* iv. *macerentur, deinde cum cæteris contundantur, & saccharo paulatim subigantur in massam*, ex qua fiant boli, seu panes dulciarij cujuscunque figuræ, auri folijs cooperiantur, quibus adde, si velis, & patientis dispositio postulet, semina frigida, cinamomum, moschum, ambram, pulpam cancrorum. Pleraque insuper ab authoribus huic usui scripta reperies, selegi tamen utiliora, & mihi usu diuturno probata.

Curatio si ex acrimonia. Denique si ex acrimoniâ, aut tenuitate, serositatéque seminis malum ortum ducat, curationem mutuabis ex capite superiori *de albis uteri purgamentis*, quia tum parum ab ea differt, semper tamen ijs, quæ ibi scripta sunt, commiscenda, quæ semen extinguant, ac ejus generationem prohibeant, quorum segetem ex hoc capite repetes.

Scholium.

Text. 56. Tabes dorsalis. *Hippocrates 2. de morb. cujusdam meminit affectionis, quam vocat tabem dorsalem, huic per omnia ferè similem, quippe ut ipse scribit, ea frequenter corripiuntur sponsi, & veneri dediti, & prodit sic affectis genitalæ*

semen multum, ac liquidum, & genitura in utero non manet, & cum iter fecerit, aut cucurrerit, tum alias, tum in acclivem locum, anhelatio, ac debilitas, benè tamen cibum capiunt, sed consumuntur, & si interroges sis affectum, dicet sibi supernè de capite in spinam, veluti formicas descendere; hæc Hippocrates: Quæ penè omnia gonorrhææ affectis obveniunt, nisi quod ille frigidis semper, & humectantibus curat, affectum fortasse magis, & tabitudinem, quam causas respiciens.

Cæterum cum quatuor sint tabis dorsalis differentiæ, quarum prima ex nimia Venere: altera ex sangine copiosiore in spinalem medullam irruente: tertia ex ejusdem medullæ reseccatione: quarta ex prava destillatione in eandem decumbente ortum ducunt, quoniam in his omnibus ea spinalis medullæ pars, quæ intra dorsi vertebras continetur, malè afficitur, & ex ejus pravo affectu reliquum corpus contabescit; Primæ, ac tertiæ ex his Hippoc. curationem potissimum adhibuisse videtur citato loco: Nam & hæ duæ ferè coincidunt simul, nisi quod resiccatio fieri interdum potest occlusis venis, ad medullam tendentibus; ambæ tamen ex profusione seminis si proveniant, re ipsa à gonorrhæa non differunt, nisi quod hæc à causa interna ortum trahit; illa ab externâ, & procatarcticâ, nempe à nimio Veneris usu, à quo etiam temporis processu causa interna efficitur, si nimirum juniores Veneri, uti diximus, assuescant. *Tabis dorsalis species quatuor.*

Signa morbi] *Duas reperio historias, quæ tum ad cognitionem, tum ad curationem hujus affectus non parum faciunt, ideo præter consuetudinem meam eas recitabo. Prima est Dodonæi, qui generosum virum novisse scribit, decem & octo annis hoc profluvio laborantem, is increscente indies malo ad fontem, qui haud procul Leodio jacet, profectus, quamdiu aqua ejus usus est, dolores, ac symptoma remiserunt, multisque annis ibi suavius, quam alibi, vixit, ejus siquidem fontis ea est proprietas, ut vesicæ, ac renum dolores leniat, rarò tamen affectum persanet, illinc reversus, pejus indies habuit, quoad ex morbo obiit, dissecto corpore repertus est ren uterq; major, & durior, quam secundùm naturam, concreti, ac indurati puris colorem ac similitudinem referens, ureteres ambo interius ulcerati, vesica sic rigida, ut nec extendi nec contrahi posset, una membrana ejus ab altera divulsa copioso intermedio pure, in exteriori tubercula livida, interior multis foraminibus pertusa, colis in totum exulceratus, & concreto sanguine plenus, quippe cereis candelis crebrius usus fuerat. Altera historia est Rondeletij, is nobilem vidisse scribit, qui ex abscessu frigido renum gonorrhæa laboravit, & semper habuit deterius cum semen extinguentibus frigidis, vel calidis uteretur, instituta contraria victus ratione,* *Obs. med. 42 Hist. prima.* *Hist. secunda.*

jussusquè bibere vinum generosum, alimentisque vesci optimis exsiccantibus ac minimè flatulentis curatus fuit: Hunc partes illas imbecillas habuisse autumat, ex coitu frequentiori, & ob tumorem renum frigidum, multos humores frigidos collegisse, à quibus copiosi flatus generarentur, qui meatus spermaticos dilatarent, distẽderent & semen irritarent, quod noctu ejaculabatur, post quam ejaculationẽ adeò erat imbecillis, ut sese continere erectus non posset, aut
Hist. 3. *ambulare, sed cogeretur in lecto decumbere, vel crurib. elevatis sedere. Nos etiam juvenem primatem vidimus, & curavimus; qui in adolescentiâ circa decimum quartum annum incautus, & ab alijs deceptus assiduis masturbationibus, ut dolens ac pœnitens referebat, usus fuerat, indeque tantam contraxerat* 1 ◎
vasorum seminalium, & testiculorum debilitatem, ut tametsi postea continenter viveret, gonorrhaâ tamen vexaretur, testiculis prater modum pendulis ob vasorum relaxationem, & pene in medio versus partem superiorem contorto, cumque antea vividi esset coloris, ac robustus, postea pallidus, emaciatus, & imbecillis evaserat, hecticum diceres; reliqua omnia ad unguem qua Rondeletius scribit patiebatur nullo discrimine facto, nisi quod maximis, & assiduis alvi constipationibus vexabatur; non autem illico malum senserat, sed postquam in veniatone perpessus pulviam ingentem & frigidissimam, refrigeratis lumbis malum increvit, & vasa amplius fuere debilitata.

Masturbatores] *Inter varia genera eorum qua nefandas libidines ex-* 2 ◎
12. epig. 97. *excent, quidam masturbatores appellantur, h. e. qui, ut Martialis loquitur, fiunt sine fœmina mariti, vel ut clarius dicam, qui ducendo praputia genitale semen eliciunt, masturbare enim, sive manu turbare, ut scholiastes Aristophanis, & Suidas scribunt, est virilia tangere; sape autem hujus turpitudinis fit mentio apud Poëtas, & precipue apud Martialem. Cælius Rodiginus tradit hoc*
Lib. 11. ant. lect. c. 14. *genus libidinis Lydis esse peculiare, eosque meridianis horis eo uti solere, cujus etiam fecit mentionem Cælius Aurelianus, & Galenus 6. de locis 5. Diogenem*
Lib. 5. c. 9. *Cynicũ manu pudendis admota semen projecisse refert, ac venientem ad se deindè meretricem remisisse, eique dixisse: manus hymenæum celebrando te prævenit, qua in re non malus duntaxat Philosophus fuisse apparet, qui Venere,* 3 ◎
quâ ad generationem omnium bonorum consensu utendum est, ipse ad noxam vitandam utebatur, sed etiam pessimus homo; Neque verò solùm viri sibi ipsis pudenda contrectare solebant, sed etiam ab impudicis fœminis sibi id fieri nefarij homines patiebantur, ut Festus tradit & Catullus, præsertim vero Ausonius Epigrammate 70. quorum verba omittò, ne turpissimis in rebus, qua salvo pudore proferri nequeunt, diutius morer. Illud tamen velim meminerint ij, qui hâc fœditate se pollũt, quiq; semen, quod Deus cuiq; rei ad generis

propaga-

propagationem conservationemq; indidit, sic lascivè effundunt, se, etsi re ipsa homicidium non committant, non longè tamen ab homicidio abesse, siquidem fructus potentiâ saltem in semine continetur, ideo vel ipse lascivus Martialis contra Ponticum quendam sic scribit:

Ipsam crede tibi naturam dicere rerum. *9. epig. 42.*
Istud, quod digitis, Pontice, perdis, homo est.

Licet autem leges civiles, quæ istam lasciviam coërceant, nullæ, quod sciam, extent, facta tamen ejus mentio est in decretis Burcardi. In sacrâ verò paginâ Geneseos 38. sic scriptum est: nam introjens ad uxorem fratris sui semen fundebat in terram, idcircò percussit eum Dominus, eò quod rem detestabilem faceret: Theologi, ut autor est Angelus de Gervasiis, D. Thomas in secundæ q. 145. art. 11. & Pererius super allegatum Geneseos cap. ver. 7. inter nefanda connumerant, nam hujus peccati quatuor sunt species sive gradus, prima hæc est in quâ omittitur concubitus ad alterum, & dicitur mollities: 2. quando non servatur debitum vas: 3. ubi non servatur debitus sexus: 4. ubi non servatur debita species. Hæc doctis duntaxat scripta velim, planè omittenda, si quis hanc praxin vernaculo transferat sermone, ne levioribus ingenijs, & depravatis mentibus fœdissimi sceleris via monstretur. Atque idcirco scholium hoc, quoad fieri potuit, contraxi, non tam de inopiâ, aut sterilitate materiæ, quàm de pudoris magnitudine. *Lib. 17. c. 58.*

Victu exsiccante] *Præcipuus scopus curativus ex siccâ re est, ita enim semen non gignitur, sed extinguitur, ideo Alexander, & Paulus frigidis & siccis curant, quibus Aëtius accedit, dicens; & cavendũ ne affectæ partes inungantur, aut calefiant: quorum sententiæ ferè omnes recentiores ut Iachinus Altomarius, & Mercurialis suum addunt calculum. De calore tamen, & frigiditate variatum est; quippe Celsus frigidissimis utitur, alij temperatis potiùs, aut calidiusculis. Solvit difficultatem Avic. dicens, mollificationẽ vasorum, & tenuitatem, serositatem, seu cruditatem seminis curandam siccis, quæ simul calida sunt, & stiptica, nec id immeritò. Tunc enim malum frigiditatis, & humiditatis germen est, contra ac pollutio, quæ à calore & acrimoniâ provenit, ideoque siccare cum modice calidis, vel saltem temperatis scopus erit, ut rectè Iachinus notavit: sic Rondeletius nobilem illum, non frigidis quidem, sed calidis, & siccis curavit. At expulsivæ virtutis robur, & copiam seminis coërcendam inquit Avic. frigidis & stupefacientibus, mixtis stipticis, & emplasticis, uti retulimus, idcirco in 5. remed. genere, ea non in universum, sed ut plurimum frigida & sicca esse oportere diximus.*

Dubi. Calidane an frigida in gonorrhœa conveniant. 20. 3. tract. 1. 32.

Quæst. An mentha & ruta Veneri conducant.

Quarto ijs quæ peculiariter] *Id quod pleriq; de menthâ in quæstionem trahunt, de ruta etiam discutiendum venit; nam mentham Marcellus Veneri contrariam scribit, cui suffragatur Aristot. adducens tritum illud,* mentham in bello neq; edito, neq; serito, *quia inquit, refrigerat, ac semen genitale corrumpit, subindeq; robori, & audaciæ adversatur,* *2. proble. 2.* *G. 6. simpl.* *Gal: etiam conceptum impedire testis est, & Macer versiculis citatis, de ruta, & mentha; quibus tamen contrarium est, quod mentha vim calidam, & siccam possidet in gradu secundo, rutæ vero virtutem fervidam esse scribit, idem Macer: cui adstipulatur Dioscorides, dicens, eam herbam calefaciendi vim* *Dios. lib. 3. cap. 37.* *habere, ac Venerem stimulare, & Paulus mentham constituit calidam in 3.* 10 *gradu, acrem, & tenuem, ideoq; in Venerem incitare.* *Communis solutio.* *Communis solutio est mentham per se calidam esse, ex accidenti frigidam, quia exsiccando, ac consumendo humorem, facit, ut corpus alimento fraudetur, ac proinde calore, & semine destituatur: ideo mentham, & rutam, quia (ut Galenus scribit, & Avicen. confirmat) excrementitiam habent humiditatem, tenuissimis partibus admixtis, virides quidem flatus, & Veneris stimulos concitare, siccatas* *Ab. lib. 2. cap. 94. Galenus 6 simpl.* *vero hasce herbas vel frixas, & præcipue earum semina torrefacta, flatus discutere; Veneris impetus coërcere, ac proinde seminis profluvium; ita Mercatus; quæ tamen responsio difficultatem penitus non exhaurit, quia sic quæcunq; intensè calida, & sicca sunt, semen sisterent, quod nihilominus in aromatibus,* 20 *& plerisq; herbis non apparet, quare potius ad substantiæ proprietates confugiendum, quæ remotis impedimentis, hoc est, humiditatibus libere vires suas exercent.*

SECTIO SECUNDA.

De mammillarum tumoribus.

De mammillarum inflammatione.

CAP. XVI.

CONsequens est utservato ordine ad mammillarum tumores orationem convertamus, qui & cunctis fœminis sunt communes, & à mensium retentâ purgatione plerumq; obveniunt, ideo hunc lo- 30 cum in hâc praxi summo jure sibi vendicant; cùm autem plures sint eorum differentiæ, nos ab inflammatione, quæ omnium est communissima sermonem auspicabimur. Est igitur inflammatio mammil-

Definitio.

larum,

larum, tumor durus, cum dolore pulsatili, rubore, & renitentiâ. Differt à grumefactione, & abundantia lactis (de quibus lib. 4. Deo bene juvante) pulsu, & calore, nam dolor etiam in abundantiâ adest ob distentionem. Causa conjuncta unica est, copia sanguinis attracti, suppressi, vel aliunde transmissi, quanquam & ex lactis ubertate fieri id etiam possit, quippe nomine inflammationis sæpè apostema omne calidum comprehenditur, nec aliud quicquam lac est, quam dealbatus sanguis, idcirco quando concalefit in capillaribus venis, inflammationem parit; est tamen differentia, quòd ex sanguine quovis tempore excitari potest, ex lactis copiâ plerumq; puerperis, ac utero gerentibus contingit. Fit etiam tanquam à causis prægressis ex suppressione mensium, hæmorrhoidum, ex mammarum percussione, earundemvè strictâ ligaturâ. Signa facilè ad sensum patent, tumor nimirum, rubedo, calor igneus, sæpè cum febre: quod si ex lactis copiâ fiat, cognoscitur, quia fœmina prægnans est, aut puerpera, aut præcessit magna lactis ubertas, ex quorum absentiâ, & sanguinis aliquâ suppressione, à sanguine provenire deprehenditur. A quâcunq; tamen causâ fiat non est aspernanda mammillarum inflammatio, cum enim earum substantia lata sit, & adenosa, ac diminuti caloris, verendum semper, ne primum in scyrrhum, deindè in cancrum degeneret: cum maximam recipiant mammæ humoris copiam, quam ob caloris paucitatē nec commutare, nec in pus vertere queant: sanguinē etiam ad mammas collectum in mulieribus furorē significare scribit Hippocrat. unde Avicenna inter signa maniam portendentia connumerat sanguinis ad mammas conversionem.

Causa.

Signa.

Prognostic.

5. aph. 40.

Curatur 4. remediorum generibus, ac primo quidem victu tenui infrigidante, & humectante, utpote jusculo pulli, in quo endivia, borrago, portulaca, lactuca, & acetosa incoxerint. Potus esto vinum granatorum, aut aqua hordeo, & anisō cocta, vel mediocris cervisia, à vino, & aromate penitus abstineat, alvus, si natura lubrica non sit, lenientibus clysterijs proritetur, concilietur somnus, ac vitentur animi pathemata.

Curatio.

Secundò divertentibus, ut crurum frictionibus, ligaturis, clysterijs, sanguinis missione ex talo, aut scarificatione crurum, vel cucurbitulis ibidem appositis, si menses suppressi sint, aut circa tempus menstruationis fœmina fuerit constituta, sin minus ex brachio.

Diversio.

Tertiò

Evacuatio. Tertiò evacuatibus, & primo quidem sanguinis missione ex ejusdem lateris venâ internâ, aut mediâ, aut etiam ex saphenâ, juxta id, quod nuper de diversione diximus, quæ si opus sit, non semel duntaxat sed bis, ac ter vulnerentur. A venæ sectione catharticis utendum est, quæ tamen lenia sint, ut cassia, manna, tamarindi, sirup. ros. aut violar. solutivus vel conserva rosarum præmissis etiam sirupis, qui per dies aliquot humores contemperent, & compescant, ut: ℞ *Sirupi ros. de portulaca an.* ℥ i. *aquæ endiviæ, plantaginis an.* ℥ i. ß *misce*, conveniunt etiam oxisacchara, sirupus de cichoreo, de endivia, ac reliqui refrigerantes cum aquis plantaginis, sonchi, poligonij, endiviæ, aut cum decoctione earundem herbarum. Paratus humor hoc medicamento leviter educatur, *pulpæ cassiæ, & tamarindorum* *Prep.* *an.* ℥ vj. *cum saccharo fiant boli*, aut si potione magis delectatur, ℞ *pulpæ cassiæ*, ℥ j. *aut mannæ electæ* ℥ ij. *sirup. ros. aut viol. solutivi* ℥ j ß *decocti florum cord. & tamarind.* ℥ iij. *misce*, capiat per horam ante prandium, aliqui rhabarbarum, & diacatholicon exhibent, quod cum præmeditatione faciendum, ne humores amplius concalefiant.

Topica. Quartò topicis utendum priusque repellentibus reprimentibusque, minimè tamen validis, ne cor nimis infrigidetur, aut ad ipsum humor retrocedat, sed temperatis, quibus etiam admixta sint ea, quæ digerendi, ac discutiendi vim obtineant; in quem usum conveniunt lintea madida in posca, hoc est, in aceto forti vini albi, & aqua frigida, quæ sæpius mammis inponantur, ac iterentur, aut certè madefiant in decocto florum camomillæ, & violarum cum pari quantitate olei rosarum, & guttis aceti: prosunt insuper folia lactucæ, vel vitis, aut albumen ovi cum succo plantaginis, vel hoc, *succi solani, olei ros. an.* ℥ j ß. *decoctionis fœnugræci, camæmali, seminis lini* ℥ ij. *aceti* ℥ j. *misce*, ex quo cum spongia, vel linteo foveatur mamma. Ejusdem utilitatis est cataplasma, quod recipit *foliorum solani, melilloti an. m.* ß *coquantur & extrahantur per cetaceum, tunc additis farinæ fabarum*, ℥ ij. *oxymelitis, oleo amygdalarum dulcium, singulorum* ℥ j. *ad ignem fiat cataplasma.* At in augmento, & statu adhibeantur ea, quæ magis discutiunt, in quem finem septentrionales fœminæ cum fructu utuntur cerevisiâ præsertim Hamburgensi coctâ cum butyro, cujus loco decoctio furfurum cum eodem butyro, utilis etiam est, si madida in ea linteamina mammæ apponantur; aut

Discutientia in augmento & statu.

fiat

fiat hæc fomentatio: ℞ *foliorum malvarum, violarum, anethi, singulorum m.* j. *florum camomillæ, meliloti an. p.* j. *hordei mundi p.* j ß. *coquantur simul, & addito pauco vino, oleo anethino, aut sesamino, foveatur mamma, deinde inungatur linimento, ex æquis portionibus butyri recentis, olei violar. & pinguedinis gallinæ.* Quibus & alijs similibus sæpius admotis si inflammatio haudquaquam discutiatur (quod tamen optandum foret, quia ea terminatio semper præfertur) videndum, tendat ne humor ad indurationem an suppurationem; ac si ad indurationem, id profectò omni arte præpediendum emollientibus, inter quæ hoc potissimum commendatur, *medullæ cruris vituli* ℥ ii. *aspi* ℥ j, *croci* ϑ iv. *cumini triti* ϑ ij, *misce*, fiat linimentum. Aetius plura in hunc usum laudat, inter quæ sunt semen lini, & fœnugræci, aceto mulso coctum, ac sesamum tostum cum melle, & stercus caninum album cum terebinthina, & emplastrum dictum Dionysium, quo mammarum inflammationes jam in pus conversas frequenter à se fuisse discussas affirmat, ac parari dicit ex terebinthina, thuris manna, spuma nitri, oleo antiquo, & cera, plura ibi videre licet.

Indurationē prohibentia.

Lib. 16. c. 38.

Si tamen inflammatio & tumor non induretur, sed spe omni discutiendi sublatâ ad suppurationem, ac maturationem tendant, ejus rei signa ex Hippocrate & Avicenna erunt, tumoris prolongatio, pulsus, calor intensus, & dolor magnus, sic ut contactum non sustineat; juvanda autem omninò suppuratio erit calidis, & humidis medicamentis, quæ simul emplasticam vim habeant, quorum materiam reperies apud Galenum 5. simplicium, & Guidonem: communiter autem laudatur hoc, *foliorum malv. m. j. radicis althææ vel brioniæ* ℥ i *coquantur simul, contusa extrahantur, & adde farinæ fabarum, fœnugræci an.* ℥ j. *vitellos ovorum numero iij, myrrhæ, assæ fœtidæ an.* ℥ j *croci* ϑ j *misce*, ejusdem est utilitatis aliud, quod conficitur ex *malvis, & radice althææ similiter contusis, addendo farinæ tritici, & hordei an.* ℥ j, *butyri recentis majalis, si inveniri possit* ℥ iii, *pinguedinis suillæ* ℥ ii, *vitelli ovorum numero ij, croci* ϑ j, *fiat cataplasma, quibus addere licet fermenti acris* ℥ i, *vel si dolor & fervor ingens sit, lactis* ℥ ij. *Violariæ etiam & althææ folia in hydraleo coquuntur cum adipe vituli conteruntur, & ovorum vitelli duo cum pauco croco commiscentur, aut hœdinæ capita, vervecini pedes cum althæa, & violis similiter percoquuntur, &*

Suppurātia. Hipp. 1. de morb. mul. 8. Avicen. 3. 4. tract. 1.

Suppurationis signa. Tract. 7. d. 1. cap. 15. Tit. de maturativis.

in expresso succo bulliat farina orizæ bene mundæ addito butyro recenti, & in fine cum jam pulticula crassior est, vitellis ovorum duobus cum croco: vel farina fabacea, cum decocto caricarum subigitur adjecto oleo violarum, & aceti momento. Verum si neq; his neq; superioribus tumor ex se aperiatur, cochleæ contusæ admisceantur vel earundem concrematarum cinis emplastris apponatur, sic ut cinis partem contingat acuminatam,& quæ pus præ se fert. Quibus necdum proficientibus, aperiendum erit lanceolâ,aut phlebotomo apostema in parte tamen inferiori vulnere facto, ne venæ lacte priventur, idq; quando jam puris confecti notæ apparent, quæ teste Avic. & Guid. sunt; cessatio, pulsus, declinatio febris,doloris,& caloris partis; inundatio quæ digitis percipitur, acumen loci & quia ejus color ad albedinẽ vergit.

Notæ confecti puris. Tract. 1. d. 2. cap. 1.

Vlceris curatio.

Apertus tumor curatur primo digestivo confecto *ex terebinthina* ℥ j. *olei ros.* ℥ ß, *& vitello ovi*, postea mundificatur *melle ros. terebinthina, & farina hordei, aut mundificativo apij addito succo nicosianæ*, si ulcus sit mali moris, aut unguento Apostolorum, si multæ sint sordes; fortius adhuc erit Ægyptiacum, exterius vero unguentum basilicon vel emplastrum Paracelsi suo loco descripti, quod mirifice digerit, mundificat, incarnat, & cicatrizat, sed & prædictis mundificativis ad incarnandum additur nonnihil myrrhæ, tandem cicatricem inducit idem basilicon, aut Paracelsicum vel diapalma. Hic diligenter advertendum, mammillam spongiosam & cavernosam esse propterea humorem in ipsa contentum, neq; à naturâ plane evictum, haud facile ad unum locum dirigi, hinc fieri ut plerumque varijs in locis aperiatur, & uno curato foramine per alterum materia erumpat, varijsq; in locis, duobus tribusvè, sæpe etiam quinque ad supurationem veniat, ut rectè quidam dixerit, adversus eas, quæ in eam fortunam inciderint, pleroſque medicos se medicos non invenire, quo in casu candenti ferro sępè uti oportet. Illud præterea sciendum, mammillam affectam rarò ad sanitatem perduci, ni alterius sanæ lac exsiccetur, quoniam æque sanguis ex venis ad utramq; ducitur; Exsiccabitur autem si infans non sugat, & linteamina gelidâ aquâ madefacta superponantur, vel pulticula ex farinâ fabarum, & aceto, & alijs quæ cap. *de lactis redundantia* lib. 4. reperies; neq; porrò timenda est lactis exsiccatio, facile enim postea muliere jam restitutâ vel solo infantis suctu revocabitur.

Admonitio altera.

Scholium.

Scholium.

Furorem significare] *Celsus suffusas sanguine mammas furorem venturum attestari affirmat. Suscepit ex Hippocrate 5. aph. ubi ita scribit:* quibuscunque mulieribus ad mammas sanguis colligitur furorem significat; *per furorem ibi Jacobus Forolivensis quamlibet maniam intelligit; per verbum* colligitur *antiquus codex legit, convertitur, quod Galeno consonum est, qui sentit, hunc sanguinem per totum corpus ferventem deferri. Est autem sanguinem ad mammas converti vel colligi, per venas duci, & non transmutari, quod potissimùm contingit, quum mulieribus menses supprimuntur, quippe tunc ad mammas sanguis recurrit, & ad superiora, ac quòd eò tendat naturale est, quod lac non fiat præter naturam, id vero provenit, vel quia copiosior, vel quia malignus, potissimum autem quia ferventissimus; quovis enim modo peccet, à debili mammarum virtute, & exiguo calore, vel non alteratur vel corrumpitur, ac ex ipso acuti vapores in cerebrum mittuntur, à quibus subindè cerebrum pervertitur, at non sanguis, qui inflammationem facit, furorem excitat, is enim loco circumscribitur, sed ille qui adhuc per corpus fertur, quem verosimile est adhuc redundare, ideo non omnes, quibus sanguis ad mammas colligitur, maniâ corripiuntur, sed aliquot, quibus nempe adhuc in corpore redundat. Verum dices, nonne commune est reliquis affectibus calidis, ut tetros ad caput transmittant vapores, cur igitur de mammis inflammatis duntaxat Hippocrat. id protulit? quia de mammis ibi sermo erat, & posuit id, quod rarum, sed animadversione dignum videbatur, quodquè tamen fieri observaverat. Unde Galenus, Brasavola, & Guido se nunquam vidisse scribunt. Vidit tamen Lanfrancus, Brachelius, & Andreas Valcacer insignis medicus, ac chirurgus, olim in Salmaticensi Academia summa cum laude publicus chirurgiæ professor, nec pœnitendus in eâdem arte præceptor meus, quo de vulneribus capitis, & pectoris nemo melius scripsit: vidi etiam ego nuper in nepti Simonis de Konig Belgæ, unde dicere merito illud possumus, pueri sumus in colo gygantis, quia videmus, quæ ipse videt, & nonnihil plus. Caterum fiunt etiam tubercula quædam dura in mammis à menstruo suppresso, quæ teste Hippocrate libr. de morb. mul. certissima sunt cancri initia, & si non curentur à sanguine per corpus universum dilabente, mulieres mente percelluntur, ac maniâ corripiuntur, vel quia pars sanguinis ad cerebrum pervenit, vel quia vapores eò mittuntur.*

Objectio.

Solutio.

Galenus & B in com: Guid. tract. 2. d. 2. c. 3.

De flatuoso mammarum tumore.

CAP. XVII.

Natura. FLatuosus mammarum tumor fit ex crasso halitu à suppressis, corruptisvè in utero, aut vicinis partibus mensibus elevato, & ad mammas ob sympathiam ascendente, qui neque ab ipsius mammæ, neque aliarum partium diminuto calore, evinci, ac discuti potuit. Solet enim fieri flatuum generatio ex humore crasso per mediocrem calorem resoluto; summa quippe frigiditas vaporem non elevat, quia nihil attenuat, neque exuperans calor, quia quidquid elevat, discutit, mediocris verò, minoris existens efficaciæ, humorem dis- 1
Causa. solvit, non tamen perfectè consumit. Sunt coordinatæ causæ hujus affectus quatuor, prima mensium suppressio; secunda eorundem aut seminis excretionis privatio; tertia excrementorum corruptio; ex qua fuliginum sive vaporum copia gignitur, quæ quarta
Signa. causa est, & ea quidem conjuncta; ex his enim in mammis receptis tentio elevatur, quæ tumoris naturam æmulatur: & cognoscitur, quia dolor adest acutus, atque tensivus, ut est flatus conditio, cor dolitat communicato etiam flatu, mamma præsertim sinistra, turget, simul cum brachij, & totius lateris, costarum, & scapularum cruciatu, cum hisce n. partib. mammæ colligantiam habent, his vero 2
symptomatibus plerique decepti tumorem hunc cancrosum esse sæpissime judicarunt. *Distinctio à reliquis.* Distinguitur tamen à cancro, & alijs ejusdem partis tumoribus, quia pars cum albedine nonnihil splendet, ob tensionem, & si tangitur sonitum edit in modum tympani, ac si quis mammam manibus comprimat, reperiet universam esse in tumorem elatam, tensam, ac dolentem, & non unam duntaxat ejus partem: deinde glandulas eiusdem citra dolorem attrectare licet, ac si doleant, extensione potius fit, quam ex duritie præter naturam, quæ vera ibi nulla reperitur, sed tensio, & turgor.
Præterea in reliquis tumoribus semper aliquid durum remanet do- 3
lorosum, & sine dolore diu perseverans; at in hoc per intervalla id totum, quod tensum est, evanescit, rursumque redit tempore præsertim menstruationis, vel lunaris circuitus, quibus temporibus fœmina mœstior est, & animo deficit, & uteri, hypochondriorum,

driorum, lienis, ac cordis dolores sentit, ejusdemque saltum, ac palpitationem; nam dum in utero aliquid putrescit, vel movetur, magis ac magis conflictatur, quibus tamen occasionibus cessantibus sponte, vel quovis levi remedio mammæ subsident, & cruciatu levantur. Verendum tamen est, ne subinde ob dolorem humores ascendentes scyrrhosum, & cancrosum gignant tumorem, ideo difficilis semper est judicij, & quia malignitate flatus ille non caret, & quia plerumque cum alijs tumoribus complicatur, aut mox alter generatur effectus, subsequente humore alio. *Prognosticum.*

Curatur quinque remediorum generibus, primo bonâ victus ratione, ut cibo parco, & ex quo crudum quicquam non supersit, quod obstructiones augeat, & flatibus materiam præbeat, ideo potus etiam parcus esto, vinum nimirum, aut cerevisia, vel aqua cocta, cum cinnamomo, aniso, aut corticibus citri. *Curatio.*

Secundo, ijs, quæ menses omni arte evocare valeant, quorum uberrimam copiam reperies cap. *de mens. supress.* ad quod recurrere omnino oportet; in his enim curationis præcipua ratio sita est, potissimum autem utendum sanguinis missione per vices factâ in pedibus ter, quaterve in anno circa menstruationis tempus, ita enim fiet ut menses evocentur, vel eorum defectus suppleatur, &, ne tumor ex flatuoso in scyrrhosum aut cancrosum degeneret, præcaveatur, in quem insuper usum conveniunt crurum ligaturæ, frictiones, lavacra, & incessiones ibi descriptæ aut cucurbitæ suris & coxis adhibitæ, aut chalybis præparati usus, de quo cap. *de febre albâ.* *Menstruorum evocatio.*

Tertia facta humorum in utero & venis causam foventium præparatione, per sirupos pituitam, & melancholiam respicientes, ut cap. *de virginum, & viduarum melancholia* copiose scriptum invenies, purgetur sic: ℞ *foliorum sennæ* ℥ vij. *seminis anisi* ℥ j *infundantur, & bulliant in* ℥ iiij. *aquæ borraginis, colaturæ, & expressioni adde confectionis hamech sine scammonio, & colochyntide, diacatolici an.* ℥ ß. *sirupi ros. solutivi* ℥ j. ß *pulveris corticum aut seminis citri* ϑ j. *misce*, aut utatur apozemate, quod recipit *radicis tamarisci, capparor. borraginis an* ℥ j. *foliorum borraginis, epithymi, sennæ an. m.* ß *florum cordialium an. p. passularum min.* ℥ j. *prunorum numero* xij. *coquantur in s. q. aquæ* ℔ ij *ad colaturæ adde sirupi de succo borraginis* ℥ iiij. *Præparatio. Purgatio. Apozema.*

ſachari q. ſ. lapidis lazuli ℈ ij. *pro libr. fiat apozema, doſis* ℥ iiij. *vel* v. convehiunt etiam reliqua lenitiva, ut pruna, ſenæ, manna in juſculo pulli, tabellæ de ſucco roſ. vinum purgans; ſirupus roſ. aut viol. ex pluribus infuſionibus.

Topica. Quarto topicis calidis ſubtiliantibus, & reſolventibus, ita fomentatur tota mamma ſpongiâ lixivio imbutâ, vel apponitur linteum in aquâ vitæ madefactum, & in umbrâ exſiccatum, aut ſaponis ſpumâ delibutum; aut philtrum in butyro, quod diu coxerit madefactum, aut oleum liliorum de ſambuco, de napha, de ſemine & radice angelicæ. Præſtat tamen prius partem hâc decoctione fovere: ℞ *Furfuris triticei p.* ij. *foliorum anethi, meliloti an. m.* ß, *ſeminis aniſi, fœniculi, cumini an.* ℥ ij. *florum camomilæ, p.* j. *coquantur in ſ. q. lixivij, ac vini albi ad tertiæ partis conſumptionem*, in quo ſpongiâ madidâ ac leviter expreſſa locus fomentetur, deinde hoc apponatur unguentum, *olei liliorum de ſambuco an.* ℥ j. ß *balſami optimi* ℥ ß, *pulveris plumbi uſti non loti* ℥ ij. *ſeminis rutæ, aut aniſi* ℥ j. *cum cerâ, fiat unguentum*. Eſt etiam utiliſſimum hoc emplaſtrum in omni rebelli inflatione ad reſolvendam incluſam ventoſitatem, *ſtercoris vaccini, columbini, caprini an. p.* j. *pulveris cumini, carui, aniſi, baccarum lauri, origani ſicci, rutæ ſylveſtris, floris roris marini an.* ℥ ß, *ſapæ, aut mellis q. ſ. aquæ vitæ optimæ* ℥ ij. *miſce*, ſi tamen verearis ne calidiſſimis hiſce tenella mammarum ſubſtantia offendatur, ſequens ſacculus poſt fomentationem applicetur: ℞ *milij* ℥ j. ß, *ſalis* ℥ j. *furfuris majuſculi p.* ij. *foliorum arthemiſiæ, majoranæ ſingul. m.* j. *ſeminis fœnugraci, cumini, carui an.* ℥ ß, *florum camomilæ, meliloti, ſtœchados, roris marini an. p.* ß. cuncta in ſartagine leviter calefiant, & exſiccentur, ac duobus linteis cum baſtituris includantur, apponuntur etiam utiliter ſtupæ calidæ ſuffumigatæ, rore marino, lavendula, thure, vel anime. Quod ſi dolor ſit magnus, mitigatur hoc unguento, *aſipi humidæ* ℥ ij, *therebinthinæ, olei nardini an. q. ſ.* Expertum eſt, panem calidum, ut ex furno extrahitur, oleo nardino, & rutaceo madidum applicare.

Fotus.

Vnguentum

Emplaſtru.

Sacculus.

Ad dolorem

Quinto & ultimo cordi providendum per ea, quæ ipſum roborent, ac flatus diſcutiant, de quibus libr. 3. cap. *de cordis ſalute in pregnantibus.*

Scholium.

Scholium.

Sex prater inflammationem ſunt tumorum differentiæ in mammis, de quarum naturâ non ſatis concordant ſcriptores, & fœminis ſupervenire compertum eſt, ijs potiſſimum, quæ ſteriles ſunt, aut parere ante tempus deſiêre, aut viro carent, aut virgines jam grandiores exiſtunt. Prima ex craſſo, & caliginoſo flatu provenit, ex quo univerſa mamma diſtenditur, ac turget, diciturque tumor flatulentus. Altera ex pituita, craſſove quopiam humore, â capite aut alio loco tranſmiſſo, qui citra collectionem mammis imbibitur, quo differt à vero œdemate, unde duræ apparent mammæ, ſine dolore, vel etiam dolentes ſi bilis flavæ aut aduſtæ nonnihil acceſſerit, in quo affectu tota mamma augetur, quia humor in aliquâ parte collectus non eſt, ut in alijs tumoribus prater naturam, ſed imbibitus ut in ſpongiâ; ex quo affectu ligaturis arctiſſimis, & alijs præpoſteris remedijs tractata ab Empirico conjux Davidis Lomelij Belgæ, contrà quam conſulueram, in abſceſſum devenit, unde paullò pòſt obijt. Tertia tumorum ſpecies fit, cum glandulæ tument, aut citra dolorem turgent ex humore aliunde fluente, aut ibidem concreto, cui dicatum eſt caput de glandulis mammarum. Quarta, eſt cum ſcrofula mammis adnaſcitur, quam eodem capite comprehendimus. Quinta, Scyrrhoſus eſt tumor, qui ex alijs affectibus malè curatis plerumque fit. Sexta, cum ſcyrrhoſus aut quivis alius caterorum tuberculorum in cancrum migrare incipit, aut jam mutatus, exulceratusque eſt, de quibus omnibus tumoribus videndus Guido: de Eriſypelate caput non fecimus, quia mammis rarò accidit, & ſi contingat, ut inflammatio fere curatur, intentioribus tamen topicis, evacuationibus paucioribus.

Sex tumorum differentiæ in mammis.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

tract. 2. d. 1.

Solet enim fieri flatuum generatio] *Quaratione extrinſecus frigidiſſimæ, & ſeptentrionales per hyemem conſtitutiones, & calidiſſimæ æſtatis tempore purum aërem reddunt, quæ vero inter haſce mediæ exiſtunt nebulas gignunt: eodem penitus modo in animalium corporibus neque in extremâ caloris debilitate, neque cum vehementer calor invaleſcit, ſed cum inter hos exceſſus medio modo ſe habent, magis tamen ad frigiditatem tendunt, flatus gignitur, qui ubi per ventriculum erumpit, ructum facit, per ſedem ſtrepentem aut ſine ſtrepitu flatum: cum autem neque per ſedem neque per os excernitur, inflationem producit.*

De

De Oedematoso mammarum tumore.

CAPUT XVIII.

UT à sanguine, aut lacte in mammis coacervato inflammatio, & à flatu flatuosus tumor suboritur, ita à crassâ, vel aquosâ pituitâ ibidem collectâ œdema, quod barbari *undimiam* vocant, à non collectâ verò, sed diffusâ, & expansâ, alius tumor, quo tota mamma æqualiter intumescit, rectè dixeris cum Mercato mammas humore turgidas, aut cum Fernelio œdematosum tumorem, qualem modò in pedibus, & cruribus eorum, qui leucophlegmatiâ, aut cachexiâ laborant, modo per universum corpus fieri Galenus testatur, & nos quotidianâ experientiâ animadvertimus. De utroque igitur tumore in mammis promiscuè sermonem faciemus, siquidem curatio eadem est, affectibus prædictâ duntaxat ratione dissidentibus. Est autem œdema, eodem Galeno autore, tumor laxus, mollis, doloris expers, digitis cedens, & foveam servans. Verum si acrimonia, mordacitas, aut à vaporoso spiritu tensio accedat, doloroſus subindè tumor fit. Porro ut plurimum in mammis hi tumores gignuntur â menstruorum suppressione, facto ad ipsas recursu, vel aliàs à pituitâ tenui à capite descendente flatibus mixtâ.

t. ad glau. 3.

Definitio.

Causa.

Signa.

Cognoscitur, ac distinguitur ab alijs tumoribus, laxitate, mollitie, & mitiori dolore, licet interdum in humero, brachio, & sub axillis dolor adsit, in pituitoso autem, & fuso tumore tota mamma æqualiter, & nulla pars magis, quam altera elevatur; sed per intervalla certis quibusdam temporibus tumor, ac dolor exacerbatur, nimirũ prope menstruationis tempus, quo transacto subsidet, ac eò citiùs, quo uberius mulier fuerit repurgata, semper tamen tumoris aliquid remanet, quod in inflatione non accidit, quia penitus, quod flatuosum est, resolvitur, quo maximè hi duo tumores inter se differunt, & quia in flatu tentio adest, & renitentia major. Cæterum pituitosi tumores cancrum omninò minantur, præsertim si minus diligenter tractentur; terminatur tamen, & declinat œdema ut plurimum per resolutionem, rariùs per suppurationem, sæpe per conversionem ad nodos, quæ induratio est.

Prognostieũ.

Oedematosi tumoris terminationes.

Modo

Modò à capite, modo ex ſuppreſſis menſibus originem ducat, ſex remediorum generibus curatur. Primò victu reſiccante, ut in cibo, pane probè ſubacto, cocto, ac fermentato, paſſulis, amygdalis toſtis, aſparagis, carnibus avicularum aſſis: ante paſtum aſſumat ℥ j mellis roſar. in folijs, aut in formâ ſirupi, potus ſit aqua ex decoctione aniſi, cinamomi, radicis chinæ, ſarſæ parellæ, ſaſafraſiæ, aut vinum defæcatum pellucidum, in menſium tamen retenſione toſta, & aſſa minus conveniunt, carneſque potius coquantur cum ſalvia, hyſſopo, betonica, petroſelino. Semper verò lacticinia vitet, ſomnum pomeridianum, & uſum panis non bene fermentati.

Diverſio. Secundo divertentibus, ut frictionibus, ligaturis, lavacris, & inceſſionibus, de quibus cc. ſuperioribus dictum eſt, ac ſi menſes ſuppreſſi ſint, tùm ad divertendum, tùm ad evacuandum cucurbitulæ cruribus applicentur, aut pedis vena tundatur.

Præparatio. Tertio præparato humore per ſirupos de duabus radicibus rhodomelitem, ſirupum de mentha, de praſſio, de hyſſopo, de liquiritia, capillorum Veneris, cum aquis fœniculi, hyſſopi, majoranæ, roris marini, betonicæ, menthæ, aut cum decoctione earundem: purgetur ℥ j ß. *Pilularum ſine quibus, cochiarum, aurearum, de hiera, arabicarum, de agarico*, vel ſi ventriculus affectioni conſentiat, *per maſtichinas additis, ſi velis vehementius purgare, g. iij aut* v. *diagridÿ, vel potius trochiſcorum alandaal*; aut, ſi potio magis arrideat ℈ *iiij agarici trochiſcati cum* ℥ j ß *ſirupi roſar. ſolutivi, &* ℥ iv. *decoctionis pituitoſæ*; aut fiat paulatina purgatio ſumpta ſingulis ſeptimanis ℥ ß prædictarum pilularum.

Topicæ. Quarto topicis calidis reſolventibus, & attenuantibus, in quem ſcopum laudantur fomentationes ſuperiori capite deſcriptæ, aut ex lixivio confecto ex cinere vitis, ficus & tartari, addito modico aceti, *Lixivium.* repercutientia nequaquam adhibenda, quia magis indurant. Poſt fomentationes liniatur mamma hoc unguento, *olei amygdalarum dulcium, de ſemine lini, liliorum ſingulorum* ℥ j. *axungiæ gallinæ, anſeris an.* ℥ ß *cum modico diachylone, loco ceræ, fiat unguentum, aut cerotum*; prodeſt inſuper emplaſtrum filij Zachariæ, quod communiter diachylon magnum dicitur, & ſi mammæ doleant, ac caleant, adhibetur unguentum roſar. cum modico plumbi uſti, & cera alba, & idem unguentum in mortario plumbeo agitatum, aut oleum omphancinum *Unguentum*

cum pinguedine gallinæ, & oleo amygdalarum dulcium in eodem mortario sæpius ducto; discutiunt etiam balnea sulphurea, & aluminosa, aut ex decoctione hyssopi, salviæ, menthæ, post balnea unguenta applicentur ejusdem virtutis aut reliqua topica *superiori capite* descripta, quorum etiam seges uberrima est apud chirurgicos scriptores, quæ tamen maximâ cum consideratione mammis sunt applicanda, selectis semper mitioribus, à quibus tenella eorum substantia minimè offendatur.

Quinto si tumor ad maturationem tendat, suppurantibus, de quibus cap. *de inflammatione mammarum* 4. remediorum genere. Ex quibus, quia materia hic tenacior est, fortiora sunt eligenda, & reliquis admiscenda, ut radix brioniæ, liliorum, farina camomilæ, caricæ, diachylon ireatum, axungia anseris, suilla pinguedo, ruptus deinde abscessus methodicè curandus, ut ibidem dictum est.

Ventriculū roborantia.

Sexto ijs, quæ ventriculum pituitæ receptaculum confortent, ac roborent, sumptis & admotis, cui usui commodissimum est capere singulo mane cochleare unum conservæ stœchados, roris marini, aurantiorum, aut tabellam aromatici, ros. diagalangæ, diacymini, vel diatrion pipereon, vel fiant aliæ tabellæ hac ratione, ℞ *specierum aromatici ros.* ʒ j, *diagalangæ* ϑ j, *pulveris corallij, & sandali citrini an.* ϑ ß, *corticis citri conditi, conservæ ros. veteris an.* ʒ III *cum sacharo dissoluto in aqua menthæ, & absinthij, fiant rotulæ singulæ ponderantes* ʒ ij, *aut cum* ʒ j *vel altera alicujus ex prædictis conservis, fiant morselli.* Prosunt etiam sacharatæ confectiones seminis fœnicoli, corticum aurantiorum, anisi, cinnamomi, coriandri præpar. vel ipsum anisum tostum, aut ʒ j theriacæ vel mithridatij, aut ʒ j pulveris sarsæ parellæ in ovo sorbili: aut hæ pilulæ, ℞ *pulveris agarici, sarsæ parellæ an.* ʒ ij *cum sirupo de stœchade fiat massa, cujus dosis* ʒ ß *singulis septimanis.* Exterius ventriculo applicetur hoc linimentum, *olei de spica, de absinthio an.* ʒ ij, *ceræ* ʒ j, *masticis* ʒ ß, *liquefiant in duplici vase, & adde pulveris cyperi, macis, cinamomi an.* ʒ ß, *fiat linimentum*; aut sequens paretur unguentum, *olei lentiscini, masticis, rosacei, singulorum* ʒ j ß, *pulveris nucis muscatæ, cariophyllorum an.* ʒ j, *corticis citri* ϑ II, *utriusque corallij* ʒ ß, *florum camomilæ, anethi an.* ϑ IV, *spicæ nardi, squinanti an.* ϑ j, *aceti parum, ceræ q. s. fiat unguentum*, quod applicatur ventriculo, & dorso è ventriculi regione, aut emplastrum diaphœnicum, vel stomaticum, ac reliqua, quæ

Exterius admovenda.

capite

capite *de ventriculi debilitate* apud practicos reperies,& infra lib.2. hujus operis cap. *de ventriculi accidentibus ex utero.* Quibus tamen non proficientibus, sudare utilissimum erit ex decocto sarsæ, ligni sancti, aut radicis chinæ,quæ si adhuc sat non fuerint, fontanellam in altero vel utroque brachio aperire insigniter prodest. *Sudor.*

De mammarum glandulis, & earundem scrofulis.

CAPUT XIX.

GLandulę sunt partes corporis simplices,spongię instar molles,rarę,friabiles,& in se cõvolutæ,has naturaliter mammis inesse alibi jam prodidimus, quæ si præter modum indurverint, affluente solo pituitoso humore, vel etiam acri, & bilioso admixto tumor fit glandulosus ; quem Mercatus ad phlygeton reducit minus fortè aptè,dicente quia Celso phlygeton pustulam habet, aut quippiam simile, qua pustulâ tamen tumor iste caret. At dum in mammâ glandulosus quidam tumor denuò progignitur, non quidem tumefactâ præexistente glandulâ,sed denuò altera genita,tunc altera fit species,quæ appositè ad strumas, sive scrofulas reducitur ; & est tumor ex pituita crassa vehementer indurata; vel ex pure & sanguine subter concreto, ut Celso placet, ac si dolor his tumoribus accedat, medici existimant cancros esse, aut minari, quos tamen decipi constat, quia in eodem statu pluribus annis sine ullâ exacerbatione persistunt. Cæterum mammis scrofulas, sive strumas adnasci confirmat Celsus, Mercatus, & Tagautius,ac nobis etiam id pluribus in fœminis experientiâ compertum est. *Glandulæ indurata.* *Lib.5.c.28.* *Strumæ.*

Tument glandulæ per defluxum, strumæ per paulatinam congestionem, utrique tamen tumores fiunt deficientibus potissimum menstruis,ac ipsorum recursu ad mammas,ut illis fœminis accidit, quæ cantu aut quovis alio superiorum partium exercitio utuntur, sic enim menstruis ad mammas revocatis, earum glandulæ grandiores fiunt,ut quas antea difficile erat reperire, jam levissimo contactu obtrectes,sed præter hanc causam purulentus etiam, ac sanguineus humor in mammas decumbens,strumam gignere potest. *Causæ.*

Signa. Facilius est hosce duos tumores noscere (quia sensui patent) quam eosdem inter se distinguere; uterque enim indurescit, ac dolet, ejusdemque ferè magnitudinis existit, sed hæc est differentia, quod glandula magis dolet, & dolor quidem juxta affluentis humoris qualitates exacerbatur, & quovis levi præsidio resolvitur, nonnunquam etiam sponte ipsâ, ac hinc inde movetur, contrà verò struma immobilis est, nec facile nisi plurimis adhibitis remedijs evanescit, dolet minus, durescit magis, ita ut sæpe scyrrhum referat, à quo tamen, & à verâ scrofulâ differt, quia etsi indurata, dolet tamen; insuper scrofula unum obsidet locum, glandula in parvos divaricata tumores intra mammas divagatur.

Curatio. Duplex in curatione scopus, alter duritiem emollire, alter cancrum inhibere, utrumque complere poteris victu tenui, modico, calefaciente, exercitatione ante cibum, usu aquæ sulphureæ, & aluminosæ, è converso satietas, quies, otium, crassi, ac difficilis concoctionis cibi nocent; sed, ut uno verbo complectar, victus ratio, humorum præparatio, purgatio, sudores, topica, ac reliqua omnia, talia esse debent, qualia jam prodidimus capite *de œdematoso mammarum tumore.* Hoc tamen perpetuo ante oculos habere oportet, ut si affectio ex mensium suppressione, aut diminutione oriatur, curatio

Sang. missio. à sanguinis missione inchoetur ex basilicâ, aut saphenâ juxta regulas à nobis cap. *de menstruor. suppressione* jam positas, deinde menses provocentur, ut ibidem dictum est. At si glandula ex acri, tenuique fluxione intumuerit localibus cap. *de œdematoso tumore* in 4. remediorum genere recitatis: durante fluxione frigidiuscula addenda sunt, quæ ex cap. *de inflammatione mammarum* mutuabis, ut poscam, oleum rosarum & violarum: cessante verò fluxione, addere licet oleum camomilæ, liliorum, & alia, quæ citra attractionem, & caloris concitationem discutiant, & resolvant, in quibus diu persistes aut tela ijsdem unguentis delibuta diutius mammæ adhæreat, vel hoc

Unguentum unguentum, quod maximæ est utilitatis, ℞ *emplastri oxycrocei* ℥ j, *muscilaginis, altheæ, seminis lini, fœnugræci an.* ℥ v, *olei camomilæ, liliorum, iridis an.* ℥ j, *coquantur ad consumptionem muscilaginum, & adde axungiæ anseris, suillæ, medullæ cruris vituli, & cervi an.* ℥ j, *ac fiat linimentum.*

Strumæ curatio. Si verò ex supradictis signis tumorem strumam esse compertum sit, paulò efficacioribus utendum, ita in purgatione addere convenit

venit *radicis mechoacanæ* ℥ j ß, *aut turbith* ℥ j, *aut* ℥ ij *diaturbith*, vel singulo manè utatur patiens hac tragæa ℞ *radicis aristolochiæ rotundæ, raphani, spatulæ fœtidæ an.* ℥ j, *foliorum pimpinellæ, pilosellæ, rutæ an.* ℥ ij, *scrofulariæ, filipendulæ, seminis anisi, zinziberis an* ℥ j, *turbith optimi, fol. sena orientalis an.* ℥ iij, *sachari albissimi* ℥ iv, *fiat pulvis, dosis singulo mane cochleare* j, *cum vino vel aqua genistæ, vel pilulæ fiant cum s. q. succi fœniculi, aut cum sirupo de liquiritia, vel de hyssopo, fiat opiatæ.* Valet enim pulvis hic non solum manifestis qualitatibus, sed, ut quibusdam visum est, etiam à proprietate: prodest insuper singulo mane sumere ℥ ii aureæ alexandrinæ. *Tragæa purgativa.*

In topicis duplex est curandi ratio; prima, quæ emolliat, ac discutiat, sed vehementius, quàm in œdematoso tumore; altera, quæ manus operâ tumorem radicitùs extirpet. Primo tamen mollitionem & discussionem omni modo tentabimus, emplastro nigro á Galeno descripto, quod Recipit *olei veteris* ℥ iii, *viridis æris* ℥ iii, *picis navalis* ℥ j ß, *laudani* ℥ vi, *lithargyrij* ℥ iii, *fiat secundum artis ministerium emplastrum*, cui utiliter addi potest *uncia media diachylonis minoris, aut alterius, qui dicitur Mesuei, aut* ℥ ii *pulveris radicis ireos:* aut apponatur ℥ j *emplastri de meliloto cum* ℥ ß *ammoniaci, uncia olei liliorum, & radicis ireos* ℥ j ß, *cunctis juxta artis regulas mixtis*; est tamen efficacius aliud, quod sic paratur: *radicis altheæ* ℥ ij *coquantur, contundantur, & per cetaceum extrahantur, & adde olei bufonis, pinguedinis gallinæ, anseris, an.* ℥ j, *pulveris plumbi usti, radicis ireos an.* ℥ j ß, *misce*; nec est minoris virtutis hoc aliud, *nucum cupressi paria* v, *caricarum paria* iii, *radicis arundinis* ℥ ß, *coquantur in oxymelite, liquori expresso adde salis communis, cineris spongiæ, calcytidis an.* ℥ iii, *fiat unguentum*. Valent tandem reliqua ferè, quæ infra cap. *de scyrrho mammarum* dicenda sunt. At quæ sequuntur, quia validiora sunt, ideo mammis non applicantur, aut certè cum magnâ cautione adhibenda, præsertim verò delicatioribus fœminis non conveniunt, sed rusticis aut robustis, aut cum tumor est in aliis corporis partib. ℞ *radicis brioniæ, cyclaminis, cucumeris agrestis, an.* ℥ ii. *coquantur exactè in vino albo, terantur, extrahantur per cetaceum, tunc adde ammoniaci aceto squillitico dissoluti, bdellij, opopanacis in oleo sesamino dissoluti an.* ℥ j, *stercoris columbini, & caprini, an.* ℥ j ß. *ladani, styracis, calaminthæ singulorũ* ℥ ß, *picis navalis q. s. fiat magdaleon:* ũmpensè etiam sequens hoc discutit, *radicis ireos* ℥ iii, *aceti & mellis* *Emollientia & discutientia.* *Emplastrum nigrum. 5. de comp. mec. sin. loco.* *Fortiora.*

an. ℥ iv. *perfectè simul coquantur, contundantur, & adde terebinthinæ, resinæ, dialthea an.* ℥ iii, *pulveris cumini, fœnugraci an.* ℥ j, *fiat emplastrum* vel accipe *cineris limacum* ℥ j. *axungiæ suillæ q. s. aut fiat emplastrum de limacibus*, & alia quæ apud Guidonem c. *de strumis* reperies, sed quæ retulimus probatiora sunt.

lib. 2. d. c. 3.

Curatio struma per manus operam.

Quod si per hæc tumor non subsideat, quin potius durities eo perveniat, ut emollitionis spe frustrata tumoris radices in venas, & arterias inseri, & augmentari indies videamus, tunc ad manus operam veniendum, quæ tribus modis fit; quorum primus hic est: scisså mammâ scrofula utrinq; digitis prius compressa acu perforatur, & filo per foramen trajecto, manuq; sinistrâ comprehenso hinc inde leviter scalpello à mammarum carne separatur, ita ut totam scrofulam cum pelliculâ, qua includitur, simul extrahas, cavens sedulò ne pelliculæ quicquam intus supersit, ex qua temporis tractu denuo scrofula generetur, hac facta operatione ulcus per simplicem unionem curabis factâ futurâ, quæ separatas partes uniat. Verum, si pelliculæ aliquid intus remanserit, aut ulcus nimis lacerum sit, curabitur ijs, quæ digerant, ac superfluum exedant, ut unguento Ægyptiaco cum pulvere aluminis, & albumine ovi superpositis, aut unguentum Ægyptiacum intromittatur, & supra ulcus diachylon appones, quæ quidem curationis ratio multis profuisse certum est, & à Guidone ponitur. Verum si tumor varias in mammas radices inserat, secundo hoc curationis modo utendum: juxta prædictas radices in scrofulæ circuitu fiãt parvæ incisiones scalpello (non enim candenti ferro in mammis utendũ propter partium principalium viciniam, ut monet Galen.) ac immittatur arsenicum instar grani tritici minutissimi, si fœmina sit robusta; sin minus, indatur tantundem pulveris Joannis de Vigo, & desuper oxycrato madidum linteum, aut unguento pop. appones idq; iterandum, quoad radices exesas videas; tunc enim facilè struma secedet, & ulcus digerentib. prius, ac suppurantibus, deinde abstergentib. methodicè curabis. Tertio modo non admodum dissimiliter curatur struma affixo in medio ejus candenti ferro, vel, si in mamma sit facta cum scalpello scissura, in qua ex causticis aliquid immittendum erit, donec tota struma excidatur. Paratur autem causticum huic usui accommodum ex tribus partibus fermenti, & una arsenici ex quibus facta massa in furnello exsiccatur, ejusq; instar nuclei pini loco immittatur,

tr. 2. d. 1. c. 4.

Secundus modus.

2. ad Gl. 28

Tertius modus.

Causticum.

tatur, abscindes etiam scrofulam, si radicem ejus ligaveris filo in aqua arsenici ter quaterve immerso, donec vim caustici acquirat, singulisque diebus compresseris, donec alimenti defectu arefacta decidat, vel facilius abscindi possit, qua planè ratione curantur scrofulæ in alijs corporis partibus, & tumor ille ingentis magnitudinis, qui à chirurgis natta dicitur. His factis curationem, ut ulcus postulat, persequeris, digestivis, mundificativis, incarnantibus, & cicatrizantibus, de quibus ad satietatem sæpius jam diximus.

De Scyrrho mammarum.

CAP. XX.

SCyrrhus, qui à barbaris *sephyros* dicitur, vel *schliroticum apostema*, est tumor præter naturam durus, ac doloris expers, isque duplex; exquisitus, quem ex naturali melancholia, aut fœculento, & crasso sanguine fieri Galenus scribit, vel etiam à vitrea, gypsea, & crassa pituita nimis condensata, ut idem author alibi prodidit, atq; hic omni prorsus dolore caret, eodem teste *2. ad Glauc. 4.* Non exquisitus, qui dolore non absolvitur, idq; dupliciter, aut quia incipiens adhuc est, nec dum confirmatus, aut quia miscellam habet alterius humoris, ut superassati sanguinis, vel atri succi, quem melancholiam vocant, unde sensum levem acquirit: sunt tamen, qui exquisitum scyrrhum à sola melancholia generari affirmant, à permixtione vero alterius humoris cancrosum, œdematosum, aut erisypelatoidem, ideoque priori definitioni á Galeno traditæ humoris speciem addunt, definientes scyrrhum, tumorem præter naturam ab humore melancholico durũ & insensibilem, quibus non invitus subscribam, si humor admixtus copiosus non sit. Omnes porro scyrrhi species mammis contingunt, sed quoniam non exquisiti cancrosi tumoris naturam referunt, de illis sequenti cap. peculiaris fiet sermo. Exquisitus tribus potissimum de causis in mãmis generatur; Primò, quia obstructus lien nequit sanguinem à melancholiâ expurgare, sicque in corpore redundat, & ad mammas convertitur, ac tumorem scyrrhosum gignit; Secundò, quia menstruis suppressis aut aliàs diminutè fluentibus fœculentus humor

Definitio.

5. simpl. 9. lib. de tum. præt. 10.

Scyrrhi aliæ definitio.

Causæ.

non

non expurgatur, sed paulatim ad mammas regurgitat, & in eadem carne ac venis colligitur. Tertiò, quia ex toto corpore humor per paulatinam (ut ajunt) congestionem in ijsdem mammarum locis accumulatur; sæpè etiam medicorum imperitiâ paratur, cum vehementer erysipelata, & mammarum inflammationes adstringunt, & infrigidant; aut induratis mammis, immodicè dissolventia, calefacientia, & exsiccantia adhibent, sic enim subtile digeritur, quod reliquum est, magis impingitur, & induratur, & hæc scyrrhi quarta causa constituenda: ex quibus constat quatuor has speciales causas ad duas generales reduci posse; aut enim primò, & per se humor crassus congeritur; aut ab humore alio tenuiore, ac subtiliori parte præposteris medicamentis exsiccata resultat, tuncque exsiccatio causa est efficiens, materialis vero lentus crassusque humor, qui inania partis spatia subit, ac replet nervos, nervosaque corpora, sic ut viam intercludat spiritui animali, à quo est vis sentiendi.

Signa. Cognoscitur, ex duritie sine dolore, ex inæquali corpulentiâ, colore subnigro, vel fusco, hoc est, ex rubro nigricante, quanquam qui ex pituitâ fit, coloris est albi, aut ex albo lividi, qui adhuc incipiens est, ad contactum dolet, minimum tamen, qua ratione ab incipiente cancro distinguitur, cui citra compressionem dolor inest haud exiguus, & à quavis causa excandescit, quod scyrrho non accidit,

Prognostica. 2. ad glau. 4. Scyrrhus insensilis curam non recipit, inquit Galenus, qui verò difficulter sentitur, nec incurabilis est, nec facilem admittit curationem; at insensilem dixit esse incurabilem medicamentis, nam manus operam admittit, & curatur; sed & quando scyrrho superveniunt pili, curari nequit, neque etiam qui magnus est durus, & cap-
3. 4. tract. 2. cap. 11. parorum colorem refert, ut scribit Avicenna, neuter tamen ad maturationem umquam venit, quocirca numquam tentanda, ne abeat in fistulosum, cancrosúmve ulcus.

Curatio. Duplex in curatione scopus; alter, qui diligenter emolliat; alter, qui extrahat id, quod in mammis durum supereſt ac emollitioni ineptum, ideo adhibenda, quæ emolliendo digerere valeant, nam, si duntaxat emolliant, non educitur humor; si citra emollitionem solummodo discutiant, tenuiori discusso humore residuum exsiccatum majorem contrahit duritiem, semper tamen universalia particularibus præmittenda,

Quo-

Quocirca quinq; remediorum generibus utendum est. Primò victus ratione extenuante, & humectante, convenit igitur panis triticeus, vinum substantiâ tenue, ova sorbilia, pulli gallinacei, gallinæ, perdices, capreoli juvenes, vitulina caro, ac vervecina; quæ cum spinachis coquantur, beta, borragine, buglossa. Abstinendum omnino à carne caprinâ, hircinâ, cervinâ, bubulâ, aprinâ, leporinâ, omniq; leguminum genere, præsertim à lentibus, & fabis: insuper à pane non fermentato, vino rubro ac fœculento, caseo veteri, & ab omnibus salitis, ac infumatis cibis: item acribus, ut pipere, sinapi, cæpe: ac retorridis, vel frixis, quæ adustum gignunt sanguinem: præterea à solicitudine, irâ, mœstitiâ, vigilijs, & immodicâ exercitatione, curandum etiam ut alvus lubrica sit. *Victus ratio.*

Secundò si menses sint suppressi, aut diminuti, ablatis obstructionibus debitè provocentur, quod fiet sanguine misso, & ad inferiora evocato, reseratisque vijs per ea quæ cap. *de suppress. menst.* dicta jam sunt: prodest etiam hæmorrhoides promovere, & sanguinem ab ijsdem per hirudines educere, aut ex sinistrâ salvatellâ, ut Galenus monet, potissimum si lien fuerit obstructus. *Menstrua provocatio.* *13. meth.*

Tertiò humorum purgatione, quam ter, quatérve in anno exercere utilissimum est, factâ prius humorum præparatione sic, ℞ *sirupi fumariæ, borraginis, capill. vener. de Epithymo an.* ℥ ß, *aquarum lupulorum, melissæ, scolopendriæ, buglossæ an.* ℥ j *misce, aromatizetur* ℥ ß *pulveris cinnamomi, aut sandali moscati; erit utile addere post primam purgationem sirupum de cichor. cum rhabarb.* Purgatio vero erit hæc aut similis, ℞ *ellebori nigri,* ϑ ij *rhabarb.* ℥ iii, *zinziberis, cinnamomi, cariophyllorum, nucis moscatæ an.* ℥ ß *masticis, croci, epithymi an.* ϑ ß *radicis liquiritiæ rasæ* ℥ iii *macerentur per horas* xxiv. *in* ſ. *q. vini dulcis, ac leviter bulliant in cineribus calidis ad* ℔ j ß, *colaturæ sumat patiens* ℥ iv. vel fiat sequens apozema: *foliorum borraginis, agrimoniæ, scolopendriæ an. m.* j. *florum cord. an. p.* j. *corticum myrobalanorum omnium*, si nullæ sint in visceribus obstructiones ℥ ß, *polypodij* ℥ j. *foliorum sennæ* ℥ ß *bulliant in* ſ. *q. seri caprini ad* ℔ 2. *in fine adde epithymi* ℥ j, *ellebori nigri* ϑ iv. *tandem sachari q.* ſ. *fiat apozema clarum aromatizatum* ℥ ii, *specierum diamargar. frig. dosis* ℥ iii, *vel* iv, aut capiat tantundem elleborismi Marhioli, quod nos cap. *de virginum & viduarum melancholiâ* describemus, aut alijs utatur hisce adhuc levioribus, quæ etiam ibi reperies. Nec desunt, *Purgatio.* *Apozema.*

qui in his difficillimis, & craſſis humoribus, quia communibus medicamentis non cedunt, vehementer laudant, per intervalla exhibere g. v. vel VI, ſtibij præparati, inter quos ſunt Mercatus, & Valeſius, & alij primæ notæ ex noſtris medicis, quod equidem non diſſuadeo, ſi cum prudentia fiat, nam uſu, & experientia hæc prodeſſe conſtat, levioribus morbum rariſſimè extirpari, ſi tamen horum, & ſimilium medicamentorum uſus hodiernâ die à peritis medicis interdicitur, id propterea fit, ne à rudioribus, ac inexpertis errandi, & patientes interficiendi januæ aperiantur.

Stibij uſus.

Roborantia.

Inter unam, & alteram purgationem roborantibus, & cordialibus uti oportet, qualia ſunt electuarium triaſandalum, de gemmis confectio alkermes, & ſimilia: conſerva radicis ſcorcioneræ, borraginis, florum ac corticum auranciorum, ex quibus cum ſirupo de pomis, & ſpeciebus ſupradictis opiata concinnare facilè erit, atque hæc ſunt univerſalia, quæ prohibent melancholici humoris generationem, genitumque evacuant.

Localia.

5. ſimpl. 7.

Quartò ac potiſſimum topicis utendum eſt, quæ dicente Galeno, quia humor eſt frigidus calefacientia eſſe debent, quia humiditatem ſupervacaneam conjunctam habet, exſiccantia: utramque tamen qualitatem moderatam habeant, nam oppidò calefacientia tenuem humoris partem violenter digerunt, ac eliciunt, reliquum exſiccant, & incurabilem reddunt, quæ verò valdè deſiccant, ex natura ſua ad ſummam duritiem particulæ infixam fluxionem adigunt, quapropter moderatè calefacientia, & exſiccantia uſurpanda, quæ

5. ſimpl. 9.

propriè malactica dicuntur, & eodem authore calida ſunt in ſecundo, ſicca in primo gradu: ideoque humida interdum vocat, quia paulum abſunt ab ijs, quæ neque deſiccant, neq; humectant, eò diſtincta à maturantibus, quòd hæc humidiora ſint, & calorem obtinent humano ſimilem, ac partis humiditatem conſervant, illa nonnihil abſumunt, ut idem refert Galenus, eorumque materiam ponit tum

5. ſimpl. 8.

in *libr. ſimpl.* tum *2. ad Glaucon.*

Malactica.

Præcipuè autem inter ſimplicia commendantur æſipus, butyrum, propolis, cera; oleum amygdalarum, camomillæ, anethi, liliorum; adeps gallinæ, anſeris, anatis, aquilæ, vulturis, vulpis, ſuis, taxi, urſi, leonis: medullæ cruris vituli, cervi: muſcilagines omnes: malva, althea, lilium, branca urſina, caricæ pingues. Efficacio-

ciora sunt ammoniacum, quod thymiama vocatur, aceto dissolutum, bdellium, styrax liquida, pix liquida, galbanum, resinæ pingues, ac minimè acres: semen apij, cumini, anethi, rutæ, flores genistæ, radix ireos, ex quibus composita concinnantur, primò fomenta, deinde inunctiones, aut emplastra.

Si igitur tumor ex pituita vitrea, vel gypsea fuit genitus (quod cognoscitur quia non adeò tactui resistit, & quadantenus crassam præ se fert duritiem) ferè adhibenda topica, quæ cap. *de œdematoso tumore* dicta sunt. At si ex melancholiâ ortum ducat, hoc præmittatur fo- *Fomentum.*
mentum, *foliorum althea, malvæ an. m. ß, seminis lini, fœnugraci an. ʒ ij, cucumeris amari, brancæ ursinæ an. ʒ ij, coquantur in 5. q. aquæ*, ac cum spongiâ novâ foveatur mamma per quatriduum ter quaterve in die, deinde factâ etiam fomentatione inungatur sequenti medicamento: ℞ *radicis althææ ʒ i coctæ contusæ, & extractæ, adde aspi ʒ ß axungiæ gallinæ, anatis an. ʒ j, ceræ parum, fiat linimentum*, quo postquam per aliquot dies usa fuerit ad ea, quæ acetum recipiunt veniendum, nam etsi medicamenta cum aceto mirificè hos tumores comminuant, nihilo secius nec sæpe, nec inter initia, nec diutius eisdem utendum esse Galeno placet, quippe si impensius his utaris, partes violenter absumens, residuum lapidescit: si diutiùs persistas, substantia partis ipsius exsiccata tabescit, præsertim hoc in mammis observandum; quocirca post aliquot dies hoc utitor, *foliorum thymi, anethi, hyssopi, pulegij an. m. ß radicis althææ ʒ j, seminis fœnugraci ʒ ß coquantur in 5. q. aceti mulsi ad mediæ, tunc accipe prædicti aceti, pinguedinis anatis, anseris, medullæ cruris cervi, olei ricini an. ʒ ij, bulliant ad aceti consumptionem, ac utere bis in die*: erit efficacius, si addas *ammoniaci, vel diachylonis gummati ʒ ij, ac fiat ad formam emplastri*: idem præstant emplastrum de meliloto, filij Zachariæ, oxycroceum, aut unguentum Agrippæ, si in plumbeo mortario agitentur, & addatur tantillum aceti, vel: ℞ *radicum althææ ℔ ß, radicis liliorum alborum ʒ iv, coquantur in 5. q. aquæ contundantur, & extrahantur per cetaceum, & addè olei camomilæ, liliorum singulorum ʒ ij, aspi ʒ ß diachyl. parvi ʒ iij ceræ alb. q. s. fiat cerotum*, quod tamdiu adhæreat, quoad ex se decidat, cui utiliter additur pinguedo anatis, medulla cruris vituli, oleum ricinum, & sesaminum. Confert nonnunquam pinguibus mineralia admiscere, ut quod calore, & laxativis funditur, & æquatur,

Vnguentum.

Acetum.

12. meth.

2. Vnguentũ

Cerotum.

Mineralia.

liquatur, mineralium siccitate attritum absumatur: sic adhibetur emplastrum filij Zachariæ, ceroneum, aut aliud ex prædictis cum pulveribus marchasitæ, plumbi usti drachma pro uncia; prędictis consimile est, id quod recipit *caricas pingues* XII *coquantur ac contundantur, & adde ammoniaci, bdellij, galbani in aceto dissoluti an.* ℥ ij, *styracis liquidæ* ℥ j, *muscilaginis, altheæ, seminis lini. fœnugræci an.* ℥ j, *æsipi, butyri majalis, aut recentis, olei ricini, sesamini, liliorum an.* ℥ j, *ceræ q. s. fiat emplastrum, cui addere poteris plumbi usti* ℥ j.

Si ex resolutione nimia fiat.

At si tumor ex nimiâ resolutione fuit genitus, humidis magis utendum, quippe, quæ separant id, quod viscidum est à parte, cui adhæret, & crassum mixtione attenuant ac liquant; in hunc usum alimenta sint copiosiora humectantia, & reficientia, somnus commendatur longior, animi tranquillitas, exercitium nullum, aut exiguum, linimenta & inunctiones conficiantur ex muscilaginibus, oleo amygdalarum dulc. extractis, aut decocto seminis malvarum, melonum, fœnugræci, altheæ, & similium, cum quo etiam decocto pars priùs foveatur; aut ℞ *prædictarum muscilaginum an* ℥ ß, *pinguedinis gallinæ* ℥ ij, *cum jam dicto decocto, bulliant ad decocti ipsius consumptionem, & utere*, aliud conficies ex *radicibus altheæ coctis, pistis & extractis, cum modico unguento rosato resumptivo, aut ex ceroto refrigerante Galeni cum oleo amygdalarum dulc. aut ex oleo de semine melonis, cucurbitæ, pinguedine anatis, cum unguento ros. & modico ceræ.* Utilissimum hoc est, *muscilaginis phylij, cydoniorum fœnugræci an.* ℥ ß *olei rosar. omphancini* ℥ j ß *diu agitentur in mortario plumbeo, & utere.* Galenus rebelles scyrrhos evaporatione ex aceto acerrimo super lapidem pyritem candentem perfectè sanasse refert, ita ut magici opus videretur, quâ etiam evaporatione feliciter utimur ex aceto super lapidem molarem, marchasitam, aut laterem; quod si evaporatio fieri nequeat, linteum madidum in aceto, in quo prædicti lapides igniti extincti fuerint, loco applicetur; verum quia non semper acetum mammis conducit, poterit fieri evaporatio aliquo ex antea dictis decoctis.

2. ad Gl. 4.

Curatio per manus operam.

Quinto reliquis non proficientibus ad opus manuale veniendum, tumorq; ferro amputandus, nisi tota mamma induruerit, & ita thoraci tumor adhæserit, ut citra periculum à sanis partibus avelli nequeat: quod si contigerit, chirurgiam nullâ ratione tentabimus, si verò mammæ summitas duntaxat scyrrhosa sit, aut ultra dimidium mam-

mammæ affectio non occupaverit, securissimè amputanda est, neque ullum alium ex duris mammarum tumoribus audaciùs ferro rescindere licebit; tum quia scyrrhus nullum habet, sicuti cancer sanguinem prope duritiem in venis congestum, cujus occasione denuo periculosiùs recurrat, & concrescat; tum quia non impendet hæmorragia, sicut in cancrosis tumoribus, ex quâ inter manus chirurgi patientes perire sæpè visum est: tum demum quia ulcera arte facta si debitè curentur, non ita maligna fiunt, & insanabilia, ut cancrosa, ex quibus ob affluxum vitiosi sanguinis, quantumvis exactè curentur, maligna fit ulceratio.

Ulcera deinde curantur, aut per primam intentionem, ut per simplicem partium coalitum futurâ, vel ligaturâ factum, aut inditis linamentis convenienti madidis medicamento. Accidentium curatio, ut fluxus sanguinis, aut carnis suppurationis, si contingant, ex Aëtio petenda: summopere tamen Galenus monet, ne ferro candenti in mammis unquam utamur, ob maximum periculum, quod impendet, si prope partes principes adustio fiat, cum præsertim sanguinis eruptionem, ut in cancro non vereamur. *Serm. 4 c. 45 46. 2. ad gl. c. 10.*

Scholium.

Quarto topicis] *Scyrrhum per defluxum interdum fieri ex Galeno recitavimus: fluxioni autem repercutientia conveniunt, quî ergo fit, ut ea in curatione scyrrhi reiiciantur, Et idem Gal. 7. secundum genera 7. discutientia duntaxat, utilia esse dicat? An quia humor frigidus est, & à frigidis ulterius lapidescet? at frigido œdemati repellẽtia tutò adhibemus. An quia ex aliis tumorib. scyrrhi gignuntur, inchoantibus q; duntaxat repellentia conveniunt? at incipientes etiam fieri ex Galeno docuimus; crassum humorem esse si dicas, qui non facilè retrocedit; at cancro, & carbunculo à crassis genitis humoribus repercutientia utiliter adhibentur. Non igitur harum ulla est sontica ratio, sed quia humor scyrrhi crassus simul & frigidus est, ac cineritius, ideo repercussionem non admittit: in œdemate verò frigidus est, sed fusus & liquidus; in cancro & carbunculo crassus sed calidus, qui repercussionem non renuit: minus igitur aptè Trallianus in scyrrho à calidis, & siccis medicamentis indurato, frigidis utitur & humidis, siquidem scyrrhus etsi à calido tanquam à causa prægressâ genitus sit, affectio tamen frigida est, & contrarium postulat.*

Scyrrho cur repercutientia non conveniant. 1. *Solutio.* 2. 3. 4. *Autoris.* *Lib. 7. c. 12. Tralliani lapsus.*

De Scyrrho non exquisito, quem Zaratan vocant.

CAPUT XXI.

Definitio. DUplicem esse scyrrhum superiori cap. monstravimus, alterum exquisitum, de quo ibi; alterum per commixtionem alterius humoris, qui si atra bilis sit, tumor generatur cancro finitimus, cancrosum scyrrhum rectè dixeris, Hispanis *Zaratan* nuncupatur, ac definitur, non exquisitus tumor melancholicus per admixtionem atræ bilis, qui in cancrum migrare tentat, mediamque retinet duritiem inter scyrrhum & cancrū, sunt tamen, qui existimant, mediū esse non solū inter scyrrhū & cancrum, sed etiam inter scyrrhum, & alios tumores ab humore crasso, ut œdemata, glandulas, scrofulas, à quibus etiam fieri posse autumant, neque abs re, quippe hoc peculiare est huic tumori, ut à crassis, pituitosis, & melancholicis succis oriatur, ac postea adusto adveniente humore progressu temporis, ni diligenter cures, exulcerationem acquirat.

Distinctio à reliquis tumoribus. *Gal. 2. primi a. de æg. com. R c. de apost. schlirotico. Vig. l. 2. c. 8.* Differt à scyrrho, ut autores sunt Avicenna, Rasius & Vigo, quinq; accidentibus, pulsatione, inflammatione, punctione, dolore acuto, & tumore venarum in circuitu; à cancro verò difficiliùs distingues, nec nisi magnitudine accidentium; minor enim est durities, & inæqualitas, dolor, punctio, calor, & inflāmatio, nec adeò turgidas, & livescētes habet venas, & nec ita subitò accrescit, nec indesinenter vexat, sed per intervalla, præsertim imminentib. menstruis: à posteriori etiam, quia tumor is emollientia localia cum utilitate admittit à quibus cancer omninò exacerbatur, ut Galenus scribit. Præterea cancer vix unquam perfectè sanatur, & si uras aut seces, gravius, ut ait Celsus, affligit, prædicti tumores scissionem admittunt, nec amplius redeunt, si decenter curentur: atque hæc sunt tubercula, quæ Hipp. non suppurari dixit, sed semper fieri duriora, deinde ex ipsis cancros nasci occultos.

5. simpl. 9.

de mor. mul. text. 24.

Causa. Causam huic malo plerumque præbet menstruorum omnimoda suppressio, aut eorundem imminutio, si modo, quod tenue est, fluat crassiore, ac fœculento sanguine intus remanente: insuper sterilitas, quia in causa est, ut mulier neque in puerperio, neque in lactatione

tione à pravis,& melancholicis recrementis expurgetur: ideoq; virginibus,viduis,& nuptis sterilibus,aut, quæ præmaturè parere desierunt,affectio supervenire solet; causam etiam præbet improba victus ratio,ut crassa,viscida,& vitiata edulia,quæq; fœculentum humorem gignere apta sunt,epatis ad generandũ tale recrementũ aptitudo,ac imbecillitas splenis,qui,quidquid de ea superfluitate generatur, trahere nequit:vita sedentaria,vel curis,vigilijs,& mœrore jactata;quippe cũcta hæc crassos gignunt humores, aut bonos nimiũ exsiccant, & in adustos commutant, qui immediata existunt hujus tumoris causa.

Signa sunt tumor aliquantulum major cancro, conspicuus,colore cineritius, aut subobscurus,cum duritie,ac venis in circuitu nõnihil livescentibus varicum instar, quibus si adjungas, quæ superius dicta sunt, tum propria habebis signa, tum ea, quibus à reliquis tumoribus discernitur, quamobrem sermonem convertam ad ea, quæ futurum cancrum, aut exulcerationem demonstrant, quæ cum imminent, inquit Hippocrates cit. prius ora amarescunt, & quæcumque gustant, amara videntur, & accipere renuunt, ac compescenda faciunt, mente percelluntur, oculi duri fiunt, obtusè vident, & ex mammis dolores ad jugulum transsiliunt, & sub scapulas: mammæ graciles fiunt, & ipsæ per totum corpus extenuatæ sunt, sitiunt, spiritus est imminutus, & non olfaciunt, & nares obtusæ, & non levantur: quorum signorum incipientibus hisce tumoribus sat est quædam apparere, procedentibus plura, in jam perfectis ferè omnia. *Signa.*

Curatur 6. remediorum generibus: primo, victus ratione adustis humoribus contraria, qualem jam c. præcedenti descripsimus. *Curatio.*

Secundo evacuatione simul cum diversione à mammis; diversio potissimum fiet frictionibus,crurum lavacris,& mensium provocatione,vel alterius evacuationis,si quę suppressa sit,evacuationem melancholici humoris in corpore redundantis feliciter auspicabimur à sanguinis missione ex brachio,ni menses prolicere animus sit,tunc n. ex pede facienda est,aut si minus commodè id fieri queat,fontanella altero crurum aperienda, qua quidquid crassum, & mordax,defectu naturalis evacuationis,exuperat,educatur. *Evacuatio & diversio.*

Purgatio deinde post attemperationem,& prępparationem humoris per sirupos ibi descriptos per Epicrasin semel aut bis in mense sic fiat. *Purgatio.*

Rx. Rha-

℞ *Rhabarbari electi* ʒ j, *infundatur in* ʒ iv. *decocti foliorum sennæ, & prunorum, colaturæ, & expressioni adde confectionis hamech sine scammonio* ʒ ß, *aut sirupi rosarum solutivi, vel de cichoreo cum rhabarbaro* ʒ j; *aut exhibeantur per intervalla* ʒ iv, *alicujus ex prædictis sirupis purgativis, aut Elleborismi Mathioli*, cap. de melancholia à nobis descripti, quibus urgente necessitate addi potest ʒ j *lapidis lazuli pro* ℔ *sirupi, vel grana* iv. *stibij præparati pro dosi: sumitur etiam* ʒ j. *Rhabarbari in infusione seri caprini.* Inter unam & alteram purgationem rotulâ aliquâ cordiali utendum est, ut triasandali, diamosci, lætitiæ Galeni, aut ʒ j. theriacæ optimæ, vel mithridatij; Quod si obstructio alicujus insignis visceris simul adsit, eam ante localium applicationem usu chalybis præparati, vel simili aliquo medicamento demollire conabimur.

Admonitio.

Topicæ.

Tertio à prima statim purgatione localibus utendum est, non quidem adstringentibus, sed ijs, quæ repellendo humoris acrimoniam simul retundant, & majorem inhibeant fluxionem; talia erunt mixta ex emollientibus sive malacticis, & exsiccantibus, quæ media sunt inter ea, quæ cancro, & quæ scyrrho applicari solent: sic initio, quando tumor mammarum citra causam manifestam dolere incipit, utendum oleo rosarum, aut omphancino cum succo plantaginis vel solatri, ac si fervor adsit, in plumbeo mortario agitentur, ex quibus etiam additâ cerâ, & pinguedine anatis emplastrum fieri potest: idem præstat unguentum de tutia, sed mirabilis est efficaciæ lamina plumbea crebris foraminibus pervia, ut autor Galenus 9. *simplic.* aut unguentum sic paratum, quod ab eodem authore commendatur: ℞ *olei rosac. omphancini* ʒ viii, *plumbeo pistillo in mortario plumbeo agitetur ad spissitudinem, & coloris mutationem, tunc adde pulveris cerussæ, lithargyrij an.* ℔ i. *misceantur diligenter in eodem mortario, & fiat linimentum*: idem præstat beneficium cerotum Philagrij, emplastrum filij Zachariæ, diachylon Rasis, cum pulvere marchasitarum, plumbi usti, lithargyrij, aut sequens unguentum *olei rosar.* ʒ iv. *cerussæ* ʒ ß *plumbi usti, tutiæ præparatæ, lithargyrij pulverizati an.* ʒ j, *sevi caprini, pinguedinis gallinæ, anatis, caponis an.* ʒ ß, *ceræ q. s. fiat unguentum*: vel hoc aliud, *amygdalarum dulcium* ʒ j ß. *pinguedinis gallinæ, caponis an.* ʒ ii, *pinguedinis suillæ* ʒ ß, *plumbi usti* ʒ iv. *ceræ q. s. fiat ad modũ tela cerata*, aut ℞ *unguenti de tutia, empl. filij Zach. partes æquales.*

Lamina plumbea. Vnguentum I. Secundum locos.

Prodest

Prodest etiam unguentum, aut oleum ex bufone, aut oleum de viperis, præsertim cum venenosa subest materia; quod si magis repellere animus sit, & fervorem compescere: ℞ *succi sempervivi libr.* ß *olei ros. cerussæ an.* ℥ ß *agitentur prius in plumbeo mortario, deinde leviter bulliant, in quo madida linteamina imponantur*; est etiam utile *foliorum solatri, plantaginis an. m.* ij *bulliant in succo malorum granatorum, contundantur, & adde, limaciarum cum conchulis contusarum* xxxiij. *fiat cataplasma*: vel applicentur folia fraxini, cocta in aquâ fontanâ, & contusa, & locus decocto foveatur; sequens linimentum maximæ est utilitatis, *ranas virides* xx. *in aquis puris, vel in herbis degentes vivas adhuc, si habere possis, sin minus recenter mortuas butyro recenti vel pinguedine anatis convolutas in ollam vitream multis foraminibus pertusam projice, ollam indito in alteram capaciorem bene lutatam, tunc per partem superiorem ignem appones, donec butyrum, & ranas in majorem ollam satis eliquari comperies, separata pinguedine ranas comburito, donec in pulverem redigi possint; ex quo pulvere & ranarum pinguedine solâ vel additâ cerâ mirificum parabis linimentum*, cui consimile aliud est ex pulveribus cancrorum, vel limaciarum, cum prædictâ pinguedine; aut emplastrum de carnibus ranarum; vel aliud ex limaciarum carne, & conchulis simul pistis; aut certè hac destillatione partem inunges, *terebinthinæ* ℥ ij. *masticis, sarcocolæ, an.* ℥ j. ß, *ligni aloës, ireos, carpobalsami an.* ℥ iij. *scissa, & contusa, plumbeo pistillo in mortario plumbeo diu ducantur, postea in alembico plumbeo vel stanneo, lento igne sublimentur, tandem destillentur, & liquor in plumbeo vase recipiatur, cujus liquoris* ℞ ℥ j. *balsami optimi, olei de vitellis ovorum an.* ℥ ß *misce*, poteris in destillatione addere carnes ranarum, limaciarum, ac gallinarum ova simul cum testis conquassata. Conficitur etiam emplastrum ex ciceribus coctis in aqua pluviali, & cinere, cum passulis mundatis, & foliis rutæ mixtis omnibus & contusis; emolliunt insuper cuncta illa, quæ cap. præcedenti dicta sunt in 4. remed. genere; sed & pleraque alia in hanc, & reliquas hujus tumoris curativas indicationes scribunt Aëtius, & Mercatus hoc cap.

Repellentia sine adstrictione.

Unguentum de ranis.

Lib. 16. c. 48.

Quarto si dolor sit vehemens anodinis, in quem usum laudat Aëtius rosas, melilotum, ac semen papaveris, paululum omnia trita, vino passo cocta, & vitellis ovorum subacta: vel psilij, quantum vis in cretico maceretur, & cum dactylorum pinguium carne conteratur & adde foliorum plantaginis, capitum ros. exsiccatarum q. 5. cum

Anodina.

adipe anserino, fiat emplastrum, apponatur in exiguâ quantitate, ne gravet; Prodest etiam linimentum *ex oleo ros. omphancino cum pinguedine aliqua, vel sine illâ, ac si dolor sit adhuc* vehementior ℞ *olei ros.* ℥ iij. *seminis papaveris albi* ℥ j. *opij* ℈ j. *gummi arabici* ℥ iij. *ceræ q. s. fiat linimentum*; cui consimile aliud paraitur *ex muscilagine seminis cydoniorum, phylij extracto succo solatri, aut plantaginis singul.* ℥ ij, *cerussæ, tutiæ, vel litharg yrij* ℥ j. *agitentur in mortario plumbeo*; vel applicetur sola muscilago in prædicto mortario agitata. At si dolor vehementissimus fuerit, confert fomentum, quod recipit, *succi plantaginis, lanceolæ vermicularis, vel consolidæ majoris* ℥ iij. *ovorum albumina ij. aquæ ros. olei ros. an.* ℥ j. *aceti albi* ℥ ij. calefiant, & linteum imbutum apponatur, utilis est etiam herba Erisimon, quæ ab hispanis dicitur, *saramago*, si ejus folia applicentur, aut emplastrum ex ipsis coctis cum hydromelite concinnetur, quod quidam habent pro mirifico secreto; prodest præterea spuma saponis cum aquâ rosaceâ agitatâ, & apposita.

Eragosus.

Cancrum inhibentia.

Quinto ijs, quæ malignam exulcerationem impedire valent, & efficere, ne affectus in cancrum commigret; cui rei apta sunt quæcunque nuper diximus; præter quæ apponitur utiliter succus nasturtij, coriandri, & intybi cum aceto, & farinâ lentium decorticatarum; aut gallitricum, tormentilla vel agrimonia cum nuce rancidâ, ac vetustâ pistata, quas etiam herbas mandere utile fuerit, aut applicatur ranarum pinguedo vel ipsarum unguentum paulò suprà descriptum.

Prima curandi ratio manualis.

Sexto reliquis non proficientibus ad manus opera veniendum, ante tamen utilissimum fuerit corpore benè præparato hanc experiri curandi rationem, qua quidam cum laude utuntur, & utilitatis gratia, quam inde capiunt non exiguam, religiose seu potius superstitiosè cælant. Subtili, aureoquè ignito cauteriolo foramen in parte efficiunt, in illum sublimati granum indunt, superpositò linteo madido, in vaccino butyro, sequenti die prorumpit alba quædam, & crassa materia, & fungosa, quam radicem vocant, cujus si nonnihil remanet, ægyptiaco unguento, aut pulvere Joamis de Vigo extirpant, cui usui & ad malignitatem cohibendam utilem esse comperimus pulverem lapidis bezoartici, aut succum nicosianæ; Deinceps locum mundificant unguento Apostolorum, ac regulariter curant, ita gloriantur cancros curâsse, cum potius

potius hosce curaverint tumores, vel scyrrhos exquisitos Alij scissione utuntur, quæ tamen exequenda non est, nisi tumor in summitate mammę consistat, ut antea ex Aëtio monuimus, nam reliquos, qui aut mediam mammam occupant, aut prope costas sunt, vel in pectore, humeris, sub alis, & inguinibus, scissione avellere non licet, quia perfectè tolli nequeunt, & sanguinis eruptionis timor incumbit, ex quâ æger inter manus pereat, nisi aut jam adeo induruerint, ut soli scissioni cedant, aut ulcerari incipiant, tunc enim licet costis adhæreant extirpandi sunt, quia quò diutiùs immorantur, eò certiùs perdunt, itaque eos, qui in summitate existunt, quia securè fieri potest, secabis, hosce ob periculum præsentaneum, ut Rasius docet. Scissionis modus hic est à junioribus utiliter inventus. Corpore, victu, & medicamentis præmunito tertio à purgatione die post prandium duo ovi vitella unà cum albumine & rosaceo agitantur magna lychnorum copia ex tenui stupa parata, pulvinis etiam, & ligaturis quinque digitos latis, acu consuendis fœmoribus idonea cum tenaci filo eoquè duplo, tunc patiens resupina collocetur, adsintquè utrinquè duo homines, qui brachia firmiter contineant, ne ipsa sibi contranitendo impedimento sit; aliæ duæ mulieres crura ejus contineant, ipsa à cingulo parte superiori nuda esto, linteum utrinque sit, quo sanguis defluat; tunc chirurgus per partem posticam mammillæ duritiem comprehendat, ut extrà ad papillam promineat, ac prudenter divertat, ne ipsa papilla excidatur, quod si versus axillam fuerit tumor situs, divertendus etiam est, ne musculi ab axillaribus orti lædantur.

Lib. 4. s. 42. c. 44.

13. continentis.

Secunda curandi ratio.

His constitutis, tumorequè manu sinistra firmiter comprehenso acutissimâ novaculâ chirurgus tantum cutis longitudinaliter aperiat, quantus tumor ipse fuerit, deinde ex utroq; tumoris latere caro commota exscindatur, & separetur, ita tamen ut tumor non feriatur, quod si sanguis erumpat, globulo ex bombace facto locus opplendus est, quem alter eorum, qui brachia continet digito comprimat, ubi utrinq; tumor detectus fuerit, ac separatus, acu, filoq; medius transfigatur, ipsumq; filum alteri filo alligatum alicui astantium committatur, à quo firmiter teneri oportet, atq; hinc inde contra eam partem quâ chirurgus secat divertendum, ubi probe

fuerit ab utroque latere tumor ſeparatus per inferiorem partem penitus abſcindatur, idquè expeditiſſimè digitis admotis, ut totus tumor abſcindi ſentiatur, nihilquè ex eo relinqui; quod ſcarificatorio gladiolo aciem acutam utrinque habenti, quo tumores aperiuntur, commodè fiet; hanc totam operationem celerrimam eſſe oportet, & adeo expeditam, ut plus in trajiciendo filo, eoquè colligando, quam in tumore penitus eruendo moræ ſit, ob debilem fœminæ naturam, dejectumquè animum. Abſciſſo tumore diligenter providendum, ne quid remaneat, quod facile cognoſcetur, ſi nulla ſupereſt durities, tunequè partes leviter comprimendæ fœculentus ſanguis extrahendus, ne poſteà fomentum præſtet.

His expeditis, ſanguis omnis, qui ex vulnere fluxit, abſtergatur, mox lychni ovo intincti indantur, nec tamen multi, ne comprimant, ac dolorem augeant, deinde ſtupæ imponantur eodem ovo madidæ, pulviniquè & ligatura. Poſtero die eadem horâ communi digeſtivo curetur, aut balſamo ex ijs, quę communiter parantur, ad vulnera curanda, quod applicatur plumâ leviter eo intinctâ, & ſicca filamenta ſuperponuntur, ita enim caro ipſa paulatim coaleſcit, ſuper balſamum emplaſtrum baſilicon applicatur, aut Theophraſti, quo utiliter utimur, ac mirabilem præſtat operationem, tandem ubi jam ſatis ulcus coaluit, filamentis ſiccis cum eodem emplaſtro cicatrix inducitur, emplaſtrum bis in die abſtergatur, ac tum in primâ operatione, tum aliquot dies poſt ſit ſemper in promptu pulvis reſtrictivus, ut ſi forte hæmorragia magna contingat, ſiſti tempeſtivè poſſit, aut interim, dum opus ſit, mamma propè radicem ligatura comprimatur; quod ſi tumoris aliquid, aut virulentiæ, ſeu pellicu-

Admonitio.

læ in ulcere remaneat, cauſticis medicamentis potius utendum, quàm uſtione; quippe uſtio in hiſce locis cordi proximis, & partibus vicinis uſurpanda non eſt, ne viſcera exurantur, ut Galenus ſapienter monet: quia autem maximi in praxi momenti eſt, ſæpius commendare oportuit ne uſtio fiat, niſi urgente ſanguinis nimiâ profuſione, quo in caſu aureum requiritur inſtrumentum ad dactyli formam, eaque duntaxat pars comburenda, quæ ſuperfuit, ſanis illæſis manentibus; ſed & inſuper ad partem poſticam mammæ ea adhibenda, quæ fluxionem, & cauterij calorem valeant compeſcere, ut ſuccum poligonij, equiſeti, ſempervivi, plantaginis, portulacæ,

2. ad Glauc. c. 10.

Admonitio altera.

cum

cum bolo armeno, & terrâ Lemniâ (quod etiam in superiori curatione advertendum) ac si quid adhuc superſit causticis potiùs, quàm copioso igne extirpandum erit.

Scholium.

Mercatus hoc loco sic distinguit inter Scyrrhum exquisitum, & non exquisitum tumorem ab Hispanis Zaratan dictum, & cancrum; quod exquisitus scyrrhus à melancholico humore generetur, ac dolorem non habeat conjunctum; non exquisitus ex admixtione alterius humoris, ac leviter doleat: cancer ex humore adusto atrabiliario cum magno dolore fiat: Inter cancrum verò, & scyrrhum Zaratanum illum constituit, quem ex quovis alio tumore generari prodidit, jam jam in cancrum tendente, à quo tantum differat, quod curetur, & emollientibus gaudeat; cancer vero acerbiore sit præditus dolore. Verùm, uti mihi quidem videtur, non exquisitum scyrrhum bis nobis describit, & Zaratanum (ita enim libet appellare illum tumorem) ab eo inutiliter diversum facit, ideoque ut hoc constituat discrimen conatur interpretari Galenum 5. simpl. 9. ubi scyrrhum ex atrâ bile fieri dixit, per atram bilem humorem intelligens melancholicum; cum tamen nihil minus Galenus ibi voluerit, siquidem apertè dixit, ex ea fieri cancrosum scyrrhum. At inquit Mercatus humidis curat, quæ cancrosis non conveniunt. Respondeo, Galenum non curare humidis cancrosos scyrrhos ex melancholia atra bile perfusa; sed eos duntaxat quibus dura pituita causam præstitit; cujus hæc est dictio, Nempe quæ proprie emollientia vocantur, medentur scyrrhosis tumorib. ex pituita resiccata: *& infra,* at quæ atrabiliario succo indurantur, cancrosa sunt omnia, & ab emollientibus exasperantur. *Eò tamen tendere videtur Mercati mens, ut novam tumoris speciem invenisse glorietur, quæ tamen à non exquisito scyrrho nequaquam differt, ut ex Hipp. Rasio, Avicenna, & Vigone monstravimus, quocirca nos, qui peregrinis opinionibus non applaudimus, nec ingenij decus putamus, absque necessitate nova obtrudere, novam illam tumoris speciem ponere supervacaneum omnino duximus. Porro hic est ille tumor, quem Italus quidam per Germaniam, Poloniam, & Angliam non citra vulgi admirationem curabat remedijs, hoc cap. & c. de struma dictis, fucatis tamen & aliâ specie indutis, ne dignoscerentur propter lucrum, quod non exiguum faciebat, cancrum curâsse prædicans, de quo cap. sequenti.*

Mercatus Zaratanum distinguit à cancroso scyrrho.

Fuchsius Italus.

Scissionis modus hic est] *Aëtius lib. 4. 5. 4. c. 45. hanc operationem fieri docet, & sistendi sanguinis gratia subinde urens quoad tota amputa-*

tio à summitate usque ad sanam partem sit peracta; ac primas inustiones sistendi sanguinis gratiâ facit, postremas ad omnes morbi reliquias abolendas; quarum quidem ustionum, etsi urgente necessitate usus sit ob sanguinis eruptionis metum, tamen morbi reliquiæ caustics medicamentis commodiùs ac securius extinguuntur, ut à nobis jam dictum est.

De mammarum cancro.

CAPUT XXII.

Definitio. CAncer, græce carcinos, Celso carcinoma, Galeno cancrosum tuberculum, est tumor malignus, inæqualis, durus, ore prætumido, aspectu teter, aut lividus, venas tumidas, crassasquè in circuitu habens, protervus, calidus, & qui potius à curatione efferatur, quam mitigatur. Dicitur cancer ab effigie, quia venas turgidas habet, quemadmodum cancer aquaticus pedes; quidam ita nuncupari autumant, quia sicuti cancer animal, asper, & durus est, & quidquid forcipibus suis ceperit haud facile dimittit, ita tumor iste difficulter avelli potest ab ijs partibus, quas semel obsederit. 1

Cel. lib. 6. 43. Paulus tumorem esse sine dolore scribit: Aëtius dolorem ei tribuit; Hunc sequitur Mercatus, illum Gorrhæus in suis definitionibus. *Fern. 3. 4. 15.* Celsus alium sine dolore, alium cum dolore esse refert; alij inter quos est Benedictus Textor dicunt initio esse sine dolore, qui tamen postea advenit; sed melius Avicenna litem componit, dicens alium esse vehementis, alium mitioris doloris, quod fortasse per indolentem Paulus intellexit. 2

Differentia. Porro duæ adhuc sunt cancri differentiæ celebriores, alij enim occulti dicuntur, alij non occulti; & occulti tàm ij qui sine ulcere sunt à veteribus fuerunt appellati, quàm qui in penitioribus corporis partibus latitant, ut in palato, in intestinis, & in sinu muliebri, quem peculiariter occultũ Philoxenus appellavit. Qua in re miror Mercatum sapientissimum virum ulceratum cancrum duntaxat ubicunque sit, occultum judicare, inde sumpta ratione, quòd curationem non admittat, non enim quia curationem non admittit occultum vocat Hippoc. sed quia occultus est, curationem dixit non admittere. Ideoque magis concinne, ut mihi quidem videtur, Mattheus de Gradi. & Dinus Florentinus non ulceratum cancrum 3

Lib. 6. aph. 38. *M. cons. 9.*

cerum

crum occultum etiam fuisse appellatum existimant, illum tamen duntaxat, qui in interioribus partibus latet, aut qui etsi oculis sit manifestus, radices tamen in abditis corporis partibus occultas habet, modo ulceratus sit, modo non, atque Hippocratis aphorismum rectissimè utrisque aptari, quia neuter curandus est; mitiora enim medicamenta renuunt, si vero per incisionem aut adustionem cures, quâ solâ viâ extirpari posset, ulcera nunquam consolidabis, & hominem curationis afflictione ad mortem usque excarnificabis, qui nullâ fortasse curatione adhibita longiori tempore vitam, & cum minori molestiâ transegisset; malunt enim homines sæpe malum aliquod tolerare, quàm certam oppetere mortem, & plerique pro ambiguâ ancipitiq; valitudine deformiorem, sed securam magis vitam degere, meliusquè est infantem mucosum relinquere, quam nasum omnino avellere. Illis vero, qui non ulcerati in summâ corporis parte hærent, aut qui, etiamsi ulcerati vel occulti sint, laborantes adeo molestant, ut ipsi manum ultro admovere desiderent, curatio adhibenda, quia major est molestia sine medicamentis, quàm quæ à paleativis afferri potest, quibus duntaxat verum cancrum tractandum esse plerique censent. Nam ut Celsus scribit, quidam ferro adusserunt, quidam scalpello exciderunt, neque ulli unquam medicina profuit, sed adusta concitata sunt, & increverunt, donec occiderent, excisa etiam redierunt, & causam mortis attulerunt. Incertum enim est, an ex sententiâ Hippoc. & Galeni in com. aphorismi eos etiam, qui in summâ corporis sine ulcere consistunt profligatoriè curare liceat, & sane experimentis constat, neque hos etiam consanescere, ob succi crassitiem, qui neque repelli, neq; discuti potest; si vero ad suppurationem perducatur, ulcus fit cacoëthes, quod curationem similiter respuit.

Cancer occultus curationem respuit.

Cancer verus paleativis duntaxat gaudet.

Gignitur cancer ab atrâ bile, id est, ex eo humore, qui fœci vinariæ similis à liene expurgatur, ubi tamen calorem conceperit, quem si nec per alvum, nec per hæmorrhoidas, nec per menses natura expellit, aut ad crura decumbit, ubi varices efficit, aut ad universam cutem, ubi elephantiasis nascitur (quam aliqui universalem cancrum appellare consueverunt) aut alias quidem partes impetit, uti os, oculum, vulvam, pectus, colem, anum, præsertim vero ad mulierum mammillas, quia fungosæ, & inanes, tùm à capite, tùm

Causæ

Mammillas cancris primum infestantur.

2. ad Gaur. c. 10. tùm ex utero facilis est decursus, quâ etiam in parte Galenus scribit, cancri animalis effigiem longe evidentissimè repræsentari; itaquè continens, & materialis cancri causa humor est melancholicus, qui jam ferbuit, & adustus est, actu tamen fervidus non existit; at si iterum referbuerit in exulcerationem duritiem deducit, quo differt ab anthrace, sive carbunculo, qui ab atrabilario fervidovè sanguine generatur, ut docta est Pauli sententia, ad Galeni, & Avicennæ mentem.

Anthrax, sive carbunculus.

Signa. Cognoscitur ex renitentia tractus, radicibus longè extensis, venis circùm sitis varicosis, quibus veluti alligatur, colore cineritio ad rubrum vergente, interdum ad lividum: aspicientibus mollis apparet, tangentibus durissimus est, dolore sæpe per scapulas ad claviculam extenso: interdum ejus obscura sunt rudimenta, & ciceris magnitudine sive fabæ uno alterovè, aut pluribus etiam annis persistit, deinde nucem juglandem, & ovum æquat, quòad tandem in ampliorem molem attollatur, & increscat. Ubi vero exesâ cute ulcus efficitur, tum corruptæ carnis speciem tumor exhibet cum fœtore, sordidâ illuvie, horrido aspectu, labris præduris & inversis, ac sanies tenuis, nigra, aut fulva ex eo manat, vapor inde gravis cordi, cerebro, & ori communicatur, febris assidua, & crebra animi defectio adest.

Ulcerati signa.

Prognostica 6. aph. 38. Prognostica ex supradictis facilè desumes; nam occultos habentes cancros melius est non curare, inquit Hippocrat. curati enim citiùs pereunt, non curati longiori tempore durant, idquè Celsus confirmavit, quam tamen sententiam, ut scribit Galenus, multi magnæ autoritatis medici ad alios etiam cancros dilatârunt: discernere autem, an curationem admittat, nemo potest nisi tempore, & experimento; si enim imposito medicamento adurente malum leniatur, & ejus indicia minuantur, procedere curatio potest, si vero irritatur, & excandescit, removenda sunt omnia acria & vehementia.

Curatio. In curatione multum, ac diu variatum est; quidam enim, etjam non ulceratis cancris auxiliares manus non esse adhibendas autumant, ut nuper diximus, experimento ducti, quod multæ mulieres cancros in mammis habentes, solâ bonâ vivendi ratione nullo medicamentorum localium irritamento, perinde ac si nullum paterentur morbum, incolumiter, ac prosperè vitam diutissimè protraxe-

traxerunt. Verum quia id rarum est, & facilè materia ibi colligitur, quæ putrefacta in malignam evadit exulcerationem; aut continuo repercutientium usu in pectus, & thoracem resudat, Empiemaquè gignit, ut ex continuatione plumbeę laminæ visum jam est; ideo non proficientibus medicamentis cap. superiori dictis, quibus non ulceratus cancer tractandus est (demptis tamen malacticis, quæ in cancro haudquaquam usurpanda sunt) præordinatâ victus ratione, quæ minimè generet atram bilem, de qua etiam ibidem diximus: Præparato insuper, & præpurgato corpore medicamentis, quæ melancholiam respiciant, ut sirupo borraginis, de pomis, de Epithymo, cum aquis borraginis, fumariæ, melissæ; subinde sumptis pilulis fœtidis, de fumaria, de lapide lazuli, de nitro, ac similibus; tertiâ à purgatione die si inefficacem esse viderimus curationem, per resolutionem, uti sæpe est, quam commodissimè id fieri possit, extrahetur eâ ratione, quâ dictum est capite superiori *de cancroso scyrrho* 6. remed. genere.

Resolutio.

Præparatio.

Purgatio.

Manus operæ.

At si ita profundas abditasquè radices habere comperiamus, ut scissionem non admittat, nec resolutivis cedat, tùm paleativis utendum esse censemus, ac ijs, quæ blandiantur duntaxat, in quem usum utile est certis, quibus commodum videtur, anni temporibus, præsertim vere, & autumno corpus purgare, deinde singulis mensibus duas tresvè pilulas atram bilem respicientes deglutire noctu ad ingressum lecti, cancro autem nondum ulcerato applicare imprimis convenit sequens unguentum; *Lithargyrij* ℥ j. *ducatur in marmorea pilla cum plumbeo pistillo, & adde donec incorporentur aquæ ros. olei ros. an.* ℥ iij. idem præstat beneficium unguentum pompholigos per se, aut ℞ *olei ros.* ℥ *iij. in pilla plumbea ducantur superaffundendo paulatim* ℥ j. *succi solani, deinde adde pulveris lithargyrij* ℥ *ij. pulveris Joannis de Vigo* ℥ ß, *pulveris cerussæ lotæ, plumbi usti loti, an.* ℥ *iij. ceræ albæ* ℥ vj. *misce, fiat unguentū liquidum*, quo pars inungatur aut linimenta madida ulceri indantur, aut ℞ *olei ros.* ℥ x. *ducantur sub sole in mortario plumbeo ad crassitudinem, & nigredinem, postea adde plumbi usti loti* ℥ j. *cerussæ, pulveris lithargyrij an.* ℥ xij. *ducantur simul cum* ℥ j. *ceræ albæ, donec mediocrem acquirat consistentiam, aut tutiæ lotæ ac cerussæ partes æquales terantur, & addita 5. q. succi portulacæ, vel cucurbitæ, olei ros. & muscilaginis phylij, fiat linimentum*, frequenter applicandum: prodest etiam aqua solatri, in

Topica paleativa in non ulcerato.

Vnguentum

Topica in jam ulcerato cancro.

quâ amylum, thus, aloë ac terra lemnia dissolvantur, in quo etiam cum ulcus adest, lilimenta madida apponantur, quæ nunquam exsiccari permittes, ne & tenacius sanguinẽ eliciant, & dolorem pariant.

Linimentũ.

Cum vero ulceratus jam cancer apparet, etsi superiora omnia conducunt, utilissimum tamen est id, quod recipit *olei rosarum, olei omphancini an. lib. ß, sevi hircini, vitulini, unguenti ros. populeonis an. ℥ ij. ß, succi solatri, plantaginis, acetosæ an. ℥ j. ß, vini granatorum ℥ ij. ß bulliant lento igne ad consumptionem succorum, ac vini, coletur, & adde cerussæ ℥ ij. ß, litharg yrij ℥ v. plumbi usti ℥ x. tutiæ alexandrinæ ℥ j. ß, caphuræ secundum artem triturat æ ℥ j. ceræ albæ q. s. fiat linimentum liquefactâ cerâ cum oleis, & in colaturâ misceantur mineralia ducendo per duas horas in mortario plumbeo*: sunt, qui addunt prædictis unguentis pulverem Stibij præparati, aut arsenici, aut mercurij præcipitati ad ℥ iij. pro singulis libris: vel etiam admiscetur pulvis lapidis bezoartici orientalis, aut Nicosianæ; Manardus laudat pulverem hordeoli Indici: Andreas Lacuna pulverem ex cancro animali frixo in sartagine cuprea tempore canicularium, ac postea trito, quem etiam pulverem momorsis à cane rabido conferre Dioscorides scripserat. Aqua aluminosa super ignitum laterem affundatur, ibiquè infrigidari sinatur, colligatur, ac in ea intinctum linteum ulceri applicetur, quia mirifice putridam carnem conterit: vel etiam aqua fortis tenui linteo excepta; aut sume *aquæ ros. partes duas, succi coriandri partem* j. *aquæ ardentis partem mediam, mellis ros. partem etiam mediam, aquæ matris sylvæ tantundem, aceti quartam partem, viride æris ℥ ß coquantur in ollâ vitreatâ ad quartæ partis consumptionem factâ residentiâ, id, quod purius est, asservetur in vase vitreo, ac filamenta in eo madida ulceri imponantur.* Valleſcus de Taranta extollit pulverem auripigmenti cum succo solani, & plantaginis, si cum penicillo in hoc intincto ulcus tangatur, quo multos curatos fuisse à cancrosis ulceribus testatur. Alij cum sanguine alicujus, qui eodem malo fuerit affectus, ulcus inungunt; alij ipsum ulcus lanceolâ scarificant, tunc lavant, exprimunt, & superinspergunt hunc pulverẽ: Pulveris bufonis partes tres, viridis æris partes ij. sublimati partem unam; deinde superimponunt papyrum emporeticam aquâ madidam, crusta excisa curant solo bufonis pulvere, & papyro emporetica. Quidam

Hordeolum, Lapis bezoarticus. 2. lib. in Dioſc. c. de cancro.

Liquor.

Diverſæ aliæ cancri curandi rationes.

Prima.

Secunda.

magnum

magnum nomen adepti sunt, hac curandi ratione, quâ narium præcipue cancri, quos *Noli me tangere* dicunt, feliciter curantur, arsenici, ac lactucæ sylvestris mense Junio collectæ partes æquales in pulverem redigantur, corpore præpurgato pellicula leviter tenacula avellatur, tunc prædicti pulveris ulceri tantum aspergatur, quantum ulcus facile recipere potest superpositâ papyro emporeticâ, quæ manu detineatur, quoad hæreat, sic per integros 30 dies maneat, in quibus ulcus non attingitur; Prima die nullus adest dolor, secundâ agravativus, tertiâ dolor plane evanescit, in fine prædictorum 30 dierum sensim scara manu amoveatur, quæ si leniter non excidat, linteum butyro delibutum apponatur, & si patiens fuerit acutioris sensus, & dolor ex motione premat, butyrum etiam ante diem trigesimum utiliter applicabitur; quod si scarâ excisâ caro appareat adhuc nigra, vel pravi coloris, pulvis denuò continuetur, quoad rubeat, at si portiunculæ quædam albæ commixtæ sint, quas alij nervos, alij radices mali vocant, sequenti unguento extirpentur; ℞ *ceræ albæ, sevi hircini an. partes æquales, myrrhæ, thuris, mastices, singulorum quartam partem cum pauco sapone molli, fiat unguentum miscendo,* quoad infrigidetur, quod filamentis ex molli linteo abrasis apponatur, & alterum linteum eodem madidum unguento bis in die apponatur, interea singulis curationibus pelliculæ illæ albæ, seu mali radices forpiculâ leviter avellantur ni unguento conterantur, postea regulariter curetur ulcus, quod si sanguis fluat, filamenta sola apponantur. Plerique alij hanc tertiam curandi rationem cum felici successu sunt experti: *radicem serpentariæ majoris collectam mense Junio transversim scindunt, filo lineo trajiciunt, & ad umbram exsiccant, ita suspensam ut parietem non attingat, in subtilissimum pulverem deinde redigunt, cujus accipiunt ʒ j. arsenici non splendentis ʒ iij. foliginis camini parum, cuncta bene mixta in pixide servant lignea,* tunc si ulcus sit putridum, arundineo cultro scalpunt, ut parum sanguinis exeat, ac pulverem subtiliter inspergunt, gossypiumq; salivâ madefactum superponunt; prædicendumq; est, quod per diem ac noctẽ unam dolorẽ patiens sentiet acerbum, ac pars intumescet, sed quò tumidior evadet, eò melius, nec tamen removendũ est medicamentũ, sed scaram excitabit, quæ sponte post octavũ diem cadet,

Noli me tangere.

Tertia.

tuncquè sordidum ulcus mundificant melle ros. succo apij & farinâ hordei, aut cum unguento Isidis, superposito unguento de tutiâ, si vero radix aliqua mali remanet, pulverem repetunt, ad removendam scaram nihil omnino addunt, sed naturæ permittunt, quod opus peragitur corpore antea præpurgato, & hac curandi methodo Crato aliquot curasse scribit. Verum medicamenta hæc caustica, & planè corrosiva mammarum cancris rarò sunt adhibenda, ob cordis vicinitatem, sicuti neque prope alias partes præcipuas, nisi probè exusta, aut alijs mixta medicamentis, quæ eorum vim infringant: tale fuit procul dubio medicamentum, quo Fuchsius Italus cancros curare asserebat, ideoque medicus cancrorum vocabatur; ejus curandi ratio hæc erat; inspecto loco secretum, ut dicebat, sibi pulverem applicabat, si intra triduum tumor non exacerbabatur, sed in melius tendebat, sanari posse prædicebat, idque ex sibi secretis signis, quæ ego nulla alia esse existimo, quàm quod à medicamento corrosivo non excandescere, indicium est radices non admodum altè esse infixas, nec humorem valdè adustum, uti diximus, tunc igitur pulvere persistebat, ad 30. usque diem, quo termino, ut referebat, radices extinctæ, ac attritæ ex se cadebant, ac si quid adhuc adhæreret, scalpello sensim præscindebat; deinde pulvere incarnante, ex myrrha, thure, & similibus utebatur; superposito convenienti unguento puta basilicone, aut Theophrastico; tota tamen curandi vis consistebat in eo pulvere, quem mihi ostendit Stadæ, & erat coloris cineritij, ponderosus, sic ut metalla recipere certum sit, quia vero patientes exiguos ex eo sentiebant dolores, exustum esse minerale, & alijs convolutum, quæ acrimoniam compescerent, nemini dubium esse debet, talequè concinnari posse, ex supradictis, arsenico, stibio præparato, sublimato lapide bezoartico, Nicosiana, hordeolo, singulis per se vel omnibus mixtis cum aliquo ex ijs, quæ superiùs dicta sunt, quæ quispiam pro libitu, & occasione experiri poterit, & medicamentum procul dubio mirificum inveniet.

3. Epist. 411.

Fuchsij curandi ratio.

Pulvis Fuchsij.

Scholium.

Quæst. Quis humor sit materia cancri.

Gignitur cancer ex atra bile] *Illustris, & controversiæ plena est de materia cancri apud scriptores disputatio, nam Brachelius ex melancholico succo minimè adusto oriri; ideoque male quosdam ex fervidâ bile gigni dixisse pugna-*

Brachelij opinio, 6. aph. 38.

pugnaciter contendit. Placiti ansam Galenus dedit qui cancro causam praberi dixerat humorem melancholicum, qui est fex sanguinis, & à liene attrahitur, is autem humor adustus non est, neque fervidus, sed pura sanguinis superfluitas, atque benigna, cum sit lienis alimentum, rectè dixeris sanguinem melancholicum cum eodem 6. aph. cit. Huic è directo contrariam tutatur sententiam cum Paulo Fernelius, qui ex bile atra sanguinevè fervido ac retorrido cancri originem constituit, utraque tamen harum opinationum illiminanda. Prima quia sic cancri materia, à materiâ scyrrhi non differret. Secunda, quia si acrior humor esset, & actu fervens, procul dubio anthracem, aut exulceratum cancrum faceret, vel saltem diu sine exulceratione permanere non sineret; quocirca ex melancholico potius succo adusto, & qui jam ferbuerit oriri dicendum est, qui si denuò acrimoniam concipiat, exulcerationem in cancro efficiet: cum igitur Galenus inquit, ex melancholico succo, qui est lienis nutrimentum, cancrum fieri, non de eodem succo adhuc integro intelligatur, sed jam adusto, ita enim scribit lib. de atra bile, procedente tempore (*de melancholico humore sermo erat*) terminatur in cancrum: ubi acrior & contumacior hic humor fuerit, cancrum exulceratum: ubi autem mitior latentem, & citra ulcus producit, *ut hinc obiter intelligas occultum cancrum non abditum duntaxat, & in partibus interioribus reconditum, sed non ulceratum etiam à Galeno nuncupari; At carbunculum à ferventissimo, atroquè sanguine oriri, autor est idem Galenus libr. de tumoribus præter naturam, ubi hosce omnes tumores à melancholico humore originem trahere refert; sed ut à calidiori carbunculum, ita ab eo, qui minus calet, oriri cancrum consuevisse.*

2. ad Glauc. cit.

P. lib. 4. c. 26. F. 7. pat. c. 3

Galen. loc. enodatur.

Vapor inde gravis] *Mirum, quòd cancer contagio careat, præsertim ulceratus, & qui tetrum expirat, eoquò magis mirari subit, quòd ejusdem naturæ sit cum elephantiasi, quæ tamen contagiosa est, nisi dicas contagiosum cancrum non esse, quia soli morbi corporis universi communicantur; non tamen video cur procax humor, & fervens in parte aliqua contentus tetrumquè de se expirans vaporem, contagionem efficere non possit.*

Cancer an sit contagiosus.

De mammarum magnitudine & flacciditate.

CAP. XXIIII.

QVia grandiores mammæ præter deformitatem, quæ mulieribus semper acerba fuit, cancris suscipiendis sunt magis expositæ, ideo

ideo de mammarum incremento hic agendum fuit, & quia, cum fœminæ laudum noſtrarum præcones eſſe ſoleant, danda opera eſt ut hujus ſexus aſſequamur gratiam, & cunctis earum malis occurramus, ut de nobis benè ſentiant. Eſt autem hic affectus immoderata quædam & indecora mammarum magnitudo, quæ ſemper turpitudinem inducit, interdum etiam operationes brachiorum impedit, & lactis boni generationem; quia in illis plus conficitur, quam oporteat, ideoquè corrumpitur; quæ nocumenta agnoſcentes Amazones dextram mammam ſibi reſecabant, ne impediretur brachiorum ac manuum motus, aptioreſque ferendis armis redderentur, & ut manus dextra robuſtior evaderet, toto nutrimento in eam diſtributo. Sunt etiam aliæ mulieres, quæ adeo pendulas habent mammas, ut inde mammoſæ dicantur, ſive mammeales, luſitane *mamudu*; virorum inſuper illi hac indecentia laborant, qui temperamento ſunt humidiori, ac venas habent exiles. Porro parvæne, an magnæ mammæ gignendo lacti commodiores ſint nos jam alibi copioſè diſſertavimus.

4. de nat. mul. c. 12.

Cauſa. Cauſæ magnitudinis mammarum ſunt, crebra earundem contrectatio, retentio menſium, copia alimentorum, præſertim humidorum, flatulentorum, ut caſtanearum, raparum, & ſimilium, ideo ruſticis mulieribus peculiaris eſt.

Signa. Signa oculis ſubjiciuntur, ſic affectæ periculo prorſus non vacant, nam quo majores ſunt mammæ, eò facilius cancris afficiuntur, uti dictum jam eſt.

Curatio. Curatur hæc affectio quatuor remediorum generibus, Primò cibis adſtringentibus, qui tamen minimè ſint flatulenti, à quibus, frequenti balneo, & potu nimio fœmina omnino caveat.

Repercuſſio. Secundò ijs utendum, quæ ſanguinis attractionem impediant, mammarum incrementum prohibeant, ac partes denſas reddere valeant, ne facile influentem humorem ſuſcipiant, in quem uſum commendantur folia, vel ſuccus cicutæ, aqua myrti, capitum roſ. aut deſtillationis pinearum cum pauco aceto, & alumine, in quibus madidus pannus mammis applicetur, aut ſequens

Cataplaſma cataplaſma: ℞ *ſucci cicutæ* ℥ *iij. ceruſſæ, acaciæ, thuris an.* ℥ *iij. aceti* ℥ *j. miſce; cui commodè additur bolus armena, farina hordei, pulvis longæ combuſtæ, cortex granatorum, alumen, plumbum uſtum, ex quibus etiam cum cera, & oleo myrtino unguentum conficitur*; aut *ex* ℥ *j. mica*

ʒ. *micæ panis cum* ℥ j. *opij*, *&* ʒ. *q. aceti aliud concinnatur*; ova perdicis illita à proprietate mammas constringunt, aut pulvis testæ eorundem cum cadmia, cera, & oleo mastichino: valet etiam, ut refert Quintus Serenus, prassium, laphathum, & papaver, si cum fece aceti commisceantur. Actius ad coërcendas virginum, & reliquarum fœminarum mammas laudat æruginem ferri cum oleo omphancino, aut vino subactam, ac mammis appositam. *Ova perdicis.*

Tertiò si jam mammæ excreverint, curantur ijs, quæ sanguinem absumant, humorem fluentem impediant, & jam contentum in mammis digerant, semper tamen adstringentia superent: quæ enim resolvunt, mammas emolliunt, & flaccidas reddunt, in hunc usum confert menses largius prolicere, præsertim si suppressi sint; deinde sequens unguentum admoveatur: ℞ *luti, quod reperitur in molis tonsorum* ℥ ij. *olei myrtini* ℥ j. *aceti* ℥ ß *misce*; aut aliud, quod paratur ex *ejusdem luti, boli armeni, vel rubricæ fabrilis* ℥ j. *cerussæ* ℥ ij. *olei mastichini* ℥ ij. ß, *emulsionis seminis Jhoschiami* ℥ j. ß *ex quibus fiat linimentum*, super quod imponatur linteum madidum in decocto gallarum. Sunt quæ violenter ubera ligaturis comprimunt, quod tamen sæpè lædit, & inflammationem parit; multis tamen prosunt formæ mammarum plumbeæ interius illitæ oleo ex semine Jhoschiami ac mammæ contineantur intra hasce formas, quæ indies coangustentur. *Discutientia.* *Unguentum.* *Mammæ ligaturis fortiter non comprimantur.*

Quartò postquam detumuerunt, & flaccidæ, ac pendulæ factæ sunt adstringentibus duntaxat utendum, ut cymolia, bolo armeno, rubrica fabrili, unguento comitissæ, & alijs supra jam descriptis: utilia etiam sunt reliqua, quæ solidare valent partes, quorum uberiorem reperies materiam infra lib. 4. cap. *de rugis à partu* 2. remed. genere. De cæteris mammarum affectionibus, & de mammarum pilo eodem etiam lib. 4. oportunius agendum est, quæ igitur ibi reperies hisce connectere haud pigeat. *Adstringentia si flaccidæ sint, & pendulæ.*

FINIS LIBRI PRIMI
PARTIS SECUNDÆ.

RODE-

RODERICI à CASTRO LUSITANI

De Morbis Mulierum

LIBER SECUNDUS

De affectibus, qui viduis, ac virginibus accidunt.

SECTIO PRIMA

De uterinis propriè dictis affectionibus.

De strangulatu ex utero.

CAP. I.

POSTEAQUAM AFFECTUS CUNCTIS fœminis communes præcedenti lib. curare abundè docuimus; Postulat rerum ordo, ut de ijs, quæ virginibus grandioribus ac viduis accidunt, continuatâ serie in hoc lib. sermonem instituamus. Inter quos uterini affectus, quos etiam hysterica symptomata medici appellare consueverunt, præcipuum obtinent locum; & inter hos quidem primus ac communissimus uteri suffocatio existit, quę etiam ablatio respirationis ex utero vocatur, & vulvæ strangulatus, rectiùs tamen dixeris strangulationem ex utero, videtur enim in eâ fœmina suffocari ex causâ ab utero communicatâ. Est autem, definiente Paulo, strangulatio uteri, ad superiora recursus; vel est magna respirationis offensio cum corporis refrigeratione ex uteri vitio,

Nomina.

Definitio.

Lib. 3. c. 7.

ri vitio, vel, ut copiosius definiamus, est uteri versus diaphragma aut alterutrum latus retractio, cum emissione qualitatis sive substantiæ venenatæ ad partem aliquam principem ex retento menstruo, putrido semine, vel quopiam alio humore; mensium enim appellatione alios etiam humores Galenus intelligit. Porrò nec uteri commotio duntaxat, nec retentio seminis, aut menstrui, adeo mira symptomata, ut sæpe in hoc morbo apparent, excitare posse videntur, nisi in veneni naturam humores hi in utero transmutentur, ut Galenus ipse 6. de locis copiosè disputat; cujus tamen veneni vis latet, quo usque à naturâ humor ad expulsionem dimoveri incipiat, tunc enim commotus, vel plus imprimit, vel partem aliquam tangit, vel vaporem ex se emittit, quem antea non emittebat, unde subitò accidentia infert, uterusquè primus malum sentit, & pellere nititur, ideò violenter contorquetur, ac interim varia excitat symptomata veneni qualitate, sive substantiâ ad alias partes immissis, quod sæpe per lienis regionem ad cor, indeque ad guttur transferri, & nos animadvertimus, & mulieres experiuntur. Quod si nocumentum cerebro communicatur, aut meningibus, sævissima, ac varia infert deliramenta: si cordi, præcordia sursum convelluntur, ac suppresso arteriarum pulsu, & anhelitu veluti exanimes in terram fœminæ concidunt, ac universum corpus perfrigeratur, quia obstructis naturalibus meatibus spiritus egredi non possunt, ideoque sanguis corrumpitur, & quodammodo concrescit, quam ob causam ad frigidos affectus hunc reducunt Galenus, Avicenna, & alij primæ notæ Scriptores; quos sequuti dicimus, affectum esse in frigidâ intemperie nudâ interdum, nonnunquam cum affluxu substantiæ, qui ad morbos in situ sive figura etiam reducendus est, quando simul pervertitur, controqueturque uterus; aut sursum, vel in latera retrahitur, sic ut ejus cervix extra naturalem situm obstetricibus appareat. Nil autem mirum, si utero affecto, afficiantur etiam reliquæ partes principes, hisceque mediantibus universum corpus; siquidem cum illis maximum habet consensum, cum cerebro nimirum per spinæ membranas ac per nervos; cum jecore mediantibus venis; cum corde medijs arterijs; cum intestinis, & vesica vicinitate: cum ventriculo septo transverso; liene, ac pulmone partium continuitate, ac etiam per occulta spiracula.

27. c. lib. de nat. humana.

Morbi conditio & natura.

c. 5.

Species morbi.

Uteri consensus cum varijs partibus.

Pars affecta Pars affecta primò ac præcipue, totusque morbi focus in hoc malo uterus est, in eo enim sanguis menstruus, aut semen corrumpuntur, & venenatam quandam ex naturâ loci qualitatem acquirunt, unde postea respirationis instrumentis communicatur, cujus rei argumentum est, quod viduis, ijs maxime, quæ antea probè purgarentur, ac parerent, & virorum concubitu gauderent, quibus dum postea privantur, retenta menstrua, & cohibitum semen in utero corrumpitur, & grandioribus salacibusvè virginibus, quibus quicquam in utero præter ætatem, & consuetudinem detinetur, id accidat: quilibet enim humor in utero hoc modo corruptus ejus generis vaporem ex loci natura venenatum exspirat, ut unde vita, illinc & summa veneni pernicies sæpe etiam mors ipsa exoriatur. Cæterum corruptio illa menstrui aut seminis tum in vasis uteri, tum in utero ipso fieri potest, ac prope testes, quæ tamen diu durant affectiones, & diutinæ virginum febres potius ex causâ intra uteri vasa conclusa ortum trahunt; eæ vero, quæ viduis accidunt, & grandioribus virginibus salacibus, & virorum coiloquijs, & contractui assuetis, ex ijsdem substantijs in uteri cavitatem prolapsis enascuntur, neque mirum, humores in proprijs & naturalibus locis computrescere, siquidem id etiam per febres continuas contingit, sanguine intra venas putrescente. Nec solum viduis, & virginibus grandioribus affectus particularis est, verum etiam monialibus, & alijs, quæ ad Venerem proclives cum sint, tamen viri consuetudine non utuntur; & ijs quæ propter medicamenta steriles fiunt; aut quibus post abortum vel partum lochia retinentur; Virginibus vero, quæ aut salaces non sunt, aut 20. annum ætatis non præterierunt, rarò ex corrupto semine vitium accidit, nisi nimio virorum consortio assueverint. Cum vero ex retentis, aut diminutis menstruis contingit, fere circa menstruationis tempora invadit, aliâs per alios circuitus recurrit, sicuti epilepsia; plerumque tamen circa hyemem, & autumnum, vulvâ repletâ, aut seminali aut aliâ materiâ.

Vnde vita illinc etiam mortis causa.

Humores in proprijs vasis sæpe putrescunt.

Quibus affectus peculiaris.

Differentia. Triplex hujus mali differentia, species sive gradus, primus cum laborantes ægrè respirant, pulsum habent parvum; sensu tamen non privantur. Secundus cum pulsu, & respiratione privari videntur, nisi quod in medio pectore minimum supersit, & universum corpus per-

perfrigeratur; tertius, in quo præter jam dicta brachia etiam, & crura contrahuntur.

Magnam habet similitudinem cum syncope, catalepsi, apoplexiâ, & epilepsiâ; à quibus tamen sic distingues, à syncope quidem pulsu, nam in animi defectione cessat; in suffocatione uteri remanet licet exiguus, rarus, & languidus: in syncope sudor frigidus, & color lividus adest; in suffocatione color non mutatur, aut certè ruber seu pallidus est, sudor nullus: à catalepsi, quia sic affectæ frigidæ remanent, & oculis apertis neque audiunt, neque vident, quod suffocatis non contingit: Ab epilepsia convulsione, quâ carent verè suffocatæ sine complexu alterius affectus, licet convulsivum nonnunquam patiantur motum; præterea, quia in uteri suffocatione mulier vocata sæpe audit, præsertim cum pungitur, aut pili avelluntur, sentit, & manu collo admotâ se suffocari indicat, ac licet non possit respondere tamen post accessionem recordatur, & non habet spumam, qualis conspicitur in epilepsia; in Epilepticâ autem accessione neque vocata audit, nec postea recordatur, & spumam in ore habet: Ab apoplexiâ, quia stertor non adest, neque anhelitus, aut sensus penitus intercipitur. Insuper in hysterici spuma signum est salutis, in alijs lethale. A lethargo etiam febre discernitur, qua præfocatæ non vexantur. A venenis denique frigidis assumptis, dolore, icteritiâ, vomitu, unguium, & extremitatum lividitate, quæ sicuti in venenatis non adsunt. Verum, quia pleraque ex his symptomatibus communia esse solent, accuratè omnia intueri oportet, ne turpiter decipiamur. *Distinctio ab alijs morbis.*

Ex dictis jam constare arbitror, causas hujus mali antecedentes esse retentionem menstrui, seminis, aut alterius substantiæ à quibus distentis vasis uterus retrahitur, ascendere solet, & aliquantulum propriâ sede dimoveri, quippe repleta corpora quantum in latum, & profundum extenduntur, tantum in longitudine breviora fiunt, & quo breviora eò magis ad originem retrahuntur, ac si æqualiter id fiat, recta erit ipsius transmutatio & sine inclinatione; si vero inæqualiter, ad partem vehementiùs trahentem incumbet; non tamen veluti errabundum animal per corpus discurrit, ut alibi jam docuimus, sed ex tensione retrahitur. Quod autem retentio menstrui, vel seminis hujus affectus causæ sint, constat, quia *Causa.*

mulieres quæ probe purgantur, & coëunt, raro sunt hysthericæ, at frequenter illæ quibus menses supprimuntur, etiamsi viro utantur, ut apparet in nuptis, vel quibus retinetur semen, etiamsi probè repurgentur, ut constat in viduis, & monialibus, ac libidinosis virginibus. Avicenna, & Averroes tertiam causam addunt, fluxus albi retentionem, & experientia testatur, si supprimatur, fœminas, quæ eo vexabantur, in uteri strangulatum incidere, quæ causa sub sanguine menstruo contineri debet, non enim solum sanguinem comprehendit, sed alios etiam humores. Sunt etiam remotissimæ causæ, aër frigidus spiramenta constringens, & impediens evaporationem, quies, somnus superfluus, dimissio coitus, balnei, aut frictionis, cibi, ac potus multitudo; quippe cuncta hæc humores augent, & eorum resolutionem impediunt; præterea animi affectus, qui sanguinem, spiritus, ac humores solent agitare: boni etiam, ac grati odores, ad quos uterus retrahitur, præsertim vero Zelotypia hunc parit affectum, ut Montanus tradidit. Causæ vero conjunctæ sunt, corruptio retenti seminis, menstrui, aut aliorum humorum, à quibus tetri, ac ut plurimum venenati elevantur vapores: omnium tamen communissima, & immediata causa est, vitium instrumentorum respirationi inservientium; ab humore vel vapore ascendente, præpedienteque spirituum animalium transitum, ita fit, ut tùm infrequentiâ, tùm intarditate, & parvitate respirationis, nihil majus possit excogitari; ac si ad vocis instrumenta causa pertingat, nil eloqui possunt etiamsi velint, tùm ob hanc causam, tum quia defectus aëris ob respirationem impeditam loquelam interdicit; & quia instrumenta immota manent, ideoque aërem, qui locutionis est materia, trahere nequeunt; unde constat triplicem esse in hoc malo difficilis respirationis causam; Primam mutatum uteri situm; Secundam frigidum ipsius temperamentum, ex semine per corruptionem frigefacto, cujus halitus respirationis instrumenta pertingit; Tertiam corruptum, putridum, ac venenosum halitum, à putridâ substantiâ elevatum, qui obturatis meatibus respirationis vias occludit; ex quo fit, ut sæpè fœminæ ascendere à pube, per alvum, & umbilicum, ac lienem aliquid persentiant ad os ventriculi, & guttur, quò ubi pervenerit; concidunt ita, ut animam egisse diceres, nec priùs ad se redeunt, quam flatus, & humiditas ipsa, à quâ flatus;

Av. 31. 3. tract. 4. c. 16. Aver 3. collig. 29.

Triplex difficilis respirationis causa in uteri strangulatu

flatus elevatur, ex locis muliebribus profluat. Is igitur halitus, si cerebrum pertingat, deliramenta gignit, ac involuntarios motus; nonnunquam sensus, ac motus privationem; furore insuper fœminæ capiuntur vel convelluntur, quæ causa est cur scriptores affectionem hanc similem epilepsiæ esse dixerint: si cor halitus feriat animi deliquium & syncopem infert, si ventriculum, morsus ventris, & plurima eructatio accidit.

Signa quintuplicia sunt, quædam instantem accessionem præ- *Signa.*
nuntiant; quædam jam præsentem demonstrant: alia à semine an
menstruo fiat declarant; alia in quem locum uterus incumbat; ulti-
ma prognostica existunt, & instantem quidem prædicunt, mentis
tarditas, torpor, virium imbecillitas, refrigeratio, pallor faciei, *Signa instantis accessionis.*
tristis aspectus; præterea manibus comprimunt ventrem, quia sen-
tiunt aliquid ibi moveri, & ascendere, adest crurum segnities, in-
firmitas, & contractio, somnolentia, desipientia, quibusdam risus,
alijs lachrimæ, alijs utrumque, à quibus etiam monitæ non cessant,
adhæc morsus oris ventriculi, cibi fastidium, nausea, sitis, tumor
ventris, ac dolor, hypochondriorum murmur, seu borborismus, &
quædam veluti rerum omnium oblivio, pulsus debilis, cordis saltus,
dolor capitis, nonnunquam etiam rubedo labiorum, faciei, & ocu-
lorum, qui etiam interdum contrahuntur, aut ita clauduntur, ut
aperiri facile nequeant. Præsente jam affectione respiratio lædi- *Signa præsentis affectionis.*
tur, vox intercipitur, motu & sensu privantur, aut convulsivum
motum patiuntur, stupent, vertigine corripiuntur, delirant, & cum
quâdam veluti desperatione clamant; Ac licet intelligant, & audi-
ant, respondere tamen nequeunt, tandemq; in dorsum veluti mor-
tuæ cadunt, aliæ etiam actionibus integris manentibus difficilem
duntaxat respirationem habent, unde colligitur, non semper circa
cor, & ventriculum morsum, seu compressionem fieri, sed halitum
ad partes respirationis elevari. Inclinante jam accessione quia dis-
cutitur causa, malæ rubent, sensum, & intellectum recuperare in-
cipiunt, oculi post multam gravitatem aperiuntur; tunc uterus in-
cipit laxari, & humiditas quædam ab eo prodit, cum ventris crepi-
tu, tandem profundis emissis suspirijs ad se redeunt, ac sic exsurgunt, *Signa sanguinis aut seminis putrescentis in utero.*
& corpus firmari incipit. A sanguine nè, an semine fiat cognosces,
quia omnia symptomata à vitiato semine quàm à sanguine tanto ve-

hementiora sunt, quantum vitiatum semen, quàm menstruum ad noxam corpori inferendam vim obtinet majorem; quod Galenus
o cit. observasse scribit; unde fit ut apnœæ, confulsiones, vocis absciſsio, anhelitus difficultas, pulsus abolitiones, animi defectiones, ac sensus cujusdam vaporis ab umbilico, & pectine, ad superiora ascendens, qui altius fauces invadens, eas quasi vinculo perstringere videtur, prorsusquè spiritum intercipere, magno suffocationis metu, morbum arguant à seminis corrupti retentione pendere; cujus rei majorem certitudinem facit, si mulier à coitu desiderato diu abstinuit, & otiosa fuit, præsertim si vidua, vel monialis
o est, & ritè purgatur, ac naturaliter multo abundat semine. Sin autem à sanguine fiat, ipse suppressus fuit, mammæ turgent ob sanguinis ad illas regurgitationem, gravitas in corpore sentitur, sensus hebetatur, dolores adsunt oculorum, colli, fœmorum, & juxta renes ex calefactoquè sanguine superiores partes rubent.

6 *Signa indicantia in quam partem uterus incumbat.* Porro æqualiter uterum versus superiora retrahi suspirium demonstrat, vertigo, capitis dolor, cibi fastidium, nausea, ructus, & intestinorum crepitus; ad anticam vero partem, posticam, dextram, aut sinistram torqueri indicia fuerint, si fœminæ gravantur, dolent, tument, ilia, pecten, vesica, aut rectum intestinum, & cervix uteri ab obstetrice conversa in eam partem sentitur; ac si fœmina viro utatur, semen illabitur, quia os uteri perversum est. Specialius tamen si versus vesicam uterus convellatur, urina supprimitur; si ad sedem, impediuntur alvi excrementa, dolores occupant lumbos, podicem, imum ventrem, ac rectum intestinum: si in partem sinistram, dolor acutus ac vehemens habet lumbos, crura, & hypochondria, mulier claudicat; si ad cor, spiritus adest difficultas; si ad septum transversum, & præcordia, de repente voce privantur, ipsa præcordia dura fiunt, strangulari videntur, dentes conserunt, & vocatæ non audiunt.

C *Prognostica.* Ex hoc morbo multæ se iterum recolligunt; aliæ in ipsis accessionibus subitò periêre; deterior tamen, ac periculosior est, quæ ex seminis retentione, quam quæ ex retentis menstruis suffocatio fit, item ea, in quâ animi defectio adest, & tum respiratio, tum pulsus magis aboletur; ea insuper, cujus accessiones crebrò repetunt, ac diu durant; in his enim si pulsus fiat inordinatus, & creber; postea in to-

tum

tum abôleri ſolet, cum ſyncope, ac tandem exiguo humore faciem irrorante moriuntur. Minus malum eſt, ſi illæſo ſpiritu reliqua ſymptomata adſint: ſi ſenſus, & motus integri maneant; ſi rarius acceſſio invadat, & breviori tempore duret: ſi ex menſtruis fiat, quæ cum retenta fuerint, jam apparere incipiant. Minus etiam malum, ſi frigidæ mulieri contingat, quàm ſi calidæ, ſi prægnanti (nam ijs etjam accidere ſcribit Hippoc.) quam ſi viduæ, aut virgini. Cum his tamen gravidas, licet menſes non habeant, raro hæc affectio exercet, niſi ex accidenti, febre nimirum, pravo vitæ inſtituto, aut antiquo uteri temperamento, quibus Hippocrates addit pituitam à capite ad præcordia defluentem, quæ reſpirationem impediat; rarò quidē gravidas exercet, quia fœtus puriori alitur ſanguine, pars etjam ad replenda ubera regurgitat, reliquus ad lochia ſervatur, & à naturâ prohibetur, ne putreſcat, quia in chorio conſervatur, non minùs quam in ſuâ veſicâ bilis. Cæterum grandioribus etiam fœminis ſeminis, & menſium annos jam egreſſis ut ſeptuagenarijs, rarò ſuffocatio ex utero contingit, niſi à pituitâ in ipſo utero putreſcente: frequentiùs tamen ceſſante menſium purgatione naturali 45. aut 50. anno vel ceſſat morbus, vel ingraveſcens interficit. Quod tamen mulieri, quæ uterinis ſymptomatibus moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperveniens ſternutatio bonum ſit, liquet ex Hippoc. cujus rei cauſa eſt, quia oſtendit naturam propriarum meminiſſe motionum; & quæ prius torpebat, excitari; deinde etiam quia concuſſu ſternutatio naturam excitat, & excernit, quæ partibus infixa hærent. At ubi morbus invadere aſſuevit, inſtar comitialis diuturnus efficitur, & per circuitus repetens.

t. de morb. mul.

Suffocatio ex utero raro gravidas exercet.

5. Aph. 34.

Sunt tandem alia ſigna, quæ diſtinguunt inter præfocatam, & mortuam, & vulgariter quidem floccis naribus admotis, clauſis feneſtris, & recedentibus adſtantibus, cyatho aqua pleno pectori impoſito, aut ſpeculo ori, ex eorum motu, infectionevè præſentem reſpirationem, vitamque arguunt. Verum quia hæc parùm firma ſunt, ideo pilorum avulſione potius de vitâ cognoſcendum, & ſternutatorijs, ex pulvere hellebori, ac piretri naribus inſufflato, aut pennâ intinctâ in aceto acerrimo ſquillitico, in quo ruta incoxerit. Sed neque hæc certitudinem habent plenam, quia in quibuſdam ſola pulſatio vitam tueri poteſt, quapropter ſuffocati, apoplectici, ac

Signa diſcrimentia inter mortuam, & præfocatam.

ac epileptici meritò aliquandiu ſervantur, etiam nullo reſpirationis indicio: fuerunt enim jam plerique ex ſarcophago relati, & ex ſepulchro auditi. Cur verò Arabes his, Germani cunctis defunctis triduũ definierunt, cauſa videtur, fœtor qui in triduo ab obitu manifeſtatur: addunt alij humorum motum; cum enim ſanguis perpetuò, pituita quotidiè, bilis tertio quoque die, melancholia quarto moveatur; ad unum horum, ſi ſupereſſet homo, excitandus erat. Ad

Curatio. Admonitiones. curationem igitur vocati medici, caveant diligenter, ne incauti mortuæ remedia adhibeant; neve muliercularum communi errore, quidquid affectus illis contigerit, in uterum rejiciant, cum poſſint ex alijs cauſis ſuboriri; ne tandem vulgari ſuperſtitione ſic affectas ab immundo ſpiritu teneri judicent.

Deinde quia affectus per circuitus repetit, duplicem requirit

In acceſſione. curationem, unam in acceſſione, alteram extra acceſſionem: & in acceſſione quidem tria potiſſimum ſymptomata urgent, ſtrangulatio, convulſio, animi defectio, quorum remedia promiſcuè ferè triplicem curandi ſcopum reſpiciunt; Primus eſt, uterum reducere ad propriam ſedem: Secundus prohibere, ne vapores ſurſum ferantur; tertiùs, humorem in utero contentum, qui eſt evaporationis cauſa, foras pellere; quæ omnia ut compleantur, in exacerba-

Situs. tionibus patiens cibum nullum, aut perexiguum capiat, ut Paulus notavit; deinde cervice, & ſcapulis acclivibus collocetur, fœmoribus inguinibusque declivibus, ita enim uterus faciliùs reducitur,

Ligaturæ. in quem uſum crurum ligaturæ dolorificæ

Frictiones. frictionesquè conveniunt non ſolum infra, ſed etiam ſupra genua, præſertim in interiori parte, tandemquè ventris ipſius deorſum verſus, non ſurſum, neque circum circa tunc uterus inferius ducendus ventri admota diſtenta manu madidà in oleo laurino, rutaceo, anethino, de ſpica, vel florum auranciorum oleo, ſive unguento quod hiſpanis dicitur (*manteca de azahar*) poſteà ſupra umbilicum præcordia faſcijs fortiter ligentur; ita enim vapores non aſcendunt, uterus reducitur, diſcutitur humor, & attenuatus ab

Cucurbitulæ. excitatà expultrice faciliùs pellitur; cucurbitulæ etiam cum igne copioſo fœmoribus citra ſcarificationem affigendæ ſunt, deinde utrinque in inguinibus, quippe uterum deorſum trahunt ob ligamenta in illis partibus affixa: ſupra umbilicum vero,

ut

ut quidam non citra magnum errorem faciunt, minimè applicentur, quia aut uterum ſurſum trahent, aut elatum retinebunt, poſſunt tamen inter os pubis, & umbilicum utrinque admoveri, deinde altâ voce proprio nomine patiens compelletur, & quæcunque ligamenta ac veſtes ſupra cor, & pectus habuerit, ſolvantur, liberumque haurire aërem ſinatur; præſtat nares, & aures vellicare, pilos digitorum, pedum, aut etiam pudendarum partium evellere, aut digitos ipſos contorquere: Ac quia uterus benè olentibus reficitur, & ad ea recurrit, pravum ſpirantibus offenditur, eaque refugit; ideo naribus fœtida fuffiantur, ut charta leviter combuſta, avium plumæ, præſertim perdicis, fruſta calceorum, corij, vel pilorum hominis, panni, lanæ, vel cornu caprarum accenſis carbonibus impoſita; vel etiam naribus odoretur, aſſa fœtida, galbanum, ſagapenum, caſtoreum, bitumen, ſulphur, lucernarum recenter extinctarum funiculi, quidam etiam de munditie parum ſoliciti matulam cum lotio veteri, vel dejectione naribus admovent; fuerit tamen commodius ſequentem parare ſuffitum, *galbani aceto diſſoluti, caſtorei an.* ʒ ß, *ſulphuris vini* ʒ ij, *miſce*, ab his tamen quæ jam dictis fortiora ſunt, abſtinendum, ſi fœmina Epileptica fuerit, quia cerebrum Epilepticarum alioqui infirmum fœtidis offenſum agitatur, unde humores in cerebri ventriculos præcipitantur, ac ſymptomata ingraveſcunt; Prodeſt tamen betonicam, aut rutam viridem manibus contritam naribus admovere, aut pulverem naſturtij, ſinapi, quæ eadem cum thymo aceto acerrimo incoquantur, & naribus vaporatio fiat, aut inſuffletur hìc pulvis, ℞ *ſinapi, piperis albi, pyretri, caſtorei an.* ϑ j, *miſce*: vel alius fiat pulvis ex verrucis, quæ equorum tibijs adnaſcuntur, in calido furno exſiccatis, deinde contritis, quæ ſi naribus indantur, quaſi momento mulieres reducunt; His omnibus uterus deturbatur, quia ab eis refugit, & excitatur facultas expultrix, quæ noxiam materiam expellendo, paroxiſmum abbreviat; ac præterea frigiditatem corrigunt, ac digerendi id, quod in utero eſt, vim poſſident. Methencritæ, ſive ſyringæ vacuæ ſyphonem collo uteri immiſiſſe, mox internum pulſorium retraxiſſe, deorſum uterum revellit. Prodeſt etiam brioniam in vino ſæpius in potu dare tempore ſomni, aut quovis alio tempore, ʒ j. agarici in vino, quòd remedium eſt Galeni 9. ſecundum locos, ubi etiam commendat acetum ſquilliticum in potu datum, aut exhibetur ʒ j. the-

Aer.

Fœtida quæ uterum deturbare ſolent.

Admonitio.

Pulvis.

Syringæ vacuæ uſus.

riacæ optimæ, quæ etiam oleo rutaceo dissoluta ei parti applicatur, per quam halitus ascendere sentitur, quo solo remedio nobilissima Margaretha ab Alefeldt à periculosissimâ accessione alijs non proficientibus liberata fuit. At quod plerique jubent nares claudere, & aërem retinere, ut unito calore, & spiritu, vapores maligni ocyus dissipentur, mihi nunquam placuit, periculum enim est, ne fœmina penitùs suffocetur, præsertim si imbecilla sit. Jam verò beneolentia naribus nunquam sunt applicanda, ideoque medici ad suffocatas accedentes, chirotheeas deponant, poma, ac reliqua odorifera. Patiens verò pannis circumtecta, ac supra umbilicum ligata recipiat in utero per sedem perforatam, aut per infundibulum jucundum suffitum ex cassia lignea, myrrha, stacte, (quam styracem liquidum vocant) laserpitio, ligno aloës, cariophyllis, macis, amomo, costo, ambra, zibeto, diambra, diamosco, trochiscis de gallia, & de alipta moscata; aut alijs ex supradictis concinnatis; nam cuncta hæc laxandi, calefaciendi, & flatus discutiendi vires obtinent. Mire uterum reficit, & quam celerrimè in propriam sedem reducit suffitus per infundibulum ex verrucis seu eminentijs, quæ equorum pedibus adnascuntur, quod secreti loco haberi potest. In quos etiam usus uteri os perungitur cum oleo Jasmino, de Napha, de spica, vel simili alio, in quo granum unum atque alterum Zibeti, vel mosci dissolvatur; aut gossypium eâdem mixturâ delibutum locis inditur: tunc (si fieri id sine scelere possit) obstetrix collum uteri confricet digitis, indice ac medio perunctis aliquo ex prædictis oleis, in quo dissoluta sint odorifera: ut irritatus crassus humor, qui in utero hæret, provocetur, & calefactus excernatur. In ipsum quoque uterum per uterinum clysterem sequens liquor injiciendus. ℞ *aquæ naphæ, vel lavendulæ* ℔ j, *aquæ otymi* ℥ iv. *gallia moscatæ* ℥ ij, *galbani* ℥ ij, *muschi, & ambræ an. g.* v. *syrupi de artemisia* ℥ iv. *croci pulverizati, cinamomi, cariophyllorum an.* ℥ ß, *misce.* Hippocrates, Aëtius, Paulus, & Avicenna vomitum commendant, qui tametsi omnibus conveniat, peculiariter tamen iis prodest, quibus in ventriculo corruptus cibus, aut pituitosus alius humor accessioni ansam præbuit, quod cognoscitur ex gravissimis ipsius ventriculi doloribus, & quanquam vomitu humor ad superiora trahi videatur, major tamen est utilitas, quæ in hoc casu ex eductione materiæ sequitur: neque verò ciendus, nisi post purgationem: ac si fœmina

Error quorundam.

Bene olentia utero sunt applicanda. Suffitus.

Eductio humorum.

Methenchrita.

Vomitus. Hipp. 1. de morb. mul.

mina ad vomendum sit facilis, idque semper cum magna præmeditatione, ne violenter humor superiora petat, ut ipse monuit Hipp. Provocabitur autem titillatione faucium cum pluma madida in oleo liliorum albor. tepido; vel patientis os vi aperiatur, & injiciatur decoctum seminis anethi, & raphani cum oleo liliorum, cavendo ab oxymelite, ac sirupo acetoso, quia hæc uterum afficiunt, si Hipp. & Galeno credimus. At si superiora non sufficiant, totum caput perfundatur oleo laurino, anethino, rutaceo, de spica, vel sequenti similivé alia embrocha, ℞ *supradictorum oleorum an.* ℥ iv. *aceti ex decoctione ruta, origani, pulegij* ℥ *ij, misce*, quippe cerebrum calefacit, humores attenuat, & vapores discutit, qui semper cum hoc morbo conjunguntur, imo ipsum efficiunt, & sunt de genere flatuum, ut Serapio, & Valescus de Taranta rectè notarunt. Quo etiam tempore pubi, & ventri pannus calidissimus imponatur: aut sacculi, quibus includantur cuminum, anisum, semen dauci, sal, ruta, arthemisia, furfur benè calidi, qui sæpe iterentur, aut ex supradictis unguenta, cerota, & pessaria conficiantur, de alijs paulò pòst: forma verò pessarij talis erit: *olei napha, vel de spica* ℥ j ß, *ladani* ℥ *ij, gallia muscata* ℥ j. *ligni aloes, & cariophyllor. an.* ℈ j, *misce*, fiant pessaria serico inclusa, ante hoc tamen quod confortat, utilis erit alius sic paratus, ℞ *succi mercurialis, vel decocti ejusdem* ℥ *ij, antidoti hæmagogi, theriacæ antiquæ an.* ℥ ii, *pulveris de hiera* ℥ j *misce:* Valet etiam mirificè inunctio ex oleo Mathioli, quo partes infra umbilicum liniantur, & bibat patiens cochleare j. aquæ vitæ finissimæ ex herbis paratæ ad uterum conducentibus: virginibus tamen sat fuerit loco pessarij ventrem ac pudendum inungere, aut si ex retentione seminis laborent, suadendæ sunt, ut nubant: sin vitam castam potius ducere velint, parco utantur victu, & abstineant à vino, ac reliquis, quæ semen augent, de quibus ad nauseam jam scripsimus: quod si uterus deorsum processerit, curabitur, ut infra c. *de uteri prolapsu.* Atque tota hæc curatio desumitur ex Hipp. Aetio, Paulo, Avicenna, & Galeno citatis & 9. secundum locos in fine.

2. de morb. mulieb.

Hip. 3. ac. 39. Gal. 1 ad Glauc. 14.

Capitis ratio habendæ Embrocha.

Flatus dissolventia.

Sacculi.

Pessus.

Admonitio de Virginib.

c. de generr.

Porro considerandum insuper est, à menstruóne, an à retento semine accessio fiat: ac, si à menstruo proveniat, inchoanda curatio erit à sanguinis missione ex pede, deinde ne excrementorum appositu uterus prematur, sequens, aut similis clyster injiciendus est,

Curatio cum fit á menstruo.

foliorum malv. mercur. singulorum m. j *florum camomilæ p ÿ. seminis anisi. fœniculi: fœnugraci an.* ℥ j. *coquantur in 5. q. aquæ ad tertias colaturæ,* ℞ ℥ x *mellis rosati, olei camomilæ, liliorum, aut sesamini singulorum* ℥ ÿ, *electuarÿ lenitivi, aut diaphœnici* ℥ ß, *misce:* aut, *ex hieræ* ℥ j, *& cumini tantundem cum* xx. *foliis rutæ, & caricis fiant suppositoria ÿ, quibus addere licet Agarici, salis gemmæ an.* ℥ ii. cucurbitulæ suris, fœmoribus, & juxta pubem applicantur, reliqua aut supra. At si retentum semen accessionem efficiat, sanguinis missio nequaquam confert, quia vires dejicit, & quod in utero est non educit: potiusque adhibere convenit glandes, & clysteres tum per uterum, tum per sedem, ut ℞ *aliptæ moscatæ* ϑ ÿ, *ligni aloes, cariophyllorum an.* ϑ ß, *musci, ambræ an. g. iÿ, excipiantur oleo de spica, & cum cera fiat pessus,* qui serico includatur, ne in utero liquefiat, & Zibeto liniatur, cui consimilis est alius, qui recipit *gallæ moscatæ, cinamomi, cariophyllorum an.* ϑ j, *ambræ, musci an. g. iij, ladani, styracis an. q. 5. ut pessus conficiatur.* His ubi jam aliquid ex utero fuerit excretum, apponatur emplastrum pro matrice, aut gummi elemi: aut ex carana, vel tacamaca confectum, vel balsamum, aut styrax liquida, vel oleum de styrace, quibus pro calidis, salacibusque virginibus admisce semen agni casti, corallium rubeum, pulverem rosarum, aut seminis plantaginis: Pro frigidioribus autem hoc salubriter paratur: ℞ *aliptæ moscatæ, pulveris cariophyllorum, angelicæ an.* ϑ j, *pulveris rosarum, corallÿ albi an.* ℥ j, *terebinthinæ, & ceræ q. 5. adde ambræ g. iij.* aút, ℞ *gallæ moscatæ, diambræ an. g.* x. *pulveris sandalorum omnium, corallÿ, agni casti, rosarum albarum an.* ϑ j, *ladani depurati q. 5. fiat emplastrum:* longè tamen majoris efficaciæ est id, quod recipit *olei naphæ, vel de spica* ℥ j, *theriacæ magnæ* ℥ ÿ, *pulveris gallæ moscatæ* ℥ ß, *zibeti* ϑ j, *pulveris seminis angelicæ, cinamomi, cariophyllorum an.* ℥ ß, *galbani* ℥ ÿ, *ladani depurati q. 5. fiat emplastrum:* quo adhuc præstantius, ac nobilius sequens censetur *olei cinamomi, de spica, balsami an* ℥ ÿ *pulveris cinamomi, macis, cariophyllorum, seminis angelicæ an.* ℥ j, *gallæ moscatæ, aliptæ moscatæ, diambræ an. gr.* v. *diamosci g.* iv. *ceræ & terebinthinæ q. 5. fiat emplastrum,* aut cum cera duntaxat fiat unguentum. Aut quia oleum de cinamomo nimis constat, ideoque solis ditissimis ordinandum, ℞ *olei naphæ, de spica, liliorum alborum, laurini an.* ℥ j, *pulveris gallæ moscatæ* ϑ iv. *ligni aloes, cariophyllorum, seminis agni casti an.* ℥ ß *ladani, & ceræ, parum, misce, fiat*

unguen-

A semine si fiat, curatio.

Pessus.

Emplastra pro matrice.

gmentum: aut ex sola theriaca, cum oleo de spica. Cæterum emplastra ad formam scuti fiant, & in parte acutâ apponenda g. aliquot moschi, ut gratum odorem utero inspirent, ac ipsum retrahant; extenduntur vero super pannum coccineum, & unum ventri; alterum infra renes in parte posticâ apponitur. Quibus semper miscenda quæ ventositates discutiant ob jam dictam causam; ideo clysterijs additur oleum rutaceum, irinum; fomenta verò & incessiones fiunt decocto camemali, anethi, thymi, fœniculi, rutæ, artemisiæ, anisi, cumini, baccarum lauri: venter inungendus oleo de cinamomo, de angelica, de aniso, de piperibus, cariophyllorum, quorum guttas aliquot in convenienti liquore gustet. Pessarijs & emplastris commiscetur pulvis cumini, anisi, rutæ, cassiæ, cinamomi, ligni aloes, costi, mirifice tamen prosunt cucurbitulæ sine scarificatione cum copiosa flamma inter pubem, & umbilicum appositæ. Errant qui illicò ab exacerbatione patientibus solent exhibere sacchari pastam cum sandalis, & moscho (quam Hispani vocant *Alcorsam*) aut aliud simile cordiale cum vino: nam vinum vapores gignit, & penetrat, subindeque humores denuò in utero commovet, aut eò deducit, atque ita symptomata recrudescunt, præsertim si odoriferum est, uterum sursum trahit; quocirca ijs solum, quibus cum syncope accessio invadit, si nimium resolvuntur, exhiberi potest; quia ad id, quod magis urget, curantis consilium debet collimare.

Flatus discutientia, fomenta, & incessiones.

Extra accessionem si ex mensium suppressione, aut diminutione patiens sit assueta, in uteri strangulatum incidere, curatio ferè petenda ex c. *de suppr. menstruor.* si ex retento semine, vocetur maritus, & adhibeantur ea, quæ cap. *de gonorrhœa* ad semen extinguendum dicta sunt: si ex uteri inflammmatione, mensibúsve assatis, corruptis, aut suppuratis, ad propria horum affectuum capita recurrendum; particularius tamen, si à menstruo, quod sæpe fit, contingat, curatur victus ratione tenui facilis digestionis, & boni nutrimenti: aër sit temperatus, minimeque ventosus, exercitium mediocre, præsertim matutino tempore convenit deambulatio, aut lenta equitatio, gestatio verò in curru, & navi fugienda planè, quia vomitum ciet, & humores agitando symptomata excitat, quare non video, cur eas, quæ in navi, & curru fiunt gestationes laudaverint Aëtius, & Altomarius: Porro somnus solito brevior esto, excrementa alvi respon-

Extra accessionem curatio.

Si à menstruis retentis curatio.

Aetij lapsus.

deant natura vel arte, animi accidentia vitentur, & ea omnia, quæ flatus, humoresque melancholicos gignere possunt: cibus primis 12. quindecimvé dieb. à mensium purgatione frigidiusculus sit, & paucus, haud tamen adstringens, sed leniens, aperiens, lubricans, & abstergens, qualis erit ex pullo cocto cum radice cichorei, petroselini, fœniculi, ciceribus, & croco, aut cum hordeo, lactuca, cucurbita; ptisana etiam, aut cremor ejus conducit, potus esto mulsa, aqua hordei, aut serum lactis, in quo per noctem maduerint flores borraginis vel anisum,

Evacuatio. Vena sectio. Secundo, evacuantibus ut venæ sectione circa 15. diem ex brachio ad deponendam plenitudinem; quam sequatur purgatio, digesto prius humore per hunc aut similem sirupum, *foliorum arthemisiæ, capillor. Vener. an. m. j. seminis fœniculi, dauci, anisi, rubeæ tinctorum an.* ʒ j, *radicis borraginis, petroselini an.* ʒ j, *fiat decoctio ad tertias, in cujus* ℔ j ß, *adde sirupi de duabus radicibus sine aceto, capillor. Veneris, hyzantini an.* ʒ ii, *misce*, capiat mane, & vesperi ʒ v. Conveniunt etiam sirupus de arthemisia, de hyssopo, de quinque rad. cum aquis nepitæ, pulegij. fœniculi, hyssopi, arthemisiæ, petasitis. Ubi per dies sex usa fuerit sirupis, sequenti mane capiat hanc purgatiunculam, *Purgatio.* ℞ *prædictæ decoctionis* ʒ iv. *rhodomelitis Persici* ʒ j ß, *Agarici trochiscati in ligatura, rhabarb. infusi per noctem in aqua cichor. an.* ϑ ii. *pulveris de hiera* ʒ ß, *aut diaphœnici* ʒ ii, *misce, fiat haustus:* *Pilula.* vel si pilulis magis delectatur, ℞ *massæ pilul. alephanginarum, de hiera, an.* ϑ ii. *diagridij g.* iii. *cum sirupo de arthemisia formentur* ix. mox à vigesimo secundo die, quo purgationem accipiet usque ad vigesimum quintum accipiat singulo manè unam vel alteram tabellam ex rebus paratam, quæ aperiant, calefaciant, & humores discutiant, ut diagalangæ, diatrion pipereon, diacalaminthæ, diacimini, diamosci, diambræ, vel ʒ i. sequentis conservæ, ℞ *florum auranciorum conditorum* ʒ j. *theriacæ magnæ, vel mithridatij,* ʒ ß, *specierum diamosci. vel aromatici rosati* ϑ j. *cum sirupo de arthemisia, fiat conserva, cui utiliter additur pulveris castorei* ϑ j, *vel antidoti, hamagogi* ʒ j, idem præstat beneficium altera, quæ sic concinnatur, ℞ *theriacæ antiquæ, mithridatij optimi an.* ʒ ii, *conserve buglossæ* ʒ iii, *castorei* ʒ j ß, *specierum diamosci dulcis, diambræ, aromatici rosati an.* ϑ ii. *cum sirupo de arthemisia fiat confectio dosis cochleare* j, *seu* ʒ j. Rasius laudat sequentes trochiscos, ℞ *seminis mentrasti, seseleos,*

Humores discutientia Rotulæ.

Conserva.

Trochisci Rasii.

ari-

aristolochiæ rotundæ, rubeæ tinct. foliorum agni casti, rutæ an. ℥ II, *cum sirupo de arthemisia, aut capillor. Veneris, fiant trochisci dosis* ℥ j, *cum aquâ fœniculi, aut ex decoctione seminis anisi, dauci, radicis chinæ, vel sarsæ.* Prodest etiam hisce diebus sumere g. VI. lapidis Bezoartici orientalis cum aqua arthemisiæ, aût duo cochlearia, sequentis aquæ stillatitiæ, ℞ *Zedoariæ, seminis dauci, radicis levistici recentis, myrrhæ, rubeæ an.* ℥ II, *castorei, radicis pæoniæ an.* ℥ ß, *Visci quercini decrescente lunâ collecti, nepitæ recentis an.* ℥ IV. *contundantur omnia, crasso modo ponantur in alembico, superaffundantur aquæ matricariæ* ℥ XII, *bene cooperiatur, ne quid exhalet, stet in infusione per octiduum, deinde lento igne stillentur, ac servetur aqua vase vitreo.*

Lapis Bezoarticus.
Liquor.

Sequenti die, qui erit ferè quartus ante menstruorum adventum, fiat copiosa sanguinis missio ex pede, præmisso crurum balneo, ex decoctione florum arthemisiæ, capill. Veneris, lauri, lavendulæ, pulegij, majoranæ, calaminthæ, florum camomilæ, radicis ac seminis angelicæ, dauci, ibique pedes diutius detineantur, ex quo etiam decocto cum oleo de spica, & naphæ injectiones in uterum fiant, addito tantillo malvatici: At sequentibus quatuor diebus interimque dum menses fluunt, si lentè procedant, arte provocentur potionibus, evaporationibus, & aliis cit. cap. jam dictis: venterq; liniatur, ut suprà dictum est: & si cor, lien, aut membrum aliud compatiatur, ei per ea prospiciendum, quæ infra reperies, ubi de eorum affectibus sermo erit. Quæ si non fuerint satis, urina proliciatur ex decocto lupulorum, pentaphili, camemali, capillorum Veneris, florum papaveris, rubeæ ac buglossæ; vel etiam sudor ex decoctione radicis chinæ, sarsæ, ligni Indici; ut colligitur ex Hippoc. sed & in medio mense post sanguinis missionem ex brachio, & purgationem hæmorrhoides provocentur, affixis hirudinibus, idq; semel aut bis in anno.

Vena secatur ex pede.
Balneum crurum.
Injectio.
Urina ac sudoris provocatio.
1. de morb. mul.
Hæmorrhoidum.

Tandem si ex semine affectio ortum ducat, victus esto frigidus, ut portulaca, lactuca, cucurbita, jejunent patientes, lascivum consortium, ac loquelas vitent, Veneris apprehensionem, impudicos sermones, lectiones, musicam, virorum elegantis formæ aspectus, vinum, & carnes, quia hæc omnia semen, & sanguinem augent, ideoq; sanguinis missio mirificum est remedium, magis tamen convenit superabundante semine, corrupto minùs, nisi benè carnosa sit juvencula, aut salax fœmina; rarò purgationes locũ tenent, quia semen non educũt, con-

Curatio si ex semine.

concitant verò in utero contentum, quocirca nunquam confertis purgationibus utendum, sed ijs, quæ paulatinè humores eluant, & vias, quas vocant communes abstergant, ne excrementa in uterum, sed foràs illabantur, & eorum successione aliquid etiam ab utero evacuetur; quod fiet, si bis in hebdomada tres capiat pilulas alephanginas, de agarico, de aloë cum rhabarb. mastichinas, de hiera, aut simile aliud medicamentum leniter purgans ex ijs, quæ supra retulimus, utendum insuper clysterijs, & glandibus jam descriptis. Hoc medicamentum semini purgando confert, *terebinthinæ abietis* ʒ ij, *agarici trochiscati* ʒ j, *seminis dauci, cannabis, pulveris ligni aloes an. g.* VIII. *cum saccharo, fiant boli.*

Boli ad purgandum semen.

Secundo utendum ijs, quæ semen gigni prohibent, genitumq; extinguunt, atq; compescunt, quorum uberem segetem reperies c. *de gonorrhœa.*

Uteri purgatio.

Tertio purgandus est uterus injecto superius descripto clystere uterino, aut simili quopiam, deinde etiam discutientibus, ac roborantibus tum emplastris, tum unguentis utendum; fuit semper utilissimum manibus gestare poma ex castoreo, galbano, asa fœtida, sagapeno: vel folia rutæ; alię cum fructu castoreum duntaxat gestant, reliqua ut suprà in curatione accessionis administranda sunt. Monet tamen, ac meritò Aetius, mulierem non esse omninò negligendam, recuperatâ tandem sanitate, sed præservationis gratia per certa intervalla suspectis præsertim temporibus medicamentis utendum, sic ut eorum usus non planè deseratur, sed minuatur quantitas.

Admonitio.

Fontanella.

Verùm si morbus pertinax admodum fuerit, efficacissimum præsidium est fontanellas aperire in utroque crure, per quas putores ex corrupto menstruo, aut semine spirent ratione venarum, quæ utero, & cruribus communes existunt. Est etiam receptissimum, ac non citra magnam rationem, & experimenti confirmationem in affectibus uterinis contumacibus, medicamentis uti ex chalybe concinnatis, quorum descriptiones petendæ ex capite *de febre alba.*

Chalybis usus.

Scholium.

Uterini affectus] *Hysteram uterum appellari alibi jam docuimus inde hysterica seu uterina symptomata, quæ ab utero: inter ea gravissimus est stran-*

est strangulatus uteri, cujus excrementa tripliciter peccant, copia, qualitate, putredine: & quidem si copia plenitudinis nocumenta adsunt, ut sanguinis fluxus per nares, per vomitum, per urinam, aut hæmorrhoides, diſenteria, hydrops, laſſitudines, tumores, & alia: ſi vitium eſt in nuda intemperie calda, æſtuationes parit, ſitim, inquietudinem, interdum fœmina pallorem contrahit, coloremvè albidiorem, mœſta eſt, tadioſa, doloribus vexatur; quod ſi putredo accedat, mirum eſt cum una è duabus duntaxat ut plurimum ſit materialis cauſa, ſemen, aut menſtruus ſanguis, una formalis putredo; una pars affecta uterus, quam varia tamen, & admiranda ſymptomata inde pullulent: quæ tamen varietas provenit ex varietate copiæ, membrorum compatientium diverſa natura, vario putredinis modo; diverſo uteri loco in quo materia putret: & varia natura rei putreſcentis: aut prædominantis humoris in materia putreſcenti; demum ob putreſcentium perfectionem, ac diverſam cauſam moventem. Ita fit, exempli gratia, ut copiæ varietate, ſi quantitas exigua ſit, leves & exiguos exciſtet affectus, qui etiam leviſſimis auxiliis, aut ſola diſtractione curentur, & brevi ab acceſſione fœminæ redeant: maxima vero quantitas ſaviſſimis affectibus fœminam concutit, ac ſemper veſtigia mali relinquuntur. Conſenſus ſit quia aut membra reliqua utero conſentiunt, aut uterus à reliquis membris affectis compatitur: aut humores ibi putreſcentes redolent naturam partis à quâ fuerunt tranſmiſſi: ſunt & aliæ conſentiendi rationes per viciniam partium, qua ratione cum inteſtinis, & veſica conſentit uterus, per colligantiam cum venis, & arteriis, per ſimilitudinem cum nervis, cerebro, & ventriculo: per amandationem cum univerſo corpore, quod per cacos meatus tranſpirabile eſt, & fluxile: ſta ex conſenſu ventriculi, aliæ fameſcunt, aliæ faſtidiunt: aut picaceum appetitum patiuntur, vel ad vomitum propenſionem: cui tamen rarò vomitio ſuccedit, quod ex uteri halitu ad os ventriculi provenit; idq; interdum cum murmure, ventriſque rugitu, aut cruciatu. At ubi cor compatitur ejuſdem morſus adeſt, conſaltus, dolor, animi defectio, ſyncope; pulſatio arteriæ, dorſi, ac meſerei, unde mœror, anxietas, inquietudo, metus, ac deſperatio plerumq; tanta, ut ſe mox interituram putet, ac interdum cupiat, nullaq; ratione in ſpem erigi recrearive poſſit. Ex ſepti tranſverſi conſenſu, difficilis reſpiratio, ſuffocatio, ſtrangulatio. Ex jecore depravatio ſanguinis, obſtructionis, tumores pedum, cachexia, ac febris alba. Ubi verò cerebrum afficitur, & animalis facultas tremores ſuboriuntur, convulſiones, epilepſiæ, reſolutiones, ſopores alti, capitis, ac totius corporis cruciatus; vocis & reſpirationis privatio, obſtructis carotidibus arteriis, reliquiſq; reſpirationis viis, ac muſculis, item ſenſuum tùm interio-

Copia. Intemperies. Putredo. Varietas ſymptomatum, unde? Conſenſus. Ventriculi conſenſu quæ ſymptomata fiant. Cordis conſenſus. Septi conſenſus. Jecoris. Cerebri.

riorum, tum exteriorum læsio, præterquam auditus, qui in accessione plerumq; manet, gustus tamen, & olfactus sæpius vitiantur: hinc delira, melancholica, furibunda, ac maniaca reddantur, alia veluti congelata nihil respondentes; alia cum garrulitate, iracundia, & inquietudine, aliis q; desipientiæ generibus sese moventes. Hisce omnibus ex utero accidentibus primam hujus secundi libri partem sive sectionem dicavimus; in altera de morbis uteri ipsius in compositione, Deo benè juvante, scripturi.

Quæstio. An semen in utero deleteriam concipiat qualitatem.

Porro nec uteri commotio duntaxat.] Semen in utero deleteriam qualitatem concipere non posse pugnaciter contendit Mercurialis, ductus veterum, & Hippocratis sententia, qua expressum est, tria ad sanitatem maximè convenire: exercitationem: modum in cibo, & potu; & seminis conservationem. Contrariam sententiam defendit Galenus 6. de locis cit. Avicenna, Averroes, Veiga, Fernelius, ac ferè omnes medicinæ scriptores, quia semen excrementum est, quod si detineatur, copia ladit, & à nativo calore non regulatum, ab extrario corrumpitur; accedit innati caloris in fœmineo sexu imbecillitas, putredinis causis non repugnans: & quod ipse uterus corporis totius est sentina, & putridorum excrementorum conceptaculum; quod autem deterius semen putreat, facit probitas seminis: ut alibi ex Aristotele monstravimus; quocirca Hippocratis ac veterum sententiam debuisset potius Mercurialis intelligere, de naturali seminis conservatione; non de retentione immodica; offenditur enim natura omni nimio; quod autem in animantibus corruptio tanta esse possit, ut venenum æquet, Galenus pluribus confirmat, Thomas à Veiga, & Fernelius exempla ponit in syncope ex grumo sanguinis, sphacelo, ex septico humore, epilepsia, & uteri strangulatu.

Avicen. 1. 5. Aver 3. co. 19 Veig. 6. de locis 5. Fern. 6. p 16. 2. de an. 11. lib. de peste. Galen. cit. Veig. 4. de locis 3. Fern. cit.

Morbi & veneni seminaria cur diu lateant.

Cur autem morbi ac veneni seminaria sæpè diu lateant, causa multæ sunt, primo quia quandiu venenum intus genitum aut extrorsum accedens imbecilliter agit, intemperamentum non imprimit; quod jam impressum, plurimum movet: secunda, quia quamdiu venenum ignobile membrum occupat, non ita ladit, quemadmodum ubi ad nobile migraverit, quia tum per totum corpus diffunditur: tertia est assuefactio partis, causa nõ solùm ut inde nõ agrotet, sed ut sæpe alatur, quod anus Athenienſis experimentum docuit, ut apud Galenum est, & nostris temporibus Rex in India provincia: quarta quia modo retentrix excedit expultricem, & causa augetur, si calida est, aut putrida, modo è converso superat expultrix, cujus opera detrusus humor, aut frigidum venenum alicubi se prodit, qui alias humoribus commixtus retunderetur; iis enim quæ frigore noxam inferunt, actionis celeritas ad pernitiem proficit, quæ alioqui spatio excalefacta vim suam deperderent.

3. simpl. 18.

Cor-

Corpus perfrigeratur] *Corporis perfrigerationis in suffocatis alteram causam affert Aëtius: quem sequitur Altomarius, quia, inquiunt, semen aut sanguis menstruus in utero paulatim coacervata, ac retenta vitantur prius, deinde perfrigerantur, & ad cerebrum, ac cor, frigiditatem, tetrumq; vaporem transmittunt, à quib. deinde universum corpus alteratur, perfrigeraturq;: qua tamen ratio prima fronte inutilis videtur, neque causam assignare, cur vitiati hi humores perfrigerentur, ijdem autem per febres non ita: ea autẽ est, quia in utero extra vasa vitiantur, ubi ex natura loci tum natura frigidi, tum excrementis abundantis, & longè à corde dissiti caloris fonte frigiditatem acquirunt, quam concipere non crederem intra vasa, quantũcunq; putrefiant. Hinc refutabis Rondeletij errorem, qui contendit, semen intra vasa spermatica non putrescere, propterea quod inquit, substãtia perfectè cocta benigna, & à recrementis repurgata non putret, sicuti per febres sanguis humiditate abundãs: sed aut conservatur, aut absumitur in nutritionem vasorum, aut certè si copia plurimum est, inter somniandum ad uterum pellitur. Laborat tamen in aquivoco Rondeletius, & quod de perfrigeratione certũ est, ad putredinem transfert: nam semen quidem in vasis putrere apud Galenum, & Aetium legimus: ibi autem refrigerari nec legimus, nec recipimus, ut patet in continẽti viro, in quo ex dimissa Venere accidentia suffocatis simillima putrente in vasis semine sapè visuntur, perfrigeratio, & apnœa ferè nunquam, quia extra naturalem locum non putrent.*

Perfrigerationis causa ex Aetio, & Altomario.

Rondeletij lapsus.

Triplex hujus mali differentia] *Cum plures sint uteri strangulationis gradus, in eorum aliquo respiratio omnino intercidat; meritò quæret aliquis, quî fieri possit, ut fœmina vivat sine pulsu ac respiratione, siquidem hæc cum vita ad convertentiam dicuntur? Respondent Galen. & Aetius, interdum sublata penitus oris, ac narium respiratione, superesse adhuc eam, quæ in toto corpore ab arteriis perficitur: id quod etiam in reptilibus venenatis contingere videmus: hæc enim per hyemem in cavernis mortuis similia latent per arterias duntaxat respirantia: sic igitur fieri posse ut strangulatis ab utero, toto corpore perfrigerato, oris, & narium respiratio intercludatur, supersit tamen ea, quæ ab arteriis fit, quam transpirationem vocamus: in quem etiam sensum inquit Aristoteles dari vivendi facultatem, etiamsi respiratio desit. Itaque dicere possumus perfecta animalia moderatè calida, dum sanitate fruuntur, citra respirationem non vivere: quæ tamen suapte natura frigida sunt, ut latentia: aut ex accidenti universum corpus tale redditum habent, ut hysterica citra respirationem vivere posse: dicere enim licet oris & narium respirationem adeo in illis parvam esse, ut sensum lateat: Hæc tamen*

Quæstio. An sine respiratione homo vivere possit.

2. de natur. al. 11.

Vtero affecta cur respiratione priventur.

rationem reddunt, cur respiratione privatæ fœminæ non adeò lædantur; at cur respiratione priventur, non assignant: id Galenus & Aetius perfrigerationi tribuunt, ac defectui usus: Pachinus ad voluntarium motum ablatum refert origine nervorum affecta.

Ex hoc morbo multæ se iterum recolligunt] *Quod ad hosce affectus excitandos retentum semen majorem, menstruum minorem vim obtineat, colligitur facilè, quia mulieres non viduæ, neque salaces, quibus menstrua purgatio supprimitur, tametsi plerisque infestentur accidentibus, respiratione tamen rarò privantur, neque animi deliquio afficiuntur: viduæ licet æquè, ut antea, purgentur, similibus nihilominus corripiuntur symptomatibus.* 10

Objectio.

At cur fœminæ potius quam viricea patiuntur, commodè scisciteberis, cùm causa videatur communis, nam in his etiam semen retinetur, quod cum acrius sit, & proritans magis per moram, plus vitiari oporteret?

Respondeo.

Respondeo, apparere in maribus continentibus ex retentione seminis, & intermisso Veneris usu symptomata quædam hysterícis similia, nam & capitis gravitatem, & cibi fastidium, & deteriorem concoctionem, & febres patiuntur, nonnulli etiam torpidi, pigriq; facti sunt, melancholici, mœsti, timidi, quod & Galenus testatur, & verum esse confirmat experimentum. In fœminis tamen hæc omnia vehementiora deterioraq; fiunt, quia calido viriliq; semini improportionale vitium est; & quia in fœmina cacochymia major, minor ad resistendum innati caloris copia, unde fit ut frigidum ac humidum semen frigidæ corruptioni calido masculino sit aptior, præsertim in utero contentum, qui corporis totius est sentina, & excrementorum conceptaculum. 20

Quod autem Galenus prodidit primo ad Glauc. 14. omnem ex utero strangulationem animi defectionem procedere, si ita esset, fieri non posset, ut animi defectio distingueret inter periculosiorem, & nimis periculosam suffocationem; inter eam, quæ à semine, & eam, quæ à sanguine fit: quapropter per strangulationem eo loci Stephanus Athenienſis apnœam intelligit: differre autem apnœam uterinam ab uterina strangulatione, quod apnœa ex superfluitate seminis putrescentis, pravaſq; & frigidas exhalationes ad cor, & cerebrum mittentis contingat, strangulatio autem ex matricis spasmo sursum tracta, ac per continuitatem intestina, ventriculum, septum transversum, ac respiratoria membra comprimentis, illam animi defectionem semper præcedere, hanc non ita. 30

Ad curationem igitur vocati] *Ab immundo spiritu corripi suffocatus vulgus existimat, quia solent plerumque in illis mirandæ exaudiri voces, ex-*

imis

imis visceribus, nunc veluti ranarum coaxatus, nunc serpentum sibili, crocitus corvorum, gallorum cucurritus, canum latratus, ita ut haud ineptè possit eis accommodari illud poetæ:

4. Georg.

Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, atraque tygris,
Squamosusque draco, & fulva cervice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit.

Quæ tamen omnia pro viarum, & erumpentis spiritus proportione casus effingit ex hoc morbo; ideò à curatione non desistendum cum vulgaribus existimantibus, divinum quicquam subesse aut super naturam, sed fortiter remediis perseverandum, ut idem cecinit Virgilius dicens:

Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris incepto tegeret cum lumina somno.

Si id fieri liceat] *An liceat frictione facta in pudendo semen proliceré sapientibus discutiendum relinquo, advertens semen, quod eo tempore excernitur, prolificum jam non esse, sed venenatum, ac corporis excrementum inutile, & multorum malorum, sæpe etiam mortis causam, adhæc fœminis invitis, aut saltem non consentientibus excerni.*

Cavendo ab oxymelite] *Mulieribus, inquit Hippocrates, magis quàm viris adversatur acetum, quod Galenus tùm ibi, tùm multis aliis in locis confirmat, ipse tamen 9. per loca acetum squilliticum absorptum strangulatis convenire scribit, à quo accepit Altomarius, quod fortasse duntaxat intelligendum, ubi semen redundat, quia exsiccat & infrigidat, utcumque tamen semper parcè aceto utendum, nervis aut utero affectis, nam & nervos, subindeq; uterum, qui & ipse nervosus est, acetum offendere testatur Galenus cit. & lib. de puero epileptico, & 14. method. cap. 5. ratio est, quia nervi exangues sunt, ideoque frigidi, quamobrem facilè afficiuntur ab iis rebus, quæ refrigerant, & tenuium sunt partium, quale est acetum, quod in nervorum mergitur profundum, ita ut nec minimum quidem illorum illæsum maneat.*

3. acut. 39. Quæst. An acetum hysterico conveniat.

Acetum utero & nervis adversatur.

Errant qui illicò ab exacerbatione] *Hipp. lib. de nat. mul. vinum odoriferum mulieribus in strangulatione uteri ore aperto infundit; ejus usum Avicenna penitus interdicit. Videtur Hippocrates indicationem sumere à deficiente virtute, & languore facultatis animalis: Avicenna ex copiâ sangui-*

Quæstio, An vinum strangulatis conveniat.

sanguinis, & seminis, quæ augenda non est, nec commovenda. Inutiliter igitur quidam distinguunt, de fœmina in accessione, & de ipsa extra accessionem constituta, & jam laboranti convenire dicunt: nam neque etiam in omni exacerbatione conducit, sed in ea tantum, quæ cum syncope conjungitur, ratione syncopes non strangulationis, quocirca miror Mercatum, & Avicennam, interpretari de fœminis extra accessionem cum ipse capit, de curatione accessionis dicat.: Et cave ne eis des in potu vinum, *quæ verba Gradius transfert eodem modo, quo Bellunenſis.*

Mercati lapsus.

Quæstio, An strangulatis competat sanguinis missio.

Secundo evacuantibus] *Cùm omnia sint disputationibus pervia, quidam etiam in dubium vertunt, an strangulatis competat sanguinis missio, quantumcunque ex mensium retentione strangulatio oriatur; & quidem non desunt qui id insicientur, quia, inquiunt, facultas animalis est plus justo languida, & in consensum trahit reliquas, quas servare vitam ipsam conservare testis est Galenus: Secundo quia magna adest uteri frigiditas ob frigidos humores in eo contentos: existente verò horum humorum copiâ, sanguinis missionem vetant Galen. lib. de sang. miss. c. 9. & Avicenna 4. 1. 20. Tertio, quia animi deliquium conjungitur cum strangulatu ex utero, ut ijdem scribunt autores. Quæ tamen nihil aliud convincunt, quàm in accessione venam secandam non esse; quum enim facultas tum temporis plus satis sit resoluta, subita mors accidere posset: at extra accessionem non est, quod id vereamur, & indicationes urgent, quia morbus magnus existit, & causa sanguinis retentio ut in hypothesi. Adde quod, dicente Trallano, & Aretæo strangulatio ex utero est Epilepsia per consensum uteri, hæc sanguinis missione curatur, ergo consultiùs illa, quæ ex copia sanguinis fit.*

9. meth. 10.

Gal. 1. ad Gl. Avicenn. 21. 9. tr. 4. c. 16.

De Epilepsia ex Utero.

CAP. II.

Definitio.

EPilepsia, quem morbum comitialem appellant; & comprehensionem, detentionem, seu obturationem significat, est totius corporis concussio non perpetua, sicut in vera convulsione accidit, sed temporum intervallis repetens, cui accedit principis animæ functionis mentis nimirum ac sensus noxa. Symptoma de genere actionis læsæ; fit enim in eâ inordinatus motus, à crasso humore pituitoso, aut melan-

lancholico obstruente spiritus animalis meatus, qui in cerebri ventriculis sunt, adeò, ut spiritus ipsi in corporis membra distribui nequeant; non tamen eâ solum ratione, quâ obstruit is humor, Epilepsiam excitat, sic enim non depravatum, sed diminutum, aut ablatum motum concitaret, subindeq; apoplexiam aut certè paralysin, si in nervorum substantiam, aut spinæ medullam immergeretur; sed quâ spumosus, spongiosusq; redditus mordacitatem etiam acquisivit, acrimoniam, aut venenositatem, quæ facultatem ad sui tuitionem, & causæ præter naturam expulsionem proritat: nam ut acrimonia mordet, ita obstructio sensus impedit, unde duplex fit symptoma tum genus, depravatio facultatum sensus, & motus ab acrimoniâ, diminutio, vel ablatio sensus, & subitus supra dorsum casus ab obstructione: hinc Epilepsia per consensum, ut quæ solũ ab aura fit, non tam sensuum læsionem quam obtenebrationẽ quandã infert, ritè cum Jachino adstrictionẽ, seu conniventiã dixeris. At objicies, si obstructionẽ adesse necesse est, qui fieri potest, ut ab aura excitetur, quæ obstruere haudquaquã posse videtur. Id quidẽ fit, quia nebulosa substantia caput obruens spiritus obtenebrat, ac vehementes concitat motus, quibus præsertim cerebrum est valde sensile: ita fit, ut cũ laborat per sympathiam simile quippiam cerebrum patiatur ventriculo à re aliqua infestato: ut enim singultire hunc cernimus, quoties, aut ciborũ mole gravatur, aut putres humores ipsum infestant, ita nervorum principium concutitur, ut à se expellat, quidquid à parte primò affectâ effertur. Ex his constat, differre ab apoplexia quod in hac prorsus repleantur, & obstruantur cerebri ventres, nec solum hi, sed etiam universum corpus cerebri afficiatur: à paralysi, quod humor in Epilepsia substantiam nervorum non penetret, à suffocatione verò ex utero differt, ut infrà patebit, spuma licet pauca, & majori motus depravatione, quę in suffocatis non apparent. His ita breviter appunctis, relictisque difficultatum plicatis, quorum explicationes aliunde petendæ erũt, venio ad id quod instituti est. Morbi comitialis tres sũt præcipuæ differentiæ, cunctis autem commune cerebrũ affici, sed id aut primariò, aut per consensum oris ventriculi fit: tertia est species cum ex parte quâlibet alia, in qua incepit affectio, sensibiliter aliquid etsi exile ac tenuissimum quippiam interdum à manuum pedúmve digitis, vel crure ad caput ascendit, quod sæpissimè ab utero fit, & hæc

Duplex symptoma in Epilepsia.

Objectio.

Solutio.

Distinctio à reliquis morbis.

est

est, de qua nunc agimus Epilepsia, quæ ut reliquæ, duas habet causas, auram, & obstructionem: porrò auræ duplex adhuc causa, manifesta, vel occulta, modò enim venenatus humor à quo ipsa prodit in corpore generetur, modò extrinsecus accedat, ut ex morsu venenati animalis, venas irruens cachexiam excitat; cor aut arterias, anxietates frigidosque sudores: nerveam substantiam, convulsionem: cerebrum, Epilepsiam, cui consimile vitium uterus ex semine, & menstruis corruptis invenenatamque naturam conversis capiti impertitur: quocirca viduis potissimum accidit, virginibus, & sterilibus, interdum etiam gravidis, & iis omnibus quibus uteri strangulatus contingit minus probè semine ac menstruo repurgantur, à quibus sic corruptis, si quid veneni simile contrahunt, mille accidentium varietates suboriuntur: cùm enim cadere, contorqueri, ac mentem intercipi communis Epilepsiæ indicia sint, earum, quæ ex utero afficiuntur, quibusdam totum corpus contremiscit, aliis una vel plures partes, ut oculus, lingua, caput, manus, vel crus, aut septum transversum, vel reliqua respirationis instrumenta, pleriscque per ordinata intervalla; aliis citra ordinem, sponte, aut ex levi occasione, aut ex voce, sonitu, flatu, musico concentu, aut quâvis aliâ re: aliæ apertis oculis non vident; aliæ verbum audire nequeunt, nec potentes loqui, mutæ, ac veluti fatuæ decumbunt, aut sedent: novi alias, quæ sedentes, & acu pingentes, vultuque haudquaquam mutato audiebant, intelligebantque colloquentes, verbum tamen proferre non poterant: plures se videre, & audire putant, quæ nec audiunt, nec vident, & à ratione sunt aliena; aliæ vociferantur, conqueruntur, nec possunt proferre, quid sentiunt; nonnullæ rident; aliæ plorant; ferè omnes sensu tactus privantur, sunt, quæ nihil appetunt; & si appetant, devorare nequeunt, imò si id conentur vomunt, à potu abhorrent, ideoque urinam non reddunt; quæ omnia à cerebro utero compatiente prodeunt, quod ita affectum alicui parti subinde vitium communicat, ideoque varia hæc accidentia efflorescunt, varieque complicata, prout uni, aut pluribus partibus vitium impartitur. Quod etiam vice versa accidit utero nimirum lædente viscus aliquod, quod postmodum cerebrum in consensum trahit: utcumque tamen fiat Epilepsia ex utero: habet halitum caput ferientem, aut partem cui caput consentit: & quia semen ac menstruum

Aura venenata causa.

Quibus morbus familiaris.

Signa.

variè

variè corrumpuntur, diversæ etiam naturæ elevantur halitus; frigidi corrupto semine, calidi, mordaces, tenues, penetrantes, fœtidi, crassi, caliginosi, & varijs modis affecti à vario corruptionis modo: hinc alijs diu durat affectio, alijs brevis est; aliæ nihil fuisse perpessas præ se ferunt, quatenus ad corporis specimen attinet, etsi gravia sustinuerint accidentia; itaque varietas accidentium provenit, aut ex varietate corruptionis seminis, ac menstrui, aut ex varietate membrorum, quæ aut vitium ab utero susceptum capiti communicant, aut eidem capiti communicatum ab eodem recipiunt, quæ omnia aut ab externâ causa fiunt, halitus concitante, aut interna fovente. Porro quia ex prædictis signis quædam etiam cum indicijs vulgaris Epilepsiæ sunt communia, ideo alia afferamus, quæ peculiariter ex uteri consensu fieri declarant, Et Hipp. plurimas uteri affectiones à flatibus fieri scribit, indicia esse ructus, strepitus circa ventrem, & lumborum tumores, ac dolores circa renes, & coxas, cùm igitur hæc adsunt per consensum fieri credibile est: adhæc spuma pauca, aut nulla circa os apparet, quia concussio fit minor, ac minor etiam musculorum solutio, ideo nec urina nec stercus, nec genitura præter voluntatem semper excernuntur, quia hæc etiam assidentia signa censentur; menses suppressi sunt, aut imminuti, & in viduis, ac ijs, quæ viro utuntur semen, & accidunt nonnullæ aliæ uterinæ affectiones, & varia inordinataque accidentia à communi Epilepsia aliena, & si reliquis priventur sensibus, auditus tamen remanet, & ob malignam materiæ qualitatem non utcunque insaniunt, sed nunc furibundè, nunc procaciter, nunc devoventes sese, nunc loquentes turpia, ut vulgus hominum sic affectas immundis spiritibus divexari putet, ac si pars aliqua uterum primò afficiat, ejus partis affectio comes adest. An vero Epilepsia fiat ex vitio alicujus membri, quòd uterus primo afficit, subindè deprehenditur, nam si ventriculus ille fuerit, adest nausea, vomitus, cibi fastidium, ventriculi morsus, oris amaritudo, & famescentes potius, quam saturas accessio invadit: Si ex liene, rugitus sentitur in ipsius regione, dolor, mœstitia, taciturnitas, timor: si ex corde, anxietas, coloris mutatio, varietas pulsus, animi languor, palpitatio, ac totius corporis impotentia, ob quæ accidentia, quæ in Epilepsia apparent, putant vulgares Epilepsiam esse passionem cordis, fiunt tamen per-

Semen ad menstruum variè corrumpuntur.

Varietas accidentium unde.

Signa quæ ex utero fieri declarant.

7. popul. 68.

Auditus remanet.

Epilepsia ex utero per consensum alterius partis signa.

eas, quas diximus, compassiones. Si vero ex utero rectà caput afficiatur, subita fit accessio, nec reliqua præcedunt, nisi aut tinnitus aurium, aut vertiginosæ imagines. Semen corruptum esse dignosces, quia omnia accidentia frigiditatem attestantur, ac sæviora sunt.

Prognostica. Affectio est periculo plena, maximè si frequētes fuerint accessiones, & cor lædatur, interdum enim corpore pleno aut languidâ laborante in levem apoplexiam, aut paralysin degenerat, at si rariores sint accessiones, etsi sævę, non adeo periculosæ, utraq; tamen sedulo curanda.

Curatio in accessione. Est autem curatio duplex, ut strangulationis; prima accessionis; altera morbi: in accessione satagendum, ut fœminā ocyssimè revocetur, prohibentes ne vulnere aut percussione afficiatur, vehementi motu, qui tamen planè prohiberi non debet, ut perperam fieri solet unde accessio retardatur, nam concussione partium materia discutitur, quæ sane discussio, omni arte penitus procuranda ijs præsidijs, quæ tenuia sint, & ad cerebri ventriculos permeare valeant, qualia jam retulimus superiori cap. In curatione accessionis imprimis commendantur gravia suffumigia, hæc enim etsi Epilepsiam concitant, ut ibi diximus, concitatæ tamen prosunt, quia materiam discutiunt, & per ea commodè experitur an malum sit per consensum, nam in primogenea affectione obsunt. Utero adhibenda benè olentia ibi etjam relata, nisi mulier sit gravida, cui satis erit superiora suffire. Prosunt frictiones, vincula extremorum, cucurbitulæ cruribus affixæ, ac medicamenta flatus discutientia, de quibus cit. cap. luculenter dictum est. Insuper linimenta ventris ex oleo rutaceo, liliorum, de baccis lauri, suppositoria valentiora, voces, strepitus, & in conspectu laborantis magna luminaria accendere apertis palpebris, tandem avulsio pilorum, ac vellicatio pudendarum partium, &, ut verbo dicam, omnia, quæ superiori cap. dicta jam sunt. Quod si accessio diu duret, & proveniat ex mensium suppressione, convenit sanguinis missio ex pede; cavendum verò à cucurbitulis supra umbilicum, peculiari tamen utilitate Epilepticis fœminis exhibentur ℥ ij. aquæ Langij infra descriptæ, aut aquæ ex destillatione cerasorum, vel hirudiuum, quæ ori imposita mirifice discutit; olea quoq; intra aures immittuntur, aut capitis futuris applicantur, de spica, de sampsuco, de cinamomo, de nuce moscatâ, rutaceum, cicionium additâ tertiâ parte aquæ vitæ.

Suffumigia quæ Epilepsiam concitant, exgitatam sedant.

Luminaria.

Si ex mensium suppressione.

Sang. missio.

In

In curatione morbi, animadvertendum priùs, variam ac multiplicem esse naturam, conditionem, & temperaturam mulierum, ut videre est apud Hippocratem 2. *de morb. mul.* Si igitur prægnans sit, omni arte curandum, ne fœtus dissolvatur, in quem usum emplastrum, cujus pars una ventri, altera dorso apponatur, sic conficies: ℞ *emplastri pro matrice, ceronei an. partes æquales, muscig.* vj. *misce, cui poteris addere oleum de spica, liliorum*, utendum etiam trochiscis de musco, quos ore teneat, & umbilico applicanda, quæ cap *de abortu*, & *de prægnante febre correptâ* reperies, demùm ab accessione quàm citissime excitetur, periculum enim est ne fœtura suffocetur.

Curatio affectus.

Epilepticæ prægnans.

Emplastrũ.

Reliquæ curantur tribus remediorum generibus, in quibus triplex curãdi ratio promiscuè servanda est; Prima, quæ utero; altera, quæ capiti; tertia, quæ illi membro provideat, cui caput vitium communicat. Primum igitur suppositâ optimâ victus ratione evacuantibus utendum, ac si à menstruo diminuto vel ablato fiat, omni arte provocetur frictionibus, ligaturis, sectione venarum pedis, hæmorrhoidum provocatione, ac reliquis jam dictis proprio cap. ita ut bis, tervè, aut quater in anno juxta indigentiam sanguis mittatur, aut hirudines hæmorrhoidibus applicentur, quo facto (quia conferta purgatio rarò convenit) sanguinem ex recrementis mundare oportebit bis tervè in anno leviſſimis cartharticis, quæ uterum respiciant, & quæ paulatinè ac per Epicrasin humores educant, *ut rhabarbari* ʒ j. si jecur compatiatur, *aut agarici* si ventriculus, aut *utriusque* ʒ ß, si utrumque *in* ʒ *iiij. aquæ lactis, aut decoctionis cordialis, vel melancholicæ cum* ʒ *iij. confectionis hamech sine scammonio, & colochintide aut* ʒ j. *cassiæ, &* ʒ *ij. sirupi rosati solutivi addita* ʒ ß *pulveris hieræ, anisi, aromatici ros. liquiritiæ, vel paoniæ*, aut si pilulæ magis arridenᵗ ℞ *massæ pilularum de aloë, aut de hiera* ϑ *iiij. cum sirupo de arthemisia, formentur* xj. At si cruditates in ventriculo redundent, quod sæpe contingit per hunc morbum, tunc posthabitâ uteri ratione cogimur fortioribus uti medicamentis, præparatâ prius materiâ sic: ℞ *mellis rosati, sirupi de stœchade, aut hydromelitis* ʒ *ij. aquæ gallitrici, betæ, rutæ, hyssopi, aut decoctionis earundem herbarum, & polypodij* ʒ iiij. *misce pro dosi, capiat per 5. aut 6. dies*; deinde sic purgetur: ℞ *massæ pilular. assajaret, alephanginarum, de hierâ, de mastice, de agarico, sine croco, & myrrha, quia caput tentant,* ʒ j. ß *sarcocollæ, aut seminis paoniæ* ϑ j. *cum sirupo de mentha,*

Evacuatio.

Purgatio paulatina.

Ventriculi respectus.

aut de ſtachade formentur xj. *pilulæ*, quas ſimul capiat poſt primum ſomnum. Quod ſi his affectus non obediat, laudant doctiſſimi viri Stibij præparati g. iiij. in conſerva roſ. aut ovo ſorbili, quod præſidium in gravioribus Epilepſiis mirificum eſſe affirmant, in levioribus ſequentem ſirupum, qui paulatine purget, exhibere ſat fuerit, ℞ *polypodij quercini* ʒ iiij. *radicis pœoniæ, ſeminis ejuſdem an.* ʒ ij. *fol. gallitrici, viol. mercurialis, ſcolopendriæ an m.* j. *ſummitatum rutæ, pulegij, betonicæ, hyſſopi an. m.* ß *ſeminis carthami contuſi, foliorum ſenæ, Epithymi, ſingulorum* ʒ j. ß, *florum violarum, buglоſſæ, anthos, an. p.* j. *fiat decoctio in lib.* vj. *hydromelitis ad medias, in colaturâ factâ expreſſione infunde agarici in ligatura* ʒ iiij. (●) *cum ſaccharo, fiat ſirupus, aromatizetur* ʒ ij. *cinamomi doſis* ʒ ij. cum ſupradicto decocto, aut minore decoctione fiat opozema, cujus ʒ v. per intervalla damus, cum felici ſucceſſu. Si ex ſemine proficiſcatur affectio, minuendum erit aêre, cibis, potionibus & medicamentis dictis cap. *de gonorrhœa*; quibus non proficientibus, inſtituenda ea, quæ ſenſim per partem aliquam certam, cui natura aſſueſcat, materiam educant, quod fit fontanellâ altero vel utroque crure apertâ, prout jecur aut lien compatitur; at ſi affectus ſit per conſenſum partium inferiorum, aut novus, ſat fuerit in cruribus; ſin primarius aut antiquus in brahio, & crure ſimul aperiatur; illud quidem, ut, quod (●) in capite quotidiè aggregatur expiret; hoc, ut ab utero parum vel nihil aſcendat, quod præſidium expertum ac utile ſemper fuit.

Stibium.

Apozema.

Si ex ſemine curatio.

Fontanella.

Flatus diſcutientia.

Secundo utendum ijs, quæ flatus diſcutiant, quod imprimis fiet decocto galli veteris impleti braſſicâ marinâ, polypodio, carthamo, ſcolopendria, paſſulis, foliis ſenæ, ac ſeminis pœoniæ. Venter inferior inungendus oleo liliorum, de ruta, de baccis lauri, camomilæ, cinamomi, aniſi, piperis, caryophyllorum, facto prius fotu ex decocto camæmali, roris marini, meliloti, adianthi, radicum diureticarum, ſeminis anethi, fœniculi, rutæ, agni caſti, cumini, lauri, utilis eſt etiam uſus ſequentis, aut conſimilis clyſteris, ℞ *foliorum* ʒ (●) *mercurialis, bliti, arthemiſiæ, cuſcutæ, melliſſæ, majoranæ an. m.* ß, *polypodij, carthami ſingul.* ʒ ß, *epithymi, thymi utriuſque* ʒ v. *ſeminis anethi, rutæ, agni caſti an.* ʒ iij. *coquantur ſimul in* ʒ *q. aquæ ad tertias in* ʒ xij. *juris diſſolve diaſenæ, aut diacatholici an.* ʒ ß, *olei camomilæ, anethi an.* ʒ j. *miſce*; uterum præterea mundificare oportet peſſarijs, ſuppoſitorijs ac reliquis præſidijs, quæ menſes evocant, de quibus cap. ſuperiori abunde diximus,

Galli veteris jus.

Vnctio.

Fotus.

Clyſter.

ximus, inprimis autem convenit, per aliquot dies sudare ex decocto guaiaci, radicis chinæ aut sarsæ parellæ, additis radicibus pœoniæ, & angelicæ, ita enim non solum flatus dissolvuntur, sed quæcunquè insuper in capite aut utero præter naturā continentur; ex capite etjam discuties si nuper dictis, oleis, & ijs, quæ superiùs scripsimus, perfundatur assumptis crebrò pilulis, ac reliquis medicamentis leviusculis.

Roborantia uterum.

Tertiò roborantibus tùm uterum, tùm etiam caput. Utero utilis est, ℥ j. theriacæ magnæ, mitridatij, diamusci dulcis, electuarij de gemmis, lætificantis Rasis, pluribus diebus mane assumpta, cum aqua capill. ven. bugloss., borraginis, pœoniæ; mirum in modum prodest lapidis bezoartici orientalis g. vj. sæpiuscule assumere cum ℥ j aut altera aquæ scorcioneræ vel bugloss., aut hasce tabellas

Tabellæ.

seminis agni casti, rutæ, anisi, fœniculi an. ℥ ß; pulveris ligni aloës, corticis citri, menthæ, an. ʒ j. sacchari dissoluti in aqua menthæ q. 5. fiant rotulæ singulæ ponderantes ℥ ij. utero extrinsecus applicetur emplastrum pro matrice, vel ceroneum per se, aut cum prædictis oleis, ac reliqua, quæ cap. *de uteri imbecillitate reperies.* Caput peculiari ratione sequentia roborant, ac prohibent, ne denuò mali quicquam ibi generetur, aut ascendat, ac primò utilis est pulvis *ex* ℥ j. *coriandri præparati, radicis bugloss.* ℥ ß, *cinamomi, corticis citri, seminis anisi, agni casti singulorum* ℥ *iij. ligni aloes* ℥ j. *sacchari* ℥ *iiij. omnibus commixtis fiat pulvis*, dosis cochleare.

Caput roborantia.

Pulvis.

Majoris pretij alius sic paratur, *florum violarum* ℥ j. *cumini, carui, seseleos, singulorum* ℥ *ij. seminis pœoniæ, rutæ, agni casti an.* ℥ j. *cineris cranij humani, vel hirudinum, vel melissæ, aut mustelæ* ℥ *iij. fiat pulvis, dosis* ʒ *ij, additis* ʒ *iiij sacchari candi cum aqua gallitrici, violarum, aut graminis*; concinnātur insuper hæ tabellæ ℞ *myrrhæ, corallij rubri, cornu cervi, eboris an.* ℥ ß, *seminis pœoniæ maris, seminis agni casti, visci quercini an.* ℥ j. *cranij humani* ℥ j. ß *cum sacchar. dissoluto in aqua ros. fiant tabellæ*, ut supra: odorifera devorandis non sunt admiscenda, quia caput gravant, ac paroxismum suscitant. Utilissimę tamen sunt sequentes conservæ; primo, ℞ *theriacæ smaragdinæ* ℥ j, ß *diamusci utriusque an.* ℥ j. *theriacæ veneta* ℥ j. ß *pulveris seminis agni casti* ℥ *iij. cum sirupo de stœchade, fiat confectio dosis cochleare.* Secunda *radicis pœoniæ, & eringij sufficienter decoctæ lib. 1. mellis q. 5. pulveris cinamomi* ℥ *ij. seminis agni casti* ℥ *iij. misce:* Tertia ac præstantissima recipit *theriacæ smaragdi-*

Rotulæ.

Conserva.

na ℥ ij. *pulveris radicis pœoniæ maris, seminis ejusdem, agni casti an.* ℥ j. *corallij rubei præp.* ℥ ij *visci quercini* ℥ j. *pulveris vermium rubi, succi rutæ an.* ℈ j. *cornu cervi usti, ac monocerotis an* ℈. ij. *pulveris pullorum hirundinis adustorũ* ℥ ß, *rhodomelitis q.* 5. *fiat confectio*, dosis, ut supra semel aut bis in hebdomada. Quarta, quæ mirifice prodest ℞ *ossis de talo leporis, de talo canis an.* ℥ ß, *cornu cervi, aut unicorni* ℥ ß, *radicis pœoniæ* ℥ ij. *cum aqua hirundinũ fiat mixtura, dosis* ℥ ij. prodest etiam conserva majoranæ, roris marini, aurantiorum, vel anthos, aut melissæ. Ex quibus cum supradictis, & hirundinibus vino albo, & aqua borraginis cum mica panis, & melle ros. exceptis per destillationẽ in balneo Mariæ, extrahatur aqua mirifica, dosis cochleare 1. vel pro ditioribus aqua ex theriaca magna. Sequens Langij est, & loco secreti laudatur ℞ *florum lilij convallij m.* vj. *infundantur in* 5. *q. vini generosi, aut moscatelli per* v. *dies, destillentur, & adde cinamomi* ℥ vj. *nucis moscatæ* ℥ iiij. *piperis longi,* ℥ ij. *visci quercini, radicis pœoniæ maris, diptami albi, sive fraxinellæ an.* ℥ ß *omnia trita in prædicto vino destillato infundantur per dies* viij. *deinde destillentur in loco aprico, dosis cochleare* 1. *bis in septimana*, valet etiam in apoplexia, & caro. Exterius capitis futuris admovetur pulvis qui ℞ *granorum myrti, granorum tinctorum, rosarum, coriandri præparati, sandalorum, violarum, nenupharis, capitum papaveris singulorum* ℈ ij. *florum anthos* ℥ j. *fiat pulvis capitis futuris aspergendus:* aut ℞ *rosarum, granorum myrti an.* ℥ ß; *seminis lactucæ* ℥ j. *granorum tinctorum, sandali rub. corallij usti an.* ℥ j. ß, *garyophyllorum, cyperi an.* ℈ ij. *fiat pulvis*, ex quibus etiam additis calidioribus, si frigidior sit capitis temperatura, pileus in hunc modum conficitur, ℞ *coriandri præp. garyophyllorum, cyperi, florum anthos, lavendulæ, ligni aloës, foliorum salviæ siccæ, ac roris marini an. partes æquales*, includantur in serico pileo cum bastituris ad formam capitis. His capiti, & utero satis prospectum esse arbitror; quâ vero ratione reliquis visceribus si consentiant sit prospiciendum cap. *de febre albâ* videndum erit.

Aquæ destillatæ.

Externa capiti admovenda.

Pulvis capitalis.

Pileus in temperatura frigida.

Scholium.

Apud neotericos in usu, à priscis jam derivatum est, in ijs morbis, qui neque victus rationi, neque medicamentis cedunt, fonticulos diversis in locis pro morbi

morbi diversitate aperire, cauterio actuali, & potentiali, ex quibus actualia tutiora sunt, & quæ ex auro vel argento fiunt mitiora, nam area, aut ferrea acrius urunt; utraque suam habent utilitatem, nam actualia ad evacuandum magis sunt apta, ut hydropicis; potentialia ad divertendum, & intercipiendas fluxiones, quia humores ad se magis alliciunt: caterum potentialia partem affectam magis alterant, intemperiem malignam inducunt, ac debilitant; actualia parti robur addunt. Sunt porro cauteriorum usus quinque; primus membrum laxum, ac humiditatibus perfusum exsiccare, & roborare, qua ratione Hippocrat. quibuscunque, à diuturno coxendicum dolore molestatis, coxa excidit, his crus tabescit & claudicant, nisi urantur; ut enim Galenus addit ustione humiditas exsiccatur. Secundus usus ad evacuandam materiam aliquam, ut ex apostemate: ex pectore in empiematicis, ex ventre in hydropicis 6. aph. 27. Tertius ut membri corruptio impediatur 2. ad Glauc. cap. de gangrana. Quartus ut importunus aliquis fluxus mediante crusta ignis prapediatur 5. meth. 4. Quintus ad diversionem humorum, in quem potissimum usum fontanellæ fiunt in cruribus, aut in scapulis in asmate, paralysi, epilepsiâ, & similibus morbis, Aëtius serm. 4. sicuti etiam in capite ad inhibendum reumatis à capite ad pectus defluxum, ut in phthisi, in coronaria sutura: in auribus ad divertendum fluxionem ad oculos Manard. 6. Epist. 6. in morbis coxarum Celsius, Paulus, & Aëtius super iscya vertebra urere suadent, quod recentiores quincussside ferramento faciunt, ut quinq; una aperiantur fonticuli. Rursus in brachio fiunt ad internum latus insertionis musculi hanc imaginem referentis △: in crure eâ sede, quâ fibula, à tibiæ osse primum dehiscit, versus latus externum tribus, quatuorvè digitis sub genu, quippe ibi minori molestiâ gerunntur, aut in cavitate, quæ est inter musculos. In destillationibus antiquis a capite ad pectus in brachiis fiunt parte sylvestri quatuor digitis ab humero; contra articulorũ dolores in curibus parte etiam sylvestri quatuor digitis à genu; sæpe etiam iuxta talos: At in uteri vitiis internâ potius cruris parte; In desperato catharro in sutura coronali; sed id quidem, si materia plane sit frigida. Jam vero actualia tenui fiunt ferramento ignito, punctuato, adunco ac brevi, apposita tamen prius signato loco, ferrea lamina, frigida perforata in medio, ut per foramen cauterium admoveatur; evulsa ignis crusta vaccino butyro, pila cerea cum pulvere turbit, hermodactylorum, agarici, & camepytheos digitis subacta cauterij osculum apertum asservetur, quæ medicamenta commiscentur, quando caulis vel hederæ folium sufficienter non trahunt, alias pila cerea, aut argentea, vel radix gentianæ, aut festucæ linea, aut etiam spongiola cera, ac terebinthina madida satis fuerit; quidam præferunt

Duplex cauterium.

Usus quinque.

6. aph. 60.

Loci diversi si ubi fiunt.

Cel. lib. 4. cap. 22. Paul. lib. 6. cap. 77. Aet. 4. lib. 1. cap. 3.

Actuale cauterium.

cicerem

cicerem propter asperitatem, & quia cuspide apertum servat ulcus; superponitur vero brassicæ, aut betæ folium, vel potius hederæ, quia semper virescit, & succulentior est, aut unguentum citrinum, vel basilicon. Potissimum autem aperiendi sunt verno tempore, ut Cels. cit. jubet, & cessante affectione observentur alij ad 30. 40. vè dies, ac tres etiam menses apertos asservari volunt, Rolandus ad 160. verendum tamen ne diuturniores in fistulas evadant, quæ ægrè postea, & non citra periculum obducantur; quod si contingat præcipitatum Vigonis injicere oportebit, quo superflua caro conteratur, expurgetur & erodatur: ne autem fistulosum ulcus contingat, consultius fuerit in unâ parte observare, & in alterâ aperire. Potentialia cauteria, quibus fonticulus aperitur, concinnantur ex cantharidibus, viva calce, fermento acri, addito sapone, & aceto, ac ut tyrones formulas habeant ℞ cantharidum abscissis alis, & capitibus ℥ 1. caricarum pinguium numero 1. fermenti acris quantitatem duarum caricarum, cum pauco aceto squillitico fiat pasta; vel ℞ cantharidum, ut suprà, numero XV. euphorbij ℈ ij. in mortario redigantur in pulverem ac fermento excipiantur, cujus portione caput cavum glandis, aut avellanæ medietas infarciatur, & loco signato infigatur, ac in ejus circuitu ceratum diachylon, vel aliud simile imponatur, sed & medicamentum fortiter alligetur, ne hinc inde vacillans loca vicina exulceret; post horas viij. vel circiter vesiculam excitat, cui disruptæ cicer, aut aliud quippiam ex supradictis imponatur, & superponatur hederæ folium vel tabaci, ac ter in die innovetur, & abstergatur, sic sine dolore servabitur apertus fonticulus. Et hoc remedij genus abijt ferè in consuetudinem apud Italos, ubi primum pertinaci aliquâ fluxione divexantur. Sunt tamen aliquot servandæ limitationes in aperiendis, & apertis servandis fontanellis, quarum pleraque ex supradictis colliguntur. Prima, ut adhibeantur post alia remedia frustrà tentata, idquè in frigidis duntaxat affectibus cum humore; in calidis abstinendum prorsus, tùm à ferramentis candentibus, tùm à causticis medicamentis, quod Trallianus notavit, quia humores calidi tenuiores evadunt, & major sit fluxus. Secunda, non aperiantur, nisi corpore præpurgato, postmodum etiam interim dum aperta servantur, per intervalla universales evacuationes iterentur. Tertia, vicinæ partes muniantur adversus vim causticj. Quarta, locus cauterij conscribatur, in potentialibus testâ nucis, vel simili re, quæ suis marginibus constans pateat in medio; in actualibus ferreâ laminâ. Quinta, potentialibus utendum ad aversionem, quia magis trahunt; actualibus in ablatione materiæ, quæ influxit, nam hæc roborant locum affectum, illa debilitant. Sexta, cavendum ne uratur vena, aut arteria insignis, nervi, aut tendines musculorum. Septima, non statim detrahatur

Tempus anni.

Potentiale

Admonitiones.

trahatur crusta, sed cum mutari incipit, ac veluti maturitate suâ excidit. Octava, locus ulceratus conservetur apertus ad 40. dies vel paulò plures, longior enim mora partem debilitat, excrementa accumulat, ac sinus inducere potest. Nona, foramen ciceris grano primo, deindè globulo cereo, vel argenteo servetur apertum. Decima, foramini in aversione potissimùm superponatur aliquid humorem trahere potens; ita in aqua agitatur agaricus, euphorbium & colochyntis, ac in eadem linteum madidum applicatur, & folium hederæ superponitur. Vel potius ℞ *pulveris turbith, hermodactilorum, agarici, ivæ arthetica. an partes æquales, cum cera fiant globuli magnitudinis ciceris masculi, quibus fonticulus apertus conservatur, & fluit copiosius. Undecima, circa vulnus repellentia apponantur, ut defensivum de bolo. Duodecima, ne super partes principes applicentur, ideo suspecta ustio in capite, & quantumvis necessitas urgeat, cavendum à suturâ, etsi quidam contrarium jubeant. Decima tertia, cavendum à parte exactioris sensus ut oculo. Decima quarta, eligatur semper pars inferior, ut expeditius humores expurgentur. Decima quinta, tempus cauterij commodum ver est, quia tùm humores omnes funduntur magis, & ad extrema pelluntur. His succinctè cuncta, quæ ad rationem, tempus, locum, & modum aperiendorum fonticulorum attinent, perstrinxisse mihi videor.*

De melancholia virginum & viduarum.

CAP. III.

MElancholia virginibus, viduis, & sterilibus crebriùs quam reliquis fœminis accidit. Definitur ab Areteo animi angor in cogitatione defixus, atque inhærens, sine febre, furoris, vel maniæ initium; differt tamen ea, quæ communiter viris, & reliquis fœminis contingit, ab eâ, de quâ nunc sermo est, quòd illa ex aliquâ communi causâ proficiscitur, hæc ex certâ quâdam, & huic fœminarum conditioni duntaxat peculiari, nimirum menstrui sanguinis tetrâ ad cor exhalatione; item quia illa citra manifestam intermissionem affligit, hæc non nisi per intervalla, & suscepto initio à prædictâ occasione: Tertio quia illa nullum fere aliud accidens secum affert præter metum, ac mœstitiam, & ea, quæ melancholiæ sunt propria; hæc fletum, risum, varioſque dolores, præsertim sinistri lateris, & è cordis *Definitio.*

regione universam mammam interdum occupantes, spiritus deficit, & alia accidentia mox dicenda se produnt ; ideoque ritè definitur hæc virginum, & viduarum melancholia, ex levi occasione, aut citra illam insolens, & subita tristitia cùm tacito delirio, ac dolore alicujus partis internæ, anxietate, flendi, vel tacendi desiderio, hypochondriorum, ac dorsi manifestâ pulsatione, à quibus subitò ad pristinum redeunt statum. Haud facile est judicare, cujus morbi hæc sint symptomata; nam Galenus ex Dioclis sentêtia melancholiam ex immodico calore venarũ meseraicarum oriri scribit; vel ut aliis placet, ex inflammatione earundem venarum, & pylori, ac pancrearum. Quod jachinus non recipit, quia, ut inquit, adesset febris perpetua. Illorum tamen vestigia sequutus Mercatus, causam melancholiæ hujus, de quâ agimus, esse refert inflamationẽ arteriæ juxta dorsum, cui consentiant cerebrum, & cor, quæ adustis fuliginibus obscurantur. Cæterum cum ab internâ inflammatione febrem esse inseparabilem, tum reliqui medici, tùm Galenus passim confirmet, quâ tamen sic affectæ mulieres sæpissimè carent: Potius censeo, meseraicas, & arteriam dorsi præter naturam incalescere duntaxat, vel deteriorem substantiæ conditionem acquirere ex vitiato in utero sanguine, vel semine, tumque acrem de se vaporem exhalare, qui animum mentemque conturbet; ex quibus liquet cerebrum in hâc melancholiâ non per essentiam, sed per consensum lædi.

Melancholiæ virg. & vid. definitio.

Quæst. Melancholia cujus morbi symptoma.

Autoris sententia.

Ex dictis hujus mali causas colliges, quæ quidem duæ potissimæ sunt; prima muliebris natura, qui tenuioris est ac dejecti animi; secunda; crassus sanguis sparsus per mesenterij, & omenti venas, & ibi adeò exustus ut frigidus, & siccus tandem evadat, ejusdem etiam vitiosi prope cor ac in prædicta arteria concluſi tetra exhalatio; cùm enim uberius sanguis ætate crescit, confluit ad uterũ, cumq; osculum exitus nondum fuerit satis apertum, aut obstructio effluxum impediverit, tunc præ multitudine resilit ad cor, ac septum transversum, unde postmodum difficulter refluit, quia venæ obliquæ sunt, & locus ad insaniam, & delirũ paratus; itaq; cùm hæ partes repletæ fuerint; tunc ex repletione (ut Hipp. verb. utar) cor fatuum fit, ex fatuitate torpedo, ex torpedine delirium apprehendit, & si simul horror, & febris ingruit, præ acutâ inflammatione insanit, præ putredine clamat, oppresso à fuliginibus corde, præ caliginositate timet; præ compressione strangula-

Causæ

Lib. de Virg. morb.

strangulationes parat ; præ sanguinis malitiâ animus mœrens,& anxius malum trahit, & spiritus cerebri obscurantur, quæ cuncta augentur,amatorius si accesserit ardor. Viduis tamen sæpè accidunt labores,curæ,& assidui mœrores,ob consuetæ vitæ mutationem ; sed & puerperis sæpissimè malum accidit,ex suppressâ purgatione, quia humoris illius vitium æquivalet temporis diuturnitati,si indebitè detineatur,virgines etiam viro maturas sæpe malum exercet ob relatam jã causam. At licet sanguis ille concluſus nec putrescat,nec ad superiora feratur ; dum tamen prædictis in locis incalescit, & levi aliqua occasione agitatur, solo halitu afficit ,quo halitu quiescente, aut dissipato,læta redditur fœmina,symptomataque mitescunt, subinde tamen recursura ; habent enim causam intra se à quâ successu temporis (ut recte Averroes notavit) in frigida symptomata delabuntur,ob innati calidi resolutionem, nam sanguine tenuiori resoluto, reliqua portio melancholica redditur; quocirca etsi initio affectio calida sit, quod colligitur ex ingenti illa arteriæ dorsi succensione pulsationeque,quæ etiam viris hypochondriacis contingit, tamen tractu temporis frigida nonnunquam evadit.

Puerperis melancholia fit.

Signa sunt,pulsatio juxta dorsum,quod symptoma fœminis sic affectis ferè est perpetuum ; cutis aliquando squalida,rugosa,& aspera, præcipuè verò,ut Areteus scribit,in cubitis, genib.& digitorum articulis,multa cogitatio, commentatio, & suspitio malarum rerum,verecundia,rusticusvè pudor, ignavia, animi dejectio, mentis, & sensuum caligo, turbulentus somnus, insomnia terribilia, perversa rerum existimatio,præposterum judicium. Præcordia ingenti sæpè fervore æstuant ac pulsant,cumq; vapor excitatus sursum evolat,cor palpitat,aut premitur,animus deficit,plerumque fauces siccitate præcluduntur,sic,ut difficulter tunc possit ab uteri strangulatu secerni;alvus pleriſque nil reddit, aliis exiguum, acre,biliosum, lotium flavum;fastidiosæ sunt,languentes,tædiosæ ,consilij inopes,sitibundæ, vigiles, cum summâ vitæ ac rerum meliorum desperatione, lachrymosæ,timentes,mœstæ ; metus enim, ac mœstitia, si longo tempore tenent præcipua sunt melancholiæ symptomata, quæ ipsam tanquam charactere designant Hippocratis testimonio ; nulla re delectantur,neque gaudent,solitudinẽ amant, à qua magis læduntur, donec halitus evanescit,tunc enim subitò, quod mirum apparet,ad pristinã cõsuetudinem

Signa.

2. depass. acut.8.

6.aph.23.

dinem revertuntur, nisi malum fuerit inveteratum, & jam per essentiam. Adhæc verbis exprimere nequeunt, quid sentiant, ex quibus etiã interdum nil certum colligas, multaq; mala persentire dicunt, & tãetsi melancholia sit cerebri affectio, tamen de corde magis conqueruntur, quia robore ipsius minus valent, semper tamen universa hujus affectus causa ab utero pendet, & propaginibus venarum ipsum circundantibus; multæ etiam malum dicunt non esse naturale, sed divinum quid præ sé ferre; aliæ ab spiritu vexari se putant, quæ persuasio apud germanorum vulgus frequens est. Porro hæc sunt melancholicarum symptomata mitiora, si tamen ex eâ in maniam vergant, tunc animus mœrens horribiliter compellat, & in puteos prosilire, ac strangulari cupiunt, tanquam meliora sint hæc, & omnem vitæ utilitatem excedentia, neque possunt ullâ orationis suavitate ad spem recuperandæ valetudinis erigi; præsertim autem hæc accidunt, quibus menstrua purgatio, aut alia uteri purgamenta ob subitam occasionẽ retrocesserunt. Differunt melancholicæ à maniacis, quod illæ verentur publicè proferre, quæ imagiuantur, & ob id cogitabundæ, mœstæ, & taciturnæ incedunt; hæ statim effutiunt, quæ mente concipiunt, unde facile deliramentum apparet, spectra, phantasmata, & dæmones videre se putant, sæpè noctu, quandoque interdiu, & aliquando utroque tempore: sæpe pactiones præstigiasque, ut ipsæ vocant, ab aliis sibi paratas suspicantur, ex quib. eliciunt morbum non esse naturalẽ, & ideiro medicamentis nõ ante placandum, quam illas, quas sibi fingunt paratas insidias, penitus amoliantur; quæ tamen omnia erronea sunt, & à causâ præter naturam rectrices facultates maximeque imaginationem pervertente suboriuntur.

Signa si in maniam vergat.

Differentia inter melancol. & maniam.

Prognosticum.

Tres morbi species sive gradus.

Tres itaq; sunt hujus morbi stationes sive gradus, juxta quos majus vel minus periculum subesse pronunciandum est & pro quibus etiam curatio evariat. Primus dum nuper leviora signa apparuerunt, & adhuc sanguis fervorem continet. Secundus, cum jam diu duraverit affectio, & mores mutaverit fœmina, neq; potuerit imaginationibus, ac mœstitiæ resistere, fœculentusque, ac crassus fuerit jam factus sanguis, cujus temperamenti rationem, ac conditionem, fœminæ natura insequitur. Tertius, cum penitus subversum fuerit vivendi studium, & fœmina nec loquatur neque respondeat, nec lætetur etiam cum familiarib. & amicis, tunc enim jam prope maniacum delirium est.

est. Primi gradus curatio complebitur, si fœmina parco utatur victu, corpus exercitio firmet, animum variis, ac jocundis rebus distrahat; quod si viro non utatur, tertio aut quarto quoq; mense in medio ejus basilica tundatur; si vero menstruorum tempore mœsta, ac melancholica magis sit, duobus tribusvè dieb. ante, vel post eorum apparitionē vena pedis vulneretur; in medio autem mensis salvatella dextra, aut sinistra, prout jecur, aut lien compatitur; quod si mesenterium afficiatur, per hæmorrhoides convenienter sanguinem, detrahes. *Curatio primi gradus.*

At si morbus fuerit in secundo gradu, ad cujus potissimum curationem medici vocantur, quia primum mulieres contemnunt, tertium curari non posse arbitrantur, quatuor præcipuæ erunt intentiones curativæ. Prima, impedire sanguinis congestionem in utero, cujus gratiâ menstrua ciēda per ea, quæ suo loco dicta sunt; secūda, quidquid melācholiæ congestū est expellere; tertia, flatus discutere; quarta, capiti, cordi, utero, & universo corpori providere. Curabitur ergo quinq; remediorū generib. Primo; quia victu sicco melancholicus humor, & augetur, & exacerbatur, humectāte potius utendū, qui tamen leviter attenuet, & inscindat, præsertim si mēses suppressi sint, esto igitur prandium ex gallinâ novella tenerâ coctâ cum radicibus fœniculi, petroselini, ciceribus rubeis, & croco; in cœna laudantur ova recentia, poma assa, pruna cocta, aut borrago parata cum lacte amygdalino, propter vigilias quibus maxime infestantur, vel ptisana cum pauco aniso, aut cinnamomo propter flatus. Potus sit vinum Rhenanum vel album tenue, in quo maduerint flores auranciorum, vel potius boraginis, cerevisia mediocris, enulâ & melissâ parata; aut aqua cocta cum herba capillorum Veneris, radice scorcioneræ, cortice limonis, semine citri. Alvus respondeat, aut levi hoc clystere solicitetur: ℞ *radicis fœniculi, petroselini an.* ℥ *i, foliorum malv. m. i. polypodij quercini* ℥ *j. seminis carthami, lini, fœnugræci an.* ℥ *i coquantur ad lib. j. colaturæ adde olei anethini, camomilæ, violar. sacchari rubei an.* ℥ *i, diacatolici* ℥ ß *misce.* *Secundi gradus curatio.* *Victus ratio*

Secundo evacuantibus, & quidem, si plenitudo adsit, sanguinis missione iis animadversis, quæ aliis capitibus dicta sunt, quia tamē succi jam melancholici facti sunt, parcè mittendus, purgantiaq; medicamenta crebrius exhibenda, præsertim ea quæ leniter, & paulatinè parùm, sed frequenter educunt. Prius tamen humor præparandus se- *Evacuatio*

quenti vel simili sirupo ℞ *sirupi borraginis ; de pomis, vel epithymo, an.* ℥ *i aquæ borraginis, melissæ an.* ℥ *ii misce*, quo ubi per vi. aut viij. dies mulier usa fuerit, capiat alternis septimanis ℥ j pilularum de aloe, mastichinarum, vel de agarico; vel potius, quia pilulæ exsiccant, & calefaciunt, ter, quatervè in anno accipiat ℥ ß *confectionis hamechsine scamon. & colochynt. cum* ℥ *i sirupi violar. solut. in* ℥ *iiij decocti melancholici*, aut bolum sic concinnatum, *pulpæ cassiæ* ℥ *i pulveris foliorum senæ* ℥ *ij misce, vel* ℥ *i* harum rotularum: ℞ *confectionis hamechsine scamonio, & coll. diasenæ, aut confectionis de psilio* ℥ *iij sacchari dissoluti in aquâ melissæ aut viol. q. s. misce fiant rotulæ ;* aut capiat iiij, quinquevè pruna senæ, quæ sic parantur ; ℞ *prunorum numero xxx, foliorum senæ* ℥ *iij, seminis anisi* ℥ *ij, folia, & semina in ligaturâ, pruna per se in lib.* ß *vini Rhenani, aut albi tenuis per horas xxiiij infundantur, tunc adde aquæ tantundem, coquantur ad consumptionem vini, capiat à iij usque ad vj. & superbibat cochlearia tria jusculi vel dilutum senæ*, quod sic concinnatur: ℞ *seri caprini* ℥ *viij leviter calefiat, in quo infundantur foliorum senæ* ℥ *viij florum viol. p.* ß *zinziberis* ℈ *i in vase vitreo angusti orificij bene obturato maneat per noctem, coletur manè, & adde sacchari q. s. bibatur tantundem pluribus diebus*: laudatur etiam hoc aliud decoctum: ℞ *aquæ lupulorum, borraginis, aut cichorei lib. i. foliorum senæ* ℥ *i* ß *bulliant parum & maneant per noctem in infusione, coletur, & adde sirupi de succo borraginis* ℥ *ij sacchari q. s. dosis* ℥ *iiij :* experientia comprobavit hoc aliud serapium: ℞ *aquæ borraginis, cich. lupul. an.* ℥ *x. succi borraginis depurati* ℥ *viij succi pomorum redolentium* ℥ *vi, foliorum senæ* ℥ *iii florum cord. an. p. radicum scorcioneræ minutim scissæ, aut loco ejus angelicæ* ℥ *ij bulliant lento igne ad consumptionem vigesimæ partis colaturæ adde rhab. electi, agarici trochiscati an.* ℥ *iiij* ß *facta levi ebullitione exprimatur, & adde pulveris lapidis lazuli præparati in ligaturâ* ℥ *ij sacchari q. s. fiat sirupus mediocris consistentiæ, arematizetur cinamomo, dosis ab* ℥ *ij ad iiij.* Principatum tamen obtinet elleborismus, quem hac ratione Mathiolus describit in epistola ad Nevium: ℞ *foliorum asplenii, adianti, fumariæ, melissophili, absynthij, arthemisiæ, agrimoniæ, pulegij, thymi, senæ an. m. i. florum anthemidis, betonicæ, buglossæ, borraginis, roris marini, stœchadis, epithymi an. p. ij. radicum cichorei, intybi, apij, fœniculi, asparagi, rusci, pœoniæ, Anonidis, eringij, angelicæ, buglossæ, borraginis, doronici an.* ℥ *vi ; seminis anisi, fœniculi, ocymi, citri an.* ℥ *iij cinamomi electi* ℥ *j santalorum flavorum* ℥ *ij, agalloci* ℥ *i in s. q. aquæ ferveant ad tertias secundum artem*

Pilulæ exsiccant, & calefaciunt.

Pruna senæ

Dilutum senæ

Sirupus melancholiam educens.

Elleborismus Mathioli.

coletur,

coletur, & ℞ prædicti decocti ʒ iij ß, sirupi de fumaria, de epithymo, byzantini, acetosi, de quinque rad. an. ʒ iij misce, pro singulo mane capiat 15 diebus continuis pro digestivo, 16. vero die purgetur sic: ℞ prædicti decocti ʒ v rhabarb. optimi ʒ i ß. corticum rad. ellebori nigri, purpureum florem ferentis ϑ v, junci odorati, Zedoariæ, seminis pœoniæ decorticatæ an. ϑ ß vini cretici ʒ ij, terenda terantur, ac omnia per diem, ac noctem macerentur, deinde coletur, & facta expressione adde electuarij lenitivi, ʒ v. confectionis hamech ϑ ij sirupi sapor regis ʒ i misce fiat haustus, qui proprie elleborismus dicitur: valet non solum in melancholiâ, sed etiam pro quartanariis, epilepticis, & reliquis morbis melancholicis. Ego verò faciliori, & pro melancholicis peculiari ratione hanc soleo potionem parare, ex qua maximam percipiunt patientes utilitatem. ℞ fol. asplenij, pulegij, adianthi, thymi, fumariæ, borraginis, arthemisiæ, agrimoniæ an. m. ß. radicis cichorei, intybi, angelicæ, apij, fœniculi, asparagi, eringij an. ʒ i; florum borraginis, stœchadis, roris marini, viol. an. p. i. ß. epithymi. fol. senæ an. ʒ ß doronici, seminis anisi, fœniculi, ocymi, citri, an. ϑ ij ß. cinamomi electi ʒ ß santalorum omnium an. ʒ ß coquantur in 5. q. aquæ ad lib. ij. in fine adde, corticum radicum ellebori nigri, rhab. elect. an. ϑ iiij lapidis lazuli in ligaturâ ʒ i junci odorati, Zedoariæ, seminis pœoniæ, decorticatæ an. ϑ ß coletur, & adde sacchari albiss: q. 5. fiat potio clara, aromatizetur ʒ i diamosci dosis ab ʒ iiij ad ʒ vi. Quibus non proficientibus grana iiij stibij præparati tutò præbentur, facto tamen initio à g. ij aut iij sic enim nil mali accidit. Quidam etiam in desperatâ melancholiâ non verentur exhibere iij, iiij vel. v. grana pulveris Joannis de Vigo, seu præcipitati cum ʒ i vini generosi, aut tantundem conservæ rosarum, vel sub hac forma: ℞ prædicti pulveris g. iiij pulv. margarit. præp. g. v. electuarij diamosci, diambræ an. ϑ ß cum decocto nucis moscatæ, fiant pilulæ, dentur in aurora: valet etiam in lue venereâ, & podagrâ; dicitur à quibusdam turpetum minerale; & à ladano Mercuriali, ac medicamento alio, quod ab aliis Hercules dicitur haud multùm distat; Bolus Aldereti per Hispanias vulgariter nuncupatur, quia hoc remedio primarius ille, ac suo tempore celeberrimus Salmanticensis medicinæ professor mira operatus dicitur; Porro innoxia fœminæ præsertim melancholicæ valida hæc & similia medicamenta ferunt ob crassa, & viscida excrementa.

Aliud.

Stibium.

Præcipitatus pulvis.

Turpetum minerale.

Tertio discutientibus flatus, qui numquam non redundant in hoc affectu,

Discutientia.

affectu, quorum materiam tum c. *de œdemate mammarum* 6. remed. genere, tum c. *de febre alba*, ubi de splenis rugitu sermo erit, tum *de epilepsia ex utero* 2. remed. genere luculenter invenies, præter quæ etiam sequenti aut simili clystere sæpius utendum est, ℞. *rad. fœniculi, petros. an. ℥ j. seminis carthami, anisi, lini, fœnugræci an. ℥ j. fol. malv. m. j. polypodij quercini m. ß coquantur in 5. q. aquæ ad tertias juris lib. j. adde olei camomilæ, anethini an. ℥ j. ß diacatholici, aut electuarij lenitivi ℥ j. sacchari rubei tantundem, misce pro clystere: in quem insuper usum sumat ℥ j. theriacæ optimæ, aut mithridatij in aqua melissæ, & vini optimi an. ℥ j.* Est præterea utilissimum lienem inungere cum iis, quæ c. *de febre albâ* dicenda sunt, aut cum hoc linimento ℞ *decocti tamarisci, caparor. foliorum scolopendriæ ℥ ii. olei caparor. liliorum an. ℥ j. theriacæ magnæ, mithridatij an. ℥ ii. ceræ q. 5. ad ignem fiat unguentum.*

Clyster carminativus

Linimentũ.

Quartò iis, quæ somnum valeant conciliare, cujus tanta in hoc malo penuria adest, ut sæpè symptoma hoc totam ad se trahat curationem; quod accidit ob cerebri siccitatem, idcirco humectantia & affectum curant, & symptoma: subindeque vires reficiuntur. In hunc igitur usum fieri solet lavacrum pro pedibus & cruribus ex decocto malvarum, rosarum, camomilæ, violarum, florum lactucæ, vel canarum, additio interdum Ihoschiamo, & capitibus papaveris albi; confert etiam usus balnei aquæ tepidioris, aut capiti embrocationes fiunt per vas anguſti orificij hac ratione: ℞ *prædicti decocti lib. ij. olei papaveris, & ros. an. ℥ iii.* misce, & tepidum supra caput paulatim cadere sinito, abrasis prius crinibus, quâ finitâ operatione, capiti imponatur linteũ madidũ in oleo ros. & camomilæ, aut papaveris, si somni defectus sit magnus, vel in lacte muliebri sive caprino; quæ si nõ sufficiant, nares inungantur unguento popul. vel ℞ *unguenti ros. ℥ j. opii g. 4. misce*, quo non solum nares, verumetiam tempora, plantæ manuum, ac pedum, & pulsus inungantur; vel ℞ *foliorum Ihoschiami, viol. lactucæ an. m. ß capitum papaveris contusorum numero vi coquantur in æquis portionibus vini, & aquæ ac in hoc decocto madidam spongiolam patiens sæpe olfaciat.* Alij pro secreto commendant hoc: ℞. *succi foliorum coriandri viridis ℥ ij. leviter ferveant in vase obturato, & adde tantundem lactis muliebris, ac olei rosacei;* Intus assumuntur borraginis folia, quæ prius cocta sint, deinde minutim scissa, ac secundò cocta in lacte amygdalino addito saccharo; aut ℞. *amygdalarum minime*

Somnum provocantia

Embrocha.

minimè rancidarum detractis pelliculis ℥ iiij. *seminis melonis cucurbitæ an.* ℥ j. *seminis lactucæ, papaveris an.* ℥ ij. *simul cõtundantur, & extrahatur ex his lac cum aquâ violarum, cui adde sacchari, & aquæ rosarum q. s. fiat amygdalatum*; hæc autem in fine cœnæ accipiantur, ut major fiat ad caput evaporatio; at horâ somni capiat ℥ ij. *sirupi papaveris, cum tantillo aquæ lactucæ, vel* ℥ j. *theriacæ, aut mithridatij*, & si ingens sit vigilia, *requiei magnæ, philonij, perfici, vel Romani* ℥ j. *in aqua ros.* sed hæc per iij. vel quatuor horas à cœna, patienti tamẽ nec sic soporatę dentur g. vj. *usq; ad* viij. *pilularum de cynogloſſa in* ℥ ij. *vini vel earundẽ* ℥ ß *in convenienti clyſtere injiciatur*, aut fiant duo nascalia ex gossipio quæ madefiant in ℥ ij. lactis muliebris, in quo dissoluta sint g. v. opij. & imponantur utrique narium foramini.

Quinto & ultimo ijs, quæ cerebrum, cor, & uterum valeant roborare, & lætitiam inducere; cerebrum nullâ ratione melius recreabis, quàm per ea, quæ somnum conciliant; deinde per ea, quæ c. *de Epilepsia ex utero* 3. remed. genere dicta sunt; uterum per ea, quæ tum ibidem, tùm cap. *de strangulatione ex utero* ubi varia emplastra matricem roborantia scripsimus. Cordi prospiciendum ijs, quæ vires reficiant, & reliquias humoris melancholici contemperare valeant, in quẽ usum tale paratur Epithema: ℞ *aquæ melissæ, naphæ, borraginis, vel scorcioneræ an.* ℥ iij. *vini albio doriferi* ℥ ij. *succi pomorũ redolentiũ, vel loco ejus sirupi de pomis* ℥ j ß *croci* ϑ ß, *pulveris diamoschi, diambræ, corticis citri, an.* ℥ ß *misce*, & actu calidũ percutiẽdo prius leviter cordis regionẽ serico rubro, aut simili alio linteo applicetur; aut prædicti pulveris eidẽ parti aspergantur, & superponatur sindon ruber madidus in aqua naphæ, & vino generoso. Prodest similiter inungere cordis regionem unguento vel oleo confecto ex floribus auranciorum, vel tali linimento, quod Hispani vocant (*manteca dazahar*) Lusitani (*mantega desrol*) ℞ *olei florum auranciorum, vel loco ejus de spica, viol. an.* ℥ j. *corallij rub. sandali rub. an.* ℥ ß, *ambræ, & moschi an. g.* vj. *cum cerâ albâ fiat unguentũ*: utiliter etiam hic sacculus applicatur; ℞. *flor. ros. violar an.* ℥ ß *seminis, & corticis citri an.* ℥ ij. *coralij rub sandali rub. an.* ℥ j. ß, *diamoschi, diambræ, diarrod. gallia moschata, an.* ℥ ß, *omnia in pulverem reducantur, & includantur in sacculo ex serico rubro*, pro corde, qui singulis diebus igne vel sole exsiccetur, ac denuò aspergatur vino generoso, & aquâ naphæ. Prodest insuper manibus gestare po-

Roborantia cor, cerebrũ & uterum.

Epithema.

Vnguentum florum auranciorum

Facultas.

Tabella.

ma ex rebus odoriferis, ac singulo mane unam, vel alteram tabellam accipere manus Christi cum perlis, aut ʒ j. conservæ Hyacinthorum, vel electuarij de gemmis, confectionis alkermes, theriacæ smaragdinæ, vel de citro, supra quæ medicamenta ebibantur ʒ ij. aquæ melissæ, in quâ etiam dissolvi possunt, & addi g. vj. lapidis bezoartici orientalis, vel rotulæ hac ratione concinnentur: ℞ *margarit. præp. corallij rubei an.* ʒ j *lapidis bezoartici orientalis* ϑ ij. *ambræ grisea g.* v. *cum saccaro dissoluto in aqua melissæ, fiant tabellæ singulæ ponderantes* ʒ ij. mirificè insuper proficit singulo mane capere cochlearia ij. sequentis conditi cum ʒ iij. aquæ melissæ, scorcioneræ, aut naphæ: ℞. *conservæ melissæ, borraginis, viol. buglossæ an.* ʒ j. *specierum diamargarit. frigid. lætitiæ Galeni, diarrod. diambræ an.* ʒ ß *excipiantur sirupo de pomis, aut de corticibus citri, & fiat conditum granulatum, cooperiatur folio aureo.* At si hæc fastidium pariant, capiat ʒ j. corticis citri conditi, aut radicis buglossæ, vel scorcioneræ; & quia morbus longus est, & sæpius purgare cogimur, ideo inter unam, & alteram purgationem semper ijs roborantibus utendum est.

Conditum.

Mania curatio.

Si tandem eò miseriarũ res devenerit, ut fœmina planè deliret (qui tertius fuerat hujus morbi gradus) ijsdem ferè remedijs pugnandum est, veruntamen ex supradictis efficaciora sunt eligenda, inprimisque prospiciendum corpori, & toti capiti, ne habitualis sicca, & frigida intemperies contrahatur, ideoque minus sanguinis detrahendum, purgandum validius ʒ j. pilul. de lapide lazuli, vel pari quantitate sequentium: ℞. *Epithymi* ʒ vj. *agarici* ʒ iiij. *corticis ellebori nigri* ʒ j. ß, *specierum hieræ simplicis* ʒ iij. *cum melle rosar. fiat massa*; utilius tamen est conditum *quod sic paratur*: ℞ *lapidis lazuli* ʒ j *foliorum sennæ* ʒ j. ß, *agarici optimi* ʒ ij. *sirupi portulacæ, vel de succo fumariæ, aut lupulorum* ʒ iij. *conservæ rosarum aut violarum* ʒ j ß *misce* capiat ʒ j semel in hebdomada; ejusdem virtutis est opiata, quæ sic conficitur: *summitatum thymi* ʒ ß, *epithymi* ʒ j. *seminis cuscutæ* ʒ iij. ℥ *lapidis lazuli, decies abluti in aqua rosar. totidemq; in aqua portulacæ* ʒ ij. *diagridij* ϑ ij. *cinamomi* ʒ ß *pulveris foliorum sennæ* ϑ iij. *margarit. præparat.* ʒ ij. *mosci g.* v. *sirupi de pomis compositi q. s. fiat opiata, dosis* ʒ j. Ex quibus etiam sine liquore pulvis sive tragæa fieri potest, aut hic alius qui à Vallesco de Taranta & multis alijs laudatur vehementer: ℞. *hieræ picræ, Epithymi an.* ʒ iij. *lapidis lazuli, agarici electi an.* ʒ ij. ß *scammonij*

Pilula.

Conditum.

Opiata.

Tragea. Lib. 1. c. 19.

monij g. XV. *cariophyllorum numero* XX. *ſacchari albiſſimi* ℥ iij. *cuncta tenuiſſimè pulverizentur, doſis an.* ℥ j. *ad* ℥ ij. datur etiam ellebori extractum chymica arte, aut pomũ ellebori hac ratione medicatum; pomum exenteratur, ellebori corticibus repletur, charta cooperitur, in frigidâ aquâ madefactâ, ac ſic coquitur in calidis cineribus, inde extracto, radicibuſque rejectis fructus cum ſaccharo editur, non ſolum melancholicos curat, ſed menſes prolicit, ſi per trimeſtre ſingulis ſeptimanis iteretur. *3. de locis.* Ab his corpus omni arte humectetur balneis (quibus ſolis, & victu humido Galenus melancholiam curavit) ex quo vulgaris convincitur error exſiccantium melancholicos ſtatim initio pilulis, & validioribus catharticis, à quibus magis efferatur morbus, qui potius, uti dixi, balneis, embrochis, ac reliquis ſuo loco ſuperius recenſitis tractandus eſt, nec tamen omittenda, quæ menſes cieant, quibus non ſuccedentibus, mirificè prodeſt hæmorrhoidas per hirudines provocare, quia teſte Hippocrate, & Galeno, naturæ dictu per eas melancholicus ſanguis educitur (dicant alij quid velint, ac cauſentur animalia puriorem extrahere ſanguinem, deteriorem, & craſſiorem dimittere, non perpendentes ad eas venas non niſi fæculentum deferri ſanguinem) dupliciter autem reſerantur eæ venæ, primo podex fricatur aſperiori linteolo, aut folio ficus, ficque oſcula dehiſcunt; ſin minus hirudines uſurpantur, quæ mediocres ſeligendæ, degentes in fluente nitidaque aquâ, non virides, pallidæ, neque piloſæ, ſed rubicundæ, captæ nonnihil exprimantur, ut, ſi quid habent veneni, evomant, tunc aſſerventur in vitreo vaſe aquâ nitidiſſimâ pleno, addito ſaccharo, ea tamen aqua ſingulis ſeptimanis mutetur; cumque jam applicandæ fuerint, locus foveatur ex decocto camomilæ malv. verbaſci, ros. tum fricetur, ut ſuprà, quippe ſic apparebunt oſcula Venarum, quarum ſingulis ſingulæ applicentur hirudines, quæ ſi adhærere noluerint, locus perungatur ſanguine pulli, vel ſimili alio, hirudo canaliculo plumæ vel arundinis incluſa, altera ſummitate clauſa, altera applicetur; interim vero dum adhæret, ſubſit evaporatio ex decocto camomilæ, anethi, roſarum, malv. calido, ne beſtiunculæ frigiditas noceat; extractâ debitâ ſanguinis quantitate, facilè cadunt, ſi vel caudæ præſcin-

6. Epid. 3. 37. *6. Aph. 11.* *Ga. de ven. ſect. cont. Eraſiſtrat. 5. 6.* *Error quorundam.* *Hirudinũ uſus.*

præscindantur, vel superoscula earum aspergatur cinis, sal, vel aloës; quod si fluxus ultra modum perseveraverit, applicentur lintea madida in vino stiptico, vel posca, aut albumen ovi cum pulvere restrictivo.

Scholium.

Dubitatio prima, flatus qui excitentur in calidâ affectione.

Nonnulla hic de melancholiâ in dubium sunt vocanda; primùm, si ab inflammatione, vel saltem exuperante caliditate meseraicarum, pylori, & arteriæ dorsi originem trahit melancholia, qui fiunt in eâ flatus, qui non nisi à diminuto calore excitari solent? Respondent communiter medici, flatus non adesse initio, dum inflammatio, & calor viget, sed procedente morbo, & affectione ad frigidum jam inclinante: quæ tamen solutio nulla est, quia flatus in hac affectione illico à principio comperiuntur, uti cuncti norunt, qui rem medicam sedulo exercuerunt; quamobrem potius cum Galeno cit. sic dicendum: Quemadmodum elato ex ventriculo ad oculos fuliginoso, fumosoquè halitu, aut crassis vaporibus, similia suffusioni accidentia contingunt; ita sublata ad cerebrum ab atrâ bile evaporatione fuliginosa, fumosaquè melancholica eveniunt in mente accidentia, ea etiam dum in ventriculo cibis commiscetur coctionem vitiat, & fumi elevantur atræ bilis naturam redolentes, ac præcordiorum fluctuationes excitantes, quoad calore ulterius operante ructibus, aut aliter leventur, nec mirum cibos parum prosperè concoqui in ventriculo, qui aut ex morbo languet, aut si calor in eo viget præternaturalis, est destruens non concoquens; Hinc fit ut etsi sicca sit affectio, læsa tamen ventriculi coctione sputum humidum copiosè rejiciant. Hic obiter in memoriam revocandum est à quatuor humoribus sui temperamenti denominationem corpus suscipere, qui quidem forma inter se distincti non sunt, sed singuli sanguineæ massæ partem sibi vendicant, quorum melancholia frigida & sicca propriè dicitur succus melancholicus, & in ipsa sanguinea massa facis seu sedimenti instar residet. Merito igitur diximus secundam causam hujus morbi melancholici, cui etiam humoris nomen inditum est, crassum esse sanguinem per mesenterij, & omenti venas dispersum; ac tres ex eo concitari affectionis gradus, in quorum primus sanguis ipse crassus fervorem duntaxat concipit, in secundo fœculentus jam fit, & adhuc crasior: in tertio vero adeo superassatur, ut calore tandem evanescente quidpiam cineri simile relinquatur.

Solutio.

Melancholici cur plurimum expuant.

An sicca & frigida intemp. delirium excitet.

Secunda dubitatio, qui fieri potest, ut frigida, & sicca intemperies nuda, & citra ullam materiam per se, & absolutè delirij causa esse possit; cum hæc intem-

intemperies, dicente Galeno, potius impediat spirituum agitationem, & motum, quæ necessaria esse videntur ad corruptionẽ rectricis cujusq; facultatis? Hæc mihi olim opponebat vir peritus Matthias Carnarius, illustrissimi Iohannis Adolphi Holsatiæ ducis medicus; prædictam vero intemperiem melancholiam excitare, ac delirium ex Galeno deprehendi videtur 3. de locis cit. ubi frequentibus duntaxat balneis, victu humido, & parco morbum curasse testatur. Solutio duplex: Primò enim dicimus, ex Galeno non colligi, intemperiem sine ullo humore delirium inferre, ibi enim scribit affectionem leviorem, necdum confirmatam fuisse, ideo humorem non multum vacuationi restitisse; ex quibus liquèt humorem præextitisse, paucum tamen, quem recreata natura, facilè potuit evincere ac protrudere. Secunda responsione melancholicam cerebri siccitatem, ac frigiditatem delirium inferre posse admittimus, nam quemadmodum spiritum debitum temperamentum calidum, & humidum ad lætitiam parat, ita profecto eorundem splendor, atque tenuitas; è contrario vero crassitudo, turbulentia, & obscuritas, subindeq; opacitas per se proclives, ad mœstitiam, & timorem patientes reddunt, nigrescit enim humor interdum ultra modum calefactus, sæpe etiam frigefactus; ita carbones dum uruntur lucidissimi ob flammam existentes extinctâ flammâ atri evadunt, & tale quippiam circa clarum sanguinis colorem frigiditas facit, & in externis corpora livida, ac nigra à frigiditate redduntur; ac rursus excessus caloris resecans, & consumens humiditatẽ, à quâ calor nutritur humores atros reddit, ut Sol hominum corpora, & fructus. Porro nigredinem timorem ac mœrorem incutere nil mirum, nam & exterius etiam nihil homines perinde terret, ac tenebræ; cum igitur hæ ratione atri humoris vel vaporis rationalis animæ parti sint circumfusæ, necessum est, hominem timere, ut qui semper unà cum corpore suo timoris causam circumferat; Prætereo sciens rationes, quibus Averroes hanc receptam Galeni doctrinam conatur impugnare, quia earũ solutio difficilis non erit. Est & altera ratio, cur prædicta constitutio delirium faciat; nam frigidum, & siccum cerebri temperamentum jam ferè per essentiam factum spiritus minuit, qui in loco inani amplius, quàm deceat, exagitantur; hinc ritè Fernelius solam melancholicam desipientiam à frigidiori succo contrahi, reliquas à calido prodidit: atque idcirco vulgatum illud; melancholici sapientes, & splendor siccus animus prudentissimus, in quem usum illud Platonis in Timæo; summa siccitas, summa prudentia, de naturali siccitate, quæ intra limites sanitatis continetur, intelligatur; nam de melancholiâ, in quâ præter naturam cerebrum exsiccatur,

1. Solutio.

2. Solutio.

3. coll. 4.

Melancholia est balneum diabolo.

communiter dici solet esse balneum diaboli, cujus dicti ratio est, quia ad abundantiam atri illius succi mens deprimitur, & conturbatur ob relatas causas, ad quam conturbationem, & depravatum ratiocinium dæmon sequitur, quippe cui minimè aptum domicilium sit pellucida habitatio, lux pura, tranquilla mens, constans, & à perturbationibus aliena. Ex dictis detegitur Avicennæ, & Vallesij error, existimantium, nigram bilem per melancholicos affectus à dæmone excitari, cum potiùs dæmon non quidem præcedat illam melancholiæ agitationem, sed sequatur, nec semper aut qualemcunq;, sed immoderatam, nec in quibuslibet, sed in ijs tantum qui demissi sunt animi, perturbati aut inconstantis, ut vetulis, puellis & viris timidioribus, cujus dæmonis potissima signa sunt, responsiones ad recondita, & diversitas Idiomatum, quæ nunquam didicerunt.

Av. l. 3. tract. 4. c. 18.

Valles. c. 28. Sacr. philosophiæ.

Tertium dub. melancholicæ cur rideant.

Tertia dubitatio, si melancholiæ perpetua symptomata sunt metus, & mœstitia, quomodo quædam rident, ut nos sæpè animadvertimus, & extat apud Hippocrat: Democriti exemplum? Sunt qui respondent harum risum esse falsum; est autem falsus risus oris gesticulatio contracta sine interiori lætitiâ, & animi intentione, qualis sæpè morientibus accidit, & ijs qui sardoniam herbam devorarunt; At verus est eadem oris effigies, cum internâ animi hilaritate. Verumtamen quoniam risus, qui multis melancholicorum accidit, verus esse deprehenditur, ex tripudijs, cantu, jocis, quibus sæpè abundant; ideo rectius omni melancholiæ propter jam dictam opacitatem, & tenebras tristitiam tribuimus; sed ubi permiscetur sanguis tristitia vehemens non est, & per temporum intervalla lætitiæ signa edit sanguinei humoris genuina; nam (quod Aristoteles prodidit) ut vinum potantium naturæ, & moribus; ita melancholia laborantium constitutioni sese accommodat. Sed cur magis cantant, & saliunt, quam dum sani sanguine abundabant? quia ratione orbantur renitente affectibus humorum; vel quia dum sanguis uritur, magis splendet, unde animo spes, vigor, & alacritas oritur.

Salutio.

De pulsatione, quæ fœminis interdum accidit in arteriis dorsi.

CAP. IV.

PUlsat non rarò nec citra gravissima symptomata fœminis arteria dorsi, quod etiã melancholicis viris inrerdum accidit, hoc aliqui prove-

provenire arbitrantur à morbo in figurâ, dilatatâ nimirũ plus justo parte. Cui sententiæ Fernelius assilit dicens, fieri nonnunquã propter Anevrysma in interiorib. hisce arterijs genitũ ; Est autẽ Aneurisma arteriæ dilatatio spirituoso plena sanguine. Areteus vero,& Mercatus ex phlogosi,id est, siccâ inflammatione majoris rami venæ cavæ, quæ cor per sinistram ejus partem ingreditur, & adjacenti arteriæ damnũ communicat, fieri contendunt, quæ etiã dorsum perreptat,quâ parte potissimũ pulsatio sentitur ; alterius,quæ cor intrat, notæ perobscuræ sunt, quia intra pectus vergit, rei nulli adhærens, eam tamen affici, cordis palpitatio declarat ; & in hac Zetmata gignuntur, hoc est, diuturni affectus cordis ex defluxu materiæ, ita n. se habet hæc arteria ad cor,ut mesenterij arteriæ ad jecur ; ideo Fernelius addit hujusmodi subsultũ præ se ferre etiã arterias mesenterij, dum inflammantur ; sed neq; hoc Mercatus recipit, qui meseraicarũ pulsationem diversam à pulsatione arteriæ dorsi esse autumat, hanc rectâ per dorsum ferri, meseraicas vero hinc inde in hypochondrijs vagari, quod quid ad tantam differentiam faciat, non video, imò nihil peccaveris, si de utriusque Hippocratis sententiam intelligas, primo prognost: *præcordiorum venæ si pulsant, aut perturbationem aut delirium portendunt.* Certum tamen est, naturam hujus morbi sitam esse in calido intemperamento ejus venæ, per essentiam aut per consensum alterius visceris, cujus ordinis ferè semper est ea pulsatio, quæ fœminas vexat. Porrò affectio aliquando subitò fit, & gravissima infert accidentia, aliquando lentè ut virginibus, & viduis ex viscerum obstructionibus, de quâ prisci pauca scripsere. Ejus verò causæ tres præcipuę sunt ; Prima, plenitudo venæ cavæ à crasso & calefacto sanguine ; ac tunc majoris mali præludium pulsatio esse solet, ut mox apparebit. Secunda, visceris alicujus calor acris, & mordax, cujus consensu arteria incalescit, & usus augetur, subindeq; major concitatur motus, quod gracilibus, & melancholicis,ob humorum aduſtionem frequentius evenit,ex mesenterio, & adjacentib. visceribus. A quâ vero ex his duabus causis proveniat,distingues ; si n. subito pulsatio accidat,à primâ causa oritur,& subitò magna pullulãt symptomata; si sensim,& paulatim à secundâ,& affectus est quasi habitualis,quo laborans sana suo modo vivit, indies tamen vel corpore vel moribus adeo mutatur, ut

Aneurismæ quid? *1. P. 3.*

Zetmata.

Naturæ morbi.

Causæ.

ut maximam inferat admirationem; nam viſceribus diſtemperatis, corpus indies deterius habet, & contabeſcit, ac citra alicujus membri conſpicuum affectum præter arteriæ pulſationem, & quendam quaſi formicarum ſenſum ibidem perreptantem, cor triſte eſt, timet, exareſcit, delirat, anxia, inquieta, ac tædioſa, mori exoptat. Tertia cauſa eſt viſceris alicujus aut meſerei obſtructio, quod plerumque citra corporis gracilitatem virginibus, ac viduis accidit, ex viſceris enim potiſsimumque meſerei obſtructione aut à re durâ arteria comprimitur, ideoq; vehementius pulſat, tum quia debitũ ſpacium obſtructione impeditur, tum quia obſtructionis cauſa partes vicinæ debiles redditæ nequeunt debitè ventilari, idcirco frequentat ea pars, quæ libera permanet, utpote, cui naturalis ſpatij obſtructione aliquid detrahitur, eoque magis uſus adaugetur, eò quòd circumjacentium partium aliqua incaluerit, tuncque quod copiâ deeſt, frequentiâ compenſat.

Signa. Hinc fit, ut ob ſiccitatem, & auctum calorem cutis earum, quæ ſic afficiuntur, ſqualida ſit, rugoſa, aſpera, maximè in partibus prominentibus oſſeiſque, ut in cubitis, genibus, digitorum articulis, & alijs, quæ non ita ſolent humiditate perflui, hirſutæ etiam apparent ob multitudinem craſſarum ſuperfluitatum; adhæc inſomnes ſunt, ac tumultuosè dormitant; alvus nihil, aut diminutè fluit, & bilioſa nonnunquam egeſtio eſt, lotium mordax, & acre, mens torpet, anxietas adeſt, inquietudo, tædium, vigilia, cibi faſtidium, ſitis, pulſus in præcordijs, qui ſi augetur, in ſyncopen deducit, maximè ſi cor palpitat, & compatitur etiam jecur, ac ventriculus: calor inſuper per univerſum corpus per intervalla ſuboritur, præſertim in facie; denique, ut verbo comprehendam, omnia fere ſymptomata apparent, quæ ſuperiori c. in melancholiâ recenſuimus.

Prognoſtica. Gravis eſt affectio, nam ſi calor, & ſiccitas figantur, febrem accerſunt hecticæ finitimam, & quæ in maraſmũ deducit, idcircò neq; cunctanter neq; negligenter curanda, neque imprudenter agendũ quicquam, quod majoris mali occaſio ſit. Si à primâ causâ ortum trahit, gravior multò eſt, ac periculo plena, quia fœminæ ſic affectæ cauſone laborant orto à plenitudine, ex phlegmone venæ cavæ, quas Aretæus 14. die plerumq; mori dixerat, at ſi diutius durêt duplo longiori tempore perire; quidam etiam cum jecoris inflammatione

Cum cauſone & jecoris inflammatione ſæpe confunditur.

2. decurandis acut. morb. c. 7.

matione confundunt, nec præter rationem, si à secundâ causa proveniat: tunc enim ibi calor, & æstus, & dolor sentitur, & licet sit minoris periculi, haud tamen levis affectio est, nam aut citra febrem consumitur patiens, aut nisi citò præveniatur, in melancholiam, & mentis perturbationem agitur, dicente Hippocrate cit. prognostico. Si à tertiâ causa oriatur, & cognitu, & curatu levior existit: curatâ enim obstructione, sanescit, nisi remoretur, quippe tum in hydropem, & cachexiam incidunt, crudis succis nutrimentalia membra refrigerantibus.

Curatio si à 3. & 2. causa.

Ut autem ab hac ultimâ causa curationem auspicemur, si morbus ex obstructione visceris cujuspiam proveniat, curatur per ea, quæ obstructionē demollire valeant: expendendū igitur, cujusnā visceris sit obstructio, & ejus curatio ex proximè sequenti c. *de febre alba* mutuanda, aliquid tamen contemperans admiscendum, ne arteriarum calor intendatur: verum si curatâ obstructione subsultus adhuc mameat, curabitur per ea, quæ infrâ dicenda sunt in 3. ac 6. remediorum genere de contemperantibus: quâ eadem ratione curatio perficienda, si à secundâ causa ortum ducat, id est, ex solâ intemperie citra humorem: contemperabis enim, & non evacuabis, nisi menses diminuti fuerint, aut suppressi, nam tunc venam tali inscindes, aliter refrigerij causa salvatellam duntaxat, validiora etiam pharmaca fugienda, neque dilutum rhab. aut sirupum rosatum solut. exhibere sine magna præmeditatione audendum: ex his enim acerbiùs æstuare sic affectas vidimus: breviter præscripto victu modico, moderato exercitio, lentè contemperantibus medicamentis potiùs agere, quàm remediorum farragine patientem opprimere oportet.

Purgatio vitanda.

Curatio si à 1. causa.

Si à primâ causa malum originem trahat, curatio eadem, quæ febris ardentis sive causonis, quam nos dilucidioris doctrinæ gratia, in septem remediorum genera distinguemus. Nec mireris quod cum ei potissimum, quæ fœminis accidit, ac diuturna ferè semper passio caput hoc dicaverimus, hanc tamen, quæ est acuta affectio, præcipuè curare doceamus, id enim ex professo factum, quia reliquarum medelam ex alijs hujus operis capitibus mutuari poteris, hujus non nisi hinc, & quia quæcunque remedia huic utilia sunt, reliquis quadantenus aptare licebit. Primo itaque convenit victus tenuis frigidus,

Victus frigidus.

gidus, & humidus, qualis cremor hordei cum saccharo, & rosacea, aut cum sirupo violato; lactuca, cichoreum, acetosa, borrago cocta in jure pulli, aut gallinæ, aut in aquâ, & postea expressa cui additur sal, oleum, & acetum, Hispani sic paratas herbas (*esparragadas*) vocant: convenit insuper cucurbita cocta cum saccharo, & omphancio; jusculà pulli quibus incoxerunt prædictæ herbæ Itali (*broeto*) dicunt, & extremitates ipsius pulli, aut farrum sive panatella, quæ fit ex panis triticei medulla cribellata, addito jusculo pulli sic parato: noctu sorbeat amygdalatum ex seminibus frigidis, & papaveris, vel lactucæ, non vero ex amygdalis, quæ oleosæ cum sint, facilè incen- 1 ✱
duntur. Ex fructibus cerasa nigra, pruna optima, melones, mala granata, & aurantia acida, aut medij, seu pontici saporis, limones cum saccharo, poma anethina assa, fructus berberis, aut ribes, vel conserva eorundem, & licet cibũ pyro asso claudere, reliqui fructus febrientibus suâ ebullitione nocent, quia ventositates excitant, & facile corrumpitur aquea humiditas, quâ abundant, ut notavit Avicenna, acerbos etiam fructus vitare docuit Galenus, ni vomitus adsit, aut debilitas oris ventriculi, quia adstringunt; conveniunt præterea cucurbita condita, radices lactucæ, scorcioneræ, vel buglossæ; potus sit aqua ex hordei, & ribes decocto, cum passulis & pauco ani- 2 ✱
so, cui percolato aliquid sirupi de berberis aut ribes admisceri potest, is porrò victus usq; ad morbi vigorem indies magis attenuetur. Aër natura sit frigidus, & humidus, aut arte ex doctrinâ Galeni paretur apertis fenestris, quæ septentrionem respiciant, irrigato conclavi limpidissimâ aquâ vel fontib. in eodẽ cubiculo arte paratis, sparsisque per aream floribus, & herbis refrigerantibus, ut rosis, violis, folijs vitis, lactucæ, cannarum, salicis, prohibeatur hominum frequentia, quia halitu calefit aër, lectus sit amplus non plumaceus, sed laneus, nec etiam stragula ex pluma aut filtro, sed tenuiora, non tamen nudetur, ne frigiditas poros obseret, unde caloris difflatio præ- 3 ✱
pediatur; esto insuper conclave obscurum, docente Hippocrate, alvus singulis diebus respondeat, sin minus hoc aut simili clystere solicitetur ℞. *hordei integri p. ij. prunorum numero xx. foliorum malv. lactuca, violarum an. m. j. coquantur in* 5. *q. aquæ ad tertias, colaturæ* ℞. *lib.* j. *olei ros.* ℥ ij. *pulpæ cassiæ, aut diacatholici* ℥ j. cavendum tamen à benedictâ lax. hiera, & alijs acutioribus.

Fructus febrientib. cur nocent. 1. 4. tract. 2. cap. 7. 1. acut. 28. com.

Aeris præparatio. 20. meth. 8.

4. de rat. vict. 48.

Clyster.

Secun-

Secundo, copiosa sanguinis missione ex basilicâ dextrâ, si vires adsint, eam tamen partiri securius est, nec bis tantum, sed ter, quater, ac sæpius, venam aperire, eamque detrahere sanguinis copiam, quæ plenitudini, & viribus respondeat, prius semper depositis alvi superfluitatibus; fœminis utiliter venam pedis secabis, ut menses provocẽtur, aut ex hæmorrhoidibus per hirudines sanguinẽ demes: consentiunt enim hæ venæ cum venis dorsi, ac meseraicis, quod si jecur compatiatur, tandem dextram salvatellam oportunè tundes. *Sang. missio.*

Tertio coquentibus, ac contemperantibus sanguinis, & bilis fervorem, & acrimoniam, ut sirupo acetoso, de cichoreo, granat. ros. violar. acetosæ, buglossæ, borraginis ad ℥ ij. cum duplâ quantitate aquarum vel decocti earundem herbarum, quos sirupos per aliquot dies assumat. *Præparatio.*

Quarto, posteaquam concoctionis signa apparuerint, largiori gelidæ aquæ potu utendum, si nihil sit, quod impediat; impediunt autem cruditas humoris, tumor aut obstructio visceris alicujus, nimia corporis extenuatio, aut nativi caloris imbecillitas, virtutis languor, & aquæ insuetudo; sed & patiens, quæ gelidam biberit, carnosa sit oportet, valida, ac boni habitus, adde etiam, ut non sit gravida, nec tempus sit hyemale, aut frigidum. Utcunq; tamẽ satius fuerit, aquã coctã esse addito saccharo, ac subinde refrigeratam, aut si aliquid ex dictis impedimentis adsit, loco aquæ fontanæ par quãtitas aquæ buglossæ usurpetur, bibatq; patiens uno haustu quantum voluerit, ut jubent Galenus, & Avicenna; sic enim domitum, refrigerantumque jam humorem natura expellit per vomitum, ventris fluorẽ aut sudorẽ, ita ut sæpe nullâ aliâ purgatione opus fuerit. *Aqua frigida potus.* *Gal. lib. 3. meth. 5. & 11. meth. 9. Av. 1. 4. tract. 2. c. 7.*

Quinto, bilis evacuatione rarò tamen catharticis utendum, quia viscera excalefaciunt, verum jam inclinante affectu si supersint recidivæ signa, h. e. ventris morsus, oris amaritudo ac cibi fastidiũ, tum mannam, cassiam, serum lactis, succũ rosarum, aut sirupũ ex infus. viol. vel ad summum dilutum senæ tutò poteris exhibere, ut ℞. *fol. sennæ* ℥ j. *infundantur per noctem in* ℥ v. *seri caprini tepidi, coletur manè, & adde sirupi ex infus. viol.* ℥ ij. *fiat haustus*; aut sequens concinnetur apozema, quo securè uti soleo ℞. *rah. cichor. borraginis an.* ℥ j. *foliorum acetosæ, cichor. violar. agrimoniæ, buglossæ an. m.* j. *florum cord.* *Evacuatio bilis.* *Signa recidivæ.* *Apozema.*

seminum frig. an. p. j. prunorum n. xij. coquatur in q. s. aquæ ad lib. j. ß in fine adde fol. sennæ pulpæ tamarind. an. ʒ j. cum colatura misce sirupi ex infus. ros. ʒ ij. fiat potio clara, aromatizetur ʒ j. specierum diarrod. dosis ʒ v. singulo manè. A fortibus abstinendum, utendum tamen sæpiusculè clysmate suprascripto, aut nocturnis clysterijs, qui dicuntur (*de mejoada*) ac sic parantur: ℞. *juris gallinæ herbis supra dictis alterati* ʒ viij. *olei ros. viol. singulorum* ʒ j. ß *vitellos ovorum n.* ij. *sacchari* ʒ j. *misce absque sale, fiat clyster*, qui tepidus applicetur, & retineatur, si fieri potest, per totam noctem, idcircò enim in exiguâ quantitate, ac sine medicamento proritante adhibetur.

Clyster nocturnus.

Refrigerantia & roborantia.

Sexto, cauma in visceribus extinguentibus, ac refrigerantibus, & cor, jecur, ac universum corpus corroborantibus, tam internis, quam externis, in quem usum post evacuationes adhibentur rotulæ diarrod. manus Christi, triasandali, diamargariti frigidi vel cõserva ros. aut aliqua ex prædictis primo remed. genere cum aquis cichorei, endiviæ, buglossæ, scorsioneræ, acetosæ, vel sequens conditum ℞ *specierum triasandali, diarrod. diamargarit. frigidi an.* ʒ j. *conservæ ros. viol. an.* ʒ j. ß *sacchari dissoluti in aqua viol. q. s. fiat electuarium per morsellos, aut cum sirupo viol. fiat opiata.* Dorso, & cordis regioni sequens epithema applicetur: ℞. *aquarum ros. oxalidis, buglossæ an.* ʒ ij. *aceti ros.* ʒ j. *pulveris sandalorum rubeorum, corallij rubei, aut diamargarit. frig. an.* ʒ j. *fiat Epithema* admovendum omni tempore; quod etiam jecori imponatur, additis pro aquis succis earundem herbarum: aut inungantur prædictæ partes hoc; ℞ *unguenti ros. refrigerantis Galeni an.* ʒ j. *sandalini* ʒ ß, *aceti parũ misce, tũ epithemati, tum etiã unguẽto g.* iij. *caphuræ addi possunt*, utrũq; tamẽ tepidũ applicetur: mihi assiduo usu comprobatum est dorsum, lumbos, pedum, ac manuum plantas, totumque corpus præter caput, & ventriculi regionem hâc mixturâ perungere ℞. *olei ros. lactis muliebris, succi cucurbitæ, lactucæ, vel endiviæ an. partes æquales misce*, quo prædicta loca illinantur, ita in lecto contineatur patiens, nec aëri se exponat, nam sæpe in sudorem prorumpit, quia, uti censeo, collecta natura, & à frigido temperata vehementius humores nocivos ad cutim extrudit, accepi à vulgaribus, & eo solo plures vidi à gravissimis, ac periculosissimis ardoribus intra breve spatium liberatos, quibus alia nihil profuerant. Tandẽ balneis aquæ dulcis tepidæ utendum. At fœminis frequentioribus crurum lavacris utiliùs menses provocantur. Septi-

Conditum.

Epithema.

Unguentum ad febres mirificum.

Balneum.

Septimo ijs quæ febrium ſymptomata valeant mitigare; ea autem potiſſima ſunt, vigilia, ſitis, ac dolor capitis: *de vigilia* ſuperiori cap. plus ſatis jam diximus; de dolore capitis infra cap. proprio dicendum eſt. Sitis ac linguæ ardor corriguntur, ſi os ſæpiuſculè abluatur frigidiſſimâ, cui guttæ vini rubelli, aut aceti commixtæ fuerint, vel ſero caprino, aut hordei aquâ, in qua emulſio ſeminũ frigidorũ ſit diſſoluta, aut ſirupus de ribes, ex quib. etiã emulſionibus, & ſemine cydoniorum, vel pſilij linteo incluſis, & in aqua violar. madidis, os abluitur, aut pruni lapillus vel fruſtum lactucæ oredetinetur, & guttur exterius perungitur roſaceo, aut refrigerante Galeni; inter reliqua autem utiliſſimum eſt, ut patiens os clauſum teneat, & parum loquatur, nam motu, & calore externo lingua exſiccatur, ut Hippocrates autor eſt: ſed enim toto curationis tempore addenda ea, quæ melancholiam reſpiciant, ac domare valeant.

Symptomatum curatio

Sitis & ardoris linguæ remedia.

3. Epid. 3. text. 33.

De febre alba, ſeu virgineo morbo: ubi etiam de ſingulorum viſcerum obſtructionibus.

CAP. V.

PLeræque ſunt ægritudines, quæ tametſi hactenus nomine, non tamen curâ caruerunt, inter quas affectio illa eſt, quæ recentioribus virgineus morbus; & febris alba, & amatoria febris, & alba ictericia nuncupatur. Virgineus quidem dicitur, quia virginibus peculiaris, ac frequentior; alba vero febris, uti Hippocrates alias febres rubras vocavit, alias præpallidas, alias lividas; non vero alba febris, quod ſic affectæ ſemper febricitent, ſed quia ſpecimen febrientium præ ſe ferunt; nimirum debilitatem, & pulſus celeritatem, & frequentiam, non ab caloris augmentum, ſed ob ventilationis defectũ; & pallorẽ contrahunt, nõ tamẽ propterea amatoria dicitur, ut quibuſdã viſum, quia hic color amantibus aptus, ſiquidem pallet omnis amans, ſed potius quia amantibus, aut amabilibus virginibus, ac pulchrioribus ſæpe accidit, ut mox patebit: alba tandẽ vocatur ictericia, nam quâ ratione atro vel flavo humore redundantibus flavus, vel niger fit, ita crudo & pituitoſo humore exuperante

Nomina.

Febris alba. 6. Epid.

Amatoria feb.

Alba ictericia.

albus nascitur icterus, qui nunc ad flavũ vergit colorem, nunc ad fuscum, prout jecur, aut lien compatitur, in quo crura præcipuè juxta talum ad noctẽ ædemate tumescunt, quia humoris frigidi, & interdum tenuis, qualis fluxilis pituita est, non exigua portio ad cutaneas partes permeat.

Definitio. Poterit autem definiri sic; est obstructio vasorum circa uterum, ob quam humores ad venas majores remeantes universum sanguinẽ vitiant, ac frigidiorem reddunt. Cùm n. virgines viro jam maturæ existunt, naturâ ducẽ sanguis menstruus ad matricis loca, ac venas, ab epate defluit, qui sanguis cum ob illarũ venarum angusta oscula, quæ nondũ patent, viscosis quoq;, & crudis humorib. obstructa, ob sanguinis grossitiẽ (à quâ solâ sæpe morbus junioribus contingit) erumpere non possit, per venæ cavæ majorisq; arteriæ propagines ad cor, epar, diaphragma, & præcordiorũ venas regurgitat, ac circũ viscera coacervatus obstructiones efficit, variaq; concitat symptomata dyspnœam, cordis palpitationem, epatis inflationem, cibi fastidiũ, cardialgiam, pro ut huic, aut illi parti vitium communicatur, sicuti jam sæpe ad satietatem dictum est: quia oportet semper ob oculos habere hanc harum affectionum communem causam, & rationem: quin etiam capiti bona pars vitij impartitur, ideo non raro ijs amentia accidit, & delirium, ut Hippocrat. scribit lib. *de virginum morbis*, quem perlustrare non pigeat. Ex dictis patet, affectum pertinere ad morbum in viâ, hoc est, obstructionem jecoris, lienis, ventriculi, uteri, meserei, aut alterius partis, quæ frigidam pariat intemperiem: nam frigidorum & crassorum humorum congeries nativum suffocat calorem, non aliter ac lignorum viridium acervus ignem: argumento sunt ferè omnia accidentia, quæ frigidâ naturâ attestantur.

Morbi species.

Quibus familiaris. Accidit potissimũ virginibus, quæ jam viro maturæ sunt, aut certè viduis, & maritatis sterilibus, maximeq; pulchrioribus, cujus rei causa est, quia quò temperatiores, eò elegantioris formæ sunt: temperatius autem, ac perfectius corpus temperati, ac probè elaborati alimenti plus requirit, siquidem alimentum alito simile esse debet, unde fit, ut laudabilius duntaxat trahant partes, residuum redundet, & obstruat. At dices, si hoc ita est, cur viri etiam temperati hunc affectũ nesciunt? quia habent sanguinẽ defecatiorem, nec tot supersunt in illis excremẽtitiæ partes, quippè quia natura nõ habent temperamentũ, quod plus trahat, quàm concoquat, sicuti fœmina. Dis-

Objectio.

Solutio.

fidet à ſuffocatione ex utero, quòd in hâc, uterus in ſitu vel figurâ vitiatâ oberrat: in virgineo morbo frequentius obſtructiones extra uterũ fiunt in vijs, nec ideo diſpnœa accidit, quod uterus ſeptum comprimat, ſed quod citius ac magis ſeptũ dilatari cogatur, & conetur, quod tamen nequit obſtructionis magnitudine impeditũ: differt à melancholiâ, quòd in ea humor craſſus per aduſtionem fit, in morbo virgineo per cruditatem: ab Epilepſia, quod in hac halitus ex utero aſcendunt ex putrido, vel inquinato ſemine, vel menſtruo: in virgineo morbo non halitus, ſed humor ipſe per corpus univerſum diffunditur: & ſi quando halitus eſt, is quidem nec magnus, nec venenatus, ſed frigidus, & craſſus. *Diſtinctio à reliquis morbis.*

Duplex in hoc affectu cauſa conſideratur, altera morbi, id eſt, obſtructionis: altera ſymptomatũ: morbi cauſa eſt ſanguinis multitudo, aut craſſities, plerumq; tamen craſſities, lentor, frigiditas, & viſciditas, quæ ortũ traxit, vel ex rerum extranearum eſu, ut terræ, teſtæ, carbonũ, gypſi, cerę, ſalis, & ſimilium: vel ex ſuppreſſis, & inproſperè purgatis menſtruis: cum n. uterus ob vaſorum auguſtiam nequit ſanguinis viſcoſi præſertim, copiã recipere neq; expurgare, neceſſariò ad partes utero proximas remeat, ibiq́ue remoratur, vel in venis, vel facta obſtructione in jecore, ventriculo, vel ſplene, in quo etiã ſæpe rugitus, & incluſa aqua ſentitur: quarũ partium calor à tanta ſanguinis copia quaſi extinctus ipſum neq; conficere neq; diſtribuere valet. Partes itaq; ſic obſtructę (ut accidentiũ etiã cauſa pateat) cętera mala inferunt, nam ex tumore, & dolore circa hypochondria, diaphragmatiſq́; compreſſione crebra fit reſpiratio, cum enim hepar à fœculento menſium ſanguine non expurgatur, & eo prȩcordiorum venę infarctę fuerint, hypochondriorũ viſcera intumeſcere, & diaphragma (ut in hydrope) coarctari neceſſum eſt: & ulterius quia cor & ventriculus ramorum communitate venę cavę, & magnę arterię connectuntur: his ſanguine craſſo & flatuoſo ſpiritu, ac vapore refertis, ut ventriculo, & Epati, ita etiã cordi vitium communicatur, quod extrudere contendit, & ne ſuffocetur frequenti arteriarũ motu eluctatur: quod Galenus cenſet, unde fit ut palmo contremiſcat, tandemq́ue frequenti motu defatigato corde, pulſus, & anhelitus intercipitur, & laborãs veluti deplorata jacet, ut idem ſcribit autor; quę etiam cauſa eſt arteriarum temporum pulſationis, earumque, quæ *Cauſæ.* *3. de diff. reſp. Palmus.* *4. de ſympt. cauſis & 4. acut.*

quæ dorsum perreptant: quia igitur vitiosus humor ad jecur retrocedit, ubi nonnunquam etiam incalescit, inde fit, ut universus sanguis vitietur, unde gravitas, pigritia, animi dejectio: & quia spiritus suffocatur, ac calor minuitur subalbidus color efflorescit: cibos insuper fastidiunt, quia ob inprosperam distributionem ventriculus magnâ redundat excrementorum copiâ unde etiam appetunt extranea, & adversa.

Pigritia.

Facile morbus dignoscitur, nam sic affectis faciei, genarũ, & labiorum color palleſcit, plumbeus, vel subalbidus efficitur, qui anteà roseus, rubeusque sæpe fuerat, prædictę partes, & oculorũ palpebræ quadãtenus tument, sicuti crura juxta malleolos, præsertim quia tunc nativus calor oppressus externo etiam destituitur, unde aqua colligitur circa lienem, & in hypochondrijs rugitus fit: pulsant temporũ ac dorsi arteriæ, sæpe cum capitis gravitate, & dolore occipitis, si uterus compatiatur, vel syncipitis, si reliquæ partes: cor contremiscit maximè, dum nimiũ moventur, saltant, aut acclivem locum ascendũt, tuncq; etiã difficilis accidit respiratio, ita ut confractæ, anhelosæ, atq; impotentes se projiciant: mœstæ, dejectæ, ac pigræ fiunt, ac cibos fastidiunt, præsertim carnes, lassitudine premuntur, & corporis gravitate ob facultatũ ab humorib. oppressionẽ, & defectum coloris ac spirituum: appetunt nonnunquã extranea: certissimum tamen signum desumitur ex menstruorum suppressione, vel diminutione, si virgo jam menstruationi sit matura: licet interdum ante id tempus ob depravatos, & crudos cibos affectum pati soleant. Ex maritatis steriles difficilius corripiuntur: virgines promptiùs liberãtur, si aut viro cohabitent, aut menses suboriãtur: difficulter etiã sanãtur lienis obstructiones, ob crassitiẽ alimenti attracti: ideò diligẽter curandę, ne in melancholicũ habitũ, nigrũ icterũ, aut deliriũ degenerent.

Rugitus.

Difficilis resp.

Prognostica.

Curandi multiplex est ratio, prout vasis uteri, & obstructioni, alterius partis obstructio adjungitur, ubique tamẽ indicatio duplex, altera quæ communia deobstruendi præsidia ostendit; altera, quæ membrum respicit. Si igitur uteri obstructio adsit, dignoscitur ex privatione signorum, quæ reliqua viscera obstructa demonstrant, ut infra patebit: curatur planè, ut menstruorũ suppressio. At si jecoris sit obstructio, dignoscitur ex colore flavo subalbido mixto: dolore sub mammillâ & in dextro hypochondrio humeros, claviculamque pertin-

Curatio si ex utero.

Si ex jecore sit curatio.

pertingente: ex bilioso vomitu, & difficili respiratione maximè si in sinistrum latus decumbat. Curatur 5. remediorum generibus. Primo victu parco ac tenuioris substantiæ, de quo c. *de suppressione* menstruorum.

Secundo evacuantibus, maximè sanguinis missione, & primò quidem ex brachiis, quamvis menstrua sint suppressa, si tamen per aliquot jam menses nihil fluxerunt: deindè ex pede, ne si sanguine redundante statim ab inferiori parte mittas evocata ad uterum & obstructas venas, plenitudine obstructio augeatur, cum exitum humores nesciant. Verum si affectus fuerit inveteratus quia corpus frigidius tunc est, laudatur magis purgatio, paulatina tamen, quippe conferta obstructioni non convenit, nec tamen expectanda perfecta coctio est, quia crassi humores eam non admittunt, quò tamen magis attenuatos humores cognoveris ex crassiore, & coloratiori urinâ, eò frequentius purgabis: initio igitur utendum hoc, aut simili lenitivo, ne si cruditates in primis venis extiterint, sanguine statim misso crudiores fiant, aut ad locum vacuum recurrant; ℞ *pulpæ cassiæ ʒ x. siropi ex 9. infus. ros. ʒ j ß decocti apertivi ʒ iiii. misce; aut mannæ electæ ʒ ij. in seri, vel prædictæ decoctionis ʒ iiij. vel in jure pulli; vel sirupi de cichoreo, cum rhab. ʒ ij. & pilularum de hiera ʒ i. in aliquo ex dictis liquoribus dissolvantur.*

Evacuatio.

Sang. missio.

Purgatio.

Coctionem perfectam crassi humores non admittunt.

Tertiò inscindentibus, aperientibus, & deobstruentibus quæ operationes variis julepiis, & apozematibus perficiuntur, ut ℞ *succi cich. clarificati ʒ x. aquæ hordei ʒ viij. succi granat. ʒ iij. mellis lib. j. aceti, ad gustum fiat sirupus aromatizatus, ʒ i. cinamomi dosis singulo mane ʒ ij. cum ʒ iij. aquæ fumariæ, graminis, aut radicum aperientium, aut cum decocto radicis filicis, & securidicæ;* prosunt etiam oximel simplex aut diureticum, sirupus acetosus, de duabus, aut v. radicibus. Byzantinus, à quibus iterum purgabitur, subindè ad apozemata redeundo, quorum hæc accipe exempla: ℞ *adianti, lapati, lentisci, rutæ an. m. ß, quinque radicum diureticarum, graminis, acori, gladioli an. ʒ ß. quatuor seminum frigid. majorum ʒ ij. seminis apij, fœniculi, petroselini singul. ʒ ij. camepitheos, valerianæ an. m. j. squinanthi parum, hordei mundi p. ij. radices, & semina per noctem in aceto macerentur, omnia simul postea coquantur in 5. q. aquæ ad lib. i. ß colaturæ adde mellis aut sacchari q. 5.* Est insuper mirificum aliud quod recipit *radicis rumicis, acori, asari, apij, cassiæ lignea, an. ʒ ß seminis viticis, dauci, lupinorum, cicerum an. ʒ ß; florum stæchadis, junci odorati, centaureæ an. p. i. foliorum absynthij, hissopi an. m. i. coquantur in 5. q. aquæ ad lib. i. adde*

Inscindentia, & deobstruentia jecur.

Apozema.

colaturæ mellis & sacchari singul.q.s.ut fiat apozema: quibus etiam addi possunt cortices radicis capp.tamarisci, folia adianthi,maratrum,cinamomum,spica; inter ea tamen illa sunt exhibenda quæ jecoris venas abstergunt, & leviusculè purgant,ut rhabarbari dilutum ad ʒ j.ß, vel tantundem medullæ seminis carthami in ʒ iiij. seri caprini,aut aquæ graminis,seu Eupatorij ʒ j.cum ϑ iiij.agarici in eisdem aquis,aut hæ pilulæ: ℞.*rhab.* ʒ *i. agarici* ϑ *ij.diagridij optimi g. iiij.cum succo eupatorij,vel alio convenienti liquore formentur pilulæ xv. accipiat v. alternis dieb.* quòd si calor in visceribus vigeat,salvatella tundenda erit,aut si interim,dum hæc fiunt,menses instillare cœperint,saphæna aperienda.

Leviter purgantia, & inscindentia

Roborantia jecur.

Quarto adhibenda ea, quæ jecur roborare nata sunt,ut ʒ i.trochiscorum de eupatorio,de rhab.vel de absynthio cum aliqua ex prædictis aquis,aut ʒ ij. diacurcumæ,dialaccæ, vel tabellarũ diar. alb.idq; per aliquot dies,vel opiata sic paratur: ℞.*conservæ radicis apij, florũ acori, & adianthi an.* ʒ ß.*specierũ diar.triasandali an.* ʒ *i.trochiscorum de eupatorio* ʒ *i cum sirupo de byzantijs,fiat opiata dosis* ʒ *iij.cum aqua radicis apij,vel graminis.* Sequens etiam conserva crebrâ experientiâ est comprobata: *conservæ capill.ven.cetarach, cich. betonicæ an.* ʒ *iij. corticum citri conditorum* ʒ ß,*pulveris radicis rubeæ major.corticum radicum capp. & tamarisci an.* ʒ *i.cum sirupo de cich. vel pro utero, de arthemisia fiat opiata; dosis quantitas nucis juglandis:* semper tamen per intervalla singulis ferè septimanis purgatio exercenda.

Unguenta deobstruentia.

Quintò externis inunctionibus,quæ tum jecoris tum uteri meatus valeant deobstruere, & reserare; ita jecur, & partes prope uterum sequenti linimento inungantur, ℞. *olei nardini amygdalarum amararum an.* ʒ *ij.succi apij* ʒ *j.coquantur ad consumptionem succi, & adde spicænardi,squinanthi,assari an.* ʒ *i.seminis apij, petrosel.cyperi, ros.an.* ϑ *ij.aceti parum,ceræ q.s.fiat linimentum;* vel ℞.*succi apij,petrosel.fœniculi,senecionum,cich.an* ʒ *i aceti* ʒ *ij.olei cappar,* ʒ *iiij.olei absynthij* ʒ *i.* ß *bulliant ad consumptionem succorum, & adde sandal. omnium,spicæ an.* ʒ ß, *ceræ q.s.fiat unguentum.* Aut paratur illud,quod vulgò dicitur deopilativum oleorum, & magistraliter sic componitur. ℞. *olei amygdal dulc.* ʒ *i.olei camomillæ,cappar.tamarisci,ros.an.* ʒ *i.*ß,*olei viol.anethini an.* ʒ *ij.*ß.*Irini,absynthini an.* ʒ *iij.ceræ q.s.fiat unguentum;* validius tamen, & efficacius adhuc est unguentum deopilativum succorum, quod sic conficitur: ℞. *unguentum præcedens, & adde succi apij, & absynthij liquidi an.* ʒ *iij.succi fœniculi,petroselini, menthæ an.* ʒ *ij.succi ireos* ʒ *i.vini albi optimi* ʒ *iiij.coquantur simul ad consumptionem succorum, & cum cera fiat unguentum.*

Unguentum deopilativũ oleorum.

Unguentum deopilativũ succorum.

cum

cui adde dialtheæ ℥ iij, axungiæ gallinæ, & anatis an. ℥ i. pulveris squinanthi, spicæ, singul. ℥ ij. ß. efficaciſſima ſunt hæc duo unguenta ad omnes viſcerum obſtructiones, ideo ſic parata reperiuntur in Hiſpaniæ officinis, rectè igitur fecerint Germaniæ ſeplaſiarij ſi etiam poſthac ea habuerint, cum in hiſce regionibus potiſſimum obſtructiones vigeant. Prodeſt præterea emplaſtrum *ex farina camomillæ, meliloti, abrotani vvæ an. ℥ j ſeminis apij, ameos, abſynthij an. ℥ ij, ſpicæ ℥ j. diſſolvantur in ſucco fœniculi, ac fiat emplaſtrum*, aut ex ijſdem herbis & oleis, cum modico aceto, fomentationes parentur.

Obſtructionum lienis curatio.

At ſi lien obſtructus ſit, quod frequentius accidere diximus, ob alimenti craſſitiem, præſertim ſi hæmorrhoides vel menſes ſuppreſſi fuerint, dignoſcitur id ex oblongo tumore ſiniſtri lateris, dolore ejuſdem partis ſiniſtrũ humerum pertingente, difficultate reſpirationis, colore ſubnigro, aut plumbeo, fœtido anhelitu, alvo adſtricta, vel ſubnigra dejectione; adhæc quia corpus emaciatur, fœmina triſtis redditur, meditabunda & faſtidioſa, ſudor adeſt nocturnus, ſæpe etiam rugitus, & fluctuatio in latere ſiniſtro, quæ omnia recenſet Hippoc. lib. *de affectibus uterinis*. Curatur iiſdem ferè remediis, quibus jecoris obſtructio. At in cibo utilis eſt uſus cappar. cum oleo, & aceto: vel ſic parentur: ℞. *cappar. aut baccarum geniſtæ lib. iij Paſſularum corinthiacarũ lib. j. reponantur in ſ. q. ſacchari diſſoluti in aqua borraginis vel naphæ, & adde aceti ℥ ij cinamomi ℥ ij. Purgativũ efficies, ſi in vaſe addas ℥ ß ſcammonij.*

Capparis condita.

Jn reliquis medicinis purgativis addenda erit confectio hamech, aut diacatholicon, vel diaſena, vel utendum elleborismo, quẽ jam deſcripſimus c. *de melancholia*; ſanguinis miſſio parcior ſit, & ex baſilica, vel ſalvatella ſiniſtri lateris, at menſtruationis tempore ex ſiniſtro pede; longè tamen utilius fœculentus ſanguis per hæmorrhoidas deponitur, per quas & evacuatur, & derivatur: Veteres ſecabant venas retro aures, & ſanguine inde fluente lienem inungebant, quod ut ſuperſtitioſum ſimul & periculoſum rejiciendum, utilius multò eſſe expertum eſt, corpore præpurgato, venis ad lienem nigricantibus hirudines applicare, aut cucurbitulas cum ſcarificatione, ac ex ijſdem debitam ſanguinis menſuram detrahere.

Superſtitio veterum.

Ad tertium remediorum genus quod attinet, humor etiam leviorib⁹ attenuandus, quia validiora reſiccant humorem melancholicũ. & aridiorem reddunt affectum, utendum igitur præter cætera melicrato ſic concinato; ℞. *corticum rad. cappar. ℥ iiij. polypodij ℥ ij. paſſularum*

Attenuantia. Melicratum.

larum sine acinis ʒ j. prunorum numero x. fiat decoctum ad lib. ii. factâ colaturâ adde mellis ʒ iiij. Aut ℞ *corticum rad. cappar. tamariſci an. ʒ j. corticis ſalicis ʒ ß, ſeminum frigid. major. ſeminis agni caſti an ʒ ß, foliorum adianthi m. j. prunorum numero xij. paſſularum ſine acinis ʒ. j. fiat decoctio in 5. q. aquæ ad lib. j. adde ſirupi acetoſi, borrag. de põis, vel de ſcolopendria ʒ iiij miſc.* Hic notandum ſemper in medicamentis pro liene addenda eſſe folia ſcolopendriæ, & cortices cappar. in ijs vero quæ pro jecore conficiuntur abſynthium, & eupatorium; Nam, ut Gradius inquit, quale eſt abſynthium jecori, tale eſt lieni cortex cappar. & quale eſt jecori eupatorium, tale eſt ſpleni ſcolopendria. Porro ſupradictis addi etiam poſſunt, quæ magis aperiant, & diſcutiant, qualia ſunt ebulus, brionia, cortex hederæ; aut ℞ *ſirupi bizantini, de ſcolopendria, de Epithymo, ſingulorum ʒ ij. aquæ graminis, lupulorum, fumariæ vel gallitrici an. ʒ iii. miſce pro tribus doſibus*; Purgationes ſæpius iterandæ, quibus adde Semiunciam Epithymi, aut foliorum ſenæ, vel ϑ iiii. pulv. hieræ; exhibentur etiam ſtibij præparati g iiij cum ʒ j. conſervæ florum borraginis; in univerſum tamen ijſdem purgantibus medicamentis utendum, quæ c. *de melancholia*, dicta ſunt, inter quæ expertus laudo apozema deſcriptum in 3. remed. genere.

Localia. Quod ſi in ſcyrrhum degeneret affectio, quod extenſa partis duritie deprehendes, aut ſi cachexiæ, hydropiſvè præludia appareant, quod ex pedum crurumque tumore cognoſces, validiora inſcindentia, ac emollientia ex ijs, quæ dicta ſunt, ſeliges; & inſuper hunc fotũ

Fotus. parabis: ℞ *radicum cucumeris agreſtis, altheæ, liliorum an. ʒ j. corticum radicum cappar. tamariſci an. ʒ ß, foliorum malvæ, bis malvæ, ſcolopendriæ, abſynthij an. m. j. ſeminis fœniculi, lini, fœnugræci an. ʒ. ß, florum camomillæ, meliloti, geniſtæ an. p. j. fiat concoctio in æquis portionibus aquæ, & vini albi ad tertias, cui adde aceti acerrimi parum*, quo pars foveatur ſingulis diebus,

Cataplaſma & ſuperponatur ſequens cataplaſma: ℞ *farinæ ſeminis lini, fœnugræci an. ʒ j ß, farinæ lupinorum ʒ j. pulveris radicis Ireos aut brioniæ, tamariſci an. ʒ ij adipis vituli, axungiæ cuniculi an. ʒ i. olei cappar. q. ſ. cum modico ſuperioris decocti, fiat cataplaſma*; topica in hunc uſum plura reperies apud Practicarum ſcriptores, c. *de ſcirhyro lienis*, inter reliqua tamen ſi affectio in

Vnguentum ſcyrrhũ degeneret, ſequentia inprimis laudãtur: ℞ *olei cappar. ʒ ii. medullæ vituli, pinguedinis anatis, ammoniaci in aceto diſſoluti an. ʒ ij. aceti ʒ i. ceræ q. ſ. fiat unguentum*; aut ℞ *ſucci ſummitatum ſampſuci, olei cappar. diltheæ an. partes æquales, ceræ parum, fiat linimentum*; aut conficiatur tale

Emplaſtrũ. emplaſtrum: ℞ *radicis lilij, malvæ, brancæ urſinæ, ſcillæ an. ʒ i. coquantur in vino*

vino albo contundantur, & adde olei rutacei, cap. sing. ℥ ij. dialtheæ ℥ i. ß misce, quibus addere licet muscilaginis altheæ ℥ 1. pulveris scolopendriæ ℥ ij. acetum squilliticum, succum bracssiæ, oleum amygdal. amar. liliorum, de cucumere asinino, ficus pingues, æsypum, emplastrum de meliloto, de muscilaginibus, diachylum armoniacum cum muscilaginibus altheæ, lini, & fœnugræci, quæ omnia præcedat semper fomentatio ex superiori decocto; etiam utilis est vapor ex aceto acerrimo, & fusus super candentem lapidem molarem, seu pyritem, aut super laterem, & per infundibulum acceptus; aut linteum madidum in aceto, in quo sæpius chalybs fuerit extinctus, lieni calidum apponatur. *Aceti vapor.*

Si tamen cum his, flatus, rugitus, & aquæ fluctuationes in sinistro latere persentiantur, quod sæpe accidere compertum habeo, quia perfrigidam & humidam intemperiem, humores frigidi, tenuiores, & aquosiores redditi, facile in frigida parte colliguntur, & cum flatibus commixti rugitum efficiunt, ac fluctuationem; malum frequens post plenilunia, frigidiori cœlo, post usum aquæ, & frigidorum alimentorum, ac indebitum vitæ institutum; mox tamen renovatâ lunâ, calidiori aeris constitutione, ac debito vitæ moderamine nonnihil subsidet. Curatur frequenti clysteriorum usu, ex decocto capitis vervecis, cum jam dictis herbis ac seminibus, cujus decocti ℞ ℥ x *olei irini, & rutacei singul. ℥ ij. salis ℥ i ß*; laudantur deinde inunctiones, quæ inscindant, resolvant, & parum roborent: ut ℞ *theriacæ optimæ ℥ j. dissolvatur in ℥ iij olei rutacei & anethini, ac cum cera fiat linimentum.* *Rugitus sinistri hypochondrij.* *Curatio rugitus.*

Necessum tamen est ante omnia purgationem instituere ex ℈ iiij hieræ simpl. aut diacolochyntidis; aut ex ℥ i sequentium pilul. ℞. *aloës, rhab. agarici trochiscati an. ℥ ß, scolopendriæ, seminis agni casti, endiviæ an. ℈ ß cinnamomi, assari, spicæ an. ℥ ß rasuræ cornu cervi, rasuræ eboris, coralli an. q. viij cum aceto squillitico formentur pilulæ viiij ex singulis ℥.* *Purgatio.*

aut fiat vinũ purgativum, nonnihil diversum ab illo, quod alibi descripsimus: ℞ *turpeti, radicis mechoacanæ, agarici, rhab. singulorum ℥ i foliorum scolopendriæ m. ß, cinnamomi, assari, spicæ an. ℥ ß, includantur in sacculo, qui pendeat per horas xxiij in lib. ij vini albi tenuis, in loco calido, de quo singulis diebus mane capiat ℥ v.* facta majori aut minori expressione, prout magis minusvè fluidam alvum habuerit patiens. *Vinum purgans.*

Tandem aqua exsiccanda, quod fiet si mane, & vesperi capiat ℥ ij sequentis mixturæ: ℞ *piperis, cumini, rutæ an. ℥ ij ß, nitri ℥ ij, melle optimo excipiantur*: vel *Aquæ exsiccatio.*

℞ *nigellæ Rõanæ seminis anisi, apij, petroselini, cumini an.* ℥ *ii, farinæ optimæ lib. i. misce* arte pistoria, fiant panes, possunt etiam species in vino dari, aut cum pane ordinario commisceri, qui utilior fuerit, cum aqua decoctionis fraxini pistus; sacculi quoque resiccantes, ac resolventes lienis regioni applicentur ut: ℞ *seminis milii parũ conquassati p. ii. salis p.* ß. *torrefiant in tegula, fiant duo sacculi cum bastituris, longitudinis medii palmi, qui suffumigati cum vapore aceti acerrimi, in quo lapis molaris ignitus, aut chalybs extinctus sit, alternis vicibus applicentur;* alter sic fit; ℞ *cumini p. ii. seminis agni casti, rutæ an.* ℥ *i. ut supra, confringantur, exsiccentur, ac duobus sacculis includantur.* Vehementer insuper laudatur linimentum ex adipe strutiocameli, & reliqua quæ hydrope affectis utilia sunt.

Sacculi pro liene & ventre.

Meserei obstructiones.

At si venæ meseraicæ infartæ fuerint, differt affectus à Melancholia, dicta hypochondriaca, quod in hac sanguis ibi contentus efferveſcit, & exuritur ex cujus halitibus caput & cor tentantur; in morbo virgineo, licet sanguis in eodem loco sit impactus, refrigeratur tamen, ac recrudescit, unde subalbidus ille color; dignosces id ex pituitæ vomitu, nausea, cibi fastidio, depravato appetitu, præcordiorum compressione præsertim à cibo, animi dejectione, alba urina, & copiosa (quæ melancholicis potius pauca, & ex viridi crocea) falsa siti, tumore oculorum, ac totius vultus, & quia minus intensè, sed diutius caput pulsat, & dolet.

Diff. inter meserei obstruct. & melancholiam hypochond.

Curatio.

Curatur sanguinis missione, non quidem ex brachio, sed ex pede, vel potius ex hæmorrhoidibus, hæ namque venæ cum meseraicis mirificè consentiunt, & earum sunt veluti propagines; conveniens est etiam vomitus semel, aut bis in hebdomada, non tamen instantibus menstruis; purgatio per vices medicamentis superius relatis exercenda, quibus tamen non cassia, nec senæ folia admisceantur, quia nimis flatulenta; subide redeundum ad julapia, & apozemata attenuantia inscindentia, & abstergentia, ac denique ad ea, quæ menses movere nosti, ventriculum verò, ac meserei totam regionem inunges, prædictis jam linimentis, addito pulvere Diarrod. aut aliquo ex illis, quæ c. *de ventriculi accidentibus ex utero,* mox reperies.

Vomitus.

Purgatio.

Obstructionibus cunctis communia auxilia.

Porrò sunt præter jam dicta auxilia, quædam cunctis obstructionibus communia, nimirum pilulæ aperientes, de quib. c. *de menstr. suppress.* exercitium, lapis bezoarticus, radix scorsioneræ, & usus chalybis

lybis præparati; circa quæ notandum, pilulas & solida medicamenta; ventriculo magis convenire, potiones & liquida pharmaca, jecoris, lienis, & uteri obstructionibus. Exercitium excitat viscerum calorem, unde feliciores fiunt concoctiones, & pauciores redundant cruditates, deinde etiam si ad initium sudoris deveniat, humores distribuit; tertiò aperientibus medicamentis viam parat, ideò parum exerceri ante eorum assumptionem utile est; convenit autem summo mane, præcedente alvi dejectione, in loco acclivi & laborioso; terminus erit sudoris initium, à quo deinde quiescendum. *Exercitium.*

Lapis Bezoarticus delicatioribus fœminis exhibetur, & iis præsertim, quæ melancholicæ sunt, quibusve semẽ corruptum est, vel cordis saltu afficiuntur; Præfertur orientalis, levis, pellucidus, laminosus, coloris ex viridi nigri, insipidus, cujus pulverem si calce & aquæ misceas, colorem refert ex pallido viridem, quique super accensos carbones injectus, in auram penitus evanescit; assumuntur singulo mane quinque sexvè grana ejus, in subtilissimum pulverem redacta, & aquâ aperienti vel convenienti aliâ dissoluta, vel admiscetur conservæ adianti, seu borraginis, & superbibitur parum aquæ ejusdem herbæ; aut tabellæ sic concinnantur pro nobilioribus ℞ *seminis agni casti, rubeæ, cinamomi an.* ℈ *ii. lapidis Bezoartici* ʒ ß, *cum saccharo dissoluto in aqua melissæ, vel naphæ, fiant tabellæ, singulæ ponderantes* ʒ *i*, idem etiam lapis utiliter adhibetur alicui ex electuariis, quę paulò infra ex chalybe conficere docebimus, aut reliquis rotulis cordialibus & aperientibus. *Lapis Bezoarticus.* *Tabellæ ex lapide Bezoartico.*

Radix scorsoneræ abrasa in vino per noctem maceratur, cujus vini mane accipiantur ʒ iij vel quatuor, aut eadem radix aliquâ ex prædictis aquis elixetur, deinde saccharo condita devoretur, & superbibatur de eadem aqua, idem etiam saccharum sive sirupus, in quo radix fuit incocta, addito cinnamomo exhibeatur. *Radix scorsonera.*

Cæterum in demolliendis obstructionibus primum obtinet locum usus chalybis, qui ut ex eo varia possint confici medicamenta sic prius paratur, ut docet Manlius: ℞ *chalybis tenuissime limati lib. i. toties aquâ fontanâ lavetur, quoad aqua limpidissima appareat, tum in olla vitriata ponatur superaffusa ea quantitate aceti acerrimi, qua satis imbibatur, sic maneat per dies xxx. agitando septimo quoque die, & affundendo plus aceti, si opus sit, postea in vase amplo pulvis extendatur, ac in umbrâ* *Chalybs.* *In Scolio triphæræ majoris. Præparandi chalybis primus modus.*

umbrâ exsiccari sinatur, subinde in mortario metallico trituretur diligenter, ac per cribrum adstrictum, tenuissimus pulvis extrahatur, & adhuc in marmore pictoris exactissimè trituretur, quoad visum effugiat, & intra digitos fere non sentiatur, tandem in vase vitreo servetur, vel cum gummi tragachanti, fiant trochisci, quod melius est. Secundo modo concinnatur chalybs, si ejus limatura sæpius igniatur, & subinde aquâ aut liquore affectioni cõveniente, novies extinguatur, aut quoad vim chalybis susceperit liquor, quo deinde utendum. Tertio limatura, post macerationem in aceto, igne comburitur super laminam ferream, ut partes superfluas amittat, manentibus utilioribus ac purioribus; habet enim chalybs duplex in se sulphur ac mercurium, unum coctum, ac in ferri naturam jam conversum, quod expetimus, quia purgativum est; alterum crudum ac superfluum, quod inutile ac pernicioſum censetur, & his præparationibus amittitur, quæ potissimum fieri debent ex limatura acuum aut armorum, vel alterius chalybis, qui ignem sæpius jam fuerit expertus; & hoc 3. modo etiam cum gummi tragachanti trochisci fieri possunt, aut aliter servetur.

Secundus

Tertius.

Duplex sulphur ac mercurius in chalybe.

Corporis præp. ante chalybis usum.

Prima Viarum.

Secunda impedimentũ removendo

Tertia humorum.

Jam vero ante chalybis usum corpus tripliciter præparandum, primò exercitio, aut (si exerceri patiens ob debilitatem nequeat) potu aquæ calidioris, postea lenta deambulatione domi, & non sub dio si tanta debilitas sit, sumpto per intervalla calidissimæ aquæ haustu, ut viæ laxiores reddantur ac facilius medicamentum permeet. Secunda præparandi ratio fiet per lenitivam purgatiunculam ex manna, aut vomitorium, ne ad vias obstructas humores deferantur, id quod potissimum convenit in scyrrhosis affectionibus. Tertiò præparantur humores qui obstructiones pariunt, extenuantibus, quod fit hac chalybis levi potiunculâ, ℞ *limaturæ chalybis ℥ iiij in ferreo instrumento ignicandescere sinito: deinde affunde aquæ lupulorum, graminis, rubeæ, aut borraginis vel fontanæ lib. 2. coletur, & iterum eadem limatura igniatur, ac in eadem aqua extinguatur, idq; septies fiat: rursus sume totidem ℥ novi chalybis donec hac ratione libr. 1. consumatur, tunc facta colaturâ, adde sirupi violarum, borraginis, aut de quinque radicib. vel mellis rosati ℥ iiij, fiat potio, cujus patiens singulo mane, facto prius exercitio, capiat ℥ iiij,* quo finito eandem potionem repetes sed efficaciorem, facta pluries chalybis extinctione; vel fiat sequens sirupus (qui in officinis promptus esse debet pro hujuscemodi affectibus) ℞ *scoriæ ferri vel* (quod magis

Sirupus de chalybe simplex.

magis semper laudo) *chalybis præparati lib. 1. passularum sine granis lib. 2. infundantur per triduum in libr. 6. aquæ fontanæ, vel alterius morbo convenientis, deinde bulliant ad tertias, & adde, origani, ameos, juniperi limati an. p. 1. iterum parum bulliant, & ex colaturâ, cum sacchari sufficienti portione, fiat sirupus debitæ consistentiæ, cui adde in ultima ebullitione croci in ligatura* ℥ ij. & hic ritè vocabitur sirupus de chalybe simplex; compositus verò fiet, si in ultima ebullitione loco croci, addas dialaccæ, rhab. agarici trochiscati in ligatura, aut in substantia, prout purgare libuerit an. ℥ ij. aut loco rhabarb. pseudorhabarb. quod aliter dicitur Rhabarbarum Monachorum: validius etiam deobstruet si in prima decoctione addas radicis rubeæ ℥ ij. aut alias herbas vel radices partem obstructam respicientes, aliter sirupus sic concinnatur. ℞ *aquæ borraginis lib. 6. fol. capill. Veneris, asspleni an. m. j. passularum sine granis p. ij. radicis petroselini, fœniculi, eringij, graminis an. m. ß. seminis anisi p. ij. coquantur ad medias, coletur; & tunc* ℞ *chalybis præparati libr. 1. ligniatur, & sæpius extinguatur in prædicta colatura, & adde sirupi borraginis, byzantini, capill. Ven. singulorum* ℥ *v. theriacæ antiquæ, mitridatij an. ℥ iij. sacchari q. 5. iterum ferveat ac fiat julapium, dosis* ℥ *iiij.* per plures ex ordine dies quovis tempore, quia est medicamentum securissimum.

Syrupus de chalybe compositus.

Eadem ratione electuaria sive confectiones ex chalybe parari possunt, & primò si meseraicæ obstructæ sint, sic: ℞ *specierum diarrod. diacurcumæ, agarici trochiscati an. ℥ i. medullæ carthami ℥ ij. corticis radicis rumicis, rubeæ, seminis dauci an. ℥ i. ß cariophyllorum ℥ i. chalybis minutissimè vino præparati ℥ ij. mellis despumati q. 5. fiat electuarium, dosis a ℥ ij ad iiij* si laborans eo assumpto vomuerit, detrahe carthamum, ac agaricũ, & fœmina parum vini odorati superbibat, ut os abluat, & nauseam compescat; pro jecore verò obstructo agaricum detrahe ac carthamum, & eorum loco substitue ℥ ii ß. rhab. vel sic confice: ℞ *limaturæ chalybis vino præparati ℥ ij. pulveris spicæ, absynthij pontici, diarrod. abb. an. ℥ i. rhab. ℥ iij, cum melle, fiat confectio* aut ℞ *limaturæ chalybis præparati lib. ß vini albi ℥ viij. in vase vitreo lento igni apponantur, agitando diligenter chalybem cum vino, donec spumosum quid sursum feratur, tunc pinguem hanc partem simul cum vino in aliud vas transfunde, & id quater fiat denuò vini parẽ copiã affundendo, in eandem limaturam, eodemq; modo fervere sinito, & separa: Vinum itaq; cum hac quadruplici spuma rursus igni appone, donec leviter fervens mellis spissitudinem acquirat, tunc usui serva, & ex eo sic confice electuarium:* ℞ *seminis petroselini, dauci, specierum diacurcumæ, ac diarrod. an. ℥ i. cinnamomi ℈ i. chalybis dicto modo parati ℥ vi. cum melle despumato,*

Confectiones ex chalybe. Pro meserco

Pro jecore.

Pro liene.

mato, fiat electuarium, dosis a ʒ iii. *ad vi.* summo mane ut supra, utile etiam est puellis, quæ utuntur esu rerum extranearum. At si lien obstructus sit sic conficiatur ℞ *limaturæ chalybis aceto præparati lib. i. aceto acerrimo adhuc abluatur, & inspergito super pannum, & adde pulveris cariophyllorum* ʒ ß. *transacto die & nocte, vase vitreo excipiantur cum* ʒ *x. vini albi, & uncia media pulveris scolopendriæ, valide phialam concussam soli exponito ferventi, aut in æstuario per decem dies manere sinito, singulis diebus agitando, & concutiendo, donec limatura cum vino liquetur, nec quicquam resideat, cujus porriges* ʒ *ij. vel ij* ß. at si nimis crassum sit, diluatur ʒ una vel altera aquæ borraginis, vel vini dulcis. Aut ℞ *dialaccæ* ʒ *vj. chalybis præp.* ʒ *viij, mellis despumati q. s. misce,* dosis ut suprà. Quod si magis purgare velis. ℞ *diaphœnici* ʒ *ij chalybis* ʒ *iiij.* pro dosi; Alij chalybem conficiunt potabilem, multò tamen securior est aqua, quæ excurrit ex lapide, in quo enses acuuntur, si centies in ea chalybis limaturam extinxeris, est enim utilissima, & magnos lienes mirificè curat, vulgò communiter adhibentur singulo mane chalybis præparati ʒ ij. aut iij. cum uncia conservæ ros. satius tamen fuerit incipere à ʒ i. addita si purgare volueris ʒ ß. rhabarb. sic pleræque fœminæ, quæ infelicius purgantur, aut uteri obstructiones patiuntur, citra medici consilium, hoc remedio ut sibi familiari, communiter utuntur, quod per plures continuatos dies assumunt. Tandem pro obstructionibus vel scyrrho uteri, ℞ *limaturæ chalybis, prius vino, deinde aquâ vitæ præparati* ʒ *ij. theriacæ antiquæ, mithridatij, antidoti hæmogogi an.* ʒ *ij. pulveris agni casti, diarrod. abb. an.* ʒ *i. cum melle despumato, fiat confectio. dosis a.* ʒ *ij. ad* ʒ *iiij.* aut ℞ *limaturæ chalybis præparati* ʒ ß. *radicis rubeæ majoris fol. ceterach. an.* ʒ. *i. cinnamomi, macis an.* ʒ ß. *menthæ, scolopendriæ an.* ℈ *i. corticis citri sicci, utriusq; coralli an.* ʒ ß. *sacchari albissimi lib.* ß. *fiat pulvis subtilissimus: dosis a.* ʒ ß *ad* ʒ i. aut cum saccharo dissoluto in aqua arthemisiæ fiant rotulæ singulæ ponderantes ʒ ij pro dosi.

Chalybis potabilis.

Pro utero.

I. Admonitiones.

Porrò sunt in usu chalybis pauca quædam observanda: Primò ut sumatur servato exercitio, & præcedente purgatione. Secundò ut ejus usus sit in vere, aut autumno; quippe hæc tempora, temperatioria cum sint, remediis plus favent, ac insuper in æstate timor est, ne febris accendatur, & ob remedium ipsum, & ob validum exercitium, quod requirit; in hyeme meatus tam interni, quam externi obstructi sunt, unde impeditur medicamenti operatio, quæ est, penetrare, reserare expurgare, & abstergere, ac subinde febris excitari posset, dolor capitis, ventris torsiones, ac reliqua chalybis incommoda, quæ Avi-

2.

cenna

Cenna recenſet. Tertiò advertendum, ut quo tempore ſumitur chalybs, victus ſit exquiſitus. Quartò ut ſi alvus ſoluta fuerit ex imbecillitate, vel ſcyrrho alicujus viſceris, loco purgantiũ medicamẽtorũ corroborantia miſceantur, ut diarrhod. dialacca, & ſimilia, quæ partẽ affectã reſpiciant. Quintò ut in lienis obſtructionib. præparetur cũ aceto: in frigidis uteri affectibus, aut jecoris vel ventriculi debilitatib. in vino, in calida vero jecoris conſtitutione in aqua roſar. vel ſero caprino, & ſi adeſt acuties ſenſus ventriculi in lacte, aut oleo amygdalarum dulcium. Sexta ſi obſtructiones fuerint in vijs ductuũ, leviſſima chalybis trituratio, & præparatio ſatis erit, ſin autem in penitioribus venis, & abditis corporis partibus, chalybem minutiſſimè, & aceto acerrimo præparare oportet, & aliis medicamentis, quæ vim habeant expurgandi, attrahẽdi, & penetrandi, admiſcere, ita tamen, ne nimis minuta trituratione (quod aliquandò fit) in argentum vivum degeneret, quod cognoſcitur, quia quando ut decet, eſt præparatus, levis redditur, aliter ponderoſus, fœminæ vomunt, ac alvũ nimis turbatã habent. Septimò ut primæ extinctiones ſemper rejiciantur, aut ſaltem eligatur chalybs, qui ignis vires ſæpius fuerit expertus, ut acuum, ac armorum fruſta. Demum fœmina chalybem acceptura mane in agrum migret, ac paululum ſeſe exerceat, tunc calibis quantitatẽ jam dictam ſumat, ac deſuper bibat tantillum vini, aut aquæ calidæ, & indeſinenter deambulet in locis acclivibus, tametſi defatigetur, nam valido exercitio partes calent, pori aperiuntur, & medicamentum expeditius diſtribuitur: finito exercitio in lecto ſeſe componat, ac ſi ſponte ſudor erumpat, ſervet, ſin minus non provocetur, utcunque tamen per duas, aut tres horas in lecto maneat, ac dormire licet, poſtea cibum capiat moderatum, ex cocta carne potius quam aſſa, & in cœna aliquid de pullo cocto, aut recentibus ovis, auſpicetur cœnam â capparibus, vel aſparagis coctis, aceto deinde reſperſo ac oleo; interdiu capiat fruſtum radicis ſcorſoneræ conditæ, aut borraginis, aut flores aurantiorum: Terminus quibus chalybs aſſumitur, ad 12. dies extenditur. 15. 20. 30. 40. pro indigentia; completæ ejus operationis indicium erit agilitas ad motum, & quod non ita defatigatur fœmina, nec præterita ſentit ſymptomata; color labiorum, ac totius vultus vividus, qui antea ſubalbidus fuerat; potiſſimum tamen ſignum eſt mẽſtruorũ eruptio, ſi antea ſuppreſſa erant, & quod in hypochondriis ac

A. 64. tract. 1. cap. 8.
3.
4.
5.
6.
Chalybis nimis minutâ trituratione in argentum vivum degenerat.
Victus.
Cibus.
Terminus dierum.
Signa completa operationis.

ventre, nulla ad tactum sentitur obstructio, nullus dolor quippe his sic apparentibus remedium profuisse certum est. Non solum autem curationis tempore, verum etiam postea per aliquot dies debitum servet vivendi modum, quod si (quia fœmina delicata est, aut jecur habet calidius) calor vel febris curationis tempore supervenerit, tunc quia exercitium hæc symptomata excitare solet, moderatum sit, & aut sellâ, aut manu ducatur, vel certè frictionibus suppleatur.

Scholium.

Ferrum notissimum est metallum, constans argento vivo modico, ponderoso, immundo, lutulento, & sulphure, spisso, impuro, adurente igne, excoquitur, quo in opere tria ex eo prodeunt, chalybs quod græcis etiam stomomma dicitur, ac ferrum idem est sæpius liquefactum, & purgatius redditum; squama quæ malleorum ictibus è ferro excutitur, aut ex chalybe, & scoria ferri, quæ & ferri spuma, aut ferri stercus, seu excrementum nuncupatur, & reperitur in fabrorum ferrariorm fornacibus, tanquam spongia quædam, quæ nequaquam in ferrum postea verti potest; præter quæ etiam rubigo ferri sive ferrugo reperitur; quæ omnia impensè exsiccant, qua potissimum facultate, fluxiones sistunt, magnos curant lienes, ac omnem demoliuntur oppilationem; crassa insuper, & terrestris substantia in ferro multa, qua adstringit; ratione vero sulphuris & mercurij, purgandi ac liberandi, ab infarctu vires obtinet, non quidem trahendo, nec solo pondere, sed liquando, fundendo, attenuando, quod viscidum, & crassum est, ac fortasse etiam commovendo, & irritando quemadmodum stibium, & Mercurius ipse. Nec nos latet stomomma proprie aciem dici, non quidem æris ut Cels. & Plin. sentire videntur, sed ferri aciem seu laminam ut declarat Aëtius lib. 8. cap. 11.

Cels. lib. 6. cap. 6. P. lib. 34. cap. 11.

Porro hujus remedij autor fuisse dicitur Christophorus de Honestis in tract. de trochiscis, tametsi ante illum in scyrrho lienis, ferri usum, potissimum chalybis commendat Aëtius; & Avicenna ferrum habere vim exsiccandi, solvendi, ac coitum roborandi affirmat, ac plerique medicorum merito ei plures adhuc assignant virtutes, nam & in scyrrho uteri, & in obstructionib. omenti, mesenterij, jecoris, lienis, ac venarum ipsius uteri mirificè confert; sed & ex aceto illitum autore Dioscoride, igni sacro, & papularum eruptionibus prodest; ac insuper ad scabrities genarum, reduvias, quas panaritios vocant, pterigia, & condylomata valet, gingivas firmat, curat alopecias, & fœminarum profluvia, ac hæmorrhoidas, demum ut ipse Christophorus refert, mane sumpta ʒ i. pulveris chalybis præparati, cum conserva rosar. ventriculi villos seu fibras confortat, appetitum excitat, humiditatem ventriculi absumit, unde

Chalybis virtutes. Quatern. 3. s. 2. cap. 11. Av. 2. can. cap. 252.

felicior

felicior fit concoctio, cachexiæ medetur, ac incipientem sanat hydropem, & omnes corporis, ac humorum corruptiones, præsertim partium interiorũ emendat, atque rectificat; quæ omnia vera esse crebris confirmatur eventibus, ideoque plura ex eo conficiuntur medicamenta, sirupi, electuaria, trochisci, aqua chalybeata, conserva de scoria ferri, & crocus Martis de quo Weckerus; quæ ad immodicum, & intempestivum menstruorum fluorẽ valent, mensium stillicidium, dysenteriam, & omne aliud fluxionum genus sanant; Potissimum autem chalycis usus in obstructionibus, contumacibus fluxionibus, & internarum partium corruptionibus, utiliter usurpatur. Verumenimverò quibus id viribus præstet, controversum apud medicos est: neque enim constat frigidumnè an calidum sit, cum utriusque qualitatis notæ in eo luceant, sicuti in argento vivo; nam reserare, attenuare, & expurgare proditum jam est. At Galenus 10. simpl. & millies alibi fluxus potissimum dysentericos lacte curat, in quo fuerint extincti ferrei cylindri igniti, qui aquositatem lactis consumant, & adstringentem vim communicent, quibus subscribunt Paulus, & Trallianus. Sunt qui respondent (supposito uti diximus) quod ferrum, sicuti reliqua metalla, ex duobus conflatur principiis, sulphure sicuti patre, ut chymicorum more loquar, & mercurio sicuti matre; ratione sulphuris calefacere, exsiccare, absumere, aperire, confortare, appetitum excitare, & interiores corruptiones sanare; ratione verò mercurij frigidum esse, & ea qualitate simul cum terrestri sua nativâ substantia, infrigidare, densare, ac retinere quoslibet fluxus. Alij, quod supra innuimus, duo metallorum principia sulphur & Mercurium, duplicia chalybi inesse adstruunt; alia cruda, & excrementitia, quæ natura ut supervacanea ad superficiem trudit; alia cocta, & utilia, quæ in substantia, & penitioribus ejus partibus reperiuntur; inde fieri, ut primæ extinctiones semper omitti debeant; etiam illis qui contra quaslibet fluxiones chalybem præparant; sed neque pro his exactissimam triturationem utilem, quia excitatur vis purgativa proritans, & conturbans sulphuris ac Mercurij, quæ in penitissimis partibus delitescit, crasso itaque modo triturandum, ita enim & sulphuris vires elici, quæ in superficie sunt fluxionibus accommodæ, exactius, ac minutius pro delendis obstructionibus, quia utramque vim expetimus, & eam quæ in superficie est, & alteram, quæ in partibus medijs, dummodo cocta sit, & minime recrementitia nec in aliam naturam degeneret, & dissolvatur metallum, quia hæc ut superius diximus fundit, liquat, & attenuat; Nec desunt qui Mercurium, & sulphur coctum in superficie inesse credant, ideò contra obstructiones, primas eligunt extinctiones; contra fluxiones, ultimas, atque pro his chalybem jam tritum, ut armorum, aut acuum particulas, pro illis novum semper chalybem usurpant. Sane verò si rem accuratius expendas chalybis triturati medicamentis ac trochiscis obstructiones magis curari reperies: aqua ex integri chalybis extinctione fluxus; interea tamen conserva de

Dubium Chalybs frigidus ne an calidus. C. de sero lactis.

1. Solutio.

2. Solutio.

Autoris decisio.

scoria ferri, electuarijs ac trochiscis utrumque affectum plerumque sanari; quocirca meâ quidem sententiâ idem chalybs, & ex eo confectum medicamentum, siccitate & substantiæ crassitie, fluxus sanat, & corruptiones emendat, sub varia forma: Et eadem qualitate, sulphuris & Mercurij viribus admixtis, ac ponderositate quadam penetrans, obstructiones demolitur. Adminiculatur huic meæ sententiæ Aëtius cit. ubi de ferri, & stomommatis squamâ inquit, præclare splenem liquefacit, utpote quæ consumendi facultatem præstat, & Galenus cit. ferrum, inquit, adstringentis facultatis etiam est particeps. Quod si crudus Mercurius alicui parti inest certe interiori, indiciũ est quod vomunt, & alvus turbatur, non iis, qui extinctiones, sed iis qui chalybem in substantia assumunt, etsi diligenter trituratum, quod provenit ex turbatis ab ipso humoribus, qui obstructiones efficiebant. Sub varia dixi forma, quia credibile non est, idem medicamentum pro nostra libidine modò adstringere modò purgare, & liquare, etiamsi utramque vim obtineat, nos non possumus medicamentis imperare, ita ut una ejus virtus quam expetimus operetur altera ociante, nisi præparationis modo ac forma, unam magis quam alteram suscitemus, sic Rha barbarum leviter ustulatum adstringit, ejus dilutum purgat, & ejusdem rha barbari tenuiores ac superficiariæ partes bilem educunt, ipsa substantia fluxiones sanguinis cohibet, nec aliter chalybis interiora aperiunt, & deobstruunt, exteriora siccant magis, & dysentericos fluxus sanant, ac rursus ejus superficariæ extinctiones dysenteriam sedant, interior substantia præsertim in forma solidiori exhibita obstructiones demolitur.

Chalybs sub varia formâ modo liquet, modò adstringit.

De variis ventriculi accidentibus & dolore ex utero.

CAP. VI.

QUia uterus, ut multis alijs partibus, ita etiam ventriculo plurimum consentit, quod suo loco proditum est, contingit aliquando, ut à semine, vel menstruo in utero corrupto vel vitiato, aliquid in ventriculum transmittatur, unde fœminæ vel nil omninò, vel diminutè appetunt, sæpè etiam depravatè, quæ affectio citta tum dicitur, latinioribus pica, de qua latius lib. 3. c. 10. subinde odio habent cibos, & animus ex solo alimenti conspectu horret; interdum canũ more perpetuò appetunt, quæ omnes affectiones ad vitiatam appetentiam pertinent: nam & immodicam cibi, vel potus copiam ingerere, & diminutè aut nihil appetere, & in alienarum qualitatum desiderium propen-

propendere, à vitioso provenit appetendi opere, quod in ore ventriculi residere nemo ambigit, in qua certe parte non solum naturalis, verum etiã animalis facultatis symptomata efflorescunt, ob magnum cum utroq; principio commercium. Porro vitiatur hîc appetentia, ex ipsius oris ventriculi intemperamento solo, vel cum affluxu materiæ ab utero regurgitantis, à qua etiam causa plurima alia agminatim succrescunt accidentia, ut miri ac varij dolores acres interdum, & adeo vehementes, ut syncopen inferant cum tædio, ac mæstitia; adhæc nausea, vomitus, singultus, ructus, prout hanc aut illam vẽtriculi partem humor, aut vapor impetit; nam quæ evomuntur, in ventris spacio natant; nauseam movent, quæ adhærent; singultum excitant, quæ ipsis tunicis cõtinentur; ructus tardiorẽ infelicioremq; arguit concoctionẽ, ac proinde fundi ipsius vẽtriculi, ubi ipsa perficitur imbecillitatẽ.

Varias ventriculi partes affectas, quæ signa monstrent

Ex dictis patet unam ac generalem esse harum affectionum communissimam causam, halitum ex putri semine, vel sanguine ascendente, qui dum os ventriculi pertingit, appetentiam vitiat, dum cavum ipsius vomitum gignit; dum tunicis adhæret, nauseam; penetrans verò ipsius substantiam, ac tunicas, singultum provocat, dũ concutitur, convelliturq; ut ipsum expellat; at dum distenditur, dolorem parit, & ingentem cruciatum, sæpe etiam cum syncope, ob cordis vicinitatem. Rursus vitiat appetentiam non solum quatenus os ventris attingit, sed quatenus etiam putridus est, vel calidæ humidæ, & pinguosæ substantiæ commixtus, quippe talia tædium, & subversionem inferunt, neq; solum cibos avertunt, sed etiam potum, sine quo diu degunt. Quod si qualitatem aliquam præter naturam halitus præ se tulerit, siquidem adscititia, nec dum facta fuerit, contrariis gaudet, ita dum calidus est, sitim excitat, quod si naturalis sit, aut licet tempore contracta, tamen diuturnitate, & fixione in consuetudinem habitumque abierit, tum rerum ejusdem naturæ appetitum suscitat, & vitioso simulia recremento; sic si halitus exustus est, fœmina extinctos appetit carbones; si siccus terrã, testas, aut cimoliam; si frigidus, & siccus gypsum ocramve, ut plurimum tamen acida acerbaq; exoptant, ut limones cum plurimo sale, & viridia poma, juxta pravam halitus qualitatem, qui plerumque melancholicus est. Quibus accedit vitiosorum succorum copia in corpore præexistens, aut halituum occasione in dies accrescens, quibus potius humoribus quam vapori

Causæ

Variarum rerum appetitus unde

duntaxat

duntaxat causa durationis hujus affectus tribuenda venit, qui ventriculo adhærentes ab halitu putredinosam, deterrimamquè naturā mutuantur, & asservant.

Signa. Notæ per se conspicuæ sunt, si exactè perpendas, quod nauseam, vomitum, singultum, ventriculum ipsum affici declarant, appetentia verò vitiata, syncope, anxietas, dolorq; ventriculi, os accusant; extranearum rerum appetitus, habitualem ferè halitus intemperiem, quæ sibi simile quasi insitâ, & naturali vi appetit: At si fœmina nihil omninò inediâ aut siti emacietur, universum corporis habitum, nimia humiditate, & crassorum humorum copia redundare, qui diu tolerant actionem caloris, antequam ad carnis consumptionem sit deventum. Porro ructus, & ventriculi flatulenta distentio cruditatis est soboles: dolorem ex flatu esse ostendit tentio, ex humore gravitas cum distentione, aut vomitu fit; species humoris ex sapore deprehenditur; mordicatio, humorum, aut vaporum acrimoniam prodit; & tunc propriè cardialgia, seu morbus cardiacus ab omnibus dicitur, nam & ventriculi os cor veteres appellarunt; verum ab alijs causis communi nomine ventriculi dolor vocitatur; quid autem reliquæ dolorum differentiæ, quæ plurimæ sunt, præmonstrent, disces ex c *proximè sequenti.*

Cardiacus morbus.

Curatio. Uti una est communissima causa, ita una communis, ac generalis curandi ratio, laborare, ut nimium semen non generetur, genitum extinguatur; ac menstrua probè repurgentur; quæ quo pacto fiant capitibus propriis jam didicisti. Particularius tamen, ut non solū uteri, quæ pars est mandans, sed recipienti ventriculo prospiciatur, curabitur ventriculi dolor quinq; remediorum generibus, primò victu optimi succi, ac tenuis substantiæ, potu aquæ cinnamomi, anisi vel coctæ cum corticibus citri, radice chinæ, vel modici vini Hispanici, aut Jtalici, quod in hoc casu Rhenano præfertur.

Victus.

Diversio. Sanguinis missio. Secundò divertentibus, ne ab utero humor seu vapor ascendat, quod fiet sanguinis missione ex pede, si menstrua desint, aut diminutè fluant, nec verendum ventriculo fastidiente, vel nauseabundo sanguinem demere, causam enim inprimis abscindere expedit; quod si menstrua prospere fluxerint, tunc ex brachio medio mense fieri poterit: utendum etiam frictionibus crurum ventris, ac corporis universi, exercitio matutino, inunctione vētris inferioris, ex oleo anethino, liliorum

liorum alb. camomillæ, de croco, de baccis lauri, in quo ferbuerint radices lilij, angelicæ, aut ſemen agni caſti, addita deinde theriaca, & tertio quartóve quoquo die umbilico cucurbita cum multa flamma applicetur ſi copia adſit flatuum, inferius autem ſuffumigia ex rebus calidis de quibus cap. *de menſt ſuppreſſ.*

Tertiò iis quæ ventriculum purgare ſint apta, parato prius humore in eo contento hoc aut ſimili ſirupo per aliquot dies: ℞ *ſirupi de mentha, de abſynthio an.* ʒ *i. aquæ fœniculi* ʒ *iij. miſce*, aut ſi ventriculus æſtuet, par exhibeatur quantitas ſirupi acetoſi, granatorum, roſ. cum aquis endiviæ, fœniculi; deinde ſic purgetur ℞ *electuarij lenitivi, vel diacatholici* ʒ *i. diaphœnici* ʒ *iij. agarici trochiſcati* ʒ *i. fiat bolus, addito* ϑ *i. ſpec. diarrod. aut cum* ʒ *j. ſirupi roſ. ſolut. &* ʒ *iij decoctionis pituitoſæ, fiat potus*, à quo deinde adhibebis, quæ humores craſſos attenuent, ac inſcindant, de quibus c. *de febre alba* in 3. remed. gen. ſubindeq; redeundum ad ea quæ paulatim purgent, & abſtergant, in quem uſum confert alternis diebus tria capere catapotia, quæ ponderent ϑ i. aut ʒ ß. maſſæ pilul. de agarico, de aloe lota, maſtichinarum, ſtomaticarum, de hiera, vel harum ℞ *rhab. maſticis, agarici, aloes an.* ʒ *i. cum ſucco abſynthij, fiat maſſa*, conferunt inſuper vinum purgativum, ac pilulæ, quarum deſcriptiones habes c. *proxime citato.* Sed & clyſteres qui leviter purgent, quorum exempla habes c. *de febre alba, & de Epilepſia ex utero*; præſtat ſemel aut bis in ſeptimana vomitum excitare, ſi vitium ſit in ore ventriculi; frequentiori uti purgatione, ſi in fundo; à vomitu natura per aliquot dies reficienda una ex infra ſcribendis tabellulis, aut ʒ i. theriacæ quę ventriculum roborent, & reliquias nocentis materiæ elidant.

Purgatio ventriculi.

Pilulæ.

Vomitus oris ventriculi affecto magis convenit, purgatio fundo.

Quarto iis, quæ flatus diſcutiant, & ventriculum firment, ut in unctione ipſius & oleis, nardino, abſynthij, de ſpica, de cinnamomo, de mentha, naphæ, calidis in duplici vaſe, vel balſamo; ſuper inſperſis pulveribus diarrod. aromatici roſar. abſynthij, menthæ, cinnamomi, corticum citri, ligni aloes, ſeminis angelicæ & pauco diamoſco, vel diambra. Ex quibus unguenta & linimenta fieri poſſunt, ut ℞ *olei de ſpica, de abſynthio an.* ʒ *ij ceræ* ʒ *i. maſticis* ʒ ß. *liqueſiant in duplici vaſe, & adde cyperi, macis, cinnamomi an.* ʒ ß. *fiat linimentum*, quo utrinque tum in ore ventriculi, tum retrò juxta collum ac dorſum inungatur patiens, utramq; enim partem ventriculus pertingit; præcedat inunctionem fomentum ex decocto cyperi, calami aromatici, ſquinanthi, cariophyllorum, abſynthij Romani, menthæ, origani, chamemali, roſ.

Roborantia & diſcutientia. Inunctio

Vnguentum.

Fomentum.

quorum æquæ portiones in pari quantitate vini, & aquæ ad tertias coquantur, & cum spongia locus madefiat; roborat etiam ventriculum catulus, vel temperata manus admota; pellis leporis, vel struthiocameli, pulvinare è mollissima pluma anseris, rasura dibaphi gossypium vinoodorifero, & decoctione menthæ immersum, expressum, & siccatum; aut hic sacculus ℞ *Radicis cyperi, calami aromatici, squinanthi, cariophyllorũ, absynthij, mentæ, origani, camomillæ, rosar. singulorum partes æquales in pulverem redacta,* duobus sacculis cum bastituris includantur, quorum unum super ventriculum gestet patiens, alterum juxta dorsum; Intus assumuntur ℥ *iij. vel iiij. decocti angelicæ, aut dilueti absynthij, cum* ℥ *i. aromatici rosar. vel diarrod. abb.* quod si amaritudine sit infensum *ex eodem succo cum saccharo dissoluto in aqua mentæ, & speciebus recitatis, fiant rotulæ;* aut *capiat* ℥ ß. *aquæ stillatitiæ cinnamomi, vel floris ejus, aut aquæ vitæ finissimæ, aut guttas vi. vel vij. olei cinnamomi, anisi, cariophyllorum, piperis, vel macis arte chymica parati,* fœminarum vulgus cum fructu communiter utitur vino Rhenano ex decocto camomillæ, & quatuor seminum calidorum anisi, cumini, carvi, fœniculi addito saccharo. Horum tamen assumptionem præcedat una, vel altera tabella aromatici rosar. diatrion pipereon; diagalangæ, vel ℥ i. theriacæ, aut mithridatij, vel ℥ ß. hujus pulveris: ℞ *agni casti, cinnamomi, anisi, cumini, corticum citri, an. partes æquales, fiat pulvis.* Pari pensu proficit alius, qui paratur *ex anisi torrefacti* ℥ *ij. galangæ, cinnamomi an.* ℥ *iij. piperis longi* ℈ *ij. corticis citri* ℥ *i. sacchari finissimi ad pondus omnium;* vel ℞ *galangæ, cinnamomi, spicænardi, schœnanthi an.* ℥ *iij. cinnamomi, carvi in vino macerati, apij, petroselini singul.* ℥ *ij. seminis rutæ* ℥ *i. misce fiat pulvis.* At si ventriculus sit admodum calidus superiorum loco intrinsecus conveniunt tabell. diarrod. triasandali, haustus aquæ frigidissimæ; exterius emplastrum diaphœnicum frigidum, & inunctio ex oleo rosar. vel cydoniorum, ac myrthino, Inferiori ventri apponitur emplastrum pro matrice per se, aut dissolutum in oleo nardino, vel de angelica, sed & cucurbitula cum multa flamma ventriculo appositа reliquias discutit, aut ruta vino cocta ventriculo applicatur, & vas amplum calidis sarmentorum, vel ilicis cineribus plenum, & aceto irroratum superpositо linteo. Quibus non proficientibus fontanella in altero vel utroque crure aperiatur.

Sacculus stomachalis.

Pulveres stomachales.

Calido ventriculo.

Cucurbita.

De va-

De variis totius corporis & capitis doloribus ex utero.

CAP. VII.

FOeminæ sæpissime de lumborum, crurum & aliarum partium doloribus conqueruntur; nullas tamen frequentius audies earundem, præsertim virginum, ac viduarum querelas, quam de maximis, & ingentissimis capitis cruciatibus, quibus revera acerbissimè excarnificantur, ideo de his potissimum hic agendum, quidquid verò de capitis doloribus dictum fuerit, de aliarum partium cruciatibus dictum intelligatur. Offenditur autem ac dolet maximè Sinciput ob quatuor rationes; Primò quia cerebrum ea parte debilius; Secundò quia ibi major medullæ copia; Tertiò quia vaporosa recrementa ad eam partem potissimum tendunt per venas, & arterias, quæ utraque colli parte eo sese recipiunt, quippe caput humano corpori superjacet veluti tectum calenti domicilio; ideoque ibi futuræ plures, ut major fieret difflatio; quocirca falsum videtur, quod Celsus ait, quò futuræ pauciores sunt, eò capitis valetudinem esse feliciorem, & id caput firmissimum, ac à doloribus tutissimum, quod futuris caret; quin potius propterea fœminæ magis affliguntur, quia densiores habent futuras. Quarta causa est, quia partes ibi sunt magis sentientes, propter membranas, nervos, & tendines, qui membranam carnosam cum pericranio conjungunt, Indicium est, quod quando cerebrum per essentiam, & quandam idiopatiam afficitur, dolor præcipue in anteriori parte percipitur, ac per palatum, & nares morbi causa expurgatur. Solet tamen occipitium, sive posterior capitis pars etiam dolere, quia & ipsa spinali medullæ consentit, cui uterus per tendines, ac ligamenta connectitur; Nec solum communicatione humorum, vel vaporum fit; verum insuper ob similitudinem substantiæ, nam qua ratione venæ, jecori, arteriæ, cordi, consentiunt, ita membranosus uterus cerebri membranis. Porro dolor is nonnunquam totum caput detinet, & dicitur cephalæa, sæpe dimidium ejus, & hemicrania appellatur; interdum exiguam partem, & tunc clavus sive monopagia nuncupatur. Rursus aut gravativus est, aut exulcerans, aut disrumpens, aut lacerans, quicunq; tamē fuerit nō morbus est,

Sinciput cum magis quam cætera capitis partes dolet.

Celsi lapsus de capitis futuris.

bus est,sed symptoma in genere actionis læsæ; nimirum sensatio tristis proveniens à morbo in intemperie, aut soluta continuitate.

Causæ. Causa hujus affectus triplex,prima ac potissima sanguinis menstrui,aut seminis improba repurgatio;unde aut sanguis regurgitat in venas totius capitis, aut putres halitus transmittuntur per venas, & occulta corporis spiracula,quæ in partibus musculosis, membranosis, nervosis, ac sentientibus reperiuntur; non abs re igitur dixit Hippoc.caput quando incalescit ex omni parte instar cucurbitulæ ad se trahere.Porro haud rarò in occipitio sentiuntur dolores,quia plurima transpiramenta eam partem adeunt; & tunc dolor refert naturam halitus,ut infra constabit.Secunda causa est usus fortioris lixivij,quo ad decorandos capillos incautæ fœminæ sine delectu uti solent,& interdum ita vehementi, ut immedicabilem ferè ac habitualem calorem ac siccitatem ex eo caput contrahat.Tertia est habitualis cerebri, aut membri alicujus infirmitas, vel acutus ejusdem partis sensus, & tunc ferè reumaticus est affectus,& humidus,ac morbo Gallico quam simillimus, qui & ipse est, de genere reumatici affectus, de quo Galenus multis in locis,& tunc maximè dolor sentitur,non tam in antica,aut postica,sed in ea capitis parte,quæ ex veteri hereditarióve morbo,debilis reddita fuit,ut in summitate,aut juxta aures,& tunc illi quidem, qui per tempus quieti fuerant, dolores,aut menstruorum aut Lunæ vel aeris mutatione facilè recrudescunt.

4.de morb.

De sang. miss 7.

1.Secundum genera 6.

Signa.] Affectus clare patet,ab utero autem provenire deprehenditur ex ventris murmure,& quia dolor crescit circa menstruorum tempus, magis adhuc si suppressa sint aut diminuta. Ex diuturnitate, & ex eo, quod curationi non cedit, habitualem esse cognosces: ex æquabilitate, & symptomatum fixione siccam intemperiem: ex tentione citra gravitatem & pulsum, flatum; cum gravitate humoris multitudinem,quæ,si simplex sit, sanguinem; si cum acrimonia, & mordacitate bilem: si cum conquassatione,& ossium confractione, melancholiam accusat,si cum gravitate, torpore, pigritie, & obtuso, molestoque sensu pituitam, ut colligere est ex Galeno.Si tentio cum pulsu fiat membranosi corporis inflammationem arguit; & cum gravitate simul ac pulsu, humorum copiam intra membranulas contentam, ut eidem placet Galeno.

Varia dolorũ natura, varios humores accusat.

Varia partes dolentes ex doloris natura explorantur.

2.Secundum locos 2.

1.Ad glauc. 15.

Jam verò quando pars intra calvariam afficiatur, & quando extra,

sic di-

sic distingues; nam si internus est dolor, in profundo percipitur capitis, quod compressum non dolet, sed melius habet, ac juvatur; ideo 3. de ijs quæ in medicatrina fiũt, quando acerbissimo dolore torquentur, fascijs alligantur; sed & frequenter sensus infirmat, adeo ut neque sonitum, neque lumen ferant: præterea dolor ad radices oculorum extenditur, quia ex cerebro, & ejus membranis, & vasis germina ad oculos derivantur. E converso si partes extra cranium afficiantur, dolor levior est, & augetur quando caput comprimitur, nec patiens permittit cutem, aut capillos attingi, nec dolor radices oculorum pertingit; quod tamen signum à Gal. & omnibus receptum, Fernelius vanum, & parum firmum esse affirmat, eò quod pericranium cui externi dolores insident, oculorum etiam cavitates succingat, & agnata tunica ex ipso pericranio originem trahat: conciliat Matthæus de Gadibus, dicens, ex affectu interiori oculorum radices vehementius dolere, quia tunicæ oculorum, quæ à partibus internis oriuntur, acutiori sensu præditæ sint. Scire tandem oportet dolorem capitis neutiquam singulas ejus partes suspectas facere, sed membranas potissimum, nam corpus cerebri exanime est omniq́ue sensu destitutum.

5. Parthol. 1. 9. Ad alm. c. de dolore capitis.

Curatur dolor capitis 6. remediorum generibus, ac primo quidem optimo victu, de quo sæpius jam dictum est, corporis, & animi tranquillitate; somno qui omni arte procuretur, præsertim autem compressione si dolor sit in intimis partibus, in quem finem obligatur universum caput, ac tempora tenui linteo; quippe sic & repelluntur humores, & caput ex continuo arteriarum motu non ita cruciatur; suavissimi etiam odores cerebrum mirificè recreant; conveniunt crurum lotiones, ac frictiones.

Curatio.

Secundo si intemperies materialis est, videndum quisnam humor redundet, quod explorare docet Gal. quem legere non pigeat, ac si sanguis est, & ab utero refluit, vena pedis tundenda, primum dextræ partis, aut è regione ejus, quæ magis dolet, deinde alterius; ac omninò menstrua ciendapere a, quæ suo loco dicta jam sunt, at si sanguis sit melancholicus, hæmorrhoidib. hirudines applicentur. Quod si alter à sanguine humor superabundet, purgandus erit per ea, quæ *c. de immodico menst. fluore, & corruptis menstruis*, ac sæpe alibi dicta jam sunt, potissimum tamen catapotijs, quia cum difficilius dissolvan-

Vacuatio. 4. Aph. 2 & 1. secund. locos. 2.

vantur ac diutius in ventriculo immorentur, à partibus distantioribus vehementius trahunt.

Contemperantia.

Tertiò corrigentibus introductam intemperiem, quæ si calida sit, curationem mutuabis ex cap. *de melanchol. virg. ac viduarum* 4. remed. genere: oportet insuper, si dolor sit internus, caput perfundere succo pampinorum vitis, solani, plantaginis, lactucæ, additis oleis nenupharis, ros. viol. papaveris, & pauco aceto, tametsi acetum mulieribus non adeo conveniat, ob debilitatem, & frigiditatem capitis, nec etiam in reumaticis doloribus, quare potius decocto anodinorum utendum, multo affuso oleo, & lacte muliebri. Si verò frigida sit intemperatura, quæ autore Galeno ut plurimum caput vitiat, totum caput irrigabitur decoctione majoranæ, salviæ, betonicæ, melissæ, ros. rub. stœchados, addito oleo laurino, camomillæ, de spica, anethino, & ℥ j. pulveris castorei, vel diambræ; ex quibus insuper herbis decoctiones parantur, & evaporatio per nares accipitur, aut syndone cum bastituris, inclusis additisque aromaticis, ut cariophyllis, mastice, maci, coriandro, pileus fit qui capiti imponitur, in hunc modum ℞ *florum roris marini, lavendulæ, camomillæ, betonicæ, rosar. rub. an. p. j. ß. foliorum salviæ, majoranæ, serpill. meliloti an. m. ß. fol. sennæ stœchadis an.* ℥ *ij. cariophyllorum, nucis muscatæ, macis an.* ℈ *ij. contusa in pileo includantur, addita* ℥ *i. coriandri præp. & masticis ac thuris tantundē;* conveniunt præterea reliqua quæ mox ad discussionem flatuum recēsebimus; & hoc duntaxat remediorum genere curatur plerumque dolor ex usu lixivij proveniens.

Ex 3. meth. c. vltimo.

Sacculus capitalis.

Discutientia flatus.

Quarto ijs quæ vapores, & flatus discutiant, quæ maxime prosunt, ubi ex halitu dolores oriuntur, in quem usum præterea, quę dicta sunt c. *de œdemate mammarum, de Epilepsia, de febre alba, & ventriculi accidentibus,* crebræ frictiones insigniter conferunt tum universales, tum parti dolenti adhibitæ: exercitium, inunctiones ex balsamo, oleo sancto, de cinnamomo, de aniso, de spica, de rore marino, de castoreo; ex quibus addita theriaca & mithridatio unguenta parantur: ut ℞ *olei de spica, balsami an.* ℥ *j. mithridatij, theriacæ an.* ℥ *i. fiat unguentum, cui si addas gummi taccæ maccæ, thuris, aut myrrhæ* ℥ ß. *utile conficies emplastrum, additur insuper modicum succi angelicæ:* hoc etiam cerotum multum prodest appositum è regione venæ vel arteriæ, quæ magis dolet ℞. *taccæ maccæ, caranne an.* ℥ ß. *olei cinnamomi, vel de spicâ* ℥ *j. misce,* adhibeatur temporibus, si caput dolet. Iisdem ferè discutientibus parti mandāti,

Tacca. macca.

Vtero admouenda.

hoc est

hoc est utero, providendum, ut quidquid vaporum ab eo ascendit, penitus dissipetur; aut umbilico frequenter applicetur cucurbita cum multa flamma, ac per sedem clyster carminativus injiciatur: ac balnearum aquæ dulcis, vel sulphureæ usus adhibeatur; pubi & ventri inferiori applicentur olea, unguenta, emplastra quæ suprà, & capite de suffocatione ex utero dicta sunt.

Roborantiæ cerebrum.

Quintò roborantibus, quâ ratione potissimum medetur doloribus ex nativa & habituali intemperie, ac debilitate: Eorum segetem reperies c. *de Epilepsia ex utero* in 3. remed. genere, neque enim libet eadem sæpius repetere, advertendum tamen in hoc casu, evacuationes inutiles esse, potiusque omni arte caput humectandum, oleis, perfusionibus, & embrochis modicè frigidis, ac humidis, additis altheæ, & malvarum muscilaginibus. Et quoniam propter debilitatem pars suscipit, nec valet transmittere, ideò diversionibus sæpiusculè utendum, quæ infernarum partium calefactione exequuntur, crurum, ac ventris frictionibus, ligaturis, lavacris, & parca sanguinis missione ex pede, quibus non proficientibus, fontanella aperienda in utroque crure, aut in brachio, si menses jam diu dissueverint, & caput malum habitum contraxit.

Diversio.

Sexto, ac tandem si dolores sint inveterati, reumatici, & ita rebelles, ut nullis alijs remediorum generibus mitigari queant, curatur ut morbus Gallicus validissimis medicamentis, ut sudore per plures dies continuato, ex decocto sarsæ parellæ, ligni Indici, aut radicis chynæ, addito ligno sassaphrasiæ, vel utendum sirupis ex Guajaco ac menses summa industria provocentur, aut fontanella in utroque crure aperiatur, si uterus adhuc transmittit; verum si dolor, irradiationis modo, caput infestat, mirum in modum prodest ignito cauteriolo in capite ulcusculum excitare, maximè si dolor sit in parte externa, quod qua ratione & cautione fieri debeat, suo loco dictum jam est.

C. de Epilepsia.

Dolor crurum ac lumborum.

Reliquum est scire dolores in cruribus ac lumbis potissimum fieri ex abundantia sanguinis menstrui non repurgati, & ibi maximè manifestari, quia hæ partes majoribus venis præditæ sunt, & ex repletione distenduntur. Succurritur sanguinis missione ex pede, cucurbitulis lumbis appositis cum scarificatione; inunctionibus ex oleo liliorum, viol. amygdalarum dulcium, vesicis plenis decocto anodinorum cum prædictis oleis, ex quibus etiam clysteres utiliter parantur.

Scholium.

Scholium.

Dub. an. oxyrrhodinum in cap. affecto conveniat. Solutio. 5. meth. 6.

Tertio intemperiem corrigentibus] *Oxyrrhodinum medicamentum quidam suspectum habent, eò quod circa partem principem non liceat adhibere repellentia, ne ex ignobili loco ad nobiliorem humor trudatur, quæ Galeni est doctrina. Quibus occurrendum Galenum non planè negare usum repellentium juxta eas partes, nisi ante aversionem, & evacuationem. Insuper capiti applicandum non esse, quando totum tumet, aut externus est dolor; sed quando interiora occupat, quippe tunc, qui pars excarnis est, & paucas ac exiguas habet venas, exiguum est, quod propellitur, neq; id ad partem præcipuam, sed ad inferiora aut externa; Cæterum ea medicamenta tepida applicari debent præsertim fœminis, nam frigida densant meatus, ac superfluitates capitis discuti non permittunt, & cerebro sunt inimica. Neq; obstat Galenus ipse, qui quam longissimè à tentata fluxione parte revellere docet; Et Avicenna, qui hæc non solum frigida actu, sed nive refrigerata esse jubet, quia eorum placita sunt intelligēda in principio, quando animus est repellere duntaxat, non evaporare, ac in magnis æstibus, & capitis inflammationibus, ac robustioribus naturis, alias modicè calefacientia dolorem sedant, & contenta digerunt. At oxyrrhodino præsertim frigido minimè utendum, ubi cum colore catharrus conjungitur, quia refrigerat, & obstruit, subindeq; humoris concoctionem, ac dissolutionem impedit, & dū constringit, catharrum auget: neq; etiam procedente jam febre, quia tunc prohibet dissolutionem vaporum, tametsi initio conveniat, quia ascendentes halitus trudit, & eorum acrimoniam retundit, quando vero vapores jam in capite congesti sunt, potius discutientibus utendum est.*

Avic 13. meth. 21. & 9. meth. 17. Av. 1. 3. tract. 3. c. 3.

Oxyrr. qua cerebri parte applicandum.

Cæterum quoties volueris, ut medicamenti alicujus vis ad cerebrum perfectè permeet, syncipiti applicabis, fronti ac temporibus, nam plures ibi suturæ, & tenuissimum ac rarissimum est cranium; utilius etiam fuerit, si tonsis capillis aut abrasis, ex alto fontis in modum illidantur medicamenta, quippe ictu magis intrò impelluntur; at posteriori parti si applices, parum proficies, quia ob angustas suturas, & cranij duritiem non penetrant, fortasse etiam nocebis, quia minus ea pars exuritur, ac frigidior est, ob paucitatem venarum, & arteriarum, quocircà à refrigerantibus tum ipsa læditur, tum medulla spinalis, quæ ab ea exoritur.

Pilulæ ad varios effectus dantur variis temporibus.

Potissimum catapotiis] *Dantur cathartica in forma pilulari, ut dum in ventriculo diluuntur, hærentia à longinquioribus partib. validius trahant. Dantur autem pilulæ, aut ad expurgandum ventriculum, & hæ semper cibo præmittuntur unâ vel alterâ horâ, ac in parva quantitate scilicet à ℈j. ad ʒ ß, ne si multum moveant, cibi concoctionem interpellent: aut etiam exhibentur ad juvandā concoctionem ipsam, & hæ statim à cibo deglutiuntur,*

ac ut

ac ut plurimum speciebus aromaticis, & calidiusculis medicamentis minimè purgantibus constant: aut offeruntur ad caput expurgandum, & ha longè à cibo. Matthæus de Gradibus, & Gentilis duabus aut tribus horis à cœna exhibent, quos sequuntur medici ferè omnes, & acceperunt ab Avicenna; sed viri mentem non assequuntur, ille enim non duabus horis à cœna, sed ab hora noctis exhibet, ac superdormiant, quod sufficiat, ut per somnum felicius diluantur, ac major fiat medicamenti evaporatio ad caput: quidam præscribunt quatuor horas à cibo, sed satius fuerit exhibere ea hora, qua conjectura artificiosa assequimur factam esse cibi concoctionem sive media nocte id fiat, sive tertiâ, aut quartâ horâ; nam cum cibo cathariсum non est commiscendum, quia infringitur ejus vis, & cibus corrumpitur Hippocratis, Galeni, & Pauli decreto, quocirca si ante mediam noctem accipiantur, cœna est omittenda, quod si experientia ostendit, interdum purgantia cibo commixta liberalius solvere id, quod subducitur, peccans humor non semper est, sed eremorosa substantia adhærens in vijs ductuum. Porrò qua pilulæ diagridium aut colochyntidem recipiunt, & ad universum corpus purgandum exhibentur, mane ut cetera cathartica ventriculo vacuo exhibenda sunt, ac ut melius diluantur, oportet ut patiens nonnihil superdormiat, unde alia differentia sumitur pilularum exhibendarum, nam quibus medicamenta facilè actuantur, hora 4. matutina, quibus difficile, decima, aut undecima noctis, omissa cœna, ac longiori somno imperato: Acuuntur granis aliquot diagridij in morbis biliosis; pari quantitate trochiscorum alandaal, in pituitosis, vel lapidis lazuli in melancholicis. Obiter etiam subjiciendam duximus causam, propter quam usu jam inolevit, pilulas ac morsellos in quantitate impari offerre; ac videtur derivatus mos ex Pythagoreorum doctrinâ, quia medicamentum debet agere, actio vero à forma est, non à materia, ac numerus impar induit rationem formæ, ut par materiæ, quod notavit Conciliator differ. 49. in med. & Ferrerius.

5. Canones tit. de pil. aggreg.

Pilulæ ad caput purg. qua hora noctu assumenda.

Purgantia cibis non sunt commiscenda. Hippoc. & Gal. 2. de dict. rat. 17. P. lib. 7. c. 4.

Pilulæ ad universum corpus purgandum.

Pilulæ & morselli cum numero impari exhibeantur.

De varijs uteri doloribus.

CAP. IIX.

QUemadmodum Hemicrania, ac reliqui importuni capitis dolores sævissimi sæpe excitantur ab exigua humoris vel halitus portione; vel ob malitiam humoris: vel ob acutum partis sensum, ita

profectò in utero sæpissimè contingit, quippe causæ ibi maligniores, & pars non obtusioris sensus, de his uteri doloribus hic agimus, sine alterius affectus complicatione, nimirum inflammationis, ulceris, inflationis, tumoris, menstruorum suppressionis, aut fluxus immodici, quibus peculiaria capita destinavimus.

Causa. Horum itaq; dolorum causæ proximę duæ, intemperies, ac soluta unitas subitò facta, remotæ plures, ut halitus corrupti malitia ex semine, & menstruo; vel mordacitas, & distendens copia eorundem; vel grumosi sanguinis corpulentia, vel inæqualis sanguinis plenitudo, vel contentum semen ob dimissam consuetam Venerem; aut acriores, & erodentes humores cum menstruo sanguine dilabentes, aut tandem obstructio aliqua in uteri collo, atq; hæ internæ. Externæ sunt ingrediens frigiditas ex loco frigido, aut frigida ablutione, præsertim instantibus vel fluentibus menstruis, aut à partu, nam per id temporis uterus apertior est; usus præterea aceti, rerum acidarũ, lactis frigidioris, lactucæ, aut potiõis frigidę maximè post exercitiũ.

Signa. Si à procatarcticis ac externis oriatur causis, ex patientis relatione deprehenditur, curatur contrarijs; si ex intemperaturâ aliquâ, cognoscitur & corrigitur, sicuti capitibus de uteri intemperantijs dicendum est; obstructionis aut tumoris earum partium indiciũ est, si fœmina dolitat dum viro accedit. Dolores ex flatu (à qua potissimum causa fiunt) dignoscuntur ex tentione, rugitu inferioris ventris, exacerbationibus per intervalla, exitu flatus cum stridore; Insuper fœmina intumescit, virum non admittit, erigi non potest, & in utero sentit veluti grave onus, interdum etiam rotunditatem, quæ instar globi cujusdã in ventriculum effertur: caput dolet, anxia est, loqui non potest, & in accessione clamat, dolent etiã lumbi, pubes, & sedes, urina supprimitur, suffocatur venter, mori cupit, distenduntur præcordia, acida vomit, pura, meraca, frequenter ructat, à ructu melius habet: Interdum etiam febris adest, & ardor, potissimum si acris humor commisceatur, & tunc quidem pruritus in utero adest, os amarũ est, mordetur stomachus; quod si pravã aliquam, ac pernicioſam qualitatẽ flatus imbiberint, id explorabis ex inquietudine, anxietate, jactatione, & exolutione, grumum sanguinis prodit uteri tenesmus; & quod fœmina frequenter urinã reddit, ob assiduũ naturæ conatũ, ad expellẽdũ quod nocivũ est, dolor fit acutus, veluti

Flatuum indicia. Hip. lib. de ster. lib.

Pernicioſa qualitatis ſigna.

Grumi ſanguinis.

fistulo

si stilo perforetur, ac instar parturientis fixus, nisi grumus excernatur; at si grumus malitiã conceperit, animi accidentia superius enumerata; & ut verbo comprehendã, cognoscitur causa ex doloris proprietate, duratione, & symptomatibus, ut ex Galeno superiori cap. prodidimus.

Curatio.

In curatione symptomatũ omniũ triplex est medẽdi ratio. Prima, quæ causam, secunda, quæ morbum, tertia quæ symptomata ipsa expugnet, dolor vero, qui & ipse symptoma est, interdum levis existit, & tunc sublatâ causa mitescit, ut suis locis reperies; interdũ ita sævus est & immanis, ut neglectâ causa ei quã celerrimè sit occurrendum, quippe & vires prosternit, & fluxiones auget; talis plerumq; ex flatibus, aut grumo sanguinis oritur, ideoque de dolore ab his causis hic sermo institutus est; & universo communi medendi ordine uno generali medicamentorũ genere curatur anodinis: hæc n. medicamenta è directo contra dolorẽ pugnant, à quacunq; causa proficiscatur: & sunt medicamẽta vel temperata, vel primo ordine calida, substantia vero tenui, ita fit ut familiaritate elementorũ, naturæ partiũ nostri corporis sint similima; ideò & doloris causã æquabilẽ reddunt, temperant, fovent, & dulci sensu, quem excitant, molestam sensationem demulcent: Insuper tenuium partium sint oportet, & nullius adstrictionis, ita rarefaciunt, attenuant, digerunt, concoquunt, & evacuant; & tametsi causam non tollunt, tamen in medio constituta peculiarem sibi operandi rationem habent omnib. causis, & naturis communem, nam & frigida calefaciunt, & calida infrigidant, ut & ipse calidissimæ aquæ fervor tepidioris affusione mitescit, unde Galenus frigiditatem primi ordinis quandã tepidã caliditatẽ esse censet. Porro anodina nullum circumscriptum habent tempus, quo magis adhiberi desiderent, licet tutiora sint, corpore utcunquè vacuo, nam, quia laxant, fundunt, liquant, in pletoria, & cacochymia à materia calore fusa locus infirmus distenditur, & acerbius dolet. Præterea interdũ solũ sunt anodina, & cũ similitudine, quã habent cum nostro calore, dolorẽ mitigãt, ut natura ipsa nostra neq; calido contrariatur neq; frigido, & tamẽ demolitur morbos calidos, & frigidos, quatenus naturale opponitur innaturali. Interdũ affectũ etiã sanant duplici ratione, primò acrimoniã, & qualitatis excessum retundendo, si nuda sit intemperies; Secundò discutiendo, si pauca sit materia com-

6. simpl. c. de artifice.

Anodina quotũ tempore adhibentur.

Natura nostra neq; calido neq; frigido contrariatur.

Calefacientia 1. ordine commixta, quia calefacientia primo ordine ad id sufficiunt, qualia sunt inter simplicia altheæ radix & folia, malva, lilium, lini semen, fœnugræcum, lac, butyrum, æsypum, adeps omnis, ut porci, vituli, gallinæ, anseris, cuniculi, & inter composita, oleum camemalinum, liliorum, sesaminum, amygdalarum dulcium, anethinum, Irinum, de vitellis ovorum, lumbricorum, sambucinum, aut dulce olivarum ætate medium.

Externa. Specialius curatur dolor ex flatu 4. remediorum generibus. Primò quidem externis, externa hic voco, quæcunque per os non assumuntur, ijs autem carminativa commisceantur, adhibito itaque victu optimi, ac fluidi nutrimenti, paretur sic clyster, ℞ *radicis angelicæ, altheæ an.* ℥ j *foliorum anethi, mentastri, arthemisiæ, malv. an. m.* j. *florũ camamali, seminis lini, an. p ij. coquantur secundũ artẽ juris* ℞. ℥ x. *mellis rosacei* ℥ j. ß, *olei anethi, liliorum alborum, camomillæ, de baccis lauri, amygdal. dulcium singul.* ℥ j. *hieræ picræ* ℥ ß *misce*, per sedem injiciatur: in uterum vero hic alter; ℞. *foliorum origani, petroselini, helenij, anethi, arthemisiæ an. m.* ß, *seminis nigellæ, cumini, dauci, anisi an.* ℥ j. *juniperi, spicænardi, nucis moscatæ, junci odorati, cinnamomi an.* ℥ ß *fiat decoctio in 5. q. vini optimi ad medias*; post clysterem evaporationibus utendum ex decocto altheæ, malvæ, viol. camæmali, meliloti, anethi, seminis lini, fœnugræci, ex qua etiam decoctione fovendus uterus, & venter inferior cum spongia, post fomentationem ipsæ partes inungendæ prædictis oleis, vel ex lib. j. decoctionis & media oleorum vesica vaccina semiplena apponatur; aut ex ijsdem oleis addita cera fiant linimenta, unguenta, & emplastra; ut ℞. *olei de semine angelicæ, liliorum, sambucini an.* ℥ j. *axungiæ anseris, cuniculi, gallinæ an.* ℥ iij. *muscilaginis altheæ, seminis lini, fœnugræci in aqua camomillæ extract. an.* ℥ iij. ß *pulveris anisi, cumini, dauci an.* ℥ ij. *ceræ q. s. fiat unguentum*, aut cum majori, minorivè copia ceræ emplastrum, aut linimentum; vel ℞. *folior. parietariæ m. ij. contundantur, & addè seminis anisi, cumini, dauci an.* ℥ j. *vitellos ovorum numero* vij. *agitentur omnia, ac cum oleo liliorum ad ignem fiat placenta*, quæ calida ventri admoveatur: mirum in modum etiam prodest contra dolores, ac flatus uteri, olei anethini lib. 1. seminis agni casti, seminis rutæ an. ℥ iij. cinnamomi ℥ ij. omnia conquassata oleo immergantur, ac dieb. 40. sub caniculæ ardoribus insolentur, aut loco tepido ad focum contineantur, quoad

Clyster. *Clyster uterinus.* *Evaporatio.* *Vesica.* *Linimenta.* *Placenta ex ovis.*

oleum

oleum vim materiæ abundè induerit, quo ungatur venter. Aut olei communis dulcis ℥ x. castorei, vel euphorbij ℥ j. bulliant leviter, aut insolentur prædicto modo. Deinde umbilico applicanda emplastra pro matrice, de quibus c. *de uteri debilitate & suffocat.* vel concinnata ex tacca macca, & caranna cum sæpius repetitis oleis; & uteri regioni applicanda cucurbita magna cum multa flamma, prosunt etiam fomenta sicca ex laneis, aut lineis pannis concalefactis, & sacculi calidi pleni furfuribus, milio, semine aniſi, dauci, fœniculi, nitro; Aut utero inditur pessus aureus dictus, qui mirificam ad sedandos dolores efficiam habet, & Recipit *croci, æypt. an.* ℥ j. *medullæ cervinæ* ℥ ij. *resinæ, terebintinæ, ceræ, adipis anserini an.* ℥ iij. *ovorum tostorum lutea* viij. *olei Irini, amygdal. dulc. sing. q.* 5. *misce*, aut allij caput integrum cum nitro & cumino tostum, & melle subacto, locis indito; Aut suffitus sic paretur ℞. *ladani puri* ℥ j. *styracis* ℥ ß, *caryophyllorum, agallochi an.* ℥ j. *ambaris (si dives sit)* ℥ ß, *moschi g. iij. balsami* ℥ j. *secundum artem fiant pastilli*, ex quorum uno atque altero accensis carbonibus injecto mulier per infundibulũ suffiatur. His ipsis evaporationibus, inunctionibus grumosus sanguis dissolvitur, tenuior redditur, ac venter laxatur. Quod insuper præstat ruta trita cum melle, ventri ac pubi admota; aut clyster ex ruta, & anetho aut theriaca umbilico adhibita cum oleo naphæ, Jasmino, sesamino, aut de croco; Et evaporatio ex jure pingui gallinæ, cum multo croco, & cinnamomo, vel decoctum seminis angelicæ. Quibus addere licet, quæ cap. *de suppress. menst.* dicta sunt, quodsi fœmina gallici morbi quicquã redoleat, herbæ pro clysterijs, ac fomentationibus in ligni Indi decocto bulliant.

Cucurbita magna.

Fomenta sicca.

Pessus aureus.

Pastilli.

Grumosi sanguinis dissolutio.

Secundò ijs, quæ per os assumuntur, in quem usum laudatur hausstus aquæ ferventissimæ, præmissa ℥ j. theriacæ optimæ, aut jus cicerum, & galli veteris, cum multo croco; aut potus vini meracioris, vel decocti cum floribus camomillæ, & semine aniſi, aut capiat cochlearia tria vini, cum dimidio cochleari aquæ cinnamomi ex India allatæ, vel chymica arte extractæ; prodest insuper singulo mane accipere cochleare aquæ vitæ finissimæ extractæ cum aniso & theriaca; aut ℞. *vini optimi Hispanici lib.* xvj. *foliorum calaminthæ, fœniculi an. m. ij. aniſi* ℥ iiij. *destillentur prima vice secundum artem; secunda vice liquori extracto adde prædictarum herbarum an. m.* j, *aniſi* ℥ ij. *tertia vice*

Intus fomenta.

Aqua vitæ theriacales.

vice adde herbarum m. ß, anisi ʒ j. quarta vice adde theriacæ finissimæ ʒ ij. destillentur ultimo, ac tandem additis foliis auri, numero vj. servetur usui.

2. aqua theriacalis.

Altera aquæ vitæ seu theriacalis artificiosius sic paratur, ℞ *foliorum salviæ, ebuli, betonicæ, hypericonis, camedrios, samphucci, camepitheos, origani, pulegij, hyssopi, rutæ, cariophyllatæ, gentianæ, aristolochiæ rotundæ an. m. j. ß, polypodij, schœnanthi, spicæ, cassiæ lignea, macis an. ʒ j. baccarum lauri ʒ ß, foliorum camomillæ ʒ ij. nucleorum persicorum, balsamitæ, pimpinellæ, chelidoniæ, agrimoniæ an. ʒ ij. rorismarini ʒ j. diptamni, tormentillæ, scabiosæ an. ʒ iiij. seminis bardanæ ʒ j. ß, anisi, fœniculi, serpilli, pomorum alchekengi, granorum juniperi, petroselini an. ʒ ß; sabinæ, nasturtij an. m. ß, carvi cumini, seseleos an. ʒ ß, radicis Ireos, tamarisci cum floribus an. ʒ ß; ex his omnibus fiat pulvis*, qui dividatur in vj. partes, quarum j. pones in S. quantitate aquę vitæ ter destillatæ per diem naturalem, deinde destillabis. Postea alteram partem pulveris in aqua sic destillata macerabis, similiterq; destillabis, ac sic deinceps, ultimum liquorem serva, & adde *nucis moscatæ, macis, cardamomi, cinnamomi, zedoariæ an. ʒ iij. agalochi, sandali albi, & rubei, costi an. ʒ ij. ossis de corde cervi ʒ j. theriacæ antiquæ ʒ j. zinziberis, amomi, cubebarum, granorum paradisi, galangæ, piperis an. ʒ iiij. moschi (si dives sit) ʒ j. vel amplius, per triduum omnia in prædicta aqua madefiant, deinde in balneo Mariæ lento igne iterum destillentur, tandem adde mellis despumati octavam partem, & cum per diem quieverit, destilla ut suprà, ac serva*; nam sunt eximiæ hujus aquæ vires, nec solum dolores sedat, & flatus discutit, sed plerisque alijs morbis à causa frigida aut maligna ortis opitulatur, quidam in ultima destillatione addunt olei olivarū quartam partem.

3. aqua theriacalis.

Tertia aqua theriacalis, & quamvis minori apparatu, non tamen minus utilis hæc erit, ℞. *cardamomi, piperis albi, & longi an. ʒ ß, galangæ, macis, cariophyllorum, granorum paradisi an. ʒ v. ligni aloes ʒ ij. zinziberis, cinnamomi, cubebarum an. ʒ iiij. foliorum majoranæ, rorismarini, mentæ, pulegij, salviæ, nardi, asparagi, ros. rub. an. m. ß, seminis cumini agrestis ʒ ß, anisi, fœniculi an. ʒ j. seminis coriandri, sinapis an. ʒ ij. seminis pœoniæ, cumini Romani an. ʒ j, ß, radicum Enulæ campanæ, iridis an. ʒ j. foliorum angelicæ, pimpinellæ, doronici an. ʒ j. diptamni ʒ iij. sacchari candi albi libij, singula terantur, & cuncta simul in vino generoso quin-*

quies

quies destillato macerentur in fimo, vel aqua calida diebus xiiij. deinde in alembico vitreo sedulò argilla obturato destillentur, quod quinquies facito, postea adde croci orientalis ℈ ij. mosci, & ambræ an ʒ ij. foliorum auri numero viij. dosis quantum capiat dimidium avellanæ cum aqua buglossæ, vel vino Rhenano, addi etiam in ultima destillatione potest ʒ j. theriacæ.

Tertio, reliquis non proficientibus utendum evacuatione, & ea quidem per venæ sectionem si grumus sanguinis, aut febris adsit, ex brachio, si menses non instant, aut si proximi sunt, ex pede; si verò humores acres, & erodentes abundent purgationibus utendũ per ea medicamenta, quæ cap. *de calida uteri intemperie* reperies, localibus addendæ muscilagines altheæ, psyllij, cydoniorum: pessaria insuper adhibenda ex lana intincta in decocto capitum papaveris, vel in succo plantaginis, & intybi, cum unguento ros. vel in lacte muliebri, & oleo ros. aut si sanguis exeat cum semine lini trito, & adipe anserino, inprimis laudatur pessus aureus de quo supra: eadem pessaria conveniunt, si ex viri accessu, aut tumore intus recondito dolor oriatur. *Si ab humore acri curatio.*

Quarto & ultimò reliquis non proficientibus ad narcotica veniendum, quæ sunt medicamenta stupefacientia, & quanquam rebellem in corpore frigiditatem interdum relinquant; tamen si patienti ex immani, ac intolerabili dolore, virium dissolutio, syncope, & mortis periculum immineat, eligimus potius læsionem ipsam, quam mortem: At quia his medicamentis extincto calore nativo multi perierunt, ac perpetuò dormiverũt, prudens medicus ea prius exterius applicabit, ita poterit prædictis jam emplastris, & unguentis g. v. opij thebaici admiscere, quæ si satis non fuerint, tria ejusdem opij grana uterinus clyster recipiat, aut paretur sequens clyster per sedem infundendus ℞ *lactis caprini, aut ovini* ʒ vij. *olei papaveris* ʒ ij. *philonij Romani* ʒ ß *vel pilul. de cynoglossa* ℈ j. Denique si neque his dolores quiescant interius adhibenda ʒ ß aut ℈ ij philonij Romani, Persici, aut Tarsensis, aut Requiei magnæ, vel Athanasiæ cum ʒ j. vini Rhenani, & ʒ ß aquæ ros. vel viol. laudatur etiam ʒ j. theriacæ magnæ; chymici conficiunt ladanum, quod vocant, opiatum; alij pilulas Nicolai contra fluxũ, pilularum dosis est ℈ j. ladani ℈ ß ac sic paratur: ℞ *specierũ diambræ* ʒ ij. *infundantur, per xiiij. dies in vino destillato, ut latum digitum supereminеat, & adde opij* ʒ vj. *mumiæ* ʒ ß *succi-* *Narcotica.* *Ladanum opiatum.*

succi ʃhoſchiami ℥ j. *corallij rubei, carabe an.* ϑ ij. *croci* ϑ j. *moſci g.* xvj. *ambræ g.* xij. *affuſo rurſus ſpiritu vini*, ut ſuperemineat latum digitum, digeratur poſt fornacem per menſem, quotidie agitando, doſis ϑ ß, pro ægri conſtitutione, valet non ſolum ad extremos dolores, ſed etiam ad maniã, ac vigiliam, quas inſuper operationes mirificè complet ſequens pilula ℞. *opij g.* j. *cinnamomi, caſſiæ lignea, croci an. g. iiij. cum gummi tragachanti, aut ſirupo affectioni convenienti, fiat pilula*; Cæterum narcoticis compoſitionibus non niſi poſt ſex menſes, vel potius poſt annum à compoſitione utendum eſt, nam tunc tutiora evadunt; quod ſi philonium duorum, trium, quatuorve annorum fuerit, melius erit, nec inutile ſequentibus ad decimum uſque, ſed tanto minus ſtupefacit, quanto eſt vetuſtius.

Pilula probatiſſima.

Scholium.

Narcotica impropriè anodina dicuntur. 12. meth. 1.

Quarto & ultimo] *Narcoticum medicamentum impropriè quidam anodinum appellarunt, ut refert Galenus, nam quæ levant dolorem, in duplici ſunt differentia, quædam temperata, vel ſaltem intra primum ordinem calida, & calori noſtro quam ſimilima, quæ tenuium ſunt partium ſine ulla adſtrictione, & una pariter digerunt, rarefaciunt, extenuant, concoquunt, & æqualibem reddunt doloris cauſam, & hæc propriè anodina ſunt, alia dolorem ſedant, non æquabilem reddendo cauſam, & ex artis ratione; ſed ſtupore inducto, partis ſenſum obtundunt, torpidioremq; reddunt, quia calorem nativum, ſpiritumq; extinguendo, vel repellendo, partem cui fuerunt admota, ſenſu privant, quippe ſine ſpiritu nihil omnino ſentire poteſt; adhæc comprimunt ſua frigiditate meatus nervorum, & partium ſenſibilium; quæ compreſſio impedit influxum facultatis, & ſpiritus animalis, atque hæc vel quarto exceſſu frigida ſunt, vel ad minimum tertio, & revera talia non ſunt, ſed impropriè, & abuſivè anodina dicuntur, quatenus ſtupefaciendo faciunt, ut dolor non ſentiatur, ac interim dum dolor ceſſat, vires recolliguntur, quæ & morbo reſiſtere, & curationi ſufficere valeant, quæ diſtinctio eſt omnino neceſſaria, ut liquido conſtet, quàm ſit periculoſus ſtupefacientium uſus, cum calorem omnino extinguant, partes mortificent, & immedicabiles ſopores inducant, quapropter non niſi maximâ urgente neceſſitate, & præſenti mortis periculo eiſdem utendum, quod tribus in caſibus contingit, in immodicis vigiliis, rebellibus fluxionibus, & ingentiſſimis doloribus: tria etiam potiſſimum obſer-*

Narcotica quæ ratione ſenſu privent.

Narcotica 3. in caſibus adhibenda.

observanda in eorum exhibitione. Primum ut sensus stupefiat: Secundum ut nullum inposterum nocumentum inde relinquatur: Tertium ut affectio maximè juvetur, monente Galeno, ita fiet (quod Asclepiades commendaverat, ac proprium medici officium esse dixerat) ut tutò celeriter, ac jucundè curet, neque crudelis videatur, dum agrum doloribus confici patitur, & horum usum prorsus rejicit: neque adulator, si ejus delitiis nimium indulgens hisce remediis minus tempestivè utatur. Iam verò duplex narcoticorum est differentia: quippe alia simplicia sunt, ut opium, Ihosquiamus, mandragora, altercisemen: alia calidis admixta: & horum adhuc alia plus, alia minus calidorum continent, sed quantò eorum plus habent, tantò sunt minus efficacia, ac tantum in posterũ minus noxia: semper tamen tutiora exterius adhibita, quam intus sumpta: & post annum à compositione quam antea: sunt porrò assumenda post totius corporis evacuationem, & ventriculo vacuo, nec cibus ingerendus est, ante quinque aut sex ab assumptione horas, nisi quando somnum volumus conciliare, tunc enim una vel altera hora à cœna propinantur. Galenus 12. meth. 1. de narcoticis sic scripsit. Et talium quidem medicamentorum usus, eorum qui adversus symptoma pugnant est proprius, potissimum ubi ex frigida causa dolor est excitatus. Ex quibus verbis Mesues, & plures alij magni nominis medici eum sequuti, opiata & stupefacientia securius in frigidis affectionibus quam in calidis exhiberi temerè sunt opinati, nec illis defuit speciosa magis quam firma ratio, quod antidota hæc calida medicamenta multa recipiant, cujus vires, & qualitates citius exeruntur. At meâ quidem sententiâ pueriliter hallucinantur, quod sequentia Galeni verba aut non legerint, aut aliud agendo legerint, nam continuata oratione sic scribit, obsunt enim talia plurimum toti affectui ac curationi, contumacem eum reddunt; ac si dixerit narcotica nunquam convenire ratione affectus, sed ratione urgentis symptomatis, quando verò symptoma à frigida causa oritur, tunc potissimum ratione symptomatis, nequaquam ratione morbi prodesse, nam crassis, glutinosisquè humoribus inimicissima sunt, quæ torporem inducunt; sin autem calidus, tenuis, ac mordens sit humor, tunc & morbum, & symptoma curant, eodem Galeno teste 12. meth. 8. hinc fit, ut licet in utroque affectu interdum cogamur hisce medicamentis uti, tamen minori cum noxâ, & majori cum utilitate in calidis, quam in frigidis affectibus exhibeantur, recipiunt verò plura calida, ut & citius distribuantur, ac in profundum permeent, & simul intensa eorum frigiditas corrigatur.

12. meth. 1. 9. secundum locos 4.

Narcoticorũ duplex differentia.

Quæst. Frigidis, an calidis affectibus narcotica magis conveniant. In antidot. c. de Philonio.

Narcotica cur calida admisceantur.

De uteri pruritu.

CAP. IX.

TRes sunt affectiones inter se admodū similes, uteri pruritus, ejusdē furor, & nymphæ magnitudo, seu turpitudinis symptoma, de quib. promiscue Mercatus egit, nos clarioris doctrinæ gratia, Aëtiū, & Moschionem sequuti, distinctis capitib. de his pertractabimus ac primū de uteri pruritu, à quo haud valde differt ejusdē matricis fervor, ac satyriasis, quæ affectio à satyris nomē accepit, quos fabulosa antiquitas proclives in Venerē refert, ut scribit Aëtius; & est ardens scalpendi, coëundique tentigo, cum maximo desiderio & dolore; quod sæviorem reddit affectionem, cum enim partes affectæ distentæ sint, ac semen excerni non possit, quia meatus obstruantur, major materiæ copia ad locum frustrà trahitur.

Definitio. *Lib. 16. c. 82.*

Causa.

Fit hæc affectio ex affluentia salsi, serosi, nitrosi, aut biliosi, & adusti humoris, cum acrimonia, & mordacitate, nonnunquam etiam ex ipsius bilis abundantiâ. Noscitur facilè, quia mulier locis manus assiduè adhibet, stimulo scalpendi seu cōfricandi partes pudēdas, ex quo pars ipsa ad coëundū magis gliscit, & ipsa intolerabili Veneris appetitu contabescit. Etsi autē idipsum viris contingat, differt tamē à priapismo, Aureliani decreto, quod licet conveniant in rigida, & involuntaria partis tentione, tamē satyriasis acutū est malum, brevi hominem cōsumens, cum immani Veneris libidine, consequente sæpe totius corporis convulsione, dolore, lumborum gravitate, horripilatione, fastidio, urinæ, & excrementorum suppressione. At priapismus tarda est passio ex plurimo flatu, nec facilè dissolubili, intra fistulosum nervum contento. Ex utraq; tamen affectione sæpe ex præcipiti pereunt patientes, nisi confestim auxilium feratur, cum vero moriuntur ventre inflantur, & frigidum exsudant ob exhaustum calorem, & flatus copiam; id quod etiam ijs evenit, qui alijs confulsionis modis perimuntur, quando verò simplex pruritus est, solet nonnunquam finiri in ulcera. Symptoma est de genere actionis naturalis læsæ, nam immodica Veneris appetentia ad hanc facultatem spectat: Curatur tribus remediorum generibus, primum victu tenui, infrigidanti, parco, pauci nutrimenti,

Nota.

Priapismus.

Prognosticū.

Curatio.

menti, minimè flatulento, aut semen generare potenti, ut cremore ptisanæ, lactuca, scariolæ, cucurbita, & alijs jam dictis cap. *de pulsu arteriæ dorsi*; potu aquæ tepidæ, aut tenuioris cerevisiæ, oratione, solitudine, sancto & honesto consortio, ac omni corporis macerationе, jejunio, abstinentia, non à cibis duntaxat, verum à loquelis, & inspectionibus lascivis, prodest etiam usus seminis lactucæ, aut portulacæ, & conserva ros. rub. *Abstinentia*

Secundò evacuantibus, ita statim à principio venam secare oportet mediam, si nihil impediat, sin minus saphænam, & cruribus ac coxis cucurbitulæ cum scarificatione applicandæ sunt, deinde præparentur humores ut cit: cap. ac purgentur, siquidem bilioſi sint, cassiæ ℥ j. aut ʒ j. rhab. in decoctione florum, & fructuum; vel ℞ *pulpæ tamarindorum* ℥ j. *santalorum flav.* ʒ j. ß *leviter bulliant in aquæ ros.* 5. *q. colaturæ bibat sæpe* ℥ vj. *aut tantundem seri caprini cum saccharo, aut* ℥ ij. *mannæ, ibi dissolvantur*; valent insuper refrigerantes sirupi, & frigida apozemata quibus ut leviter expurgent, additur ℥ j. foliorum sennæ, aut ℥ ß, myrobalanorum, vel etiam epithymi: si melancholici succi aliquid commisceatur, aut ʒ ij agarici in ligatura, si salsa adsit pituita vel serosus humor. *Venæ sectio.* *Purgatio.*

Tertiò localibus, quæ pruritū compescant, in quem usum maximè commendantur balnea aquæ dulcis, à quibus lumbi irrigentur succo lactucæ, portulacæ, plantaginis, aut decocto earundem herbarum vel salicis, viticis, lenticulæ palustris; aut rosaceo unguento perfundantur, & refrigerante Galeni. Utero verò infundendum decoctum florum salicis cum ʒ j. trochiscorum de caphura, vel tantundem collirij albi, Rasis, quæ etiam dissolvantur in aqua, quæ à vitibus amputatis destillat. Valet Ægyptiacum unguentum in aquâ marinâ aut lixivio dissolutū, & per methencritā injectum: aut pessus ex stupis cannabinis eodem madidis: aut ℞ *à axungiæ procinæ recentis lib.* 1. *saponis nigri, salis nigri, assari, tartari, staphysagriæ an.* ʒ iij. *sulphuris vivi* ℥ j. *argenti vivi* ʒ ij. ß, *aceti ros. quartam* j. *fiat secundum artem linimentum*, quod præsertim valet ad pruritum, qui ex pituita salsa senum scrotum, & anum exercet importuno scalpendi desiderio, cui etiam prodest unguentum enulatum cum Mercurio; aut locum ex aqua malvarum balneare, præcedente purgatione per jam dicta apozemata, quod experientiâ mihi compertum est, aut ℞. *aluminis, nitri,* *Topica.* *Balneum.* *Linimentum.* *Senes scalpendi desiderio tenentur.* *Unguentum enulatum.*

nitri, sulphuris vivi an. ℥ vj. *staphysagriæ* ℥ j. *dissolvantur omnia in aceto ros. & adda butyri recentis* 5. *q. fiat linimentum* nascale in sequenti unguento intinctum ac vulvæ applicitum, usu comparatum est mirum in modum pruritum sedare, & mitissimum est medicamentum, nec admodum differt ab aureo pesso ℞. *croci* ℈ j. *ceræ* ℥ ß. *adipis anserini, aspi, medullæ cervinæ an* ℥ j ß, *mellis* ℥ ß, *albumina ovorum* ij. *olei ros. q.* 5. *misce.* Prosunt reliqua quæ cap. *de gonorrhœa* ad semen extinguendū scripsimus, & quæ ad infrigidandum cap. *de pulsatione arteriæ dorsi.*

Aliud linimentum.

Nascale.

De furore uterino. 10

CAP. X.

Definitio. UTerinus furor est immodica, & effrenis coëundi appetentia, adeo inextinguibilis, ut in furorem & in deliramentum migrate fœmina videatur, ardore, & fervore uteri ad cerebrum & universum corpus distributo. Symptoma censetur in genere actionum læsarum tam naturalium, quam animalium; nam immoderata libido ad naturalem, depravata Veneris imaginatio ad animalem seu rectricem spectat, fitque jam malignæ, ac fœdissimæ mentis passio. Provenit ex vitiato uteri temperamento, unde locus primariò affectus uterus est, ac ejus partes, in quibus Veneris viget appetitus, ut sunt testes, 20
& processus ille, quem delectationis sedem in quibusdam statuimus, ac præsertim collum uteri, & ejus osculum, sicuti canina fames, & immodica sitis in ore ventriculi fiunt; per consensum autem communicato fervore, diaphragma, & cerebrum etiam compatiuntur, utrolibet enim vitiato delirium sequitur. Ex dictis liquet, differre à pruritu uteri, quia hic in sui consensum cerebrum non trahit, neque rabiosum delirum ad illum sequitur, ex quo fœminæ depositâ omni pudoris verecundiâ insatiabili desiderio viros palàm insectantur, aut sese suspendio, flammæ, & in puteos præcipites dant, majoris dedecoris fugiendi gratia; Adhæc uti pruritus satyriasi vi- 30
rorum, ita furor priapismo videtur correspōdere, ac in pruritu quia humor turget, partes cum delectatione dolent, in furore non dolent; tandem quia pruritus annosis, furor virginibus magis contingit;

Species.

Pars affecta.

Differentiæ ab alijs affectibus.

Furor uterinus priapismo respondet.

git; nec aliter differt à fervore matricis, niſi quod in hoc uteri ſubſtãtia, & univerſum ejus corpus, eiſdẽ afficitur ſymptomatibus, quib. partes pudendæ in pruritu, & furore. Differt inſuper ab alijs delirij generibus, quia harũ amentia tota in Venere verſatur, & nihil aliud imaginantur, aut loquuntur, quam de coitu; à ſuffocatione verò matricis, quia in hac mulieres manent attonitæ ſine motu, & loquela, ac cum exigua reſpiratione, in furore uterino garrulæ, iracundæ, & inquietæ fiunt; ad ſuffocationem támen ſæpe furor conſequitur, quando ex inextinguibili ſeminis appetitu provenit; tamen uterus in furore partes ſuperiores non comprimit, ſed eodem loco immotus permanens cerebro, uti dictum eſt, vitium communicat.

Sunt hujus mali cauſæ externæ, aut internæ; externæ quidẽ vita otioſa, & Venereorũ cogitationibus mancipata, ac loquelis, laſcivijs, & impudicis inſpectionibus dedita, ſimilibuſque, ac verſiculorum lectionibus, & hiſtrionum ſpectaculis; ciborum uſus aſſiduus, ac immodicus, & eorum omnium, quæ ſemen augere valent, qualia ſunt ſcolymi, cynaræ, bulbi, potus meraciores, ſomnus in plumis, ac ſuper dorſum, regio & aër calidus, & quod fœmina temporius incepit concumbere, unde nondum adhuc confirmato judicio libidini habenas laxavit. *Cauſa externa.* Internæ cauſæ ſunt juvenilis ætas, calida & humida, acris, ac bilioſa fœminæ temperies, ex qua ſemen genitale in proprijs locis copioſum, calidum, & mordax generatur, à quo vapor per medullam ſpinalem, & ſibi inſertas propagines vitioſam qualitatem ad cerebrum mittit, qui ſi mordacitatis tantum particeps eſt, ingentem excitat appetitum, ex quo tamen ut plurimum nondum audent præ pudore affectum proferre, ſed tacitè laſcivientes contabeſcunt, quod ſi putridus inſuper ſit halitus, deſipientia conjungitur, ac tum fœminæ pulſo pudore cum audacia, quaſi æſtro percitæ, viros inſectantur, & appetere, imò ſæpe ſollicitare audent, maximè, ſi connaturale temperamentum calidum augeatur; quasplerumq; vulgares philtris, hoc eſt amatorijs poculis infectas ac ſeductas exiſtimant, quin & ipſæ non rarò idipſum prætexunt, ut patrata facinora excuſent, aut metu pœnæ, aut rerũ cauſas ignorantes. *Philtra.*

Prodit affectionem fœminarum garrulitas, & quod iſtar Furiarum aguntur inquietæ, oculis ſublimibus & incompoſitis, pruri- *Signa.*

unt; ac manibus locos sæpius fricant, quorum attractu insigniter delectantur, nihilque aliud imaginantur, aut loquuntur, quam de virorũ consortio, de coitu, de reb. lascivis, & inhonestis, quę omnia etsi pudore fœmineo interdum cælent, gaudent tamen ijs auditis, ac similibus, maximè si impudicus tactus occultè accedat. Putridum vero semẽ accusat inquietudo, & insipientia, quod si ab eodem duntaxat excalefacto fiat, gestum & vultum viris gratum, & amicum *Prognostică.* præbent, si demum ex connaturali temperamento aucto, impudentia adest & insolita audacia. Affectio est multò gravior, & acerbior satyriasi ac pruritu, indecens ac turpis, quæ tamen adhibitâ diligentiâ facilè curatur, non adhibitâ, in insaniam procumbit & in opprobrium.

Curatio. Curatur igitur ferè ijsdem medijs, quibus uteri pruritus & fervor, præsertim si à semine concalefacto tantum proveniat, nisi quod ab Ægyptiaco, & ijs quæ acria recipiunt in 3. remediorum genere abstinendum est. At si ex putri suboriatur semine, curatur ferè ut epilepsia ex utero, ijs præsertim, quæ ibi in 3. remed. genere dicta sunt, ad caput corroborandum; quod peculiari ratione oxyrrhodino irrigandum. *Historia.* Exhortentur fœminæ sic affectæ ad honestatem, & opprobrium eis proponatur, ni resipiscant: sic Milesias virgines curatas lego, lege promulgatâ, ut quæcunq; sese hoc affectu perciæ necarent per forum nudæ traherentur: cavendum tamen ne dedecus divulgetur, ne spreto pudore & famâ, admonitiones non curent; confert coitus ijs quibus licet, nam etsi usus Veneris libidinem au- *Topica.* geat, moderatus tamen & modestus valet, quatenus mulcetur fœmina, & furor mitigatur, excerniturq; titillans ac turgens semen. Utero adhibenda pessaria ex succo plantaginis, solani, ac portulacę, cum pauca ruta, & succo coriandri; & reliqua quæ c. *de suffoc. ex utero* ad seminis eductionem conferre diximus; omni insuper arte satagendum semen minuere, ut cap. *de gonorrhœa* dictum est: quod si semen corruptum sit, nitri, cardamomi, croci, spicęnardi, partes æquales in succo coriandri coquantur, aut in melle ros. ac pessum in eo intinctum subdito; aut rutam cum myrthino ceroto commixtã, & succo solani: vel diacodium in eodem succo, & aceto dissolvatur: quippe hæc omnia semen salivæ in modum eliciunt, & furorem sedant. Reliqua quæ ad victum, humoris evacuationem, & partium infrigidationem spectant, ex superiori c. petenda sunt. Nam etsi pa-

tiens desipiat, præcipua tamē curatio utero adhibenda, ideo & sanguinis missio diligenter administranda, & balnea ad umbilicum usque, ita enim universus corporis habitus refrigeratur.

De uteri debilitate.

CAP. XI.

QUoniam Nymphæa communia habet cum duabus præcedentib. affectionibus symptomata, de ea hîc agendū videbatur, verum quia ad morbos pertinet, in compositione ad sequentē sectionē relegamus. Et cōtinuato sermone agendū duximus de debilitate uteri, qui quidē multis modis infirmari potest, tum quatenus pars est simplex, tum etiā quatenus organica, & primo naturalib. ejus potentijs vitiatis, ita fit, ut si attractrix facultas validior quā decet extiterit, retentrix langueat, aut expultrix proritetur, menses assiduè fluant: & ipsa retinente languida, aut secernente stimulata, vel proprium semen profluat, vel virile, vel utrumque: ac insuper tenuiter efformetur fœtus, & postquā pondus aliquod nascisciturprimo, secūdo, aut ad summum tertio mense prolabitur; si verò, qua sibi uterus proprium conficit alimentum, concoctrix virtus debilitetur, multis humiditatibus, ac superfluis purgamentis redundet. Ex quibus liquet uteri debilitatē illam appellari, in qua uterus communia vel propria munia debiliter exequitur, vel omninò non operatur: communia voco nutritionem, & quatuor facultates eidem subservientes: propria, mensium expurgationem, conceptum, ac partum: peculiari verò ratione de illa hic agimus debilitate, in qua nullo affectu in utero existente facultates naturales corruunt.

Definitio.

Uteri munia propria & communia.

Habet hic affectus causas tres, Prima est quælibet intemperies simplex, vel cum à fluxu materiæ, ab his enim communiter naturales facultates infringuntur, nam nimius calor colliquat, ac, si siccitati conjungatur, plus trahit, quam possit conficere, nec concoquit, sed adurit; frigiditas cruditates parit, nimia ariditas plus retinet, quam oportet: humiditas, sanguinis, seminis, ac fœtus retentioni est nociva, & fœminam viro ingratam reddit. Secunda debilitatis causa est spirituum vitalium, & innati caloris resolutio, quod plurimum accidit ex laborioso, & frequenti partu vel abortu; Tertiam tandem

Causæ.

Facultates naturales à quibus qualitatibus infringantur.

tandem cauſam ſtatuimus laxiorem, molliorem, & infirmiorem ejuſdem uteri ſubſtantiam.

Signa. Produnt uteri languorem in genere, Veneris faſtidium, excretio flatus per pudendum, inordinata menſtrua, ſeminis effluxus, frequens abortus, & quia menſtruorum tempore pectinis, lumborum, & crurū gravitas adeſt; ventriculus laborat, & caput ex vaporibus ab eo elatis, ac tunc ſtragulatis ex utero, ſimiles fiunt. Specialius cauſas ſic explorabis, nam ſi ex laborioſo partu, vel abortu ſpiritus ſunt diſſipati, relatione id deprehendes, & quia lumborum ac crurum languor adeſt; laxam, & mollem uteri ſubſtantiam accuſant flacciditas partium pudendarum, menſes decolores, & aquoſi, corporis languor, & quod uteri oſculum perpetuò hiat; intemperaturam cognoſcendi & curandi methodum ex proximè ſequentibus capitibus mutuabis, ideoque omiſſis nunc ijs, quæ adverſus qualitates pugnant, de quibus ibi; debilitati ex reſolutione ſpirituum; ac nativi caloris, quadruplici remediorum genere ſuccurritur.

Curatio. Primò victu largiori facilis concoctionis, & optimi nutrimenti, ita pro cibo eligatur caro gallinarum, caponis, perdicis, attaginis, phaſianorum, juvenum columbarum, turdorum, ac reliquarum avicularum, ova recentia, cum multo aromate, amygdalæ, nuces, paſſulæ, uvæ penſiles, dactyli, & in potu vinum generoſum, aqua vitanda, evacuatio nulla molienda.

Calorem & ſpiritū ſuſcitantia. Secundò ijs, quæ evocato ſanguine, calorem & ſpiritum ſuſcitare valeant, quod egregiè præſtant exercitium, frictiones partium infernarum, & ventris inferioris; uſus aromatum, ut accipere ſingulo mane rotulam unam vel alteram diacalaminthæ, diacimini, aromatici roſ. diatrion pipereon diagalangæ, roſatæ novellæ, aut ℥ j. theriacæ, ſive mithridatij, ac inſuper inungantur jam dictæ partes, oleo naphæ, lavendulæ, nardino, liliorum, & laurino, ex quibus, cum gummi aliquo ex ijs, quæ apud nos naſcuntur, aut ex India aſportantur, uti ladano, tacca macca, caranna, unguenta parentur,

Unguentum

Injectio. aut injectiones, ni virgo ſit, in hunc modum: ℞ *cinnamomi, cyperi, coſti, cariophyllorum, ſalviæ, macis an.* ℥ j. *in* ℔ ſ. *q. aquæ naphæ vel florum myrtillorum ſive lavendulæ, fiat decoctum, cui percolato adde vini malvatici quartam partem, ambræ & moſci, ſingulorum* ℥ *ij. miſce.*

Tertiò ijs, quæ caloris & ſpiritus effluvium impediant, ac ipſam matricis

matricis ſubſtantiam confirment, in quem finem cap. *de ſtrangulatu ex utero*, varia deſcripſimus emplaſtra pro matrice, quibus ſequentia addere licet. ℞ *olei jaſminorum, aniſi, cinnamomi, cariophyllorum, arte chymica extracti ſingulorum* ℥ j *ceræ, ladani, reſinæ an q* ſ *galliæ, & aliptæ, moſcatæ, moſci, ambræ, zibeti an g.* ſ *miſce, fiat cerotum*: aut ℞. *pulveris granæ, cariophyllorum an.* ℥ j ß. *pulveris roſ. coralli, angelicæ an.* ℥ j. *pulveris maſticis, ſanguinis draconis an.* ℈ ij. *ambræ, & moſci an. g.* x. *ladani depurati, & ceræ an. q.* ſ *fiat emplaſtrum*, quibus admiſceri poteſt theriacæ ℥ ß, ac non ſolum infra umbilicum, ac prope inguina ſunt adhibenda, verum etiam renibus. Tertium pretioſius conficies *ex olei laſerpitij, de ſtyrace, balſami an.* ℥ j. *pulveris cariophyllorum, ſeminis angelicæ an.* ℥ j. *diamoſchi, diambræ* ℈ j. *olei liquidambræ* ℥ ß *gummi caranna q.* ſ. *fiat emplaſtrum*; addit inſuper utero vigorem hoc aliud: ℞. *ladani depurati* ℥ ij. *thuris, ſtyracis liquidæ an* ℥ ß, *ſpicanardi, cariophyllorum, ambræ griſeæ an.* ℥ ß *ceræ q.* ſ. *olei liliorum, nardini, balſami an.* ℥ j *fiat emplaſtrum.* Nec minoris efficaciæ ſequens eſt, ℞. *emplaſtri ceronei* ℥ ij. *ladani depurati* ℥ j. ß, *galliæ muſcatæ, aliptæ muſcatæ, pulveris cinnamomi, baccarum lauri an.* ℈ j. *olei de angelica q.* ſ. *miſce.* Placuit varia hæc deſcribere emplaſtra, quia non in uteri debilitate duntaxat, verum etiam in ſuffocatione, epileſia ex utero, ſterilitate, & pleriſque alijs affectibus maximus eorum uſus eſt.

Emplaſtra pro matrice.

Emplaſtri pro matrice uſus varij.

Quartò ijs, quæ non ſolum reficere, & ſpiritus excitare ac uterum odoris ſuavitate delectare valeāt; ſed inſuper ipſum adſtringere, ac firmiorem reddere; quæ præter id, quod molliorem ac laxiorem ejus ſubſtantiam emendant, ac in ſolidiorem tranſmutant, ejuſdē etiam hiatū in primis curāt, in quem uſum utilia ſunt localia fere omnia, quæ cap. *de ſiſtendis menſibus deſcripſimus*, & infra cap. *de ſterilitate ex hiatu uteri.*

Adſtringentia.

Hiatus uteri.

De frigida uteri intemperatura.

CAP. XII.

UTeri intemperaturas, ſervata ſerie, dignoſcere, ac curare nunc docebimus, quippe quælibet earum aliquam uteri facultatem evertere nata eſt, ac tandem eo debilitato, aut rite menſes non purgantur,

gantur, aut conceptus non fit, aut abortus sequitur; Auspicabimur verò à frigiditate, quæ dignoscitur, quia menses supprimuntur, aut præ nimia crassitudine commodè non fluunt, mucosi sunt, crassi, subalbidi, pauci, decolores, tardi, interdum etiam aquosi, si venarum oscula ex parte claudantur, ac tunc sæpe debitum tempus antevertunt; insuper stupidus sensus circa inguina, lumbos, crura, & prope os sacrum percipitur; ac crurum ferè sunt impotentes, mucore & pituita plenũ os uteri obstetrix contactu persentit; Venerem non appetunt fœminæ, neq; concipiunt quæcunque frigidos & spissos habent uteros, teste Hippoc. & vir in coitu putendum sentit frigidum, nec fœmina semen percepisse, animadvertit; faciei color obscuratur. Cum hac intemperie plerumque semper conjungitur frigidi & pituitosi humoris copia, qui ejus germen est, ideoque intemperiem cum affluxu materiæ curare monstrabimus, ex qua, demptis evacuationibus, quæ copiæ debentur simplicis medela innotescet.

Signa frigiditatis uteri.

5. Aph.

Curatio igitur quatuor remediorum generibus perficietur. Primò aëre ac victu calido, ut cibo facilis cõcoctionis, & optimi nutrimenti, qualis accipitur ex carne arietina, capreolorum, gallinæ, caponis, perdicis, attagenis, avicularum montanarum, palumborum, ac cervi junioris; panis esto optimus ex bona subactus farina probè fermentatus, cui si commiscetur semen anisi, aut fœniculi utilior fuerit; fercula juxta cujusque regionis consuetudinem concinnata, ex carvo, fœniculo, aniso, apio, smyrnio, asparagis, ciceribus, thymo, mentha, melissa, pimpinella, cum multo aromate, ut pipere, cariophyllis, croco, zinzibere, galanga, cinnamomo. Ex radicibus conveniunt radix petroselini, pastinacæ, eryngij; ex fructib. amygdalæ, passulæ, dactyli, cappares, uvæ pensiles, nuces juglandes, avellanæ, nuclei pini; utiles etiam sunt confectiones coriandri, piperis, cinnamomi, cariophyllorum, corticum citri: conservæ zinziberis, florum ac corticum auranciorum, acori, myrrobalanorum, aut nucum Indicarum. Vitentur pisces, legumina, lacticinia, poma, ac pyra cruda, càro pinguis, panis typhaceus, acidus, ponderosus, aut non benè fermentatus, & recens. Potus sit vinum generosum, aut aqua ex decoctione anisi, cinnamomi, smilacis asperæ, radicis chynæ, sasafrasiæ; conferunt frictiones universales, præsertim ventris inferioris, exercitium, animi alacritas, somnus moderatus.

Victus calidus.

Fercula.

Radices.

Fructus.

Vitanda.

Secun-

Secundo ijs, quæ pituitosos ac frigidos humores concoquere, attenuare, & calefacere valeant, ut rhodomelite, sirupo de mentha, de absynthio, de hyssopo, de duabus & quinque radicibus, cum dupla quantitate aquarum hyssopi, salviæ, menthæ, betonicæ, pulegij, aut pari copia decoctionis pituitosæ, vel alterius, quæ recipit *quinq; radicum aperientium, graminis an.* ℥ j. *foliorum majoranæ, pulegij, nepitæ, galliarici, calaminthæ, origani, sabinæ an. m.* ß *seminis cartami, anisi, fæniculi, petroselini an.* ℥ j. *fiat decoctio in* ʒ. *q. aquæ ad lib. ij. colaturæ* ℥ *iij. adde convententis sirupi* ℥ *ij. pro dosi.* *Præparatio frigidi humoris.*

Tertio ijs, quæ prædictos humores educere valeant ut agarico, sirupo ex infus. ros. electuario Indo, diacatholicone, diaphœnicone, radice mechoacanæ, pilulis mastichinis, alephanginis, de agarico; ut ℞ *massæ pilul. alephanginarum, de agarico, mastichinarum an.* ℥ ß, *trochiscorum Alhandaali g. iij. cum sirupo de menta, formentur* xj. capiat post mediam noctem; vel si potione minus offenditur, ℞. *præfatæ decoctionis* ℥ *iiij. agarici trochiscati* ʒ *iiij. sirupi rosati solutivi* ℥ *j. electuarij Indi, aut diaphœnici* ʒ *ij.* ß, *fiat haustus, cui additur* ʒ ß *rhabarbari aut tantundem hieræ Galeni* si humor aquosus sit, licet etiam humorem per Epicrasin, & paulatim sequentibus pilulis purgare. ℞. *rhabarb. agarici, masticis, carthami an.* ℥ *j. cum succo fœniculi, fiat massa, cujus* ʒ ß pro dosi tertio quoq; die capiatur, ex qua possunt confici v. aut vij. consimilem usum præstabunt hæ aliæ, ℞. *xylobalsami, carpobalsami, cinnamomi, sileris montani, assari, masticis, seminis anisi, fœniculi, macis, croci an.* ʒ *j. calami aromatici, sequinanthi, spicæ an. g.* x. *myrobalanorũ emblicorum, turbith an.* ʒ *ij. aloes*, ad pondus omniũ cum succo fœniculi, fiat massa. Quod si ex ventriculi vitio aut indebitâ vivendi ratione uterus compatitur, utilis est vomitus bis in septimana, cum decocto thymi, & origani ante vel post cibum, vel ʒ iij. diasari Fernelij, cum ℥ vj. mulsæ, aut prædicti decocti, quia humores circa ventriculum exuperantes tutò educit, ac sic paratur, ℞. *sirupi de menta, viol.* ℥ viij. *coquantur ad mellis crassitiem, quibus subducto igne inspergito radicis peponis arefactæ, seminis raphani & urticæ, macerati in aqua ros. arefacti ac triti an.* ℥ j. *radicis assari contritæ* ℥ ij. *cinnamomi, seminis fœniculi an.* ʒ *iij. confice electuarium liquidum*, quibus vomitorijs post primam confertam purgationem utendum, deinde paulatinæ administrandæ. Peculiariter insuper, si quid in utero frigidi ac pituitosi humoris redundare *Evacuatio. Pilulæ. Vomitus. Diassarum.*

Pessi. compertum sit, educendum per ea pessaria, vel nascalia, quæ simul purgent, calefaciant, & roborent ipsum uterũ, ut ℞. *arthemisiæ, sabinæ, majoranæ, diptami, absynthij an.* ʒ j. *anisi, ameos, rutæ, corticis, thuris an.* ϑ j. *fiat pulvis*, excipiatur succo mercurialis, ac linteo molliusculo locis indatur; aut ℞. *macis bdellij, gallia muscata an.* ʒ j. *pulveris hiera* ϑ ij. *agarici* ʒ ß, *mellis q. s fiat pessus serico exceptus.* Tertius hic erit ℞. *styracis, theriacæ, agarici, an.* ϑ ij. *aloes* ʒ ß *cum succo mercurialis aut melle*, fiat pessi forma serico excepta; sed & alius ex allio hortensi trito cum oleo de spica linteo exceptus, & in vulvam intrusus maximè celebratur, quia menses promovet, & uterum mirâ afficit voluptate.

Discussio humoris. Quartò utendum ijs, quæ contemperent, attenuent, & digerant humoris reliquias, quas operationes complent frictiones, exercitia, usus aromatum, aut singulo mane accipere ʒ j. theriacæ, mithridatij, trypheræ, pliris sacroticon, diambræ, vel diasatyrionis cum vino; vel ℞ *corticum mali citrei conditi, conserva anthos an.* ʒ j. *ramenti eboris, seminis mercurialis, coaguli, & matricis leporis an.* ϑ ij. *pulveris pliris sarcotici, mosci an.* ʒ j. *sacchari dissoluti in aqua melissophylli, &*

Morselli. *bugloss. 5. q. fiat morselli, singuli ponderantes* ʒ ij. quibus consimiles sunt tabellæ, quæ recipiunt *pulveris castorei, pulegij, anisi, cumini, fructuum juniperi, ligni aloës an.* ʒ ß *cum saccharo dissoluto* ut supra, fiant rotulæ, aut cum melle, & vino albo electuarium; aut cum saccharo identidem dissoluto conficiuntur alię ex pulveris corticũ citri, auranciorũ, cariophyllorum, cinnamomi, vel exhibetur ʒ j. diambræ, seu diamusci cum ʒ ij. vini vel aquæ cinnamomi, vel cum ʒ iij. sequentis

Decoctum. decocti. ℞ *radicis angelicæ* ʒ j. *epithymi* ʒ ß *foliorum pulegij m.* ij. *piperis, castorei, seminis anisi, cumini, angelicæ, dauci, petroselini an.* ʒ j. *coquantur in*

Externa. *s. q. aquæ ad lib.* j. Ab his, externis utendum & primò quidem balneis sulphureis, aut arte paratis, ex decocto arthemisiæ, rutæ, salviæ,

Balneum. enulæ campanæ, roris marini, hypericonis, camedrios, camepitheos chelidoniæ, foliorũ lauri, majoranæ, pulegij, seminis carvi, cimini, sileris montani, anethi, anisi, lini, cinnamomi, cyperi, origani, acori radicis ac seminis angelicæ, anethi, camomillæ; ex quo etiã decocto

Unctiones. fiant evaporationes, & injectiones, ac fomentationes inferioris ventris; qui postea inungatur oleo calido Irino, liliorũ, de angelica, rutaceo, momordicæ, naphæ, de styrace, de baccis lauri, vel macis, aut cinnamomi, piperino, de nuce moscata, cariophyllorum, de aniso,

præser-

præsertim autē chymica arte paratis, ex quibus etiam postremis fœmina guttas aliquot assumat, cum pauco vino. Deinde suffitus administrentur, fœmina undique cooperta, ex his trochiscis, ℞. *gallię muscatę, aliptę muscatę an.* ʒ j. *ladani depurati, styracis, ligni aloes, laserpitij an.* ʒ ß, *gummi arabici, vini optimi q. s. fiant trochisci, quibus addere licet masticis, thuris an.* ʒ j. *baccarum lauri* ϑ iiij. *ambrę g.* v. *Et balsamum loco vini, aut etiam agallochi, cariophyllorum, sabinę an.* ϑ ij. Sacculi insuper parentur ex seminibus calidis supradictis, cum milio, sale, & fufuribus: tandem unguenta, & emplastra, quæ cap. superiori in ʒ. remediorum genere dicta sunt. Animadversione hic dignum est suffitus maximè prodesse, quibus ob crassitiem menstrua deficiunt, aut diminutè profluunt: vaporationes, & balnea eis, quibus os uteri ob frigiditatem constipatur. Pessaria quibus in utero pituita, aut aquosus humor redundat, hisce tamen neque colochyntidem, nec validiora medicamenta admiscenda, & insuper cavendum ne calidorum nimio usu major humorum copia attrahatur.

Olea intus sumenda. *Suffitus.* *Sacculi.* *Admonitio.*

De humida uteri intemperatura.

CAP. XIII.

HUmidam uteri intemperiem captabis ex præcedenti victu aquoso, immodico potu, vitâ sedentariâ, laxo fœminæ habitu, pilis mollioribus, & quia uterus multis ac liquidis recrementis continenter manat, menses largiores, aquosi, ac tenues fiunt, in coitu humore admodum perfunduntur, Venus sopita est, & in ea delectationē non percipiunt; uterus semen non concipit, aut illicò evomit, vel saltem si concipiat, in incremento fœtus abortum patitur, quæ ferè ex Hippocrat.

Signa. *2. de morb. mul.*

Curatur eâdem ferè ratione, quâ frigida, sed rarius balnea conveniunt nisi sulphurea, frequentius suffitus, & ea, quæ siccant, ut sacculi, frictiones. Esto igitur victus siccus ex passulis, amygdalis leviter tostis, pullis assis, ac pane bis cocto; potu parco vini aut aquæ ex cinnamomi decocto, anisi, radicis chynæ, aut smilacis asperæ, utantur fœminæ laboriosis exercitijs, ac frictionib. partiū superiorum; alvus naturâ respondeat, vel levi clystere sollicitetur.

Curatio. Victus siccus.

Prap. & purgatio. Secundò utendum præparantibus sirupis calidis, de quibus dictum est cap. superiori, 2. auxiliorum genere; deinde conferta purgatione per pilulas de agarico, de hiera, mastichinas, de aloe, ut ℞. *massæ pilul. de agarico* ʒ j. *mastichinarum* ʒ ß, *trochiscorum alandal. g.* v. *cum sirupo de menta, formentur* xj. post hæc refectâ nonnihil naturâ lentus humor per Epicrasin educatur sumptâ singulo mane ʒ j. sequentis pulveris; ℞ *hiera simplicis, radicis chinæ, rubeæ an.* ʒ ß *singula per se pulverizentur, deinde misceantur*, ac detur eum vino per plures dies; aut conveniens aliquod apozema exhibeatur cujus libr. 2. addantur ʒ ij. agarici, & ℥ j. foliorum sennæ; vel hic sirupus. ℞ *decoctionis majoris ligni Guaiaci, & sarsæ parellæ paratæ*, ut infra dicendum est *lib. ij. agarici trochiscati ligati, & expressi* ʒ viij. *foliorum sennæ* ʒ *iiij. sachari & mellis q. s. fiat sirupus dosis à* ʒ *ij. ad* ʒ *iiij.* In eundem usum vomitus convenit bis in septimana, per ea, quæ capit. superiori dicta sunt, præsertim si à ventriculo uterus compatiatur, aut ipse ventriculo humiditatem retribuat.

Pulvis catarticus.

Sirupus de sarsa.

Vomitus.

Externa. Tertiò externis exsiccantibus, ut fomentis siccis ex arthemisia, camæmalo, anetho, cinnamomo, hissopo, mentastro, semine, & radice angelicæ, baccis lauri, cariophyllis, quæ omnia sicca sacculis includantur, & pubi applicentur, addito etiam sale, & milio; sed & uteri regio inungatur oleis & unguentis, superiori cap. recensitis, ac ibi descriptus pessus adhibeatur; peculiariter conveniunt suffumigia ex sequentibus trochiscis, *ladani puri* ʒ ß, *styracis, calamintha* ʒ ij. *ligni aloes, sabinæ siccæ an.* ʒ ß, *ambræ, & mosci an. g.* v. *misce*, fiat suffumigium; aut ℞. *liquidambræ, styracis an.* ʒ *iij. myrrhæ, mastices, thuris, cariophyllorum, ligni aloes, cinnamomi, nucis moscatæ, nucum cupressi an.* ʒ j. ß, *seminis angelicæ* ʒ j. *cum ladano, fiat massa*, ex qua suffitus parari possunt, aut pro arbitrio pessus, & emplastrum; Pro pauperibus verò ℞ *ligni aloes, bistortæ, nepetæ, melissæ siccæ, an. partes æquales, pulverizentur & cum ladano fiat massa*, subinde administrentur uterini clysteres, maximè si ex humiditate lubricitatē uterus cōtraxerit; fiant autem ex *decocto radicis chinæ, smilacis asperæ, & ligni Indici, cujus* ℞ *lib.* ß, *mellis despumati* ʒ j. quo in casu profiecuum est, singulo mane ʒ j. accipere sequentis confectionis cum ʒ ij. vini, ℞ *cariophyllorum, cinnamomi, galangæ, Zinziberis, ligni aloes an.* ʒ j. *nucis moscatæ, Zedoariæ, seminis acymi, spicæ, crocian.* ℈ j. *ossis de corde cervi, rasuræ eboris, margaritarū an.*

Suffitus.

Methenchrita.

℈ ij.

℈ij. *ambræ g.* x. *moſci g. iij. ſachari diſſoluti in aqua roſarum q.* 5. fiant tabellæ: aut cum melle deſpumato, loco ſacchari fiat opiata, vel etiã dempto ſaccharo, & melle, & addita ladani, & ſtyracis q. 5. fiat emplaſtrũ; utiles inſuper ſunt evaporationes è decocto ligni aloes, radicis chinæ, ſarſæ, & ligni Indici, maximè ſi laxus ſit uterus, reliqua vide ſuperiori cap. & *de ſuperfluis mentruis à cauſa frigida.*

Quartò potentiſſimè exſiccantibus, in quem uſum reliquis non proficientibus fonticulus aperiatur in altero, vel utroq; crure, & patiens ad ſulphurea balnea ſe conferat, vel quod primũ obtinet locum ad moleſtas humiditates exſiccandas, & conſumendas, ſudor promoveatur ex decocto radicis chynæ, ſarſæ parellæ, & ligni Indici quod qua ratione exequendum ſit oportunè hîc docendum venit: nam hæc præſidia exercitatiores medici, ad omnes omnium partium humiditates conterendas, ſibi comparaturi, quippe ipſis adjutus, inſitus calor humoris ſuperflui plurimũ populatur, ac diſſipat: nã etſi calore liquant, tenuitate tamẽ incidũt & attenuant, adeò ut exhinc vel ſponte ſua in halitũ & vaporẽ abeant, & facile diſſipentur, vel per urinas evacuentur; & quanquã multa ſint, quæ idipſum efficiant, ut ramenta juniperi, fraxini, ebeni, radix apij, perſonariæ, tormentillæ, hippolapathi, rhapontici, ireos, enulæ, & folia pentaphylli, diptami, ſcordij, aſſari, hipericonis, ac pleraq; alia; tamen exotica hæc tria ut celebriora, ac efficaciora, nos præparare monſtrabimus radicem chinæ, lignum Indicum, & ſarſam parellam, quæ ex utraque India ad nos aſportantur, & eorum in medicina facultates inſignes ipſa experientia, & annorum uſu ſunt comprobata, non contra luem Veneream duntaxat, ſed ad eos etiam quos diximus uſus, & pleroſque alios. Auſpicabimur autem à radice chynæ, utpote fœminis de quibus agimus, & præſertim delicatioribus convenientiori; optima orientalis eſt, ſeu, quę ex chyna ad nos affertur regione ampliſſima, & ignota majoribus noſtris, nam quę ex locis nuper reperti orbis ad nos mittitur, minoris eſt efficacię; ſeligatur etiam ponderoſa, & quantum ariditſima fert natura ſucculenta, minimeq; teredine, carie aut putredine infecta, nodoſa etiam ſit, talem enim habet ex ſua natura figuram, colore verò rufeſcit cum quadam albedine inſtar roſę, odore nonnihil aromatico, guſtu inſipidam quandam præ ſeferens

Fonticuli.

Balneum.

Sudorifica.

Sudorem provocantia.

Varia medicamenta.

Radix chinæ.

Electio.

Parandi modus.

ferens unctuositatem. Mirum est, quam perperam exteri ab Hispana natione viri hujus radicis dotes, ac præparandi modum descripserint, quocirca non sine causa operatione sæpe frustrantur, quippe exiguam quantitatem in magna aquæ copia incoquunt, præsertim Vesalius, & Augerius quorum præparationibus rejectis, hæc radix per transversum inscindatur in assulas, sive taleolas rotundas ac tenues, quarum uncijs tribus, sex aquæ fontanæ libræ tepidæ affundantur, ac per 24. horas loco calido, vase pannis cooperto macerentur in olla figulina, vel vitreata, postea lento igne carbonum bulliant ad medias, depositio vase ab igne cineribus calidis conservetur

Modus exhibendi.

tepor, decocti hujus lib. per manicam trajectam apprimè calidam, patiens jejuna bibat, ac in lecto se contineat, bene cooperta, in cubili calido, ubi accensus sit caminus, aut æstuarium, sudetq; per horas duas aut tres, si citra cordis pressiones, aut palpitationes ferre possit, deinde ostio clauso calidis linteis sudor abstergatur, ac recens indusiũ capiat, idemq; repetat à prãdio iiij. aut v. interpositis horis, nisi admodũ languida evadat à matutino sudore, nam uti in proverbio est, *oportet medicum dextro oculo ad virtutem, sinistro ad ægritudinem collimare*, intermedias horas cum gratis familiaribus, aut cognatis bonâ erectâ sanandi spe, jocis, & salibus hilariter transigat; residuũ decocti sit pro potu in prandio, & cœna, addito nonnihil sacchari, sic enim abstergit, & alvum lubricam reddit, absterso sudore, vel unâ horâ elapsâ si tamdiu ferre possit, cibum capiat parce quidem ex

Victus.

pane optimè subacto, aut bis cocto, carne junioris gallinæ assę, hędi, aut pulli collumbini, perdicis, caponis, vel phasiani, aut etiam elixâ in decocto ejusdem radicis utendum, insuper amygdalis decorticatis, ac leviter tostis, passulis, & cibum claudat diacythonite, aut confectione coriandri: vinum exterminandum, aut saltem decocto lymphatũ modicè bibat; abstineat à rebus salitis & acidis, quæ-

Vitanda.

cunque verò silentio hîc prętereuntur plane denegantur, panis ℥ iiij. delicatioribus, validioribus sex in diem non amplius concedantur; ac si plane duntaxat passulis, & amygdalis vivere possit utilius fuerit: panis bis coctus pro nobilioribus ita conficitur, ℞ *seminis cardui benedicti mundati, pimpinellæ, anisi, fœniculi, an.* ℥ j. *cum* 5. *q. pastæ ex optimæ farinæ flore bene fermentatæ*, misceantur diligenter, fiant panes benè cocti, qui ubi refixerit, in taleolas secentur, ac saccharo

disso-

dissoluto in aqua ros.vel florũ auranciorum obliti,in furno tepido diu siccentur, quidam addunt vitellos ovorum. Hunc ordinem servet per 24.dies,nonnunquam per 36. aut 40.uti morbus, & accidentia remittere videbuntur.Quod si sudor facilè non erumpat,plantis pedum & alis, sacculi tritico elixo pleni admoveantur calidi, aut vaccinæ vesicæ semiplenæ decocto calido anethi ,pulegij, roris marini,camomillæ,scordij, aut lateres calefacti vino albo respersi, & linteis involuti : quæ si non sufficians in Laconico sicco sudet,aut certè commoretur, quoad sudor prorumpere incipiat. Porrò quia decoctum hoc acescit, ubi unum aut alterum diem transcendit, ideò in Hispania,ac locis calidis singulis diebus recens paretur : in septentrionalibus plagis ad tertium diem duntaxat incorruptum durat. Si quid igitur remanserit ad clysteres parandos,aut elixandas carnes utiliter usurpatur.Sunt qui filo trajecto coctas taleolas in umbra siccant, ac secundò concoquunt in media aquæ copia, at id pauperiores faciant,pro divitibus prima decoctio utilior est. Jam verò accommodatum tempus ad movendos sudores ver est aut autumnus,semper tamen corpore competenter præpurgato; si quis pomeridianum sudorem ad nocturnum tempus differre velit non refragabor,dummodo decoctum capiat tribus saltem horis à cœna,nam per somnum felicius sudores erumpunt, verum habeat assistentem, quamdiu sudaverit,juxta se, & caveat ne in cubiculo clauso carbones accensi sint,ex his enim suffocationem,ac mortem subsequi sæpe vidimus.Quidam affirmant temperatam esse hanc radicem in primis qualitatibus, nec solum hisce ,sed specifica quadam virtute suas edere operationes; Revera tamen calida est in 2. sicca in primo recessu, quibus facultatibus vias urinæ aperit,sudores prolicit,humiditates præter naturam in quacunque parte consumit,subindeque impinguat,quia hisce demptis corpus felicius nutritur : ventriculum roborat,jecur deobstruit & matricem , bonum efficit colorem, & præter eos morbos,qui ex luis Venereæ contagio proveniunt paralysin curat, tremores, articulorum dolores , coxendicum dolores,podagram,strumas, tumores scyrrosos , vel œdematosos : nephreticis, calculosisque opitulatur , hydropi , astmati , & diuturnis affectionibus potissimum uteri ; quocirca fœminis , quæ ob uteri humiditatem non concipiunt cum felicissimo successu exhibetur ; succurrit capitis doloribus inveteratis à frigidis humoribus , externis ulceribus , aut vesicæ.

Numerus dierum.

Clyster ex decocto chyna.

Temperamentum.

Vires.

Sequitur lignum Indicum, quod majoris est efficaciæ, ideò robustioribus naturis convenit , ejus duæ sunt species, nam unum Guajacum dicitur , minus efficax; alterum sanctum ob præstantiam , utriusque vires insignes ; ex novo orbe affertur , illud ex insula Dominica,

Lignum Indicum. Descriptio.

hoc ex portu divite, ligni hujus arbor est paulò minor nuce, similis fraxino, cujus aut ebeni species censetur, folia producit similia plantagini, fructus purgantis naturæ olivæ instar, corticem cineritij coloris ad nigredinem declinantis; ligni substantia pallida est, cor nigrum, sive matrix, qua tamen caret lignum sanctum quia homogeneum ferè est. Et totum ejus corpus subflavi coloris, duritie mira, odore grave resinaceũ quid aspirans, gustu suave, cum aliqua amaritudine, & in potu aciditate, calidam & siccam naturam in secundo gradu, & paulò suprà possidere videtur, neque enim placet Valcazeris opinio, qui temperatum esse, asseverat, cum sensibiliter sed citra læsionem humanum calefaciat corpus, quod secundo calefaciendi gradui adscribit Galenus. Eligitur recens à scissione, mediæ ætatis, quod cognosces, si linguæ contactu in colorem croceum vertitur; adhæc solidũ & crassum, quia in majori quantitate major est virtus; ponderosum, sine carie, & vermibus, leve, & nodositatis expers, ut virtus æqualiter in eo recondatur, colore flavum, nisi quod medium Guajaci subnigro colore donatum esse debet, odore & sapore uti jam diximus, & à quo igni admoto gũmositas aliqua seu pinguedo effluat. Hujus decoctum sic paratur: ℞ *ligni sancti ferreâ limâ raspati, vel scobinati* ʒ *xviij. infundantur per horas xxiiij. in aquæ electæ dulcis, ac limpidæ lib. xij. vase terreo, vitriato, novo, cum simili operculo circumcirca massa obturato, bulliat deinde lento carbonum igne ad duarum triumve partium consumptionem, decoctum in aliud vas transferatur*, & accuratè tectum in loco calido usui asservetur; ligno jam semel cocto denuò affunde aquæ tantundem, bulliat ad tertias pro potu secundario. Primæ aquæ calidissimæ actu jejuno ventriculo patiens ʒ vij. aut viij. ebibat, ac in lecto ad sudorem se componat. Secunda erit pro potu ordinario, de qua tamen parcè bibat: ubi venit repudiandus vulgarium error existimantium, quantò plus de ea bibitur, ut de reliquis aquis medicatis, tantò esse utilius, sed & calidam bibat intermedijs temporibus, frigidam tempore cibi, qui talis esse debet, qualem jam supra descripsimus cum de radice chinæ sermo fieret, nisi quod nec coctas carnes admittit, àquibus etiam assis in cœna abstinendum, nec ullo modo vinum; quippe expertum est neminem eorum, qui vino utuntur ligni aut sarsi curatione restitui posse, requirit enim exactiorem diætam, reliqua ut in assumptione chinæ servanda sunt: Verum istum vivendi rigorem vix unquam

Temperamentum. Lib. de morb. galli 10. c. 8. & 5. simpl. 1.

Electio.

Parandi modus.

Potus secundarius.

Error vulgarium.

Victus.

nquam quibuſdam perſuadebis, maximè ſeptentrionalibus, vino cereviſiæ, multiſq; epulis ac delitijs deditis, qui tamen vel paulatim aſſuefiant, vel ſi eorum conſuetudini aliquid condonetur, hoc decoctum cum fructu uvæ paſſæ, & Glycyrrhiza permiſceatur. *Admonitio.*

Sarſam parrillam, ſmilacis aſperæ, volubilis, ſeu rubi ſpeciem eſſe ajunt, Glycyrrhizæ tenuiſſimæ & viti tam albæ, quam nigræ, ac lupulorum ſtaminibus non abſimilis; hæc majores adhuc vires, quam reliqua duo poſſidere dicitur, & experimentis comprobatur indies. Radix eſt tenuis, colore cineritio, dilutiori, interius tamen alba, rugoſa cum ſicca eſt, guſtu ſubamaro, & acuto, niſi quod inveterata dulcedinem tritico manſo ſimilem habet, odore vix perceptibili; intus lignoſa, calida in primo gradu, ſicca in ſecundo; ejus planta duos cubitos non excedit, radicibus quibus utimur alte demiſſis, ut ad eruendas profunda foſſione opus ſit, affertur ex nova Hiſpania, & illa optima cenſetur, quæ ex provincia *fonduras*; eligitur recens ponderoſa, fractu contumax, & quæ fracta pulverem non emittit, minimè carioſa, & quæ ex colore ſubrubro ad cineritium tendit. Confert non ſolum lue Venerea infectis, verum defluxionibus, flatibus uteri ac ventriculi, frigidis morbis, pituitæ ſalſæ, & ijs, qui antiqua & cruſtoſa laborant ſcabie, quod ſæpe ſum expertus, menſtrua provocat, ſanat dolores capitis, & articulorum, ac citra magnam ſitim cunctas humiditates, ac univerſum corpus exſiccat & ſolidius reddit; ijs tamen, qui calida jecoris intemperie laborant, non convenit. Modus propinandi talis eſt, ſervato jam repetito regimine in ſex rebus non naturalibus ac corpore præpurgato: ℞ *ſarſæ parillæ per medium ſciſſæ ac contuſæ* ℥ *viiij. aquæ fontanæ limpidiſſimæ lib. xij. in fictili vitreato diligenter obturato in loco calido maneant in infuſione per xxiiij. horas, poſtea bulliant ad medias* decocti hauriat patiens ℥ vij. aut viij. bis in die, aut ſemel ſi debilis ſit, & ſudet, ut ſuprà; ex remanentiis ſecundanam confice potionem, quæ quaſi lora eſt; vel ad efficiendum hunc ſecundum potum concoque denuò ℥ j. in lib. x. aquæ ad quartæ partis conſumptionem. Primum decoctum fortius parabis, ſi radicis conſciſſæ ℥ iiij. aquæ lib. vi. maceraveris, dehinc in mortario contuderis, donec in muſcilaginem quandam convertatur, colaturæ expreſſæ patiens bibat ℥ vj. ingratius eſt, ſed efficacius, ideoq; primus modus communiter uſurpatur, adminiſtratur per 40. dies, decimo quoque

Deſcriptio.

Temperatura.

Electio.

[*Vires.*]

Propinandi modus.

Secundana potio ex ſarſa.

Alius mod.

Numerus dierum. die crassiores humores purgante medicamento sequestrando; leviter tamen affectæ xv. aut xx. diebus perfectè sanantur, aliæ etiam novem. Sciendum medicos variè parare hasce decoctiones addendo vel minuendo aquæ quantitatem, & ligni ac sarsæ portionem. Ego verò præferre soleo eam, quæ pro qualibet sesquiuncia ligni recipit lib. j. aquæ, & pro quaq; sesquiuncia sarsæ, aquæ lib. ij. & coquantur ad consumptionem mediæ partis; vel si placet immiscere, quod sæpius fit, & oportet, ℞ *ligni scofinati* ℥ *viij. sarsæ parrillæ* ℥ *iiij.* ß *in lib. xii. aquæ, prædicto modo coquantur*; Piaculum quidam existimant ad alios affectus, præterquam adversus luem Veneream hæc medicamenta exhibere, qui certè plane ignorant eorum in ijs, quæ jam retulimus malis, eximias vires. Nec minus pernicioso errori addicti sunt, qui contendunt hasce decoctiones permixtionem aliorum medicamentorum non sustinere, quod ut ipsi autumant, eorum vires infringantur. Utiliter enim & cum maximo fructu pro ratione affectionis, simplicia alia in decoctione addi possunt, ita tamen ut virtus chynæ, ligni aut sarsæ prædominetur, neque certam aliquam, & occultam habeant repugnantiam cum hisce tribus, quorum permixtione egregiæ eorum vires hebetentur ac retundantur. Quin etiam pro iis, qui temporis aut negotiorum ratione sudare nequeunt, sirupi conficiuntur, quibus nõ sudant, sed lentè humores expurgantur, & inscinduntur hac ratione:

Errores quorundam.

Sirupi ex sarsa & ligno.

℞ *decocti ligni, aut sarsæ, ut suprà parati, lib. vii. foliorum sennæ lib.* ß *rhab. optimi* ℥ *j. Epithymi* ℥ *x. polypodij quercini contusi* ℥ *v. radicum borraginis, Glycyrrhizæ an.* ℥ *ij. florum cord. an.* ℥ *j. santalorum flavorum, & alborum an.* ℥ *iij, seminis anisi, amei an.* ℥ ß. *coquãtur simul secundũ artẽ ad tertias, deinde adde sacchari q. 5. fiat apozema, cujus dosis* ℥ *vi.* aut fiat ad consistentiam, sirupi dosis ℥ iij cum pari quantitate decocti ligni, aut sarsæ. Quod si inscindere vel attenuare magis quam purgare animus sit, hoc aliud confice: ℞ *sarsæ parrillæ, ligni sancti an.* ℥ *iiij. jujubarum numero xxxvi. prunorum damascenorum xxiiij. florum borraginis viol. an.* ℥ ß. *coquantur in lib. xii. aquæ ad duarum partium consumptionem, colaturæ adde sacchari, aut sirupi viol. q. 5. ut fiat sirupus cujus dosis* ℥ *iij. cum pari quantitate decocti hermodactylorum, passularum, epithymi, & foliorum sennæ, vel cum decocto ligni, aut sarsæ.*

Alius.

Pulveres sarsæ.

In quos insuper usus sequens pulvis paratur: ℞ *sarsæ parrillæ* ℥ *i. aloes* ℥ *iij. spicæ, & ligni aloes an.* ℥ *i.* ß *fiat pulvis, dosis* ℥ *i.* cum decocto ligni, aut sarsæ; vel ℞ *ligni Jndici* ℥ *i. foliorum sennæ* ℥ ß. *fiat pulvis, dosis* ℥ *i* ß cui additur commode spicæ & ligni aloes an. ℥ j. Tertius hic erit. *Smilacis asperæ* ℥ *ij. aloës* ℥ *i. spicænardi, ligni aloës an.* ℥ *j.* ß *fiat pulvis, dosis* ℥ *j.* ß

cum

cum vino albo, aut decocto ligni, capiat postea parum sacchari ob pulveris ingratum saporem, & sudet si potest.

Pro delicatioribus aqua theriacalis ad promovendos sudores hac ratione concinnatur. ℞ *theriacæ optimæ, aut mithridatij* ℥ *vi. aquæ vitæ finissimæ lib. iij. pulveris sarsæ* ℥ *viij. aut ligni Indici lib. j. misceantur, ac destillentur simul, dosis* ℥ *j. vel altera*, & stragulis contecta sudet patiens; alius insuper destillatitius liquor chymica arte sic elicitur, ℞ *decocti ligni Indici lib. iiii. vini purissimi lib. j. theriacæ optimæ* ℥ *j. ramentorum ligni sancti, & corticis ejusdem an.* ℥ *ij. calami aromatici, radicis assari, hermodactylorum, polypodij, agarici, cinnamomi an.* ℥ *vi. trita madeant in vino, & decocto per xxiiii. horas*, postea destillentur aucto, uti decet, paulatim igne, colliges separatim tres liquores, colore, & viribus diversos, nam primus aqueus est, ultimus igneus, medius extremorum particeps, misceantur omnes, & dentur ex mixtura ℥ iiij. & in lecto, uti decet, expectetur sudor, frigidis naturis convenit, calidis minimè propinandum: ex secundo, aut tertio liquore unctæ pustulæ, si quæ sunt, sanantur. Conficitur etiam alius potus præstantissimus, qui loco cerevisiæ administrari potest pro potione ordinaria, & confert ex utero affectis, asthmaticis, catharrosis, defluxionibus à capite, phthisicis, doloribus junctarum, sic autem concinnatur. ℞ *ligni sancti scobinati* ℥ *viij. corticum ipsius* ℥ *ij. ligni sasafraſiæ* ℥ *iij. sarsæ parrillæ, scissæ, & contusæ, radicis liquiritiæ, prunorum silvestrium an.* ℥ *iiij. coquantur in 50. lib. aquæ ad quartæ partis consumptionem*, factâ colaturâ, materiæ affunde parem aquæ copiam, ac bulliant ut dictum est, idque fiat ter vel quater tum omnes hæ decoctiones simul misceantur, vel si libet habere unam efficaciorem, & alteram minus efficacem, seorsim serventur, ab igne semotæ etjam dum calidæ adde cinnamomi. ℥ vj. anisi lib. ß. vel macis, & zinziberis an. ℥ j ß. & in morbis calidis seminum frig. hordei mundi an. p. vj.

Aqua theriacales ex ligno & sarsa

Potus communis.

De sicca uteri intemperatura.

CAP. XIV.

SIcca uteri intemperies deprehenditur, quia fœmina gracilis est, laboribus dedita, corpore sicco piloso, aut sine pilis si frigiditas cõjungatur, facilè irascitur, coitum appetit, ut sicca terra rorem, in actu

Signa.

tamen Venereo tarda est mulier, & nihil vel exiguum seminis excernit; menses pauci, crassi, uteri os siccum, labia scissa, præsertim autem inferioris labij fissuræ in mulieribus, uteri accusant siccitatem, cujus eventus rationes petendæ ex scholio capitis de uteri rhagadiis.

Curatio. Victus humidus.

Curatur duplici remediorum genere, internis nempe, ac externis, quorum scopus sit humectare, & impinguare. Primum igitur victus sit humidus, euchymus, coctu facilis, ac minimè excrementitius, & plurimum nutriens, quod suppeditat caro avium aquatilium, aut domesticarum, quæ saginentur hordeo, ac pane in lacte macerato, *maccarroins* vocant, lactuca, scariola, intybo; simile nutrimentum comparatur ex jusculis pinguibus pullorum, gallinarum, phasianorum, vitulinæ, vervecinæ; in quibus etiam panatellæ parentur, aut farrum, & amylum, vel ptisana cum lacte exhibeatur, ova sorbilia, sive tremula recentia cum saccharo, pisces minimè saliti, fructus horarij, præsertim uvæ, melones, cucurbita; & ex oleribus lactuca, portulaca, intubus sativus, sonchus; lac etiam utile, caseï recentes tremuli quales Ulisiponæ, & in aliis urbibus toto anno matutinis temporibus communiter divenduntur, qui potius lac coagulatum censendi sunt, cum major caseosæ substantiæ pars jam ab eis communiter sit extracta, eorum singulo mane duobus tribusve assumptis, pleraſque novimus fœminas, quæ elegantem, juvenilem, ac decoram corporis constitutionem acquisiverunt, ac diutius conservarunt, idemq; præstant duo ova tremula, seu sorbilia, atque tota hæc humectandi ratio ex Galeno desumpta est.

Caseï tremuli.

7. meth. 6. de sicca Ventriculi intemperie.

Potus.

Potus sit aqua cocta cum hordeo, aniso, & passulis; vel potius vinum tenue aquosum; aut cerevisia probè nutriens; vita conveniet sedentaria, & â curis aliena, somnus moderato paulò longior. Ira verò, labor, mœror, ustio, insolatio, sitis, fames, & evacuationes omnes vitentur, subinde bellaria, seu in sartagine frixa omnia, aromata, vinum generosum valde calidum, exercitium immodicum. Porrò utile fuerit singulo mane confectionis alicujus impinguantis portionem sumere, qualis sequens erit. *℞ amygdalarum dulcium, pistaciorum, nucum mundatarum, strobilorum, seminis papaveris albi, sesami an. ℥ ij. omnia minutissimè pulverizentur, & bulliant in pari quantitate butyri recentis*

Confectiones impinguantes.

recentis, & sacchari clarificati, ac fiat opiata, cujus dosis cochleare j. aut cum saccharo dissoluto in aqua violarum fiant morselli, singuli ponderantes ʒ iij. pro dosi; Ejusdem est virtutis altera confectio, quæ recipit *pectus unius caponis, vel gallinæ cocta cum hordeo decorticato, amygdalarum dulcium ʒ viii. strobilorum recentium ʒ iiii. macerentur strobili in aqua ros. per horas viii. amygdalæ mundentur, ac omnia contundantur, & extrahantur per setaceum, & addes specierum diamargarit. frigidi ʒ ij. electuarij resumptivi ϑ iili. cuncta misceantur, & cum saccharo dissoluto in aqua buglossæ, fiat confectio* restaurans per tabellas magnas, utraque harum confectionem recipere potest conservæ rosarum ʒ iij. vel parentur aliæ quas habes cap. *de gonorrhœa* 7. remediorum genere, vel electuarium regium Mesues, quod à Neotericis pasta regia nuncupatur, & ibidem ejus reperies concinnandi modum, exemplas attulimus, nam multa similia reperies apud practicas scribentes. *Morselli.*

Secundò externis, inter quæ Hippoc. teste primum obtinet locum balneum aquæ dulcis, aut ex decocto foliorum malvæ, borraginis, viol. buglossæ florum ros. camæmali, seminis lini, ac fœnugræci, vel arietum duo triave capita, coquantur ad ossium separationem, in fine decoctionis adde foliorum viol. vitis, salicis, meliloti, florum camomillæ an. m. ij. brancæ ursinæ, parietariæ, altheæ cum radice m. ß. fœnugræci, seminis lini an. ʒ iij. radicis Valerianæ lib. 1. adhuc leviter bulliant, & in decocto sæpius balneetur per horam singulis diebus. Amedicis tria balnea parantur distincta, primum ex aqua dulci modicè calida; secundum ex aqua tepida, tertium ex frigida; Primo meatus laxantur, & aperiuntur, & si quæ fuliginosa recrementa sub cute delitescunt, evacuantur. Secundo humectantur partes, quia aqua apertis meatibus, & relaxatis partibus penetrat facilius. Tertium cutem densat ac refrigerat, ut humiditas cohibeatur, & partium dissolutio præpediatur; quæ sanè cuncta in uno eodemque balneo præstari absque ullo negotio poterunt; si patiens primum ingrediatur balneum modicè calidum; quod paulo post ex se tepefiat, vel additâ eâ frigidæ copiâ, qua tepidum efficiatur, deniq; plus aquæ frigidæ affundatur, ut balnei aqua planè refrigeretur. In calido balneo diu immorandum non est; in secundo diutius; in tertio minus, quam in reliquis solumque per illud transeundum, ut Galenus monet; in balneo fomentetur venter, ac tota uteri regio prædicto aut simili decocto, deinde inungantur, ac partes pudendæ oleo florum salicis, *1. de morb. mul.* *Externa.* *Balneum.* *Balneorum tria genera.* *10. meth. 11.*

Vnguenta. salicis, amygdalarum dulcium, viol. de semine melonum, cucurbitæ, butyro recenti, minimè salito, lacte, unguento ros. resumptivo, aut sequenti ℞ *butyri vaccini loti, unguenti ros. an.* ℥ *j. olei Nymphææ, viol. papaveris an.* ℥ ß. *muscilaginis tragachanti, seminis cydoniorum, altheæ, psyllij an.* ℥ *ij. ceræ albæ lotæ cum aqua ros. q. s.* fiat unguentum aut ℞ *medullæ cruris vaccini, adipis gallinæ an.* ℥ ß *æsypi* ℥ *ij. olei amygd. dulcium q. s. misce* in quibus linimentis si lanam & gossypium intingas pessos conficies; & ex prædictis decoctis uterinos clysteres, addito oleo viol. & amygdalarum dulcium, reliqua mutuanda ex capite sequenti.

De calida uteri intemperatura.

CAP. XV.

Signa. UTeri caliditas ex reliqui corporis caliditate dignoscitur, & ex mensium paucitate, cum dolore interdum prodeuntium genitalium, interdum exulceratione, & quia quæ profluunt atri sunt coloris,

Calida cur nigrora. quippe proprium caloris est discussâ tenuiori substantiâ, reliquam incrassare, & per adustionem denigrare, adhæc quæ prodeunt fœtida sunt, & ob assiduam punctionem nullum servant ordinem, ac si arena substrata superfundas, & in sole exsiccari sinas, pallidi coloris fiunt, fœmina contabescit, & in coitu dolet; sequitur tamen hanc temperaturam insignis salacitas, ac genitalium pruritus, ac semen acrius suo per loca transitu percipitur, calor tactu obstetricis deprehenditur, semen in utero contabescit, uti alia semina sub cane, & fervido sole terræ commissa; Adjungitur cum hac temperatura ut plurimum bilioſus, ichoroſusque humor.

Curatio. Curatur quinque remediorum generibus, primo victu frigefacienti, ac humectanti, ita constituatur patiens in loco naturâ frigido, aut arte, flabellis, herbis, floribus, & irrigationibus alterato; ves-

Victus. tes insuper linteamina, & stragula tenuissima sunto, minimè aspera, aut sordida; quies imperanda, somnus longior moderato; labor,

Cibus. ira, vigilia, vina fortia, & aromata vitanda, subinde ardor solis, longa sitis, alimenta, quæ calefaciunt, Venus; sitque potius cibus frigidus ex lactucis, scariolis, borragine, soncho, blito, attriplici, por-

portulaca, cucurbita, melonibus cucumeribus, piscibus saxatilibus, extremitatibus animalium, hordei sorbitiunculis, jusculis pullorum, in quibus etiam panatellæ concinnari possunt; Potus esto aqua hordei, aut vinum, tenue, album, aquosum, vel cerevisia mediocris, aut vinum granat. Venter si constipatus est mollibus ac refrigerantibus clysterijs humectetur, ac refrigeretur ut ℞ *foliorum lactucæ, portulacæ, violar. malvæ an. m. i. florum Nymphææ, viol. an. p. i. ʃ. coquantur in 5. q. aquæ ad tertias, colaturæ libræ adde olei ros. viol. Nymphææ an. ʒ i. sacchari ʒ ij vitellos ovorum ij. misce*; at si vis etiam ut purget adde pulpæ cassiæ, aut diacatholici ʒ 1. *Clyster.*

Secundo apparantibus calidum, ac bilioſum humorem si quis subsit, quem purgare oporteat, nam is calidæ intemperiei potissimum soboles est, apparatur autem frigidis, & fervorem compescentibus serapiis ut, acetoso, oxysaccharæ, endiviæ, oxalidis violar. cichorei, rosar. buglossæ, aut sirupo de endivia, composito de succo acetosæ, de agresta, de papavere, de acetositate citri aut limonum, cum dupla quantitate aquæ, lupuli salictarij, agrimoniæ, fumariæ, borraginis, acetosæ; aut hoc apozemate. ℞ *radicis cich. borraginis an. ʒ i. polypodij quercini ʒ i. ʃ foliorum buglossæ, acetosæ, borraginis, violar. an. m. i. florum cord. seminum frigid. major. an. p. j. seminis intybi scariolæ an. ʒ ʃ. fiat decoctio in 5. q. aquæ, secundum artem ad lib. ij. colaturæ adde, vini granat. sirupi de ribes aut de berberis lib. ʃ. sacchari parum, lento igne iterum bulliat, clarificetur, & aromatizetur ʒ i. specierum triasandali.* *Præparatio.*

Tertio evacuantibus, quibus tamen opus non est, ubi sola adest intemperies; at si sanguis redundet venæ sectio administranda ex basilica dextri lateris, vel ex salvatella, si minor sit copia, vel etiam ex pede, si juxta regulas à nobis sæpissime traditas id fieri expediat. Si verò bilis redundat, purgantibus, sed clementioribus ne excandescat, & magis concalefiat, medicamentis utendum, ex manna, cassia, sirupo rosato, aut violar. solutivo, tamarindis, myrobalanis, quibus rhabarb. dilutum aut confectionem hamec sine scammonio addere interdum licet; ut ℞ *decoctionis adianthi, florum cord. prunorum, tamarind. aut etiam decoctionis bilioſæ, vel seri caprini ʒ iij. in quibus dissolve pulpæ cassiæ, vel mannæ electæ ʒ i. sirupi ros. solut. ʒ i ʃ. misce; vel in pari quantitate decocti, aut seri dissolve ʒ ij. diaphœnici, rhabarb. diluti ʒ i ʃ. sirupi ex 9. infus. viol. ʒ i ʃ. misce.* Si tamen buccellas magis amat, ℞ *medullæ cassiæ re-* *Evacuatio.* *Vena sectio.* *Purgatio.* *Morselli.*

fiæ recenter extractæ, vel diapruni simplicis ℥ ß. *electuarii de succo rosar. vel confectionis hamec sine scāmonio* ℥ iii. ß. *sacchari q. s. misce*, fiant xii. quibus interdum additur ℥ i. pulveris rhabarb. At si hæc forma fastidiosa sit sequentibus pilulis utatur, ℞ *massæ pilul. aggregativarum, de rhab. vel aurearum* ℈ iiii. *diagridij optimi g. v. cum sirupo de succo endiviæ, formentur viii.* quod si ab his etiā abhorret, exhibeantur g. vij. diagridij optimi in ℥ i, sirupi rosar. solutivi, aut conservæ ros. aut etiam capiat ℥ iiij. vel v. ejusdem sirupi rosarum Alexandrinarum, vel mellis rosarum earundem, vel de endivia Gentilis, aut de cich. cum rhab, & foliis sennæ. Verum si medicamenta prorsus respuit, clanculum exhibeantur cibis, aut fructibus quibus uti solet excepta, quod multis fit modis.

Clanculum purgantia.

Primus modus. Primus, ℞ medicamentum illud unum vel plura, quibus patientem, purgare vis, in majori tamen quantitate, & cum pauco cinnamomo, & aniso, macerabis in sero caprino, aqua hordei, vel vino, aut liquore patienti grato, per horas 24. coletur ac ponatur vas super calidos cineres, in quem liquorem projice fructus, quos purgativos reddere volueris, cydonia nimirum, pyra, poma, pruna, cerasa, caricas, persica aut similia, tantisper bulliant, quoad liquor omnis imbibatur, ac serventur, nam qui hos fructus comederit placidè purgabitur, at si sapore minus placido infecti fuerint, saccharum, & cinnamomum aspergatur aut saccharo incrustentur.

Secundus. Alii ligant cathartica in linteo, & aliquo ex supradictis liquoribus, bullire sinunt simul cum fructibus ad medias, & addunt sacchari 5. q. qui fructus ac jusculum etiam sine molestia purgant, ac sic fiunt pruna sennæ.

Tertius. Alij juxta primum modū in liquore, in quo cathariticum maceratum fuit, fructus etiam aliquandiu madefieri permittunt, eosque subinde resiccant, idque faciunt ter, aut quater semper accipiendo nova cathartica, hi fructus respersо saccharo, quo tempore devorandi sunt, gratissimè purgant.

Quartus. Quartus hic erit modus, ℞ *pulveris affectioni convenientis cathartici* ℥ *i. aut plures sacchari dissoluti in aqua viol. pro singulis medicamenti drachmis* ℥ *i. specierum diarrod. abb.* ℈ *i. pro* ℥ *fiant rotulæ seu tabellæ* ad formam tabellarum diarrod. abb. quæ potissimum conveniunt, quando patiens medicamentum retinere nequit, & hac ratione parantur rotulæ electuarij de succo ros. ac diaturbit, quæ communiter in officinis prostant.

Quintus. Quintus, ac usitatissimus modus præsertim pro nobilioribus, & delicatulis sequens est. ℞ *foliorum sena* ℥ *iiii. ß. rhab. electi*

electi ℥ *j. ß. succi cydoniorũ depurati lib. ii. bulliant secundum artẽ, expressionẽ fortiter factæ adde pulpæ pomorum redolentium, secundum artem coctorum lib. vi. brodij seu sirupi zinziberis, aut citronis lib. i. mivæ cydoniorum lib. ß. sacchari lib. 3. coquantur ad formam diacidoniati, seu mermeladæ, ac sub finem coctionis adde mannæ calabrinæ dissolutæ in vino malvatico* ℥ *vi.* distribuatur per capsulas, cum voluptate, ac sine ulla molestia evacuat; poteris totam massam distribuere in duas partes, & alteri pro singulis unciis g. v. diagridij adjicere pro fortioribus, dosis ab ℥ ß. ad ℥ j. similiter poteris diacydoniatum concinnare, conservam pyrorum, ac pleraſque alias, tuncque aptum fiet medicamentum prægnantibus, ac fluxionibus laborantibus, quia confortando purgat. Sexto adhuc modo pro exhaustis delicatis, nobilibus, aut iis, qui infortunatum sortitæ sunt ventriculum, cathartica recentia ac succulenta destillantur, vel si arida sint, aliquantisper prius in infusiõe dimittuntur, si accepimus ab Eduardo Mender orientalis Indiæ protomedico cassiam fistulam viridem ibi destillari, ejusque destillatitiam aquam delicatioribus exhiberi, quâ eadem ratione materiam apozematum & catharticarum potionum destillari usui interdum erit.

Prægnantibus utilia cathartica.

Sextus.

Quartò humoris ac uteri ipsius intemperiem corrigentibus, quod fiet sanguinis missione ex salvatella, quæ mirificam jecori, ac corpori universo ventilationem præstat, similiter balneo aquæ dulcis, in quo mulier ad medium usque ventrem contineatur, vel ℞ *malvæ utriusque cum radicibus an. m. j. ß. foliorum vitis, malorum cydoniorum, viol. an. m. j. flor. viol. salicis ros. Nymphææ an. p. iii. seminis fœnugræci* ℥ *iiii. fiat decoctum* in quo mulier jejuna sedeat, præcavens ne sudet, ex quo etiam fieri possunt fomentationes, evaporationes, incessiones, & ex iisdem herbis sacculus pro vulva; postea lecto se componens capiat cochleare j. sequentis, aut similis conservæ ℞ *conservæ radicum borraginis* ℥ *i. conservæ capill. Veneris, acetosæ an.* ℥ ß. *rosaceæ, florum nymphææ an.* ℥ *v i. specierum diamargaritonis frigidi, triasandali, pulveris margaritarum an.* ℥ *j. cum sirupo viol. fiat conserva*, aut cum saccharo dissoluto in aqua buglossæ fiat conditum per tabellas; aliam sic conficies. ℞ *conservæ viol. florum buglossæ, ros.* (quæ semper addenda quia haud facilè vertitur in bilem) *an.* ℥ j. ß. *specierum diarrod. abb. triasandali an.* ℥ *i.* ß. *cum saccharo clarificato, vel sirupo adianti,* fiat conditum pannis aureis co-

Alteratio seu refrigeratio.

Sanguinis miss. ex salvatella.

Incessio.

Conserva.

opertum, dosis ʒ j. ante prandium. Quod si fœmina sterilis sit, addehisce confectionibus seminis mercurialis ℈ iiij. visci quercini, pulveris pudendi tauri, & matricis leporis an ℈ ij. inungatur dorsum, & lumbi unguento ros. resumptivo, refrigeranti addito oleo ros. nenupharis, viol. & lacte muliebri, succo cucurbitæ, endiviæ, lactucæ, solani, umbilici Veneris, quibus etiam pubes inungi potest; hanc mixturam monstravit experientia esse utilissimam ℞ *olei ros.* ʒ *iij succi cucurbitæ, vel endiviæ* ʒ *iiii. lactis muliebris* ʒ *iii.* ß *misce*, fiat linimentum pro universo corpore, cavendum tamen ne dorso nimium frigido adhibeantur. Cum autem quæ diximus universi corporis calorem compescant, peculiariter ipsius uteri fervor mitigabitur; si venter inferior ac pudendum liniatur oleo viol. de semine cucurbitæ; aut post balnea, & incessiones unguentis supradictis; aut sequens emplastrum ventri admoveatur. ℞ *foliorum attriplicis, portulacæ, lactucæ an. p. ij. coquantur, pistentur, & adde olei rosar. viol. cydoniorum an.* ʒ *j. farinæ hordei p. j. cum aqua hordei, fiat cataplasma*; in uterum verò infundatur, aqua portulacæ, cucurbitæ, cremor ptisanæ, lac caprinum, vel decoctum jam recitatum cum oleo ros. viol. Nymphææ; aut suffiatur ex hoc, ℞ *omnium santalorum an.* ℈ *j. ros. rub. florum Nymphææ, & viol. an.* ʒ *j. styracis* ℈ *ij. ambræ* ℈ *i. trita omnia aqua ros. excipiantur, & in pastillos distribuantur*; pudendo subditur pessarius, qui recipit *medullæ cruris vituli, cerebri cervini, butyri vaccini, adipis caprini aqua fontana sæpius loti, seminis mercurialis an.* ʒ ß. *acaciæ, hypocistidos, santali rubei, cornu cervi usti an.* ʒ *ii. oleo rosaceo, ac lanæ floccis in pessos excipiantur; vel* ʒ *ij. ceruss. aqua dissolutæ cum muscilagine malvarum, & cydoniorum liquato*, ac cum lana pessos confice, aut sine lana ex eo lumbos inunge, aut certè aqua hordei liquefiant pro clystere uterino; horum vero usum rectè administrabis, si semper singula multum posse cognoscens, lumborum, & uterorum nimiam perfrigerationem caveris, ex qua stupor nervorum, aut etiam sterilitas sequitur; reliqua, quæ hanc intemperiem curant supplebis ex capite *de pulsatione in arteria dors., & de fluxu menstruorum â causâ calidâ.*

Inunctio. *Uteri ratio.* *Cataplasma Menthencrita.* *Pessus* *Admonitio.*

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

De morbis uteri in ſitu.

De uteri procidentia.

CAP. XVI.

UTeri procidentia, prolapſus, deſcenſus, ſive exitus, & egreſſus, quem Arabes matricis præcipitationem vocant, tunc fit, cum uteri corpus per feminæ pudendum ita evertitur, ut inſtar ſtrutiocameli ovi foras promineat juxta majoris aut minoris differentiam, prout violenta everſio contingit; Agnoſcit Fernelius inter prolapſum, & deſcenſum hanc differentiam, quod in deſcenſu in infimas partes uterus provolvatur, prolapſus vero gravior ſit, quod everſus uterus foris procedat, ejuſque fundum, uti diximus, inſtar ovi promineat; neque verò ut imperiti putant, à ſuis ſolutus appendicibus ac ligamentis totus decumbit, nam ſi ita procideret, reſtitui minime poſſet, ſed ejus ligamenta fiunt laxiora, præſertim cũ peritonæum aut ipſius vincula diſſolvuntur, aut diſrumpuntur, uti enim variis partibus per diverſas propagines alligatur, ita ilio per tunicam à peritonæo demandatam. Morbus eſt in depravato uteri ſitu cunctas ejus actiones lædens, tam proprias quam communes; cujus tres ſunt differentiæ, prima quando collum uteri in pudendum procumbit; ſecunda quando ipſius uteri fundum, ac totum corpus in collum prolabitur, & tunc nonnunquam apparet veluti glans viri: tertia quando membrana ejus interna evertitur, ac rugoſa extrà prominet.

Nomina. Deſcriptio.

Species morbi.

Sunt porro hujus affectus cauſæ variæ, nam humiditas, & mucoſa ſubſtantia ad uterum fluens vincula laxat, & longa ſeſſio in loco frigido, muſculos refrigerat, ac reſolvit, quod ſenioribus accidit, & ijs quæ in frigido loco pedes diu continuerunt, ſicuti lotricib. ſed & multæ aliæ cauſæ hujus affectus reperiuntur, ut nimius in partu conatus, aut in teneſmo,

Differentiæ.

Cauſæ.

teneſmo,vel ſecundinarum expulſione, & inartificioſa fœtus ipſius vel ſecundinæ extractio, ſternutatio frequens, ſtrepitus, caſus, ictus, ſaltus, curſus acclivis, aut declivis, choreæ, vociferatio, ſectio lignorũ; & inſuper quæ animum afficiunt, ut filiorum amiſſio, hoſtium incurſus, conflagratio domus, periculoſa navigatio; à quibus facilè mulieres exſolvuntur, & uterus prolabitur, adhæc ex ſpiritus cohibitione, oneris elevatione, ac coeundi deſiderio, aut longiori Veneris abſtinentia, putrefactione, corruptione, vel inciſione ligamentorum.

Signa. Cognoſcitur affectio, quia in principio plurimus erumpit ſanguis, deinde conſequitur dolor partium, quibus uterus annectitur, præcipuè lumborum, pudendorum, imi ventris, ac præcordiorum; ſed & in ipſo pudendo gravitas percipitur, ac tumor ovi formâ, ſtercus & urina ſupprimuntur ab uteri tumore veſicam, ac rectum inteſtinum comprimente; febris adeſt, interdum convulſio, vel tremor, & gravitas quædam veluti fili glomeratio, hæc plerumque alias cauſas accuſant, ſi verò ligamenta humore, & mucoſitate perfuſa ſint, ſine dolore uterus excidit, ac pudendum humore madet, & præceſſit victus ratio humidior, uſus piſcium recentium, fructuum & vita deſes: ſi putrefacta fuerint ligamenta, virulenta ſanies prodit; ſi ſciſſa ſanguis. 10

Prognoſtica. In principio facilè reducitur uterus, & rectè locatus permanet, præſertim in vigore ætatis, in provectioribus enim retrahitur quidem, ſed ex levi occaſione relabitur; ubi verò temporis progreſſu affectio invaluit, neq; convulſionis periculum eſt, neq; dolor infeſtat, minus tamen curationem recipit, nam licet aliquando medicamentis vel aliter reponatur, facilè tamen recidit; jam verò uteri procidentia à cauſis primitivis, ſi idoneis adhibitis remediis non curetur, malum, quia ſignificat ligamenta eſſe rupta, quæ ſi putreſcant, aut etiam id quod procidit, putrefiat, curationem non recipit, ideo amputandum, vel urendum, quod inutile fuerit, citra ullius periculi metum. 20

Curatio. Curatur quatuor remediorum generibus, & primò quidem victu calido, & ſicco tenui, ac adſtringenti, de quo cap. *de humida uteri intemperie*, & *demenſium profluvio*. 30

Victus.

Evacuatio. Secundò evacuatione per ſanguinis miſſionẽ ex brachio, ſi præ humiditate, & ſanguinis copiâ uterum excidere comperiamus; vel ſi ob mucoſa, & pituitoſa excrementa prolabitur, purgatione per ea, quæ pituitam educunt, ut ℥i pilularum de agarico Alephanginarum, cochiarum, Indarum, addito ℈i trochiſcorum de myrrha, aut ℥ ß diaphœnici in ℥ iiii. decoctionis pituitoſæ. At ſi magna humorum copia non adſit, prohibet Hippocrat. cathartica, & meritò quia cum alvo uterus etiam movetur, quapropter præſtat vomitũ ciere bis in hebdomada per

2. de morb. mul.

Vomitus.

℥i diaſ-

℥i diaſſari in ℥ vi. decocti ſeminis raphani, & per reliqua e. *de uteri frigida intemperie* jam deſcripta, ita enim revelluntur humores ab utero, & pituitoſi facilè expurgantur: duras tamen alvi feces in inteſtinis contentas evacuabis per clyſterem, qui urinas etiam movere valeat, quippe illis partibus plenis nequit uterus ad ſuum locum remeare, clyſter talis erit, ℞ *foliorum anethi, menthaſtri. an. m.j. florum camomillæ p.ij. ſeminis dauci, aniſi, cumini an. ℥i. coquantur ſecundū artem ad tertias juris* ℞ ℥ *xii. olei cāomillæ, & anethi ℥ i ß. ſalis ℥ i aut diaphœn. ℥ii. miſce.* *Clyſter.*

Tertiò iis, quæ uterum ad ſuum locum reducere valeant in quē uſū mulier collocetur ſupina coxis altioribus, dilatatiſque & reflexis poplitibus, deinde prolapſa uteri pars, ſi frigida tenſave fuerit oleo tepido, ac butyro foveatur, aut decoctione malvæ, betæ, altheæ, fœnugræci, ſeminis lini, camæmali, & baccarum lauri, ut levior, tractabiliorque reddatur, tunc deinde obſtetrix, aut prudens alia mulier præcipitatum uterum manu intincta oleo maſtychino, aut adipe gallinæ in proprium locum reponat, ſed priuſquam reducatur uterus muſcilagine cydoniorum perunctus, pulvere reſtrictivo reſpergatur, aut ſequenti. ℞ *acaciæ ℥ ij baccarum myrthi, balauſtiarum, roſ. rub. an. ℥j ß. miſce.* Tunc lanam in ſe convolutam, ſyſtrema Græci vocant, forma & craſſitudine ſinui muliebre reſpondentem, linteoloque exceptam, ac vino ſtiptico intinctam, aut decocto acaciæ, & hypociſtidos utero ſubjicito, atque ipſum abſq; violentia ſurſum reprimito, donec intra ſinum, & proprium locum regrediatur, tunc pecten ſpongia madida in poſca, aut adſtringēti vino integatur, & mulier reclinetur extenſis ac coaptatis cruribus, ita ut alteri alterum incumbat, & immediatè poſt ſub umbilico, aut ſub mammis, & in dorſo è regione cucurbita una atq; altera ſine ſcarificatione applicetur, vincula brachiorum dolorifica fiant, & mulier ſuperius grata oleat ut ambram, moſcum, galliā, & aliptam muſcatam; inferius verò fœtida ſuffiantur, & quæ ingrati ſunt odoris ut galbanum, ſagapenum, aſſa fœtida, caſtoreum, ſoleæ combuſtæ, ac perdicum plumæ. Sic mulier locata maneat novem dierum ſpatio; alvus tamen reſpondeat, aut interdum clyſter lenitivus injiciatur, ut feces egerantur citra nixum. Quibus non proficientibus ovū ſub gallina fractum, agitatum, & lanis involutum, ac vulvæ admotum uterum reducit ad ſuam ſedem, quia malè olentia refugit, aut cucurbitæ domeſticæ vel betæ decoctum mixtum cū urina graveolenti, aut aceto acerrimo, vel re aliqua fœtida uterus proluatur. *Vteri reductio.* *Pulvis reſtrictivus.*

Cauterij ostentatio. proluatur. Præstat cauterium actuale ignitum manu ostentare, acsimulet medicus, vel obstetrix velle partem tangere, ita enim natura retrahitur, & cum ea uterus ipse, aut pars aliqua si quæ sit, quæ extra promineat, ut rectum intestinum; aut alia; vel si mulier timidiuscula sit, vivi mures filo ligati cruribus repente submittantur. Retulit mihi quondam Andreas Valcacer, exercitatissimus chirugus, ac ejusdem artis in Academia Salmanticensi professor cujus in juventute cum maximo fructu auditor fui, vulnus quendam in ventre accepisse, per quod intestina egrediebantur, quæ ut reducerentur in suam sedem, nullum aliud medicamentum profuisse, quoad candens ferramentum magnum coram patiente manu gestans vulneri applicaturum finxit, cujus rei subito terrore è vestigio intestina in suum locum reducta fuêre.

Mures. Andreas Valcacer. Historia.

Uteri conservatio in suo loco. Quartò & ultimò iis, quæ uterum jam repositum tutari, & in sua sede conservare valeant, in quem finem illicò post operationem jam dictam confert emplastrum, quod recipit *ladani depurati ℥ j. ß. thuris masticis an. ℥ ß. ligni aloes, cariophyllorum, spicæ utriusq; an. ʒ i. ambræ g. aliquot, mosci electi ℥ ß.* fiant duo emplastra rotunda super pannum laneum novum, quæ è regione umbilici lateribus applicentur, & die, ac nocte juxta cutem gestentur; similem huic usum præstat emplastrum contra rupturam, unguentum comitissæ, vernicis, emplastrum de mastice, rubrum, vel diaphœnicon, aut ℞ *galbani ℥ j. ß. myrrhæ, thuris an. ʒ ij. therebintinæ ℥ ß. seminis lavendulæ, sanguinis draconis an. ʒ j. pulveris rosar. coralli, myrthillorũ an. ϑ ij. mosci ϑ ß. misce,* extendantur in linteo, vel corio, quæ fasciâ aut Zonâ Hippocratis, simili iis, quibus in rupturis utimur, subligentur si ita opus sit. Sinui verò muliebri pessus inditur ex lana, vino adstringenti madida cum pulvere supradicto in 2. remed. genere, aut cum alio qui recipit balaustiarum, nucum cupressi, rosar. cyperi, masticis, thuris an. partes æquales.

Zonâ Hipp.

Armilla. Nec incommodè à perito quodam viro excogitata est armilla aut circulus ex ære factus, qui in vulvam immissus uterum in sua sede contineat, & urinæ excrementorumque egressum non impediat, cereâ tamen candelâ per ipsum convolutâ ne æs carnem contingat; uterum firmant incessiones ex decocto balaustiarum, nucum cupressi, acaciæ, baccarum myrthi, corticum pini, querci, thuris, ac florum stœchados, foliorum mespillorum, symphyti, rubi, malicorij, quo etiam aut vino adstringenti pecten sæpiuscule foveatur, aut idem vinum per methencritam in uterum injiciatur.

Incessiones.

At si

At si prolapsus uterus tempore intumuerit, plurimoque humore turgidus præ tumore reduci nequeat, betæ decocto abluatur, deinde aceto, sale subinde insperso, ac sic imminuto tumore reducatur, quod si pars quæ excidit sit planè corrupta; aut assidua urinæ irrigatione, & adhærentibus sordibus ulcerata, ultimum erit, quod corruptum est abscindere citra ullius periculi formidinem, reliquum reducere, si vero corruptio serpat, caustico vel candenti ferro utendum sed rarissimè ob convulsionis periculum, ac videre licet varias præcisi omnino uteri citra nocumentum historias apud Rouzetum, ex quibus mulierem absque utero sanam vivere posse concludit. Denique si nimius totius corporis aut uteri mador in causa sit, confert sudare ex decocto radicis chynæ, sarsæ aut ligni indici, ut siccata ligamenta haud facilè denuò laxari, aut relabi possint.

Vterus tumidus.

Sciſsio.

Fol. 336. Gynæcior.

Sudores.

De uteri ascensu, & recursu, ad varias partes.

CAP. XVII.

TRipliciter mutatur uterus ad inferiora, & dicitur procidentia, de quâ superiori c. ad ilia seu latera, & tunc fit reclinatio seu aversio, & contorsio; quemadmodum uteri ascensus si ad superiora recurrit; convulsio etiam, sive perversio appellatur, cũ vel ad superiora vel ad latera retrahitur, aut ad anteriora, id est, ad vesicam, vel, ad posteriora, id est, ad sedem: meminit hujus affectus Hippocrates; & est morbus in depravatâ figurâ vel situ, quem pro varietate loci in quem irruit, varia consequuntur symptomata, membrorum, respirationis, jecoris, lienis, ventriculi, vesicæ, intestinorum, lumborum, in hasce enim partes uterus si non ascendit, saltem incumbit. Differt ascensus à strangulatu, quod in ascensu premitur mulier duntaxat spirandi facultate, & animi defectione, id tamen citra metum, aut evidens delirium seu graviora alia strangulationis symptomata.

2. de morb. mul. & lib. de nat. mul. Species.

Distinctio.

Fit à cunctis causis externis, à quibus uteri procidentiam fieri diximus, ut frigore pedum, aut lumborum, terrore, saltatione, lignorum sectione, cursu per acclivem aut declivem locum, potissimum autem ex ventositate, inflammatione, tumore, abscessu, siccitate, ac corrugatione uteri, & ligamentorum ut Galenus autor est; nam labor tendit;

2. de causis Puls. dit; frigus, & siccitas & tendunt, & corrugant, sicque uterus convellitur; odorata etiam superius adhibita aut fœtida inferius ascensus causæ sunt, sed & vapores ipsum replere solent, quod maxime contingit, post immodicum menstruorum fluxum. Atque hæ numerantur externæ communioresque causæ; speciales verò, & internæ, ac frequentiores, uti Galenus & Aetius referunt, sunt mensium suppressiones; ab his siquidem venæ, & arteriæ ad uterum tendentes humore replentur, repletæ turgent, ac vicini uteri appendices sive habenæ extenduntur, ad quarum extensionem uterus retrahitur, æqualiter si ex utraque parte æqualis fiat repletio: inæqualiter si venæ alterius partis magis repleantur, jecoris præsertim, aut lienis, nam si hepaticæ venæ superfluo sanguine sunt tumidæ è dextris, si splenicæ è sinistris uterus convellitur, prout hæ aut illæ magis fuerint repletæ; In utram vero partem uterus declinaverit digitorum admotione dignoscet obstetrix, & quod dolor ibi ingens persentitur; Adhæc quia si ad superiora recurrat, & ad caput, ipsum gravatur, venæ in naso, & sub oculis dolent, auditus minuitur, ac levia fiunt deliramenta; soporosa est mulier, & spuma adest juxta os. Si ad hepar, derepente voce destituitur mulier, dentes conserit, color apparet lividus, si oblique ad latus aliquod, vel coxendicem, tussis adest, dolor in latere acer, acerbiorque in sinistro, uterus ipse durus est, & ad contactum dolet, contabescit patiens, & veluti peripneumonia afficitur, convellitur, ac menses non apparent, nec puerperia, vel antea conspecti evanescunt; propinqui insuper fœmoris distentio, dolor, perfrigeratio, impedimentum, ac torpor fit, quod prægnantibus sæpe evenire scimus; interdum ad enitendum ac deambulandum impotentia, unde gibbosa apparet. Si in lumbos incumbit, spiritus sublimis est, levis adest suffocatio, densa anhelatio, ac moveri non vult Si retro, & infra inclinat, torpor sequitur, & utriusque cruris motus difficilis, aut planè interceptus, ac ingentes dolores qui inter sedendum acuuntur magis, præsertim si versus anum retractio fiat, flatus retinentur, alvus supprimitur, neq; clysterem admittit, nisi genibus patiens innitatur. Si ad pubem vergit, imus venter ad pecten extenditur, dolores ibidem percipiuntur, interdum etiam supprimitur urina maximè si uterus vesicam contingat. Si ad inguina, dolent urinæ meatus, & torpent crura. Si ad pedes, magnus pedis digitus convellitur, dolent crura, & fæmora; quod tamen non ita intelligas, quasi uterus;

Signa.

Ad caput.

Ad epar.

Ad latus.

Ad lumbos.

Ad sedem.

Ad pubem.

Ad inguina

Ad pedes.

uterus has partes pertingat, sed quod ipsas in consensum trahat, potissimum caput, pedes, & longinquiora membra, ac tum propriè non tam convulsio dicitur, quam matricis oberratio. At si os uteri contorquetur, menses, & lotia supprimuntur, aut minuuntur, & semen fœmina non suscipit. Contingit præcipuè hic affectus virginibus grandioribus, viduis, & ijs, quæ post partum steriles factæ sunt, ac prægnantibus, frequens quidem, at difficilis est affectio. *Vteri oberratio.* *Prognosticũ.*

Curatur quatuor remediorum generibus, primum victu parco & optimi succi, ut carne pulli, perdicis, palumbi, avium montanarum, & ferculis paratis cum aromatibus, & salsamentis, vino rubello. Mulier collocetur in aere calido, & sicco vel certè temperato, frigidus quippe ac ventosus utero inimicus, qui ex se exiguo calore præditus est, vitanda igitur frigiditas pedum, ac lumborum; modò sedeat, modo jaceat, caput & partes pectoris elatiores habeat mulier, subinde venter à ventriculo ad umbilicum usque fasciis ligetur, quo matrix inferius retrudatur, at infra umbilicum emplastrum aliquod ex gallia, vel suavi, alio odore applicetur; quies commendatur, sed & nonnunquam tussis, sternutatio, saltus, cursus efficiunt, ut ascendat uterus ac restituatur: animi pathemata vitentur, alvus respõdeat, aut clystere superiori c. descripto proritetur, urina etiam moveatur nõ quidẽ diureticis, sed mictione sæpiusculè sponte tentata, quippe vacuo intestino, ac vesica uterus qui inter hasce partes naturalem situ obtinet, melius in suo loco continetur. *Curatio.* *Victus.* *Locatio.*

Secundò utendum iis, quæ causam retractionis removent, quocirca præsẽte plenitudine, sanguinis missione opus erit ex pede, si menses sint suppressi, aut uterus sursum retractus; ex brachio, si totum corpus consentiat, aut uterus ad latera inclinet, præsertim si menses non institerint. Si tamen cacochymia adsit, per inferiora purgabis convenienti medicamento, & peccantem humorem respiciente, at si ad latera vergat non solum medicamentis alvum movebis, verum etiam vomitum provocabis ℥ iiij. *decocti seminis raphani*, & ℥ ij. *oxymelitis aut diassaro.* *Vacuatio.*

Tertiò si citra plenitudinem, & cacochymiam affectio oriatur, illico utendum ijs quæ accidentia mitigare valeant, ut capitis perfusionibus, ac reliquis quorum uberem copiam reperies c. *de Epilepsia*, & *de suffocatione ex utero*, ex quo tota ferè ascensus curatio petenda erit; Potissimum autem dolori, quia vires destruit, & fluxiones excitat, ocyssime succurrendum; id fiet, si dolens particula inungatur oleo lilio- *Sympt. mitigatio.* *Doloris sedatio.*

liliorum, amygdalarum dulcium, de semine lini, angelicæ, cum pinguedine gallinæ, medulla cruris cervi, aut vituli, erit tamen pars prius fovenda spongia madida, in decocto altheæ, seminis lini, fœnugræci, camæmali, meliloti, arthemisiæ, & similium, vel ex decocto earundem herbarum balnea fiant, & incessiones; ac ut verbo dicam, utendum reliquis, quæ c. *de variis ex utero doloribus* dicta jam sunt.

Balneum.

Uteri reductio.

Quartò posteaquam pars laxa, ac ita emollita, & blanda fuerit, ut obstetrici uterum tractanti cedat, ea administranda, quæ uterum ad suam sedem reducere valeant, ita obstetrix manibus perunctis aliquo ex prædictis oleis, perfricando, & comprimendo ventrem, uterum deorsum trahat, ac in suum locum propellat, donec tensio & dolor quiescat. Tunc verò appones pessarium hac ratione confectum. ℞ *theriacæ magnæ* ℥ *ii. herbæ mercurialis contusæ, aut succi ipsius* ℥ *i. olei liliorum alborum q.* 5. misce & appone, ac è vestigio cucurbita magna sine scarificatione infra umbilicum apponatur. At si os uteri distortum sit, aut aversio ipsius uteri versus podicem fiat, obstetrici imperabis, ut digito in anum immisso uterum propellat, deinde glandem ano subdat iiij. digitorum longitudine ex galbano & cera paratam, cujus extremitati filum extractionis gratia sit annexum, atque ipsa obstetrix specillo cum digito submisso uteri collum dirigat, patiens verò in contrarium parti affectæ latus, aut supina decumbat, ac tunc oleum tepidum in uterum ac intestina infundatur; & ea applicentur, quæ ipsum uterum suo jam repositum loco firmare, roborareque sunt apta, in quem usum sub umbilico, & supra caudam duo emplastra applicentur ex iis, quæ pro matrice, appellantur, calidiora, si ex causa frigida malum ortum duxerit; frigidiora, si ex calida, aut certe discutientia, si adhuc abundantia superfit, vel alexipharmaca si subsit malignitas, ideoque theriaca reliquis admiscetur; conficiuntur autem emplastra, ex styrace, galbano, tacca macca, carenna; consideretur tamen semper, specialis fœminæ conditio, nam aliæ hoc, aliæ illo medicamento magis gaudent; novi quandam cui nulla re promptius uterus recurrebat, quam suffitu adnares ex panno veteri, alia ex plumis.

Pessus.

Cucurbita.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

De morbis in magnitudine.

De Nymphæa, sive symptomate turpitudinis.

CAP. XVIII.

CUticularis illa Epiphysis, sive caruncula, supra alarum commissuram sita quam alibi descripsimus ejusque usus, quæque Nympha dicitur sive *cletoris*, aliis colliculus, Hippocrati Columella, Avicennæ Virga, vel Albatara virili peni respondens; nonnunquam ad tantam magnitudinem crescit, ut non decentis verecundiæ notam præ se ferat, & multis fœminis insignis quoq; impudicitiæ argumento sit; inveniantuŕque earum quædam, quæ per hanc partem etiam erectæ viris similiter consistant, potissimum autem à vestimentis jugiter pars attrita ad libidinem proritat, tunc igitur ad differentiam partis ipsius, quæ Nympha dicitur, & curationis ejus manualis, quam Nymphotomiam propriè appellaveris; affectionem hanc clarioris doctrinæ gratiâ Nymphæam appellandam esse suo loco conscripsimus. Albucasis tentiginem vocat, Moschio symptoma turpitudinis; Avicenna frustum magnum; si verò pars ea non augeatur, sed alia denuò crescat in orificio uteri, quæ extra per tempora propendeat, Cauda nuncupatur à latinis; ab Avicenna furfus; Albucasis ægritudinem appellat caudatam, alij simpliciter carnem vocant, & meritò quia simplex caro est, qualem vidi in muliere Hamburgensi honesti civis conjuge & in filiola Belgæ unius anni puellula: menstruorum temporibus accrescentem, ita ut ne tunc nec antea quidem mariti concubitū toleraret. Est autem cauda, ut scribit Aetius, carnosa quædam substantia, ab uteri osculo exorta, quæ muliebre replet pudendum, & aliquando extra progreditur instar caudæ, unde etiam nomen accepit. Ex dictis liquet Nympham, Nymphas, Nymphæam, & Nymphotomiam differre uti partem affectam, affectum & curationem; appello autem Nymphas in plurali cuticulares carunculas, quas instar

Descriptio.

1. de nat. mul. c. 3.

Hipp. lib. de nat. mul.

lib. 2. c. 71. Nomina.

Aet. 21. 3. tract. 4. c. 23.

Caudæ quid.

instar geminæ linguæ propendulas, & gallorum cristis non dissimiles, prope os uteri in ejus cervice astare suo loco diximus. Cauda verò res est diversa, caro nimirum toto genere præter naturam ab uteri osculo propendens.

Causa. Porrò in Nymphæa pars illa sive colliculus, qui naturaliter fœminis inest, ex decumbente humore tumet, & accrescit, uterq; tamen affectus à luxuriente fit natura plures humores, ac nimiam carnem in

Distinctio. locis naturalibus generante, unde fit, ut æstate augeantur, quia aeris calore funduntur, ac dilatantur. Distinguuntur facilè, nam si cletoris

Species. longius exeratur ac coagmentetur, nimiũ fit coeundi desiderium, & ad libidinem irritamentum; in cauda fœminæ accessum timent, nec tolerare queunt, quia impeditur penis ingressus, quem nulla ratione præ dolore admittere queunt: illa affectio est in quantitate continua aucta, hæc in discreta & invia. Affectus hi adhibito matricis speculo satis patent. Quicunq; curationis mentionem faciunt, manuali

Curatio. præcisione exequendam esse prodiderunt, quod mihi oppidò inprimis cruentum, deinde etiam valde periculosum videtur ob cicatricem, quã perinde ac reliqua hujus partis ulcera difficulter suscipiunt, ideoq; distinctione erit opus, & Nymphas quidem sive cuticulares carunculas utero adstantes nulla ratione scindendas censeo, præsertim si earum tumor sive incrementum versus sedem declinaverit, quia

lib. 16. c. 10. Avicenna lapsus. ex eorum locorum sectione facilè fistula generatur, ut notavit Aetius. Nec possum assentire Avicennæ, qui Nymphæam rescindendam, caudam medicamentis corrosivis tractandam sentit; quia expeditior videtur præcisio adnascentis carnis toto genere præter naturam: difficilior ejus particulæ, quæ & naturalis ex parte est, & cujus nervi, musculi, ac membranulæ aliunde prodeunt.

Quocirca si cletoris sive Nympha exubertate humoris in deformem augeatur magnitudinem, curanda potius erit, sicuti pruritus, ac furor uterinus, Primò sanguinis minutione, & aliorum humorum eductione, victu tenuissimo, ac refrigerante, & aliis quæ semen extinguant, ac materiam in locis naturalibus accumulari prohibeant, totumque corporis habitum refrigerare, & exsiccare valeant.

Attritio sive discussio humorũ. Secundò iis, quæ quidquid in parte contentum est, atterere, & discutere ac exsiccare nata sint, in quem usum ℞ *foliorum lentisci, radicis lapathi, corticum malorum granatorum, foliorum olivæ an. partes æquales,* fiat decoctio in aqua cum qua locus foveatur, & ejus pars per siphonem injiciatur.

Tertiò

Tertiò causticis utendum, præsertim iis, quæ ad superfluam carnem citra dolorem emolliendam faciunt, in quem finem, prodest totam excrescentiam siccis filamentis involvere ac fortiter ligare, ita enim quidquid succi inest consumitur, & pars contabescit, potissimum si filamenta intingantur in hac aqua ac subinde exsiccata applicentur. ℞ *sublimati* ʒ *i. aluminis* ʒ *ij.* ß. *aquæ ros.* ʒ *vi. coquantur ad tertiæ partis consumptionem,* prodest etiam alumen ustum per se, aut vitriolum, aut ægyptiacum unguentum applicare: vel ℞ *ejusdem unguenti, olei ros. ceræ communis an.* ʒ ß. *misce;* fortius efficies, & quod non minori efficacia carnem sine dolore exedit hac ratione, ℞ *vitrioli Romani* ʒ *i.* ß. *lixivij ex quo confici solet sapo lib.* ß. coquantur, & incorporentur, in fine decoctionis cum jam inspissatum est, remove ab igne, & adde *opij optimi* ϑ *j. formentur trochisci*, ac serventur in vase æneo, cera obturato, ex quorum pulvere caro inspergatur.

Causticæ sine dolore exedentia.

Quartò reliquis non proficientibus, deformitates hasce, maximè verò caudam opere chirurgico penitus amputandâ esse censeo, quod dupliciter fit, primo prope radicẽ crine equino ligato, vel filo serico intincto in aqua sublimati, superius descripta, & quotidie filum adstringatur. Secundo ferrò hac ratione, fœminæ in sella competenter locatæ retrò assideat vir robustus, qui manibus suis fœminæ poplites subjuget, cubitis ejus brachia contineat, ac totum corpus regat; Chirurgus ante ipsam stans speculo sive dioptra, quo naturalibus dilatatis latentes in utero morbi conspiciuntur loco ampliato, forcipe latiori superfluam deformitatem corripiat, ac sinistra manu distendat, dextra verò prope forcipis dentes vulsella resecet, ita ut funditus tota cauda, nympheæ verò superflua dũtaxat pars rescindatur; propterea verò diximus prope forcipis dentes resecandam, quia cum pelliculosa sit cletoris, plurimum extenditur, & nisi magna diligentia adhibeatur, facilè ultrà quam oportet amputabitur: unde fluidus affectus quem Paulus rhiada vocat, suboritur; peractâ chirurgia adstringente vino, vulnus abluatur, ac pulvere restrictivo subinde inspersо linteum mundum, aut posca madidum imponatur, post triduumque emplastrum nostrum ad vulnera applicetur, aut griseum, seu de lapide calaminari, quo ad cicatricem inducat. Porro vini stiptici, cum variæ ac multæ circumferantur descriptiones, hanc reliquis præfero, ℞ *nucum cupressi, foliorum lauri, myrthi, olivæ, centaureæ, majoranæ, stœchados, florum rosarum, rorismarini, balaustiarum an. m. j. omnia.*

Chirurgia.

Rhiadæ quid.

Vinum stipticum.

omnia conscia, & leviter contusa bulliant in lib.iiii.vini albi ad medias. Pulveris etiam restrictivi hanc accipe descriptionem præ cæteris usurpandam. ℞ *mastices, thuris, myrrhæ, sanguinis draconis an.* ʒ *ii.ros.rub.corticum granatorum, myrthillorum, balaustiarum, nucum cupressi an.* ʒ*iiii.lapidis hæmatitidis boli armeni an.* ʒ *j.bistortæ* ʒ ß. ex quibus omnibus fiat pulvis, qui valet ad sistendum sanguinem ex quacunque parte profluat, quòd si inspergi ob situm loci non possit, cum ovi albumine applicetur.

De uteri hydrope.

CAP. XIX.

Descriptio. QUando uterus aquarum copia tumet, affectus, hydrops uterinus nuncupatur, ac respondet tumori œdematoso, colligitur autem

Pars affecta aqua tum in uteri capacitatem, tum inter ipsius tunicas, quod insinuavit Aetius dicens; sæpe humoris copiam in uterum confluere, & aliquando corpuscula quædam vesicæ fellis similia in utero generari, in quibus humor colligitur, quam sententiam ita accipit Mercatus, quasi pelliculæ ad oscula vasorum uteri ex humore ab ipsis vasis obstructis percolato, bullarum instar generentur, quæ deinde eodem mucoso humore repleantur, & uterũ, ac imi ventris partem in quam magis vesiculæ incumbunt, elevent. Mercurialis verò sic Aetiũ interpretatur, quasi aqua sese recipiat inter tunicã, & tunicam uteri, non quod tunicæ totæ à se invicẽ disiungantur, sed quod in aliquib. partibus duntaxat separentur, ita ut fiant in uteri substantia vesiculæ illæ aqua plenæ; sicuti in jecore fieri scribit Galenus; unde Arabes haud ineptè mihi dixisse videntur fieri hydropem ex aqua, inter tunicas ipsius uteri contentã, aut ex tumore pituitoso in tunica ipsiusmet uteri, sicuti fit in testibus aquosus tumor. At si crassus viscidus, pituitosusq; humor, aut in vasis uteri, aut in rugis ipsius colligatur, ita ut in tumorẽ uterus elevetur, falsus hydrops generatur; sed & in uteri capacitate rarò aquam hanc colligi posse crediderim, cum ejus ostiũ sit pervium, per quod foras saltem per intervalla transcolari potest, nisi fortè ab affectu præter naturam sit obturatum, sicuti in prægnantibus, aut tumore aliquo uteri affectis, quod vel hac historia, quam

7.Aph.55.

Falsus hydrops.

Historia.

refert

refert Fernelius, scitu digna facilè confirmatur. Mulier, inquit, quædam hoc hydrope correpta, quoties appetebat menstrua purgatio omnem aquarum colluviem ex utero per cervicem profundebat, pelvesq; sex, vel octo complebat aqua citrina ferventissima, dum uterus totus subsideret, mox deinde ex præscripto naturæ menses sequebantur; collecta proximo mense par colluvies, stato deinde tempore profluebat. Morbus est tum in magnitudine tum etiam in via.

Causæ.

Neque verò duntaxat si varietatem locorum id quibus aqua colligitur inspectes, verum si generandi hydropis uterini causas intuearis, dissimillima apud scriptores reperies; nam Aetius longam mensium suppressionem tantummodo, & imprægnationem impeditam, quia mensium retentio, & nimia sanguinis copia calorem, & spiritum obruit: Fernelius sicut in communi ventris hydrope in vitium jecoris, ac lienis retulerunt, quæ certè sunt duæ maximæ ac generales uterini hydropis causæ. Specialius tamen dicimus aquam aut gigni in ipso utero, aut aliunde eò deferri; gignitur quidem in ipso, quando debilitatus ex nimio, in partu vel abortu, labore, vel ex occurrante frigore in aquam sanguinem convertit, tum sibi pro nutritione propria demandatum, tum etiam menstruum. Defertur verò aut ex jecore quod ob frigidam intemperantiam serositates gignit, quæ in abdominis capacitatem recipiuntur, aquosumq; hydropem efficiunt, indeq; per cæcas, & inusitatas vias aditum sibi in uterum parant. Hæc autem jecoris frigiditas contrahitur ex frigido potu immodico, præsertim dum vel æstu, vel exercitatione corpus incaluit, ejusq; ductus patentiores fiunt, ex esu fructuum, olerumque frigidorum & acuto morbo spiritus dissipante, aut larga sanguinis profusione per nares, uterum, aut hæmorrhoidas. Aut defertur etiam aqua in uterum ex liene, quando & ipse aqua repletur, quod maximè per febres contingit cum fœmina siticulosa plurimum aquæ hausit, quæ tamen neq; per vomitum neq; per sedem educta fuit, tunc enim pars una ad vesicam tendit, & per urinas expurgatur, altera ex abdomine ad lienem trahitur, qui spongiosus molliq; existit, ac non procul situs indeque per cœcos etiam, quos diximus, meatus in uterum exoneratur, ut scripsit Hippocrates; Defertur præterea aquosus hic humor ex vena cava, serum sanguinis in uterum stillante, aut ejus vasa, sicuti ex superiori historia constare arbitror, reliqua ex Hipp. Aetio, & Avicenna desumpta sunt.

Hydropis generalis causæ.

Lien promptè aqua repletur.

1. de morb. mul. 37. Hipp. 4. de morb. Aet lib 16. cap. 29. Avic 21. 3. tract. 4. cap 25.

Cognoscitur affectio, quia circa imum ventrem tumor adest, amplus, laxus, flatuosus ex parte, unde sæpe medici tyrones, & imperitæ obstetrices decipiuntur, existimantes sic affectas prægnantes esse, murmura sentiuntur in ventre veluti in intestinis, in ambulando gravitas, & spi-

Signa.

rādi difficultas, alvi excrementa graveolentia sunt, & conceptus ac menses impediuntur, vel nullo servato ordine prodeunt, pravi, pauci, ac loturæ carnis similes, aut arenosi, dolet venter, lumbi, hypochondria, & inguina, semen in somniis effunditur, adest rigor ac sæpe febris, manus ac pedes tumescunt, mammæ fiunt molles, lac nullum, aut si antea adfuerat vitiatur, & aqueum redditur, os uteri gracile est, ac humidum tactui apparet, quibusdam etiam nares fiunt mucosæ. Differt à gravidatione, quod in hydrope tumor extenditur juxta ventris amplitudinem non acuminatus ut in uteri gestatione: A vero ventris hydrope quia in hoc semper præcessit vitium jecoris, & color faciei mutatur ad pallidum vel lividum: at in hydrope uterino plerumque fœmina boni est coloris, & si aqua per uterum effunditur, venter detumescit, quod si hydrops uteri ex vitio jecoris etiam oriatur, tamen in illo venter primò intumescit superiori parte, & ad infimas tumor descendit; in uteri hydrope incipit in inferiori, & ad superiora ascendit; ac primo manus mammæque tumescunt, quam pedes: dissidet præterea ab uteri inflammatione, quia hanc concomitatur febris assidua, ac sæpe rigor adest, nō tamen in hydrope in quo aquosum quippiam ex utero instillat, sanguine permixtum, aut album, fœtidum, muscosumq;& majorem in ambulando gravitatem hydrops infert, ac respirandi difficultatem cordisque ac cerebri accidentia. Tumoris laxitate à scyrrho discriminatur, mollitie verò, & flacciditate ab inflatione, in qua uterus tensus est.

Distinctio ab impregnatione.

Ab uteri inflammatione.

A scyrrho, & inflatione.

Prognosticum.

Hydrops conceptum sequi potest, sed conceptus hydropem non sequitur, quia in aquoso utero gigni animal nequit, sicuti neque in aquosa terra planta, & quia per hydropem ferè semper os uteri claditur. Quod si gravida fuerit mulier fœtus corrumpitur, quia aqua illa fœtida, ac citrina intra duos ut plurimū menses fœtum perdit, qui tunc cum ea ejicitur, & mater periclitatur, ac plerumq; moritur, quippe affectus is ferè lethalis est, quia hydropem uteri sequitur hydrops totius corporis; ideoque curatio actutum adhibenda.

Curatio.

Considerandū igitur est, an fœmina gravida sit, quo in casu quamvis exigua adsit spes servandi fœtum: tamen quia contingunt monstra in arte, sicuti in natura, mitius tractanda fœmina. Præsertim si comperiamus fœtum jam moveri, solis fomentis, vomitu, ac levioribus purgatiunculis agendum erit.

Victus.

Reliquæ curabuntur quatuor remediorum generibus, Primò optimâ victus ratione exsiccante, qualem descripsimus c. *de humida uteri intemperie*. Potus inprimis sit parcissimus, ex aqua cocta cū cinnamomo, semine angelicæ, saxifrasiæ, aut sassafrasæ.

Secundò evacuatione per sanguinis missionem ex pede, si menses sint suppressi, quo in casu si fœmina prægnans non est, reliqua omnia

admini-

administranda, quæ ad mensium provocationem cap. proprio recensuimus. Aut fiat phlebotomia ex brachio, si plenitudo adsit, subindeque præparetur, expurgeturque aquosus humor in toto redundans; præparabitur autem oxymelite simplici, melle rosaceo, sirupo de arthemisia, de duabus, & quinque rad. byzantino; cum aqua geniſtæ, gentianæ, angelicæ, fœniculi, saxifrasiæ, aut ℥ *foliorum arthemisiæ, hyssopi, calaminthæ, pulegij an. m. j. radicis apij ʒ j. seminis anisi ʒ j. coquantur secundum artem, colaturæ ʒ iij. adde sirupi de duabus radicibus ʒ ij. misce*, pro vice; purgatio concinnabitur ex manna, cassia fistula, hiera simplici, sirupo ex infus. ros. aut viol. si humores in primis venis abundent. Pituitosum verò ac crudum, & serosum humorem in toto superfluum, agarico trochiscato educes, ac pilulis de hiera, de mastice, de agarico, diacatholicone, diaphœnicone, electuario Indo, turbith, hermodactylis, assaro, esula, iride, grano gnidio, ut ℞ *agarici trochiscati ʒ j. diaphœnici ʒ iij. specierum hieræ ʒ ß. sirupi rosarum solutivi ʒ i. decoctionis pituitosæ ʒ iij. misce*; aut ℞ *massæ, pil. de agarico, alephanginarum an. ℈ ij. trochiscorum alandahal. g. iij. cũ sirupo de hyssopo, formentur viij.* aut si bolos magis amat, ℞ *specierum hieræ ʒ j. ß. diaphœnici ʒ ij. diacatholici ʒ ß. cũ saccharo fiant boli*, aut etiam *rhabarbari ʒ ij. cum ʒ ij. radicis fœniculi, & ℈ iij. spicæ in lib. ij. vini infunduntur per horas xviij.* quo vino mane, & vesperi patiens utatur vel pro potu ordinario; quibus non proficientibus exhibentor *ʒ ij. succi Iridis depurati cum ʒ j. specierum diarrod. abb. & ℈ i. spicæ pluribus diebus, alij g. iij. stibij ritè præparati cum ʒ i. theriacæ, & ʒ ij. conservæ ros.* quod si bene cesserit, iterent. Vomitum bis in septimana provocare utilissimum est, quia vomitu, conferta evacuatione, aut valido exercitio vesiculæ rumpuntur, & aqua educitur, aut discutitur; quod idem præstant acriores clysteres; ut ℥ *foliorum arthemisiæ, betonicæ, brassicæ marinæ, matricariæ, mercurialis an. m. j. florum camomillæ, geniſtæ an. p. i. coquantur secundum artem juris* ℞ *ʒ x. in quibus dissolve succi betæ, & mercurialis an. ʒ i. urinæ pueri ʒ i. ß. hieræ Galeni, fermenti acris, mellis an. ʒ ß. salis ʒ i. misce*, fiat clyster, & quia morbus ex sua natura prolixus est, cuncta hæc sæpiusculè repetenda.

Evacuatio. Sang. missio.

Purgatio.

Succus Iridis. Vomitus.

Clyster.

Tertiò, quia non sufficiunt ea, quæ per alvum purgant, utendum iis, quæ ab utero ipso aquam educant tum ventri admotis, tũ utero inditis quę usum præstant incessiones ex decocto laureolæ, geniſtę saxifrasiæ, pulegij, cucumeris asinini, & injectiones, ut ℞ *foliorum pulegij, hyssopi, origani an. m. ß. spicæ ʒ ij. seminis amei, cumini an. ʒ i. coquantur*

Aquæ eductio. Incessio.

in q.s. aquæ ad medias, colaturæ ℞ ℥ *vi. olei Irini* ℥ *ij. ellebori nigri* ℥ *i.* mixta omnia in uterum injiciantur; valent insuper reliqui uterini clysteres, quos menses provocare diximus; post hæc sequens applicetur pessus, ℞ *ellebori albi* ℥ ß. *colochyntidis* ϑ *ij. nitri* ϑ ß. *mellis q.s. misce*, lana excipiantur, vel ℞ *colochyntidis* ℥ *i. seminis cumini, nitri, mercurialis, myrrhæ an.* ϑ *i. melle excipe*. Exterius inunctiones administrentur, ex oleo liliorum, ebuli, addita ℥ *j. olei cinamomi, aut anisi arte chymica parati, cujus etiam propinetur* ℥ *j. cum vino, vel aqua vitæ, aut anisi, vel cinnamomi:* Deinde emplastra ventri inferiori applicentur, ex folijs & radicibus ebuli frixis in oleo laurino; aut unguentum ex succi ebuli, vel *sambuci* ℥ *ij emplastri de baccis lauri* ℥ *ij. olei laurini* ℥ *ij.* ß *misce*, vel ex eodem succo & oleo cum pari quantitate vini albi, & aquæ vitæ ac ℥ iiij. stercore canini, caprini, bovini, columbini, quibus aliqui addunt cantharides, fel bovinum, aut leporinum, ac radicem ciclaminis.

Pessus. *Unctiones.* *Emplastrum*

Quartò ijs, quæ per urinas aquam educere nata sint, uterum calefacere, & exsiccare ut ℞ *foliorum sabinæ, matricariæ an. m.* ß. *Asari* ℥ *iij. radicis apij, fœniculi an.* ℥ ß. *bulliant in s. q. aquæ, vel juris gallinæ*, capiat patiens lib. ß quia est medicamentum optimum, ac præbet utile nutrimentum; vel ℞ *calaminthæ, pulegij, origani, gallitrici, saxifragiæ, rubeæ tinctorum an. m.* ß *levistici, arthemisiæ an. m. j. radicis Ireos* ℥ *iij. seminis dauci, smyrnij, ameos an.* ℥ *j. coquantur in q.s. aquæ ad lib. j.* ß *colaturæ adde sacchari, & mellis q.s.* hic etiam pulvis pro salsamento utiliter paratur. ℞ *hyssopi sicci* ℥ *j. pulegij* ϑ *ij. origani, cumini an.* ϑ *j. seminis ammij, spicæ nardi an. g. xij. salis tosti* ϑ *i. misce.* Ventri & utero applicentur vesicæ suillæ plenæ decoctione foliorum ebuli, sambuci, mercurialis radicis Iridis, seminis cumini, quæ omnia bulliant in vino albo; aut sacculi parentur pleni millio, cumino, & sale, ac furfuribus leviter tostis. Denique valent quæcumque ad aquam splenis exsiccandam c. *de febre alba scripta* reperies. Aquâ jam eductâ ea emplastra quæ ad confortandam matricem c. *de uteri debilitate* descripsimus, sunt admovenda. Ad quod etiam balnea sulphurea, vel sicca prosunt, aut arte parata ex decocto lauri, origani, cardamomi, pulegij, thymi, calaminthæ, cucumeris asinini, aut suffumigia ex myrrha, nitro, & sale mixtis, quibus necdum propulsato malo, ad sudores deveniendum. per sarsæ decoctum, aut aperiendus fonticulus in uno vel ambobus cruribus.

Diuretica. *Pulvis.* *Confortantia.* *Balnea.* *Suffitus.*

De ute-

De uteri inflatione.

CAP. XX.

PRoxima hydropi sequitur uteri inflatio, tympaniti proportione respondens, & est ejusdem uteri tumor præter naturam elevatus à flatib. inclusis in vacua uteri capacitate, vel angustiis ipsius, hoc est in vasis, & apicibus, seu angulis loculorum, vel inter ipsas uteri tunicas. Discrimen habet ab aquoso hydrope signis superiori c. allatis; à vera ventris tympanite, quod uteri flatu correptæ non ita siti premuntur, neque earum partes superiores emaciantur, vires minus labuntur præsidia magis prosunt, & per intervalla crescit, ac decrescit quod in tympania non fit; ab œdemate, quod digitis oppressus vestigium non exprimit, sed percussus reddit sonitum veluti tympanũ, morbus est in figura, & magnitudine aucta. Porrò flatus aut aliunde in uterum irrepserunt, aut illic geniti coarctantur; generantur autem aut ab externis causis, veluti esu flatulenti cibi, ut raparum, castanearum, fungorum, panis secalis, aut si post incommodum partum, vel abortum, vel balneum, frigus uterum infestavit, quod menses tardat, aut ex intempestivo frigidæ potu. Vel etiam generantur ab internis causis, quarum potissima materialis est copia crudi ac pituitosi humoris; efficiens imbecillus calor, nam neque omnimoda frigiditas, neq; vehemens calor flatus efficit, sed qui materiam quadantenus solvit, non tamen usquequaque discutit, ut ex Galeni mente c. *de œdemate mammarum* jã prodidimus, debilitatur autem calor, aut ex uteri percussione, aut ex crebro partu, vel abortu præsertim laborioso, aut ex uteri in aliquam partem conversione; aut ex jecoris vitio utero communicato, quippe qua ratione ab eo tympanites fit, eâdem uteri inflatio; aut ex retentis viscosis, crassisq; menstruis, quæ à naturâ bene regulari nequeunt. Sunt insuper aliquot concausæ, quæ potius efficiunt, ut flatus detineantur; quam ut generentur, talis est flatuum ipsorum densitas, & crassities, meatuum spissitudo, aut sanguinis exiguus excretusque grumus in uteri ostiolo cunei modo insertus.

Definitio.

Distinctio.

Causæ.

3. de sympt. causis.

Flatus quibus de causis distineantur.

Dignoscitur affectio hæc, quia pecten, imusque venter inflatur, ac dolore

Signa.

dolore premitur pungitivo, qualis nervosis partibus accidere solet, qui interdum ad septum transversum, lumbos, & ventriculum excurrit, nonunquam utrinq; ad latera, & sæpe ad alterum, sæpe ad utrumque inguen se extendit, umbilicumq; infestat, & caput per consensum afficit; ac ut ex Hippocrate colligere est, pedes tumescunt, & canæ faciei partes, color est injucundus, cum anxietate anhelat, præsertim cũ surgit, & expergiscitur; quidquid edit, aut bibit, ipsã molestat, gemit, ac tristatur magis, quam antea, quã comederit: sæpe etiam suffocari videtur, occultantur menses, non concipit, nervi contrahuntur, vesica dolet, & lotium detinetur, ac uterus, uti scribit Rasius, de loco ad locũ videtur moveri, cum tamen flatus ipsi sint, qui moventur; flatus interdum per muliebre pudendũ erumpunt, ac uti diximus ad digitorum pulsationem sonus tympani redditur. Cæterũ in cavo uteri, an in ejus anguſtiis flatus cõtineantur, exploratur, quia si in cavo, dum volvitur mulier, sonitus & strepitus auditur, qualis in intestinis quæ tormina vexant, & si tangatur uterus, pulsat instar tympani. Si verò in ejus locellis, tantus tumor non adest neq; sonitus, dolores verò graviores fiunt, quia flatus magis coarctantur; tandem à flatib. intestinorum distinguitur, quia pedes, & cava oculorum in illis non intumescunt, neq; menses, & conceptus præpediuntur, neque reliqua signa paulò supra ex Hippocrate memorata adsunt. Hoc malum lethale non est, neq; diuturnum, nisi tamen curetur, aliorum malorum origo esse solet, facilius verò curantur flatus, qui in uteri cavo, quam qui in ejus anguſtiis coarctantur, illi vero qui continentur in villis, & anguſtis rugis, ac ipsius uteri contextura vel raritatibus, curationem admittunt reliquis difficiliorem.

c. de nat. mul.
c. de morb. mul.
A flatibus intest.
Distinctio.
Prognostica.
Curatio.

Ut triplex est affectus causa, occlusio viarum, copia crudorum humorum, & uteri seu caloris impotentia: ita triplex curandi scopus, uteri vias aperire, crudos humores concoquere, inscindere, ac expurgare, uterum & calorem roborare; ut reliquiæ discutiantur. Si igitur morbus proveniat ex uteri imbecillitate aut frigiditate, curatio petenda ex proprijs capitibus: si ex suppressis menstruis omni arte provocandi, ac curatione à sanguinis missione auspicata, recurrendum ad c. *de mensium suppressione*: si ex frigore uterum post partum subeunte, venter fœminæ accuratè ligetur, & sacculi, ac cataplasmata calefacientia applicentur. Si verò (quod plerumq; fit) ortum trahat ex crassis,

crassis, viscidis, & frigidis humoribus, qui & meatus obturant, & uteri caloriſq; vim infringunt, medela perficitur quatuor remediorum generibus, & primo quidem victu attenuante, ac discutiente, aere odoribus alterato; cibo, & potu, qualem descripsimus c. *de mammarum inflatione*, & *de humida uteri intemperie*. *Victum attenuans ac discutiens.*

Secundò evacuatione per sanguinis missionem, si nihil obstat, ac plenitudo adest, ex axillari; at si ex partu lochia retineantur, ex pede, alioqui rarò sanguinis missio juvat, quia calor est debilis. Potiusque purgandus pituitosus humor, ac crudus in utero aut ventriculo redundans, factâ prius præparatione per hunc aut similem sirupum ℞ *seminis anisi, fœniculi, anethi, ameos, ruta, an.* ℥ ß. *fiat decoctio in lib. iiii. aquæ vel vini ad medias, colaturæ adde sirupi de hyssopo, aut de mentha, mellis ros. an.* ℥ *ii. misce*, capiat singulo mane ℥ v. deinde purgetur pilulis alephanginis, cochiis, aggregativis, de agarico, mastychinis, aureis, quarum capiat ℥ i. singulis septimanis, ac intermediis temporib. clysteres carminativi administrentur, qui communiter sic parantur: ℞ *foliorum arthemisiæ, anethi, rutæ, calaminthæ, pulegii an. m. i. seminis cumini, carvi, anisi, an.* ℥ *i. coquantur secundum artem in s. q. aquæ vel potius vini optimi, colaturæ* ℞ ℥ *x. olei rutacei, anethini, aut macis an.* ℥ *i.* ß. *hiera picræ* ℥ ß *misce*. *Evacuatio. Præparatio. Clyster.*

Tertiò ac potissimum ijs, quæ calorem suscitandi, & flatus discutiendi vim habeant, quæ in triplici sunt differentia, aut enim exterius admoventur, aut utero injiciuntur, aut per os assumuntur, eorum amplam segetem reperies c. *de variis ventriculi accidentibus* peculiariter verò utero, ac sub umbilico applicantur sacculi pleni milio, furfurib. sale, cumino, aniso, tostis ac calidis, sed min9 põderosi mihi magis probantur; alii qui replentur siccis herbis ut parietaria, ruta, absynthio, arthemisia, hedera terrestri, abrotano, nepeta, origano, calamentho, pulegio, sampsuco, thymo, serpillo, angelica, majorana, ex quibus etiã herbis coctis incessiones, fometationes, & balnea parari possunt, imprimis tamẽ prosunt sulphurea, aluminosa, & salsuginosa, vel applicãtur cataplasmata ex fimo vaccino, ovino, caprino, semine cũini, rutæ & nitro cũ vino malvatico, vel distillato, & oleo laurino. Lusitanæ fœminæ utuntur emplastro ex oleo laurino, & rutaceo, in quo incoxerint vitellos ovorum agitatos cum pulvere seminis cumini, anisi, pulegio, & origano, cui si addas theriacæ ℥ i, & aquæ vitæ tantundem efficacissimum. *Flatus discutientia. Sacculi. Incessiones fomentationes. Balnea. Vnctiones.*

Vnctiones. mum concinnabis. Tota etiam uteri regio inungenda oleo camomillæ, liliorum, anethino, rutaceo, hypericonis, in quibus bulliat costus, cinnamomum, cariophylli, & adde parem quantitatem aquæ vitæ, paratæ cum baccis juniperi, sabinæ, hederæ, vel lauri; ex quorum oleorum ac decoctionum supradictarum æquis portionibus vesicæ se-

Vnguentum miplenæ sub umbilico applicentur; aut tale fiat unguentum, ℞ *olei rutæ, angelicæ, liliorum an.* ℥ *j. cariophyllorum, costi, cinnamomi an.* ℥ *i. aquæ vitæ finissimæ* ℥ *i.* coquantur parum, & addita cerâ, ac theriacâ fiat

Emplastrum unguentum; aut sequens emplastrum, ℞ *bdellij, gummi arabici an.* ℥ *i. seminis rutæ, agni casti, centaureæ minoris, origani, calaminthæ, abrotani, cassiæ lignea, ameos an* ℥ *i. therebinthinæ q. s.* fiat emplastrum, vel ex tripheræ, ac theriacæ æquis quantitatibus; aut cucurbita magna cum flam-

Cucurbita. ma copiosa sub umbilico affixa violenter detrahatur, quia incantamento simile est.

Suffitus. Suffumigia præterea ex myrrha, ladano, gallia muscata, euphorbio, lasere, & ligno aloes parantur, nisi caput sit læsum.

Pessus. Utero immittuntur pessi hac ratione confecti. ℞ *caricarum pinguium exactè contusarum, ut grana non percipiantur* ℥ ß. *cumini* ℥ *ii. spumæ nitri* ℥ *i. mellis parum*, fiant pessi. Secundus recipit *foliorum rutæ, pulveris cumini, nitri an.* ℥ *i. mellis q. s.* Tertius *bdellij* ℥ *i.* ß. *xylobalsami, carpobalsami, costi an.* ℥ *i. origani, cymini an.* ℥ ß. *olei nardini, rutacei an. q. s. misce*; qui pessi per noctem integram retineantur, ac si acres fue-

Injectio. rint, lacte immergantur. Cum primis tamen accommodatus est hic uterinus clyster. ℞ *foliorum origani, viticis, rutæ an. m.* ß. *anisi, ameos, cinnamomi, costi an.* ℥ ß. *olei, & vini an. lib.* ß. *fiat decoctio ad vini consumptionem, cui percolatæ adde hieræ picræ, aut Archygenis* ℥ ß. Subinde obstetrix illitum digitum inserat, incumbentesque sanguinis grumos, sensim dissolvat, ac educat, posteaquam fœmina in balneo,

Intus sumenda. aut incessione fuerit; fugienda tamen semper sunt ut adversissima, quæcunque adstringendi vires possident. Intus per os assumuntur potiones ejusdem virtutis; ut ℞ *malorum Persicorum nucleos xx. contundantur cum duobus vitellis ovorum quib. adde galangæ, piperis, cinnamomi, zinziberis, cariophyllorum, croci, nucis myristicæ an.* ℈ *ij. sacchari, & vini optimi q. s. ferveant parum, & calidi* ℥ *iiij.* mulieri propinentur facta sæpius residentia, prodest etiã stillatitia aqua, aut oleũ ex ligno Guajaco, ebeno, ammoniaco, succino, styrace, aut therebinthina arte chymica parata, quarũ guttæ iiij aut v. exhiberi possunt in ℥ iij. præcedentis decocti, aut aquæ vitæ seu theriacalis, cujus varias descriptiones reperies suprà

c. de

cap. *de uteri doloribus*, & miræ operationis sunt in hoc casu; vel ℞ *quatuor seminum calidorum an.* ℥ ij. *florum camomillæ p. ij. vini optimi Hispanici, aut Malvatici lib. ij. leviter bulliant, ac colaturæ bibat*, ℥ vj *aut* ℥ iiij. *Hippocratici*.

Quarto & ultimo ijs, quæ ventriculum confirmare, ac simul flatus dissipare valeant, ut tabella una vel altera, diacimini, diagalangæ, dianisi, aromatici ros. diacalaminthes, diaspermaton, diacurcumæ, diamarthæ Avicennę, & desuper bibat ℥ j. vel alterā vini generosi, aut supra dicti decocti, vel cochleare j. aquæ theriacalis; vel sequens concinnetur opiata ℞ *corticis citri, radicis eringij, florum aurantiorum conditorum an.* ℥ j. *specierum aromatici, rosar. diacalaminthes, diaspermaton, aut diagalangæ, aut* ℥ j. *confectionis saccharatæ, anisi aut cariophyllorum* ℥ ij. *cum sirupo de corticibus citri, fiat opiata*, cui adde si patiens non recusat, theriacæ ℥ ij. Aut ℞ *diacurcumæ, diagalangæ an.* ℥ iij. *conservæ florū aurantiorum* ℥ ij. *sacchari dissoluti in succo rutæ purificato q. s.* fiant morselli. Aut *quatuor seminum calidorum, baccarum lauri an.* ℥ ß *galangæ, zinziberis an.* ℥ ij. *anisi incrustati* ℥ ij. *sacchari dissoluti in aqua rutæ q. s.* fiat confectio per tabellas; utile est assumere singulo mane ℥ ij. theriacæ vel mithridatij cum ℥ ij. vini, aut cum aqua cinnamomi, aut guttas aliquot aquæ anisi, cinnamomi, cariophyllorū, vel macis arte chymica paratæ. Aut species seu pulveres supradicti quibus magis ea forma arriserit exhibentur a. ℥ ß ad ℥ j. cum modico vino. Attamē mirū in modū in hoc genere prodest sudare ex decocto chynæ, sarsæ, aut ligni Indici, nam & flatus dissolvit, & ventriculum, uterum, ac universi corporis partes strenuè roborat: plura hic poteris transferre, ex cap. *de flatuoso mammarum tumore, & de uteri doloribus*.

Uteri roboratio.

Rotula.

Opiata.

Morselli.

Sudorifica.

De uteri inflammatione.

CAP. XXI.

Definitio.

IDem est partem aliquam inflammari, ac si peruri, succendi, igniriq; dicas, est autem propriè uteri inflammatio, quam Græci phlegmone vocant, tumor præter naturam, ex affluente sanguine in ali-

qua uteri parte collectus cum dolore, rubore, tensione, renixu, ac pulsatione, si materia crescit, & pus conficitur, quia tunc omnia symptomata excandescunt. Scire autem licet in inflammatione è cava per tenues non in uteri capacitatem, sed in illius substantiam sanguinem effundi, nec purum semper sanguinem, sed interdum flava bile, pituitâ, aut melancholiâ perfusum: duplicem quoque esse inflammationē siccā unam, quando nullo affluente humore calor nativus efferveſcit, quæ veluti febris est membri, ac *phlogosis* nuncupatur: humidam alteram, quæ ex calidâ fluxione membrum occupante originem trahit, de qua cumprimis sermo hîc institutus est, in eaq; consiederandū, an humor jam putruerit, an solum acris sit, vitietur in parte, & incalescat, ut docet Galenus 2. ad Glauc.

Pars affecta

Distinctio. Causa.

Differt à suffocatione ex utero calore nimio, & febre ardente, quam perpetuò habet comitem: à gravidatione, dolore, duritie, & calore: fit à causis externis, ut ex percussione, casu, abortu, partuve siniſtro, ut idem Galenus autor est; aut etiam ex concubitu rationis metas excedente, unde uterus ardet, ac debilitatur; præterea ex sessione in sella duriori, ambulatione longa & intensa, præsertim instantibus menstruis; ex frigiditate externa prohibente transpirationem, aut flatuum copiâ, vel exulceratione, & dolore, vel cucurbitularum applicatione supra uterum, ab his enim omnibus uteri calor intenditur & ipse debilior redditur. Internæ causæ sunt multus sanguis fervidus, qui ex alimēto abundat, & ex vena cava per capillares effunditur, aut qui retinetur post partū, vel certe dum ad menstruas purgationes fluit. Arabes, quos sequitur Valescus, & Mercurialis nimiā seminis retentionem addunt, quibus assentire nequeo, quia quantumvis retineatur semen, uteri substantiā non permeat, sed intra vasa, aut in uteri capacitate putrescit, ubi potius convulsionem aut suffocationem concitat, quam inflammationē, quippe non aliunde quodlibet membrum solet inflammari, quam à superfluitate proprij nutrimenti.

lib. de humoribus.

Signa.

Signa triplicia numerantur, quædam inflammationē ostendunt, quædam tempora ipsius; alia partem affectam, & inflammationem quidem produnt, dolores ardentes juxta loca muliebria, & pubē ac imum ventrē, coxas, lumbos, qui etiam ad claviculam porriguntur, ac si magna fuerit septi cōpressio, suffocatione premuntur fœminæ, si mi-

si minor magna saltem adest respirandi difficultas, unde Medici parum exercitati pleuritidem esse autumant, non advertentes intenso peritoneo, quo uterus superiori parte alligatur, necessariò septũ etiam distendi. Hippoc. qui tam vallere, quam falli nescit, alia addit signa, quod mirũ menses occultantur, aut pauci fiunt, cervix multis tenuibusq; venulis instar aranearũ telæ variegatur; venter incenditur ac nunc durus, nunc mollis est, nunc etiã tumidus, ut quodammodo prægnans videatur, vomit post cibũ, animo linquitur, & dolores sentit, ac, ut scribit exactissimus Gal. capitis dolor adest, potissimũ in parte postica, & in radicib. oculorũ ob vapores putres eò ex utero ascendentes, nonnunquã etiam convulsio, & affectiones ventriculi per consensũ affecti, sed & acuta febris perpetuus ei comes existit, ob maximã cũ corde per arterias sympathiã; pulsus initio magnus, celer, deinde parvus, debilis, creber. Quæ omnia symptomata in augmento ingravescunt, nam dum pus cõficitur, dolores & febres magis accidunt, præsertim exacerbantur dolores ventris pulsatiles, deliria, animi deliquia, singultus, extremorũ frigiditas, retentio excrementorũ, & capitis cruciatus, febris cum horrore, nõ quia intermittens, sed ob retractionem caloris, & spiritus ad interiora, quæ magis sub vesperũ accidunt, accessiones inordinatæ, dentium stridor, quæ omnia indies acerbiora fiunt, donec confecto pure mitescunt, ac denuò exacerbantur, cum abscessus jam jam rũpitur; & tunc pubes intumescit, inundatio in utero percipitur, & urina ac alvi excrementa supprimuntur, facto ex pure juxta partem affectam impedimento. Atq; hæc quidem si in suppurationem desinat, verum si discutiatur, quod semper optandũ (nosti tu enim inflammationes aut reprimi, aut discuti, aut in pus verti, aut indurari) symptomata quiescunt, & tumor aboletur, sin autẽ in scyrrhũ convertatur, febris ac dolor, reliquaq; symptomata mitiora fiunt, tumor tamen, & renixus, gravitasq;, ac corporis segnicies permanẽt: si in hydropẽ evadat, ventris moles vacua apparet, alvus aqua impletur, umbilicus prominet, osculũ uteri gracile fit, superiora corporis attenuantur, somnus profundus, ac sensuũ obtusio, caligo, & sudor frontis, sitit, cibũ aversatur, alvi excrementa olida fiunt. Adhæc contingit nonnunquã inflãmari partẽ antîcam, quæ vesicæ adhæret, & tunc in pubem dolor inclinat, & urinæ difficultas adest, aut stillicidium; parte verò posteriori, qua recto intestino incumbit, inflam-

2. de mor b. mul.

Lib. de hui moribus & 6. popul. p. 1. cap. 2.

Signa temporum, inflammationes uteri.

Febris cum horrore non intermittẽs

Terminationum signa.

Signa partis affectæ.

inflammatâ, dolor lumbos infestat, & circa spinam magis hæret, & alvus supprimitur; quod si latera uteri inflammentur, inguina distenduntur, & crura gravantur, ægrè moventur, & interdum claudicare coguntur; aliquando in superna fundi parte inflammatio est, ac tunc minus dolet, sed partes umbilico circumjacentes, dolore, ponderéve cruciantur; demum si in uteri ostiolo, cervice, aut juxta pudendum inflammatio fit, evidens signum ex tactu desumitur, quia obstetricis digito immisso, ostiolum durum, rigidum & ardens percipitur maximè si speculo matricis locus dilatetur, tumor oculis sese objicit; ac tandem in ea parte quæ inflammationem patitur magis dolor intenditur; quod si universa uteri substantia inflammetur, totus uterus undequaque inflammatione obsessus pulsatilem cruciatū sentit. Jam verò si ex fervido tenuique sanguine fiat, lingua nigrescit, sitit, deliratque fœmina, & urina rubea apparet, vel cum lividitate subrubra, pulsus magnus, plenus, undosus, venæ tument: si ex flava bile, oculi flavent, sitis est ingens, inquietudo, anxietas. Malum hoc, inquit Fernelius, in cervice, quam in utero, frequētius, quia carnosior, at in cervice, & ore ipsius uteri minus periculosum, quia remedijs expositū: adhæc major inflāmatio, & quæ plures uteri partes occupat, minore deterior; sudor gelidus, vocis interceptio, cum animi deliquio pessimum; potissimum si reliqua symptomata exacerbentur viribus labantibus, ac pulsu inæquali, mortem portendunt; Inflammatio uteri aliquādo degenerat in Erysipelatē, œdema, scyrrhum, rarò in cancrum, rupto abcessu si pus exierit album, leve, æquale ac boni odoris, bonum: si variegatum ac substantiæ diversæ, & pravi odoris, malum, fluxus ventris, & copia urinæ inflammationi supervèniens, bonum.

Signa humorum.

Prognostica.

Curatio.

Duplex curādi scopus, prohibere id quod fit, & auferre, quod factū est; primū completur diversionibus, secundū repellentibus, discutiētibus, ac suppurātibus. Erunt itaq; quinq; remediorū genera opportuna. Primū victus tenuissimus, ac refrigerans; ac primis quidē dieb. satis erit pro cibo eremorem ptisanæ exhibere, aut cucurbitam cum saccharo bullitam, & omphacion, lactucam, endiviam, seu scariolam coctam addito oleo, sale, & aceto; vel brodium ex ijsdem herbis paratum in jure pulli: & panem lotum cum conserva ros. à tertio die conceduntur ova sorbilia, ac pulli gallinacei caro. Potus esto aqua

Victus tenuis ac frigidus.

Potus.

aqua hordei, vel cocta cum coriandro præparato, aut scorsonera, vel in qua aurum ignitum fuerit sæpe extinctum aut vinum granatorum, aut aqua hordei, vel stillatitia endiviæ, acetosæ, violar. aut certè secundana cereviſia: à vino penitus abstinendum. Constituatur patiens in cubiculo obscuro, & frigido, quies imperanda, maxime crurum, quæ ab omni motu prohibeantur, vigilet quantum potest, quia inflammationes internæ, dicente Galeno, à somno augentur, caveat etiam ab animi perturbationibus ac Venere. Alvi excrementa, si naturæ compulsu non evacuentur, molli educantur clystere.

Inflammationes internæ a somno augentur. 6. Epid. 4. 17.

Secundo ijs, quæ simul avertere, & evacuare valeant, quod primum fiet sanguinis missione, ex altera, vel utraque basilica juxta virium robur; postea ex pedibus, si ex laborioso partu, vel abortu, vel ex mensium suppressione citra plenitudinem, aut post largam sanguinis ex quavis parte perfusionem, oriatur, quod fieri Galenus jubet. Quippe tunc credibile est sanguinem in toto non redundare, licebitque non secunda die duntaxat, verumetiam tertia, & quarta detractionem repetere juxta vires, ætatem, habitū corporis, & tempus anni, quin etiam cucurbitulæ cum scarificatione coxis applicentur, & vomitus provocetur, cathartica verò minimè adhibenda, quantumcunque alius à sanguine humor redundet, ne ad affectam partem magis trahant, & inflammatio augeatur: exhiberi tamen potest lenitivum, quod diuretica nequaquam recipiat. Præmissis itaque sirupis viol. acetoso, endiviæ, portulacæ, cum aquis cich. agrimoniæ, sonchi, viol. ac similibus, boli conficiantur ex uncia una vel altera cassiæ, vel tamarindorum, cum saccharo, aut eadem lenitiva in ℥ iiij. decocti florum cord. dissolvantur, vel ℥ ij. mannæ in jure gallinæ: aut apozemata ex supradictis herbis, & radicibus earundem cum tamarindis, & saccharo concinnetur.

Aversio & evacuatio. Sang. missio 13. meth. 19. & de sang. miss. 18. Sirupi.

Tertio topicis ac primum ijs, quæ repellant, in quem finem sedeat fœmina usque ad umbilicum in aqua tepida, cui rosaceum sit admixtum, & imo ventri ac lumbis lana oxyrrodino imbuta imponatur absque ligatione: aut sequens cataplasma ℞ *foliorum plantaginis, vitis, polygonii, portulacæ an. m.* j. pistentur diligenter, & panno lineo excepta, prædictis locis applicentur, quibus addi potest farina fœnugræci, seminis lini, hordei, & fabarum: aut si Erisypelatosa sit inflam-

Topica.

inflammatio,quod ex igneo calore percipies,adjunges umbilicum Veneris, Jhoschiamum,nympheæ flores,&papaveris semina aut folia; Galenus laudat hoc emplastrum. ℞ *balaustiarum, corticum mali granati an.* ℥ *j. coquantur in vino austero aut sapa, contundantur, & adde succi sempervivi, solani, aut plantaginis* ℥ *ij. farinæ hordei* ℥ *j.* ß misce; hoc etiam dolorem sedat,& digerit, *radicis althææ. malv. an m. j* ß *fol. viol. meliloti an. p. j. coquantur, contundantur, ac per cribrum extrahantur, & adde farinæ hordei q. j. seminis lini q.* ß. *olei ros. q. j.* misce, fiat cataplasma, semper aliquid decoctionis addendo. *Injectiones.* Ad hæc ex oleo ros. myrthino,cum succo plantaginis, &aceto injectiones parentur,quia citius ad locum affectum perveniunt; aut ℞ *foliorum plantaginis, Nymphææ, solani, endiviæ an. m. j. ros. rub. p. ii. coquantur ad tertias, & adde olei myrthini* ℥ *j. aceti* ℥ ß, in uterum injicito. *Pessi.* Pessi insuper ex ijsdem herbis contusis,aut ex succo earundem cum oleo ros.&aceto ritè parantur; & per sedem hic clyster injiciatur: ℞. *radicis althææ* ℥ *ii. foliorum malvarum, viol. lactucæ, florum nymphææ an. m. j. seminis cucumeris, aut peponis an. pug. ii. prunorum numero xii. seminis lini, florum viol. an. p. ii. coquantur ad tertias iuris* ℥ vj. *adde olei ros. viol. an.* ℥ *ii.* misce, fiat clyster in pauca quantitate, ne compressione dolores concitet. *Doloris sedatio.* At si vehementissimus adsit cruciatus, quẽ omninò mitigare oporteat in uterum projice *lactis caprini, vel ovilli* ℥ *iiii. cum g. iii. opii, vel camphoræ, aut aquæ arnoglossæ* ℥ *iii. cum* ℥ *ii. collyrii albi Rasis, aut hoc* pessarium uteri osculo apponatur; *ceræ albæ* ∋ *iiii. medullæ cervi* ℥ *j. adipis anserini* ℥ *j.* ß *croci g. x.* misce,ac linteo excipe,aut pessus aureus à nobis sæpius inculcatus, qui ferè ex superioribus fit medicamentis,additis ii.vel.iii.vitellis ovorum, & æsypi ℥ ii. aut tria capita papaveris albi,coquantur in lib. j. sapæ, aut vini austeri ad tertias, tunc rejectis capitibus reliquum colatur,& adde galbani,myrrhæ,thuris,opii,an. ℥ ß,cassiæ ℥ iii. singula per se terantur, & paulatim decocto misceantur, donec ad mellis spissitudinem redigantur, tunc adde æsypi, medullæ cervinæ, adipis anserini an. ℥ iiii. diligenter misceantur ac serventur,tempore utendi, eam quantitatẽ, quam volueris, oleo ros. dilue, ac subdito in pessarii forma; aut fiant pessi ex contusis herbis frigidis,supra jam recensitis,additis axungijs, & oleis, plura alia mutuabis ex Aëtio; *Lib. 16. c. 83.* ex prædictis cum capitib. papaveris incessiones,& evaporationes cõficies; vel pubi imponatur mica panis madida in lacte vaccino,oleo ros. vel camomillę,vitellis ovorũ, & croco.

Quartò

Quartò ubi curatio processerit, considerandum an ad dicussionem tendat, quod ex declinatione inflammationis, & doloris sine ponderositate cognoscitur, ac ex deficiente pulsatione, quæ in tumore præerat, dicente Guidone, tunc cibi liberius concedantur, & ea administrentur medicamenta, quę laxare, & omninò discutere valeant, quod fiet suprà jam dictis remediis, detrahendo de frigidis & addendo in balneo, & incessionib. rad. & fol malv. althęæ, folia salviæ, pulegii, anethi, ac flores camomillæ, aut seqnēs cataplasma, *radicū althea, lilior. an.* ℥j. *folior. malv. m.* j. *arthemisiæ m.* ß *cōtundantur, & per cetaceū extractis adde farinæ fabarū, hordei an.* ℥j *pinguedinis suillæ, butyri mutialis an.* ℥ ii. *olei camomillæ liliorū an.* ℥j. misce, quibus addere poteris caricas, & dactylos contusos, semen fœnugræci, ac similia, quæ pubi applicentur, vel emplastrum de meliloto, aut diachylon gummatū; locellis verò hic pessus subjiciatur, *medullæ cervinæ, butyri recentis, adipis anserini, gallinacei an* ℥j. *caricarum contus. num. vi. olei camomillæ q. s.* fiat massa pro pessis, aut loco caricarū ponatur ladani, & styracis an. ℥ß. At si in abcessum & suppurationē inflammatio convertatur, quod in externis inflammationib. melius esse quam in internis Hipp. retulit, id deprehendes ex superius jam commemoratis signis, & quia dolor internus adest, pulsatio, & caloris incrementū. Puris verò jam confecti indicia sunt, levitas affectæ partis, doloris mitigatio, remissus calor, eminentia loci, qui sæpe in mucronem fastigiatur, ac si digitis premitur, veluti inundatio percipitur, & mucronis illius color albescit, ut Paulus, Avicenna, & Guido docent, tunc quidem maturationem ac ruptionem moliri omninò studebis, ne uteri substantia corrodatur. Fiet id, nuperrime jam dicto cataplasmate, si majorem addas farinæ, & caricarum quantitatem, ut vim emplasticam majorem sortiatur, & cutis spiraculis obstructis, spiritu, caloreque nativo cohibito, non jam dissipetur, sed intro remeans pus conficiat, qua ratione quæcunque discutiunt, suppurantia reddi possunt, aut ℞ *caricarum numero xii. coquantur, contundantur, & adde muscilaginis althea* ℥ß, *farinæ seminis lini, fœnugraci, tritici an.* ℥j. *olei camomillæ.* ℥ ij. *vitellos ovorum num. iii.* misce, quod si nec ijs quidem rumpatur, præ-dictis adde, *fermenti acris* ℥ j. *aut stercoris columbini, seu seminis sinapis* ℥ ß; aut ℞ *mellis, fermenti acris an. partes æquales, stercoris columbini partem mediam; aut caricarum* ℥ j. *foliorum rutæ m.* ß. *coquan-*

Signa discussionis.

Tract. 1. de apostem. d. 1. c. 1.

Discutientia medicamenta topica.

Hipp. 7. aph. 8.

P. lib. 4. c. 18. A. 3. 4. trac. 1. c. 12. Guid. ead.

Maturativa sive suppurantia.

coquantur, contundantur, & adde adipis anserini ℥ j. *pulveris radicis Ireos* ℥ ij. *nitri* ℥ ß, misce, fiat pessus, imperanda etiam tussis, sternutamentum, ac violentus motus, vel si abscessus fuerit in uteri cervice, idoneo scalpello aperiatur, quod fiet, ut monet Aëtius, si duo habeat crura sibi occurrentia, cuspidemque includentia, & parti jam applicitum aperiatur, ne in transitu lædat; vel si cuspis ipsa intra cannulam continuatur, veluti Guidonis forfex.

Lib. 16. c. 86.

Quinto rupto jam abscessu, cujus rei indicium est, excretum pus, & doloris, ac tumoris subsidentia; si per vesicam pus excernatur (quod plerumque fit, ob magnum quem habent invicem uterus & vesica consensum, & vicinitatem: ita ut sæpe etiam urina per uteri cervicem transcoletur, & fœminæ existiment ruptam esse vesicam) adjuvatur puris excretio potu emulsionum seminū frigidorū in lacte aut aqua viol. seri caprini cum saccharo, aut sirupi violati, vel exhibetur ℥ j. cassiæ fistularis. At si per rectum intestinum transfluat clysterijs utitor, ex aqua mulsa vel hordei cum saccharo, aut ex lib. 1. aquæ plantaginis cum ℥ j. aluminis, & ℥ ij. sacchari, vitanda semper oleosa. Verum si per sinum pus erumpit, & laudabile est, ijdem clysteres utero injiciantur, in minori tamen quantitate, aut lentium, & corticum malorum granatorum, ac ros. decoctum cum sirupo ros. Et superius dicta cataplasmata exterius semper adhibeantur. Tandem ulcus curabitur per ea, quæ abluunt, & calorem temperant, ut crebra lactis per uterinum clysterem infusione, aut etiā mulsæ, vel aquæ hordei, aut cremoris ejusdem cum saccharo: decocto lentium, & malv. cum saccharo: vel aquæ aluminosæ, & portulacę, æquis portionibus. Porrò si intra uterum abscessus rumpitur, & inter intestina, ac peritonæum pus colligitur, exploratur id, quia sedatis inflammationis symptomatibus tumor circa illas partes elevatur, quo in casu cutis attenuanda, & eruptio ad superficiem tendens, qua parte effluxum commodiorem fore speramus, quod etiam natura elevato tumore monstrabit, in summo apice dissecanda. Interim diureticis purgativisque apozematibus utendum: ab ijs verò quæ menses provocant, toto curationis tempore abstinendum. Quod si egrediens pus fœtidum sit, variegatum aut inæquale, curatio petenda erit, ex cap. *de uteri ulceribus.*

Pus collectū intra intestina per peritonæum.

Scholium.

Scholium.

Galenus lib. de sang. miss. *uteri inflammationes magis quam renum, à venis incrure sectis juvari scribit, quod idem confirmat* 13. meth. c. 11. *quibus in locis secandæ venæ rationem præscribit, tum in superioribus, tum in mediis, tum etiam in infimis corporis partibus; ita autem scribit renibus, & vesica, pudendo, & utero sic habentibus eas, quæ in cruribus sitæ sunt, ac potissimum circa poplitem, siu minus eas, quæ sunt juxta malleolum, inscindere oportet. Paulus tamen & Aëtius in uteri inflammatione cubiti venam secant. Medius se inserit Avicenna, qui sentire videtur Galenum vacuandi gratiâ venam poplitis, Paulum, & Aëtium, revellendi causa basilicam secuisse, quod fieri omninò debet in abundantia sanguinis, & ubi non vereмur menstruorum detentionem, nam sanguinis missio ex basilica, initio inflammationis fluxum prohibet ad locum inflammatum, deinde missione ex saphæna, sanguis in parte ipsa aut proximis contentus educitur ratione communitatis, verba Avicennæ sunt hæc:* Et rectius quidem est in principio, ut phlebotometur basilica, nam prohibet effusionem materię; Subsequenter adhibeatur phlebotomia saphænæ, ut eradicetur sanguis ab apostemate. *Cum igitur Galenus lib. de sanguinis miss. dixisset, in recentibus inflammationibus renum, & inferiorum partium mittendum esse sanguinem à superioribus, in vetustis ab inferioribus, ut legenti planum est, postea subjunxit uteri inflammationes levari venis in crure sectis, ac si dixerit etiam, si utraque secandæ sint, non tamen auxilium persentitur, quoad servato ordine inferiores vulnerentur, ac post revulsionem sequatur etiam evacuatio. Cum autem in lib. meth. eandem sententiam inculcavit, de ea inflammatione, quæ citra plenitudinem fit, intelligendus erit.*

Cap. 18. Vtra in inflammatione uteri, & partium inferiorum, vena sit secanda, basilica an saphæna.

P. lib. 3. c. 64 Aët. lib. 16. cap. 83. Agic. 4. 3. tract. 4. 3. tract. 4. cap. 12.

De uteri Erisypelate.

CAP. XXII.

ERisypelas sive ignis sacer, est tumor rubeus, qui à bilioso sanguine originem obtinet, multò inflammatione calidior, magisque flavum colorem repræsentans, & si tetigeris, facilè sanguis subterfugit, rursusque illabitur, & si febres interdum, ac dolores inferat,

Definitio.

non tamen dolet veluti inflammatio, neq; pulsum invehit; aut tentionem tantam, ut hinc dissidium componas inter Galenum, qui nō dolere scribit, & auctorem definitionum medicinalium, qui dolorificum esse tumorem affirmat: nam ut ex eodem ipso Pergameno colligitur, non ita magnam infert tentionem, pulsum, ac dolorem, ac inflammatio, præsertim, quando exquisitum est Erisypelas, per solam cūtem diffusum, nil inferiorem carnem molestans, ad differentiam ejus inflammationis, quam superiori c. descripsimus, quæ ipsius uteri substantiā penetrat, & à sanguine fit solo, vel certè perfuso bile, pituita, aut melancholia; cum Erisypelas potius à bile fiat, sanguine tenuiori delibuta: nam cum sola flava bilis in utero substiterit, herpetem potius excitari certum est.

Causa. Gignitur Erisypelas in utero ab ijsdem causis externis, à quib. inflammationē oriri cit. c. prodidimus, àflava verò bile & sanguine calidioribus quam oporret, & una commixtis tanquā à causa interna, vel certe à sanguine efferveſcente & secundum substantiā tenuissimo. Quod si Galenus lib. *de morb. differentiis* à flava bile Erisypelas fieri dixit, ibi procul dubio per bilē flavam sanguinem calidissimum tenuissimumque, & efferveſcentem intellexit; nō verò humorem illum substantiâ quidem tenuem, qualitate verò atque potentiâ calidum siccumque ex eo, quod in alimentis assum ac veluti ustum est genitum, & quasi sanguinis spuma apparet, talis enim humor cum à sanguine secretus fuerit, nec jam amplius ei commixtus, pro sua tenuitate vel crassitie varia creat herpetis genera, uti jam diximus.

Signa. Cognosces uterum Erisypelate infestari, quoniam tumor fit à pedibus exorsus, qui ad crura, & lumbos procedit, ac procedente tempore intumescit etiam venter, & mammæ ob uteri cognationem, & rigor ac febris fœminam corripit, tumor totum occupat corpus, rapto scilicet animali spiritu ad uterum vi doloris, dolent genua, & toto corpore fœmina perfrigeratur, quia Erisypelas uteri, instar cucurbitæ spiritus & humores undiq; trahit, idcircò uti in febre lypiria exteriora frigent; Adest etiam debilitas, ac quiescere nō potest, sed jactat seipsam præ dolore, qui ex imo ventre & laterum mollitudine ascēdit ad lumbos, postea sursum vergens ad præcordia, & pectora, & caput, & mori sibi videtur exhaustis utiq; spiritibus animalibus, reliquis etiam, aq humorib. universis revocatis ad centrum:

trum corporis. Quum autem remiserit malum, torpor occupat manus, aliquandò etiam inguina,& crura,& poplites,& livida fit, & modico quandoq; tempore sibi melius habere videtur; deinde rursus eadem patitur, & corpus pustulis impletur,& facies rubet,& siti cruciatur ingenti, ac fauces siccæ sunt, & recta cervice spiratio fit; & in poplitibus interdum lividæ fiunt, at quando amplius tempus fuerit progressum,intumescit magis, & tota perfrigeratur, & spiritus densus fit,& cum animi diliquio,ac debilitate tristatur,& mente non constat,& assistentes putant aquam intercutem pati.

Prognostica.

Hic morbus si prægnanti contingat,lethalis est,teste Hipp. plurib. in locis,si non prægnanti,curata sanatur. Pauciſſimę tamen etiã ex non prægnantibus evadunt: possunt tamen nonnunquam & fœtus,& matres servari. Distinguitur ab inflammatione uteri,oculorũ flavitie,ingentissima siti,inquietudine,& anxietate,& quia minorem quam inflammatio dolorem infert, præsertim quando Erisypelatis materia profunda non est,sed inter duas cutes existit,ut verbis utar Avicennæ; Quæ quidẽ signa ferè omnia fallacia sunt ad distinguendum, nisi quod mitiora in inflammatione reperiuntur quam in uteri Erisypelate: idcirco, Mercatus hosce duos affectus uno,& eodem cap. comprehendisse mihi videtur, & quia indicationes ferè sunt eædem,neque curatio admodum dissimilis.

1. de morb. mul. 4. & 12. 2. de morb. mul. 18. 5. aph. 43. Distinctio.

Curatio.

Erisypelas quantũ ad victum,& totius corporis evacuationes attinet, perinde ac inflammationẽ curare oportet,nisi quod si impurũ fuerit,ac phlegmonosum,& à sanguine nõ admodum tenui ortum, sanguinis missione occurrendum ei erit: si vero exquisitum fuerit Erisypelas, à sanguinis missione abstinendum,potiusq; purganda bilis est: nunquam tamen copiosis evacuationibus utendum, si gravida fuerit mulier;quia venâ sectâ abortit,præsertim si major sit fœtus: & utero gerentes,àquarto usque ad septimum duntaxat,medicandę sunt,idcirco lenitiva potius, & refrigerantia administrentur; neq; utiq; victus tenuis,qualis convenit ijs,quę internas patiuntur inflãmationes,imperetur,nam teste Hipp. ijs,quib. nõ convenit,est periculosus; non convenit verò gravidę,febre,& acuto morbo correptę, quia quodvis peccatum gravius ferunt,quã quæ non sunt gravidæ; potius igitur clysteriis refrigerãtib. alvus leniatur, sanguinis missio repudietur;victus sit moderatus, ac refrigerãs. Quod si mulier utero

1. aph. 4. & 9.

non gerat, victu utatur tenuissimo, ac refrigerante, serapiis, qui eandem vim habeant: sanguinis missione conveniente, & medicamento purgante, præsertim ubi Erisypelatis cauma nonnihil deferbuerit. Syruporum, & catharticorum materiam mutuabis ex c. præcedenti.

3.4.c.5. In topicis apud præcipuos scriptores variatum est, nam Avicenna ijs utitur refrigerantibus, quę simul vehementer adstringunt & exsiccant, scoria plumbi, carbonibus è cortice pini cum sevo, & oleo myrthino. Galenus vero, & Paulus ex oppositio omninò sentiunt refrigerantia ac humectantia, absque ulla adstrictione convenire, qualia sunt lactuca, polygonium, lenticula palustris, psyllium, portulaca, seris, vel sempervivum, quibus assentitur inter Pœnos Rasius summo semper in honore habitus; qui videntur ab ipsa morbi naturâ curationis scopum, indicationemque sumpsisse. Nam Erisypelas à ferventissimo humore, eodemque sicco provenit, nempe à tenuissimo sanguine, cui flava bilis sit admixta: omnis autem morbus per contrarium tolli debet: consequens igitur est calidum, & siccum tumorem refrigerantibus, & humectantibus curandum esse, quæ tamen tanto sint frigidiora, quanto est major Erisypelatis, quam inflammationis fervor. Abdomini igitur, & lumbis applicentur frigida, & humida medicamenta, & quæ partium tenuitate corpus uteri subire queant, ut psyllium conquassatum cum aqua citrulorum: rasura cucurbitæ, vel citruli: portulaca trita, & quæ superius recensita sunt, succus cich. umbilicus Veneris. Aut ℞ *succi plantaginis* ℥ j. *olei ros.* ℥ iij. *lactis muliebris* ℥ ij. misce, ac frigida actu applicentur & superponantur folia lactucæ, aut vitis. Et antequam lintea exsiccentur, denuo madefiant; Reliqua localia sunt petenda ex sup. cap. 3. remed. genere.

G 2, ad Glauc. P. l. 4. c. 12. R. lib. divis.

Quarto, ubi Erisypelatis fervor mitigatus fuerit frigidis medicamentis ea misceantur, quæ leviter discutiant, solet enim plerumque Erisypelas per resolutionem terminari, addatur igitur aqua solani, camomillæ, aut succus coriandri viridis sive recentis: aut adhibeatur emplastrum de oximelite seu de farinis, cum farina fœnugræci, nam quamquam initio calorem, & inflammationem fœnugræcum auget, tamen in fine depositio jam fervore strenuè resolvendo mirificè curat, dicente Galeno in lib. de simpl. med fac.

Lib. 8. c. de Fœnugræco.

De

De scyrrho uteri.

CAP. XXIII.

DE communi, ac generali scyrrhi naturâ, generationis modo,& quod alter, Galeno dicente, exquisitus sit, alter non exquisitus, *c. de mammarum scyrrho* plus satis scripsimus, reliquum est nunc dicere, scyrrho uterum obnoxium esse, tum quia ejusdem caro crassa est, tum etiam quia semel admissas fluxiones tenaciter servat. Uterque autem tàm exquisitus, quàm non exquisitus dupliciter fit, nam vel uteri pars aliqua tumorem concipit, vel totus uterus: & rursus vel in cervice contingit, vel in fundo uteri, interdum in parte internâ, quandoque in extimâ: alij ab initio fiunt,& derepente, ut nulla evidens causa præcesserit; alij ex indurata inflammatione. *2. ad Glauc.*

Morbus est in magnitudine, intemperie,& soluta continuitate. Fit à causis externis, ut vitæ intemperantia, ac frigidorum ciborum esu, vel quia fœmina dum calidis humoribus abundat, frigori sese exponit. Internæ causæ tres maximæ sunt atque potissimæ. Fit enim primum ex collectione naturalis melancholiæ extra venas, quæ exquisitum generat scyrrhum: Secundò ex inflammatione, quæ neque dissoluta est, neque in abscessum conversa, sed in lapidosam naturam mutata, quod propter medici, aut chirurgi imprudentiam crebrò accidit, cum imflammationes, aut erisypelata plus justo refrigerant, adstringuntve repellentium immodico usu, aut nimis discutientia œdemati, similibusve tumoribus temerè applicant, à quibus tenue, ac vaporosum digeritur, crassum ac terrestre lapidis instar concrescit, aut si ipsa fœmina, dum calidis tumoribus vexatur, in frigore sedet, aut frigidâ aqua imprudenter utitur. Tertiò, ex qualibet materia crassa indurata, ut pituita viscida, gypsea, & condensata. Quarto cum melancholiæ naturali alius permiscetur humor, maximè pituita, cujus adhæsu crassior, tenaciorque evadit; at si assatus sanguis attrave bilis commisceatur, tunc non exquisitus gignitur. *Species morbi. causæ.*

Meminit Actius alterius tumoris, quem Paulus sceleroma vocat, & est induratio, quæ in uteri cervice, potissimum obvenit, elevationem scyrrho similem habens, sed minus renitentem, & cum mediocri dolore; quæ ultima verba faciunt, ut mihi persuadeam nomine *Sceleroma. Aët. lib. 16. c. 84. P. lib. 3. 85.*

sceleromatis non exquisitum scyrrhum hosce autores insinuasse; à Mercuriali scyrrhosis dicitur.

Lib. 4. de morb. mul. c. 19.

Signa.

Affectus sensui obvius est, tactui enim renititur tumor ipse, durus ac sine dolore, adest crurum totiusq; corporis segnities, menses initio supprimūtur aut diminuti fluunt, aut fœminę, crescente malo, sanguinis magno fluore per intervalla divexantur, apertis nimirum plus justo venarum osculis, aut utero nequeunte consuetā sanguinis copiam suscipere ac retinere, sępe etiā adjungitur oris fœdus odor, ipsiusq; exulceratio, genuum impotentia, ac pedū tumores sicuti in stomachace, & scelotyrbe, tandem non probè curatas, sequitur malus corporis habitus hydropem repræsentans, interdum verus hydrops, uti Avicenna scribit, stantibus grave pondus, quasi prolapsurum in pudēda, incumbit, sedentib. aut decumbentib. rectum intestinum sua gravitate premit (quod aliis etiā uteri tumorib. cōmune est) Paulus scribit, sequi uteri in opposita declinationē, quod recipiendum non est, quia experientia contrarium docet. Cæterum si ex melancholico humore malum oriatur, color totius corporis ad nigrum declinat, si ex crassa pituita, ad subalbidum vel plumbeum, ut Galenus notavit, quibus adde humoris redundantis propria indicia à nobis suprà recensita, anteactam vitam, ciborum usum, fœminę naturam & habitum. Affectionem in uteri fundo esse colliges, si in coxam & dorsum uterus incumbat, ibidemq; dolorem inferat, in cervice vero, quia à viri accessu offenditur, & obstetricis digito tumor sentitur, vesica lædit, urina supprimitur à comprimente tumore, si in superiori sit parte; aut rectum intestinum offenditur, & fex alvi retinetur, si in infima; vel alterutrum inguinum; si in altero tantum latere affectus consistat.

21. 3. tract. 4. c. 14.

De tum. præt. c. 10. C. de supp. mens.

Distinctio ab aliis morbis.

Distingues scyrrhum à mola, cum qua magnam habet similitudinem, quia in mola, si menses fluant, sunt inordinati; in scyrrho si expurgētur, cū ordine fiunt: mola, dum fœmina stat, magis in os pubis incumbit, & māmę lacte abundant, in scyrrho mammę attenuantur, ac graciles cunt. Ab splene indurato differt, quia is corporis colorē plus mutat, vel si nō mutat mentē lædit, aut certè alium generat affectum melancholicū. Porrò durities circa os, & collum uteri consistentes, facile curari Aetius scribit, circa fundum difficulter, non tamen quę in osculo, & collo existunt, simpliciter sunt facilis curationis, sed respectivè ad alias: *Scyrrhum, si non rectè curetur, sequi-*

Prognostica.

sur

tur hydrops. Quod si minus providè tractetur, desinit in cancrum, ut inquit Avicenna.

Curatio fit per ea, quæ tumorem discutiant; quoniam vero dura lapidosaque materia dissolvi nequit, nisi mollificetur, ideo primò emolliendus erit tumor, deinde dissolvendus; nam si quis, quæ valenter discutiunt medicamenta, scyrrho admoveat, paucis primis diebus scyrrhus decrevisse videbitur, quod tamē de affectu restat, durissimū ac insanabile redditur; quocirca quinque remed. generib. utendum erit; Primo quidem victu moderato, humido, boni succi, convenit ergò panis mediocriter coctus, ova sorbilia, pulli gallinacei, capi, vituli lactentes, gallinæ coctæ, & jusculà, brodia, vel panatellæ ex iisdem paratæ; ex olerib. lupulus, borrago, bugloſſa, sonchus, asparagus. Potus esto aqua scorsoneræ, lupulorum, aut chalybeata, aut in qua ignitum aurum fuerit extinctum; vel pro assuetis cerevisia mediocris minimè crassa, defecata, prædictis herbis parata; aut vinum tenue, probevè dilutum. *Curatio.*

Secundo apparantibus humorem crassum, & terrestrem hâc vel simili mixturâ ℞ *sirupi de Epithymo, de scolopendria, fumariæ, borraginis an.* ℥ ij. *decoctionis lupulorum, bugloſſæ, capillorum Veneris, cetarach, radicum tamarisci lib. j.* misce, dosis ℥ v. aut prædicti sirupi misceantur cum aquis earundem herbarum. *Præparatio.*

Tertio evacuantibus, quod fiet, si ater sanguis abundet, ejusdem missione per sectam venā axillarem sinistram, vel per salvatellam, si copia minor est, aut ex pede, si menses deficiunt; vel ex hæmorrhoidibus, quod mirificū affert præsidium. Consequenter etiam purgatione per epithymum, folia senæ, lapidem lazuli, polypodiū, fumariā, cassiam fistulam, myrobal. Indos, diasenā, diacatholicum, hieram rufi; confectionem hamech minorem; ut ℞ *lap. lazuli, g. vj. infundantur in* ℥ iij. *decocti epithymi, polypodij, ac fumariæ colatur, & adde sir. exq. infus. viol.* ℥ ij. *diasenæ* ℥ ß, *pulv. cort. cit.* ℈ *j* misce; vel si magis amat pilulas, ℞ *massæ pilul. Indarum, de fumo terræ an.* ℥ ß, *diagridij, vel trochiscor. alandaal. g. v. cum syr. de epithymo, formentur viij.* conceduntur nonnunquam g. iij, ſt bij præparati cum ℥ j. conſervæ ros. aut florum aurāciorum, exploratis fœminæ virib. Factâ semel confertâ evacuatione, paulatim deindè tenacem humorem expurgabis, diluto senæ, & epithymi, vel sirupo de chalybe, cujus plures habes descriptiones *Evacuatio.*

Stibium.

cidet.

c. *de febre alba*; vel apozemate respiciente humorem melancholicum, sicuti c. *de melancholia Virginum*, & *de scyrrho mammarum* dictum abundè est. Inprimis tamen commendatur Elleborismus ibi descriptus.

Topica discutientia. Quarto ac præcipuè topicis, quæ valeant quidquid in parte continetur evacuare, quod cum summa attentione fieri debet, quippe cum scyrrhus à materiâ congelatâ fiat, medicamenta postulat discutientia permixtis humectantibus, & malacticis, quæ tamen ita attemperabis, ut ne si temerè resolventibus utaris, in duritiem majorem deducas, neve si plus quam par est tumorem emollias, materia corrumpatur, & scyrrhus in cancrum degeneret, quia tamen sine febre tumor est, fortioribus emmollientibus uti licet, quam in inflammatione. Convenit itaque Epigastrio, aut tumenti loco adhibere linimenta, unguenta, cataplasmata, & emplastra, verum ante horum applicationem fomentationes fiant vel semicupia ex hoc aut

Fomentatio. simili decocto: ℞ *radicis althea, liliorum, cucumeris agrestis an. m. ß radicis cappar. tamarisci an. ℥ ij. foliorum malv. nepitæ, arthemisiæ an m. ij florum camomillæ p. iij cariearum pinguium num. xx. seminis lini, fœnugraci an ℥ ij fiat decoctum in aqua, addito oleo dulci communi*, in quo fœmina sedeat usque ad umbilicum, bis in die, idque diutius: aut ex ijsdem decoctis ℥ x. *& olei anethini, ac liliorum an ℥ ij*. fiat clyster; vel spongia madida in eodem, pars bis in die foveatur, deinde inungatur oleo amygdalarum dulcium, liliorum, myrrhæ, de styrace, vel sequenti

Linimentũ linimento ℞ *butyri recentis, pinguedinis porcinæ an ℥ ij. axungiæ gallinæ, anseris, anatis an ℥ j. olei jasmini, cervini an ℥ iij musculaginis fœnugraci vino albo extractæ ℥ j. ceræ & terebintinæ an q. 5*. fiat linimentum; cujus

Unguentum etiam virtutis est hoc unguentum. ℞ *olei sesamini, amygdalarum dulcium an ℥ j. olei cappar. ℥ ß. axungiæ gallinæ, anatis, ursi, medullæ crurum vituli an ℥ iij dialtheæ simplicis, & hyssopi humidæ an. ℥ iiij. ammoniaci vino dissoluti ℥ ij. ceræ q. 5*. fiat unguentum: vel emplastrum quod

Emplastrũ. ℞ *oponacis, bdellij, ammoniaci an. ℥ ij. dissolvantur in oleo liliorum, & vino malvatico, & adde myrrhæ, thuris, olibani an ℥ j. styracis, propoleos, pinguedinis ursi, axungiæ anseris an. ℥ ß, croci ℥ ß, pulveris radicis Iridis ℥ j. cum cerâ, & terebintinæ 5. q.* fiat emplastrum; valet insuper aliud quod dicitur filij Zachariæ cum plumbo usto, diachilon ireatum, vel magnum, aut ℞ *radicis althea, brioniæ coctæ, ac contusæ an. ℥ ii. plumbi usti,*

pulve-

pulveris marchasitarum, & litargyrij an. ℥ j olei ros. ac ceræ an. q. s, misce, fiat unguentum, vel addita resina emplastrum. Valet præterea radix mandragoræ; vel cucumeris agrestis ℥ iij. coquantur in vino, & oleo amygdalarum dulcium, deinde pistentur, & addita pinguedinis porci ℥ j opoponacis ℥ ii. misce. Cataplasmata commodè parabuntur ex herbis, & caricis remanentibus, ex superiori decocto pistis, addito butyro, & oleo liliorum. Quin etiam in uterum, si fœmina id tolerare queat, sequens decoctum injiciatur, ℞ *foliorum matricariæ, malv. an. m. j. caricarum num. vj. seminis lini, fœnugraci an. ℥ j. coquantur in aqua ad lib. j. colaturæ adde olei liliorum, lhasminorum an. ℥ ij. misce, in quo poteris etiam dissolvere castorei, masticis, ammoniaci an. ℥ ii.* ac subdere pessum aureum, à nobis sæpius inculcatum, vel alium confectum, *ex therebinthina, ammoniaco, galbano, myrrha an. ℥ ß hyssopi humidæ ℥ ii. vitellis ovorum tribus, olei amygdalarum dulcium ℥ ii. croci ℈ ii. misce,* fiant pessaria.

Cataplasma.

Injectio.

Pessus.

Quinto in declinatione, quæ valentius discutiant, adhibentur sic utiliter, in decocto augetur quantitas arthemisiæ, nepetę, pulegij, origani, calamenthi, & adduntur flores, anthos, meliloti, stœchados, sambuci, ac radices cucumeris agrestis, & brioniæ; in unguentis & emplastris major quantitas gummi, & axungiæ ursi, & commiscetur etiam pro uncia unguenti vel emplastri, nitri, & cumini an ℥ j. hæc porrò bis terve in die iterentur. At si scyrrhus ex illegitimis fuerit, tum quidem ijsdem ferè utendum est, electis tamen ijs quæ magis calefaciant, & fundant, & quod congelatum est solvant, solutum discutiant, quæ repetenda sunt ex cap. *de mammarum scyrrho non exquisito:* fuerit etiam utile sequens, ℞ *foliorum caulium m. j. coquantur in melle, & vino pistentur, & adde foliorum cappar. in aqua macerat. ac contusorum m. ß. butyri, ac ceræ q. s.* fiat unguentum. Verum si ex admotis medicamentis, impensè, ac temere digerentibus factus fuit scyrrhus, curabitur per ea, quæ emolliant, & humectent, qualia sunt omnia fere anodina suprà recensita. At si fœmina bilioſi fuerit & exusti temperamenti, neque adsit copia flatus, aquę dulcis, aut ferreæ balnea erunt ex usu, aut incessiones ex decocto herbarum temperatarum, à suffumigiis, & calidis pessariis cavendum. Quod si pituitæ mixtionem scyrrhus habeat; aluminosa ferreaque balnea utilissima sunt naturalia vel arte parata, & ut semel dicam, conducunt

Valentiora.

Ad scyrrhũ illegitimum remedia.

Unguentum

cunt quæcunque ad mammarum scyrrhum proficua esse diximus; Tandem reliquis non proficientibus, quia affectus difficilis est, ad majora auxilia confugiendum, & ad usum chalybis præp. cujus varios exhibendi modos cap. *de febre alba* videre licet, ibi namque eos semel luculenter exposuimus pro cunctis affectibus, quibus conferre solent.

Scholium.

Stomachaces quid. M. cap. 11. P. lib. 25. cap. 13.

Stomachaee & scelotyrbe] *Stomachacis, quam Barbari* Stomacachexiam *Marcellus* Oscedinem *vocat, meminerunt Plinius & Strabo, Danis dicitur* Schorbeck, *id est, oris depravatio, aliis* Schoermundt, *quod est rupta bucca, ac oris affectio existit, in qua gingivæ nimio prægnantes madore turgescunt, deinde etiam ulcerantur cum oris fœtore.*

Scelotyrbes. St. lib. 16. geographiæ ad finem.

Scelotyrbes verò cujus etiam Plinius cit. mentionem fecit definitur ab autore definitionum medicinalium cruris conturbatio, seu resolutionis diminuta species, qua erectus homo ambulare non potest, & latus quandoq; sinistrum in dextrum, nonnunquam dextrum in sinistrum circumfert, interdum quoque pedem non attollit, sed trahit, veluti qui magnos clivos ascendunt. Si tamen rectius definire velis, potius confusam, & interturbatam motionem dicas quam abolitam.

Magni lienes. 2. prædict. text. 39.

Porrò hæc duo mala magnorum lienum potissimum soboles existunt, & melancholicorum affectuum: ea sapientissimus senex prudenter admodum notavit, dicens, gingivæ vitiatæ, & ora graveolentia ijs sunt, quibus splenes magni, quicunque verò habent magnos splenes, & neque sanguinis eruptiones ipsis contingunt, neque oris graveolentia, horum tibiæ ulcera prava habent, & cicatrices nigras, *quod idem confirmant Paulus & Aetius, unde etiam à lividis pustulis* blawschwit, *Hollandis indigitatur; comitantur igitur hæc duo symptomata omnes fere lienis affectus; præsertim ejus scyrrhos aut alterius visceris, ac cum primis scorbutum, quem morbum nostra ætate communissimum septentrionalibus populis ad mare præsertim habitantibus, ut Batavis, Hollandis, Zelandis, Frisiis, Westphalis, Saxonibus, Danis, Pomeranis, referunt quidam ad prædictos magnos lienes Hippocratis, alij ad nigram icteritiam, at minus appositè, cum non per totum corpus melancholia dispergatur, sed in uno alterove loco consistat.*

P. lib 3. c. 49 A. lib. 11. c. 7

Scorbutus.

Quidam à duobus hisce syndromicis accidentibus nomine ficto gingipedium morbum vocant, quoniam gingivæ pariter, & pedes malè habent; affectus certè est minimè novus, sed qui jam olim Strabonis, &

Gingipediũ.

Plinij

Plinij ætate. Endemium fuit in Germania trans Rhenum, nec multò postea longius, latiusq; grassando versus regiones Germanico Oceano, Belgicoquè sinui adjacentes Epidemium, non tamen pestilens evasit: Fons (*inquit Plinius*) erat aquæ dulcis solus, quâ potâ intra biennium dentes decidérent, compagesque in genibus solverentur, stomachacem medici vocabant, & sceletyrbem ea mala. *Scorbutus Lusitanis accidit.* *Simile quid contigisse legimus nostris Lusitanis quando primum in Indiam Orientalem navigarunt, cum aquatum irent, haud procul à promontorio Bonæ spei, id quod etiam nuper Hollandis eò navigantibus accidisse fertur.* *Causa scorbuti.* *Caterum est scorbutus affectio orta ex impuritate viscerum, & lienis obstructione, propter quam impeditur attractio lutulenti, melancholicique humoris, qui reliquo sanguini commixtus inficit corporis partes aliquot, nam quod tenuius est, sursum elatum gingivas relaxat, & erodit, ac putrefacit, crassior autem limosaquè pars ponderositate descendens puniceis maculis crura fœdat, aliter tamen quam in prægnantibus quibusdam, quibus tumescentes in cruribus venæ lividæ apparent, nam lividitates hæ majores ac turgentiores sunt, illæ minores dispersæ ac minus elatæ.* *Scorbuti remedia.* *Repertam auxilio tum fuisse scribit Plinius herbam Britannicam nostris ignotam; ideoque ejus loco recentiores bistortam usurpare solent, betonicam adjungentes, nasturtium, thelephium, seu cochleariam. Nec desunt qui scorbutum sic appellari autumant à* Schaurborch, *quæ dictio Danica est, à Saxonibus etiam mutuata, & vox non admodum diversa est, à Schoerbuyck Belgarum, & significat ventris rupturam, ego potius à superius jam dicta dictione* Scorbeck *deductum, vero similius puto; nomine morbo indito, à præcipuo ejus symptomate.*

De uteri cancro.

CAP. XXIIII.

h

UTeri scyrrhus si malè curetur ob materiæ similitudinem facile vertitur in cancrū sive carcinoma. Ex ijs autem, quę priori lib. scripsimus, constat, cur sic dicatur, ac duplicem esse, ulceratum, & nō ulceratum, quaque ratione uterque generetur. Est porrò non ulceratus cancer, tumor inæqualis, durus, colore sublivido, venenosus, calidus, perpetuo dolore affligens. *C. de cancrum.* *Non ulcerati definitio.* *Ulcerati.* Ulceratus verò est ulcus, quod

præter dolorem, ac tumorem, & inęqualitatem labra habet prætumida, dura, aſpectu horrida, ex quo etiam concreta illuvies ſordida, & livida, interdum etiam ſubrubra & cruenta ſanies emanat, tenuis, nigra, vel etiam fulva, & graviter olens. Quidam ſcribunt lupum etiam vocari, quia carnes avium ſi illi apponantur abſumit. Ego potius lupum ac lupiam apud Chirurgos Hiſpaniæ vocitari comperio ſcyrrhos vernacula lingua, *lobillos, ſive lovanillos*. Cæterum non ulceratus cancer ut plurimum fit in uteri corpore, ulceratus in cervice, & orificio interiore ejuſdem.

Lupia.

Cauſa.

Oritur ex menſtruo ſanguine copioſo ibi detento, ex cujus craſſiori melancholicaque parte ſcyrrhus primò fit, deinde ſi exuratur cancer; ac ſi adhuc acrior reddatur, ulceratum efficit cancrum, vel ſi tenuior ſeroſior, acriorque ſanguinis portio ad ſuperficiem tumidæ partis illabatur, venis circumſtantib, exulcerationem foventibus. Externæ cauſæ ſunt mœror, timor, cogitationes profundæ, ſollicitudines, uſus carnium piſciumve ſalitorum, & infumatorum, vinorum craſſorum, ac calidorum, & quæcunque alia, humorem gignunt melancholicum & aduſtum; oritur inſuper ex malignis ulceribus.

Nota.

Cognoſcitur ex dolore circa inguina, abdomen, imum ventrem, ac lumbos; & quia ſi locus contrectetur, tumor ſentitur durus, ad tactum renitens, inæqualis, niger, aut lividus cum rubore, ac dolore, qui ad manus contactum vel medicamentorum applicationē efferatur, & circumcirca quidam ictus quaſi punctim illati perſentiuntur, interdum pars torpet, interdum dolet, venæque quæ in ambitu ſunt tumidæ apparent. Jam verò ſcyrrhum in cancrum degenerare deprehendes, quia cum ante tumor ſine dolore eſſet fœmina dolorem jam ſentit, ob caliditatem, & acrimoniam conceptam; Exulcerati verò indicium eſt, ſi ſymptomata exacerbentur, quib. perſeverantibus lenta accedit febricula, inquietudo, cibi faſtidium, anxietas, rubor maxillarum, & in muliebribus locis ardor, fœtor, dolor, tumque fœda, ac turpis illuvies ab utero procedit, & ſi vas magnum exedatur, ſanguis nonnunquam ita copioſè profluit, ut mortem temporius inferat.

Signa ſcyrrhi in cancrum degenerantis.

Prognoſticū

Difficilis eſt curatio, & præſertim ſi malum excreverit nullâ ferè medicinâ curatur, maximè in utero ob loci incommoditatem nullam

nullam veram curationem admittit, nam cum incipit negligitur, quia non magnam infert moleſtiam, auctus jam aut ulceratus reſcindi nequit. Sed in hoc inprimis opem medici deſiderat, ut prohibeamus non ulcerati exulcerationem, & ulcerati incrementum, quippe ulceratus majores excitat cruciatus, vehementiuſq; quo magis tractatur, affligit: uterq; mitiora contemnit remedia, vehementioribus proritatur, & excandeſcit, ita, ut quocunque te vertas, omnia plena miſeriarum ſint, idcirco meritò ab Hippoc. proclamatũ eſt, occultos cancros nõ eſſe curandos, quia curati citius interimunt, quæ ſententia à nobis ſuo loco expoſita fuit. *3. Aph. 38.*

Triplex curandi ſcopus; Primus melancholici, aduſtiquè ſuci generationem prohibere; Secundus genitum minuere; Tertius quod in parte contentum eſt digerere, vel quo minus augeatur, procurare, ita fiet, ut & mali incrementum præpediatur, & dolores exacerbationeſque mitiores fiant; quæ omnia ſex remediorum generibus conſequeris. *Curatio.*

Primò victu frigido, & humido, ac boni ſucci, quocirca conveniet cremor ptiſanæ, artiplex, blitum, borrago, piſces ſaxatiles, carnes pullorum, gallinarum, hœdorum, avicularum, lutea ovorum, & ſimilia, potus eſto vinum album tenue; vitanda, quæ melancholicum ac lutulentum ſuccum gignunt, ut caro bubula, cervina, leporina, porcina, ſaliti omnes, & infumati cibi, aves aquatiles, aromata, caſeus, fabæ, lentes, caules, piſces ſaliti, cetaceorum, & conchyliorum genera omnia: quies imperanda, ſomnus moderatus, alvus reſpondeat, animi pathemata vitentur. *Victus.* *Melancholiam gignẽtes cibi.*

Secundò ſi affectio ex ſuppreſſa aliqua evacuatione, veluti hæmorrhoidum aut menſium, ortum traxerit, ea omninò promovenda erit, niſi magna ſit plenitudo, quia tunc ex dextra baſilica prius ſanguinem detrahes, quo facto menſes evocabis ſecta ſaphæna, vel hæmorrhoides hirudinibus ijſdem applicitis, quæ maximę utilitatis eſſe ſolent. *Sang. miſſ.*

Tertiò humoris acrimoniam, & aduſtionem reprimentibus ac contemperantibus, ut ſirupo borraginis, bugloſſæ, portulacæ, de lupulis, de pomis, de epithymo, de fumaria ad ℥ ii cum ℥ iii decoctionis lupulorum, ſcolopendriæ, fumariæ, capill. Ven. cuſcutæ, endiviæ, borraginis, vel cum pari portione aquæ earundem herbarum, aut ſeri lactis, in quo per noctem prius maduerint Epithymi, folio- *Præparatio.*

Purgatio. rum senæ, singulorum ʒ iii, vel fiat eorundem infusio in aqua boraginis, tunc deinde sensim, ac per intervalla melancholicum succum, qui in venis existens cancrum fovet, bis in septimana expurgabis, quod fiet si prædicto diluto addas confectionis hamech ʒ ß ac sirupi viol. solutivi ʒ i, aut si præbeas ʒ iiii ß Elleborismi, aut iiii. vel v. pruna senæ, quæ medicamenta jam suprà descripsimus. A pilulis ac reliquis validioribus catharticis, quia nimis calefaciunt, & exsiccant, abstinendum, fuerit tamen utile intermedijs diebus ʒ ii theriacæ optimæ cum vino exhibere. Prosunt reliqua quæ cap. *de melancholia virginum ac viduarum* dicta jam sunt. 10

Topica. Quartò topicis, quæ humorem fluentem repellant, fluxum discutiant, & partem confirment, qualia erunt moderatè refrigerantia, & adstringentia; locus itaq; inungatur oleo ros. myrthino, omphancino, ex quibus cum spongia fomentatio fiat: cum farina emplastrum: cum cera unguentum, quæ pubi applicentur, ac uteri regi-

Pessus. oni; aut sine farina, & cera pessus intingatur, quem utero subdito; vel ℞ *succi plantaginis, portulacæ, sempervivi, lactucæ agrestis, muscilaginis seminis psyllij an. partes æquales, agitentur in plumbeo mortario ad spissitudinem, & addita olei ros. 5. q.* fiat linimentum pro pessarijs; laudat Ga-

2. ad Glauc. lenus aliud linimentum quod paratur ex æquis portionibus Empla- 20
strì diapalmæ, cerussæ, aut nigri, succi solani, ac pompholigos; aut ℞ *olei ros.* ʒ ii *succi solani* ʒ i ß, *cerussæ lotæ* ʒ ii *plumbi usti loti, tutiæ præp. an.*

Unguenta. ʒ i, *thuris, litargyrii an.* ʒ ß *ceræ albæ* ʒ v, lento igne fiat unguentum; sequens etiam miræ efficaciæ censetur: ℞ *olei omphancini, & ros. an.* ʒ iiii. *agitentur sub sole in mortario plumbeo ad nigredinem, & crassitudinem, tunc adde litargyrij, cerussæ an.* ʒ iii *cum cera*, fiat unguentum, quibus locus intrinsecus quotidie liniatur, hoc insuper utilissimum est, quia impedit ne ulceretur, & ulcerati augmentum; ℞ *succi solani depurati, aut aquæ ejusdem* ʒ vi, *tutiæ præparatæ, plumbi usti an.* ʒ i, *capharæ* ϑ i *cum pistillo in mortario plumbeo diu agitentur*, & utero cum lana 30
supponatur. Mirificum est id quod Recipit *spumæ argenti lotæ* ʒ vi, *thuris masculi, æsipi, adipis porcelli, butyri recentis, ceræ tyrrhænæ an.* ʒ ii, *olei ros.* ʒ iiii, *spuma argenti in succo solani liquefiat*, & reliqua adjiciantur ac serventur in pyxide plumbea, valet insuper ad sedis vitia. Ve-

Ad ulceratum. rum si cancri ulcerati sint, plus de metallis addi potest, quippe metallica omnia partim repellendo, partim citra mordicationem digerendo

gerendo malum leniunt: est igitur utile unguentum ex olei rosar. ℥ iii litargyrij ℥ ii aceti ℥ ß, aut ℞ *olei nenupharis, papaveris an.* ℥ *ii, olei ovorum* ℥ ß *cineris cancrorum fluviatilium loti in aqua solani* ℥ *ii, camphuræ* ϑ *i pulveris plumbi usti, antimonii an.* ϑ *ii* misce; vel succus solani, & plantaginis cum oleo omphancino in mortario plumbeo ducantur, & ℞ *herbæ scabiosæ, caprifolii an. partes æquales urantur, ac cineris drachmis tribus adde cineris cancri fluviatilis* ℥ *i, excipiantur* ℥ *viii liquoris stillatitii solani, ac in mortario cum pistillo plumbeo diu agitentur*, axungiæ hic non conducunt, neq; animaliū medullæ quia putrefaciunt. *Pinguia cancro exulcerato non conducunt.*

Quintò dolorem sedantibus, in quem finem si cancer non ulceratus sit oleum ros. per methencritam injicitur; si ulceratus lac muliebre, vel asininum tepidum, vel sequens pessus utero inditur: ℞ *lactis muliebris* ℥ *ii, succi papaveris* ℥ *i æsypi* ℥ ß *croci* ϑ *i* misce, aut malva, & althea in mulsa macerentur, contundantur, & cum oleo rosarum fiat cataplasma pubi applicandum, vel incessiones parentur, ex decocto malvæ, altheæ, coriandri viridis, papaveris albi, violarum, & seminis psyllj, ex quo etiam decocto ad doloris mitigationem aliquid in uterum injiciatur, cum emulsione seminis papaveris, & psylij, ac in extremis necessitatibus cum g. iii opij At si dolor ingentissimis fuerit; ℞ *foliorum nenupharis m.* ß *florum ros. rub. p. i seminis papaveris* ℥ *i coquantur in* 5. *q. aquæ*, decoctum in mortario plumbeo ducatur, ac in uterum injiciatur, cui nonnihil jhoschyami addere poteris, ne rabiosa evadat mulier ob nimium dolorem, quod si sanguis effluat prædictis adjunge plantaginem, portulacam, & pulverem thuris. *Doloris sedatio.*

Sexto reliquis non proficientibus, uti experientia monstratum est, magnitudo mali, malignitas, & necessitas postulant ad chymica auxilia, quæ potentissima sunt, devenire, inter quæ mirabilia sunt oleum de stibio, de auripigmento, de plumbo, quorum guttæ aliquot supradictis unguentis utiliter admiscentur, aut in aliquo ex recensitis dissolve ℥ i trochiscorū Andronis, vel de arsenico descriptionis Avicennæ, aut aliquid ex ijs, quæ ad nomas, & depascentia ulcera infra reperies cap. *de ulceribus uteri*; & hæc erit paleativa dicta cancri curatio, à qua non est desistendum, quia à plerisque morbis gravissimis sæpe ægrotantes ex insperato liberari vidimus, reliqua ex cap. *de mammarum cancro* sunt hîc in memoriam reducenda. *Chymica auxilia.*

De-

De uteri condylomate.

CAP. XXV.

Definitio. COndyloma est eminentia, quæ tum fit quum uteri aut ani ruga aliqua præter naturam intumuerit, cum enim sinuosæ sint hæ partes, rugas coagmentatas duplicatasq; habent, quæ ubi amplius tument, condyloma fit. Celsus dixerat esse tuberculum ex inflammatione ortum; Paulus existimat esse tuberculum obcallescens, sive ex inflammatione, sive ex fissuris: Aëtius quamlibet rugosam uteri eminentiam condyloma appellat, sive callum contraxerit, sive recens sit, uti Celsus. Porrò condyloma interdum citra inflammationem fit, & molle est, quandoque cum inflammatione, tumque durum existit, ac dolorificum ut recte Gorræus; dicitur autem condyloma à condylon, quod est articulus, quia plicæ prominent ad similitudinem nodorum, qui in digitis apparent pugno clauso: differt à tymijs, quia tymij sunt eminentiæ præter naturam, expertes doloris, auctæ, asperæ, oblongæ, & ubi parvæ sunt, tymij, ubi magnæ ficus appellantur, de quibus infrà; oritur interdum in utero, sæpe in pudendi collo, & tunc facilius curatur. Ex dictis liquet, condyloma fieri ex inflammatione, aut rimis induratis in plicis, seu reduplicatis illis corporibus, potissimum autem ex crassis, adustis, & fœculentis humoribus, sed adhuc magis, dum menses prodeunt, aut post partum, attolluntur. Signis opus non est quia oculis condylomata apparent sæpe si plura sint, parvi racemi speciem referentia. Aut si in uteri ostiolo consistant, tactu dignoscuntur.

Cel. lib. 6. cap. 18.
P. lib. 6. cap. 80.
Aët. lib. 16. cap. 106.
In definitionibus.
Distinctio ab alijs tumoribus.
Pars affecta
Causa.
Signa.

Cura. Curantur quatuor remediorum generibus. Primò victu ac purgantibus medicamentis, quæ causam antecedentem respiciant, & elidant, & quod adhæc quidem attinet eadem observari debent, quæ infra cap. *de uteri rhagadijs* scripta, reperies.

Repercussio. Secundò repercutientibus, & exsiccantibus topicis medicamentis, si callum nuper genitum fuit, ut incessionibus, & evaporationibus ex decocto verbenæ, foliorum rubi, malicorij, acaciæ, & foliorum hederæ, additis ob dolorem camæmali floribus.

Tertiò

Tertiò si inflammatum sit condyloma ijs, quæ dolorem valeant mitigare, perfusionibus, ac incessionibus, ut ℞ *foliorum meliloti, malvæ, altheæ an. m.ß. seminis lini, fœnugræci an. ʒ iij. florum camomillæ p. ij. coquantur, ac decoctionis lib. i. adde olei ros. ʒ ij. per syphonem infundito,* aut lactis tepidi tantundem, vel applicetur pessus aureus, aut conficiatur ex butyro, æsypo, vitello ovi asso, cum oleo ros. *Doloris sedatio.*

Si antiquum condyloma jam indurùerit, neque prædictis desedit, emolliendum prius est jam dictis decoctis, & incessionibus deinde discutiendùm in quem usum, ut admirandum remedium, laudat Aetius Misi assatum, & therebinthina exceptum; est autem Misi minerale, cujus vices vitriolum ustum gerit: Quod etiam vitriolum Romanum vocant, ego expertus sum *trochiscos de chalybe, quorum ʒ i. in pulverem redacta cum oleo ros. ac cera misce, & addita ʒ ß succi verbasci,* fiat unguentum: valet insuper hoc aliud, ℞ *ceruſſæ ʒ i ß. aluminis scissilis ʒ i. spumæ argenti loti ʒ ij ß. thuris ʒ ß. terantur affundendo aquam ros. ac vinum, postea cum oleo ros.* fiat unguentum, vel testas ovorum ustas ac tritas, lavato, & exsiccatas parti inspergito; hoc etiam celebre est ℞ *cadmiæ* (quæ est tutia) *ter ustæ ac lotæ, ceruſſæ lotæ, spumæ argenti lotæ an. ʒ ij. ovorum assatorum vitellos ij. ceræ, sapæ, & olei ros. an. ʒ ij.* fiat unguentum, aut iridis illyricæ ʒ i. ʒ ß. terebinthinæ, excipe, cui addi potest chartæ combustæ ʒ ß. Dux Complutensis aliàs de Alcala, hoc alio cum maximo juvamine utebatur, ℞ *pomum insanum unum, in minutissimas partes consciſum, oleo capparorum incoquatur, quoad exsiccentur, tunc adde viride æris ʒ i.* omnia simul contundantur, & misceantur, ac cum sera fiat unguentum. Si plura desideras hujus generis Aetium consule; quæ si non prosint, ad sectionem devenire consulit Paulus, & si plura fuerint condylomata adustionem candenti ferramento, vel causticis uti Celsus, deinde ulcus regulariter curandùm; ego verò sectionem ac ustionem harum partium periculo plenam esse video, uti enim hæmorrhoidas ferro tangere pernicioſum est, ut infra patebit, ita condylomata. Verum si maxima necessitas urgeat, tunc condyloma volsella distentum rescindatur, & pulvis sanguinem sistens inspergatur, sin autem plura fuerint condylomata post excisionem ustio adhibeatur; ac tunc demum suppuratoriis repurgantibus, ac cicatrizantibus medicamentis utendum, quale est emplastrum lithargyrium. *Discussio.*

Vnguentum de melongena. A. lib. 14. cap. 3. P. lib. 3. cap. 75.

Scholium.

Pomum insanum] *Hoc pomum communiter* melongena, seu melanzana, berengena, ac cupidinis pomũ dicitur, *crescit in tota Hispania familiariter, & inter cucurbitas, ac melones seritur, cujus folia lapathi foliis nõ dissimilia, planta flores purpureos reddit, fructum instar pomi communis oblongi, initio viridis, cum matureſcit punicei coloris, quibusdam ligamentis instar dentium insertum, quæ semper viridia perseverant, victui non aspernandum obsonium, si ritè paretur, nisi quod succum gignit Melancholicum; circa Autumnum matureſcit; Gallis & Germanis penè incognita sunt & planta & fructus.*

De uteri hæmorrhoidibus.

CAP. XXVI.

Descriptio. HÆmorrhois sanguinis evacuationem significat, per quamlibet partem, si nominis vim spectemus, tamen veteres fluores sanguinis per venas ani duntaxat propriè hæmorrhoidas appellarunt, & ad earum similitudinem etiam venæ quædam circa muliebres locos eodem nomine à medicis indigitantur, consistunt autem illæ in osculo uteri, & in collo, aut in ipso utero, aut in pudendo, ac sua incommoda, sicuti ani hæmorrhoides habent, nam ut ad venas intestini sic ad has crassior fœculentusq; sanguis defertur, à quo replentur, intumescunt, & eminentias generant, quas uteri hæmorrhoidas dicunt, quæ si fluant symptoma sunt in genere eorum quæ præter naturam excernuntur, si non fluant, sed tumeant, morbus est instrumentarius in via, & cavitate, & inter tumores præter naturam connumerantur. Harum differentiæ plures sicuti & hæmorrhoidum ani: nam aut cæcæ sunt, aut apertæ; cæcæ dicuntur, tum quæ intus latent, neq; videri possunt, tum quæ nullum emittunt sanguinem: apertæ è converso, aut in quibus sanguinis profusio fit, quanquam oculis non sint subjectæ, sed in alto positæ; aut quæ visui conspicuæ, extrà tument. Rursus vel sine inflammatione sunt, vel cum inflammatione: differunt insuper inter se magnitudine, numero, figura,

Pars affecta.

Species.

Differentiæ.

figura; ita aliæ morales dicuntur à mori effigie, aliæ verrucales, aliæ veſicales, ſeu uvales; loco præterea, quod aliæ in oſculo uteri conſiſtant, aliæ in collo ipſius, aliæ in pudendo, rarò in ipſo uteri ſinu, nam ad haſce omnes partes venas terminari non contemnendas ſuo loco prodidimus. Veruntamen in Harmonia Gynæceorum rarò in uteri ſinu hæmorrhoidas contingere ex Cleopatra, & Moſchione legimus; à quibus Mercurialis ſuſcepit, Aetius, & Paulus idipſum affirmant, ſed Aetius rarius adhuc in pudendo muliebri oriri aſſerit, quod mihi non admodum probatur, quin potius quia ex reliquis partibus menſtruus fluxus fit, ideo cum venæ pudendi muliebris aperiuntur, aut intumeſcunt, tum potiſſimum hæmorrhoidas fieri exiſtimo, alias nulla eſſet differentia inter menſium profuſionem, & fluentes hæmorrhoidas; tandem differunt inter ſe more, quod aliæ mites ſint, aliæ malignæ; mites ut plurimum humidæ ſunt molles, breves, ac lenes: malignæ duræ, aſperæ, grandes, curatu difficiles. Adhuc aliæ per breviſſima intervalla ſanguinem fundunt, aliæ per longiora, interdum, licet rarò, per ſtatuta tempora.

An hæmorrhoides fiant in pudendo muliebri.

Fiunt ex rhagadijs, & condylomate evocato ſanguine ad eas partes, ſed præcipuè ac tanquam ex proxima cauſa ex humore craſſo ac fœculento ad uteri venas decumbente, aut ex inordinato menſtrui ſanguinis defluxu ad eaſdem venas. Quippe ſi ante debitum tempus hæ venæ repleantur, nec ſanguinem profundant, quia necdum tempus excretioni aptum eſt, fit ut caleat & incraſſeſcat, nec permeare poſſit, ac ſubinde tumorem elevet, quia caleſcentes venæ ex vicinis aliis ſanguinem trahunt, & ubi replentur, tument, ac capita earum ſupereminent, & cum jam ab humore coacervato coguntur, ſanguinem ejaculantur, ſinminus dolore infeſtant moleſtiſſimo.

Cauſæ

Malum dignoſces, quia fœminæ ſic affectæ laſſæ ſunt, tentionem & imbecillitatem ſentiunt, ac pondus in illis partibus, & colorem habent abundanti humori perſimilem; at ſi in alto conſiſtant nec ſanguinem profundant, dioptriſmo explorabis, nonnunquam ſubrubra adeſt excretio, & in declinatione livida, ac fœculenta; Porro ſi hæmorrhoides ex ſanguine fiunt fœculento, & craſſo formam habent mori: ſi ex melancholia, verrucæ ſunt, tymij, ſeu ficus,

de quibus infrà: si ex pituitoso humore, uvam aut vesicam referunt: si ex flava bile adusta, & crassa virulentiam cum fœtore ex se effundunt. Inflammationem prodit rubor, tentio, renixus, febris. Nec tamen ex humoris fluxione continuò hæmorrhoidas subesse colligas, sæpe enim ex uteri ulceribus, aut ob alias causas fluit, reliqua oculis sunt conspicua.

Prognosticũ. 3. Epid. 3. 37 & 6. Epid. 3

Jam verò tam uteri, quam ani hæmorrhoides si moderatè fluant, quam plurimos morbos curant, imminentes arcent, uti scribit Hippocrates; curant quidem melancholiam, varices, induratos lienes, arthritidem, nephritidem; & quibus hæmorrhoides insunt hæ, neque pleuritide neque peripneumonia, nec phagedena, nec furunculis, nec theremynthis, neq; fortassis lepra, nec alphis corripiuntur, adhæc uteri, vesicæ, pudendiq; affectibus prosunt, quibusdam etiam prægnantibus utiliter fluere notavit Hollerius. Intempestivè cohibitæ Epilepsiam deterioraque vitia pariunt. Sic nimium sanguinem effundentes cachexiam, hydropem, aliosque graves morbos invehunt.

Curatio.

Curantur ferè ut ani hæmorrhoides, peculiariter tamẽ quinq; remediorum generibus, ad quinq; curationis scopos collimando, quorum primus est impedire, ne sanguis fœculẽtus generetur: secundus dolorem mitigare, tertius tumentes aperire; quartus inflammationem tollere. Quintus apertarum fluxum immodicum compescere.

Victus.

Primus scopus perficitur alimentis concoctu facilimis, optimum sanguinem, & minimè fœculentum generantibus, quæ insuper temperata sint ac lenientia, non autem adstringentia, ut quidam volunt etiamsi fluant, quia talia feces indurant, & urinam supprimunt, ita ut postea magno molimine ad expellendum sit opus, ex quo fluxus augetur; utatur igitur patiens uovellis gallinis, pullis, hœdis, carne vitulorum lactentium, phasianorum ac perdicũ., ovis tremulis, piscibus squamosis, aquarum mundarum, & fluentium, lacte amygdalino, hordeato, ac similibus, vino albo, aut rubello, cerevisia defecata, aquave anisi, satietas vitetur. Ut autem alvus quotidiè fluat cum carnibus incoquantur folia mercurialis, malvæ, salviæ, borraginis, fumariæ, betæ, vel pruna damascena, & passulæ, & fiant brodia, sive fercula assumenda initio mensæ, aut per horam ante prandium capiat

piat ℥ i. cassiæ cum saccharo, vel vj. pruna sennæ, aut molles clysteres applicentur, qui commodius in uteri hæmorrhoidibus applicantur; animi pathemata ac nimius coitus vitandus; inprimis autem à tredecim rebus, quæ melancholiam & flatus gignunt, abstinendum, aceto, fabis, lentibus, orobis seu ervis, brassica, dactylis, piscibus salitis, aut infumatis, carnibus etiam sic asservatis, & aquatilium avium caseo capitibus animalium, veteri, pane minus benè fermentato; & acutis sive acribus, ut alliis, cœpe, sinapi, ac similibus. *Melancholiam & flatus gignentes cibi.*

Secundo curatur iis, quæ dolorem mitigant, quod præcipuè fit, per causæ diversionẽ, & abscissionem, & quandoà sanguine oppido eas venas implente provenit, considerandum an à liene malum ortum ducat, & tunc basilica sinistra; an ex toto corpore, ac jecore, & tunc dextra tundenda est, copioseque sanguis, si vires constent, detrahẽdus, ex brachio si plenitudo adest, deinde ex pede si menses sint suppressi, aut hæmorrhoides, cucurbitulæ insuper hepati, & partibus superioribus affiguntur, & ligamenta fiunt, ac frictiones; & si ex humorum impuritate procedat, purgatio exercenda juxta peccantis humoris naturam. *Doloris sedatio.*

Deinde anodinis, quibus statim à principio sæpe uti cogimur, quia dolor gravissimum est symptoma, ac totam ad se curationem interdum trahit, nulla habita ratione causæ. Fiant ergo fomentationes, ex decocto malvæ, altheæ, meliloti, violarum, parietariæ, florum camomillæ, verbasci, seminis lini, ac fœnugræci, ex quo incessiones etiam administrentur, & sacculi eisdem herbis pleni, ac in decocto madidi locis applicentur, deinde pars inungatur butyro vaccino ad solem agitato in mortario plumbeo; aut ℞ *olei seminis lini, de vitellis ovorum an.* ℥ *ij. agitentur in plumbeo mortario*; est etiam mitigatorium, quod paratur *ex oleo rosarum axungiæ anatis, & gallinæ an.* ℥ *ij. luteis ovorũ iij. ceræ* ℥ *i. croci* ʒ *i* ß. *misce*, fiat unguentũ cui adde *mucilaginis seminis cydoniorum, altheæ an.* ʒ *iij.* valeat etiã succus cœpæ cum butyro subactus, vitello ovi & oleo rosarum, consimile est hoc *olei nenupharis, camomillæ an.* ℥ *i. succi lactucæ* ℥ *ij. farinæ hordei* ℥ *i. bulliant, & adde croci* ʒ *i. vitellos ovorum num. iij.* fiat cataplasma, cui, si dolor sit intensissimus, additur seminis jhoschiami, aut mandragoræ, vel opij ʒ i. pessus etiam ex solo phylonio dissoluto in vino, & aqua rosacea dolorem lenit. Verum narcotica hæc securiora sunt in hæmorrhoidibus ani, quam uteri. *Anodina. Narcotica.*

Est tamen mirificum sequens cataplasma: ℞ *radicum althea lib. ß. radicum liliorum* ℥ *ij. foliorum malvæ ihosquiami an. m. j. florũ camomillæ pug. ij. meliloti m. ß. seminis lini, fœnugræci, hordei an.* ℥ *i. seminis anethi* ℥ *ß. olei sesamini, vel de semine lini* ℥ *iij. opij* ℥ *i. misce*: atque hæc sunt quæ partim refrigerant, partim leniunt, & emolliunt, ideoque conveniunt imprimis, ubi propter siccitatem dolor intenditur.

Ad morales remedia

Verum si morales sint, nec tam ex sanguine, & bile, quam melancholia proveniant, conducunt teste Arnoldo Villanovano medicamenta leviter exsiccantia citra mordacitatem; ut pulvis radicis iridis, & verbasci; aut unguentum ex oleo de fructibus, momordicæ cum ceruſſa, & lithargyrio, cui prædicti pulveres addi possunt, & fiat linimentum aut pessarium, aut ℥ *ceruſſæ, ſpumæ argenti, plumbi usti, & lotæ singul.* ℥ *iij. excipe melle*, & partem prius vino lotam linito; aut applicetur sacculus calidus repletus semine lini, & floribus camomillæ, quæ incoxerint in vino rubello. Eadem ferè remedia utilia sunt, si dolor procedit ex tentione venarum, ob violentiam qua egressæ sunt, tamen quædã reperiuntur, quæ omnium hæmorrhoidum dolores generaliter sedant, inter quæ primum tenet locum unguentum de melongenis superiori à nobis descriptum. Secundum unguentum de scarabæis, quod paratur ex ipsis animalculis frixis in oleo violarum, postea rejectis scarabæis adde axungiæ gallinæ, & ceræ q. ʒ. fiat unguentum in quo pessaria liniantur. Tertium hoc est ℥ *cœpæ rubeæ, radicis liliorum an.* ℥ *i. coquantur, contundantur, extrahantur & adde, fecis olei communis, olei myrthini an.* ℥ *i. misce.* Quartum fit ex æquis portionibus succi portulacæ, ac mellis, quæ simul ad crassitiem coquantur, & in mortario plumbeo postea trahantur.

Ad tumidas remedia.

Tertiò si valdè tumidæ sint, & materia ibi contenta multa, ad evacuandum quod ibi continetur, fiat prius evaporatio ex decocto malvæ, altheæ, viol. meliloti, florum camomillæ, parietariæ, verbasci, cum semine lini, fœnugræci, ac foliis ebuli, vel ipsa folia ebuli cocta, & butyro mixta loco applicentur.

Sanguinis evac.

His enim si materia pauca esse discutitur, quod si multa sit, ut nec his humor in eis contẽtus dissipari queat, sanguis ab ipsis extrahendus, quod fiet si præmissis jam repetitis fomentationibus, hirudines apponantur aut medicamenta quæ easdem referare valeant, ut & locus fricetur folio ficus, vel parietariæ, vel frusto cœpæ, aut linteo

linteo canabino, aut calamentho, origano, ciclamino, pipere, nitro, scylla, & lacticiniorum generibus, sed & oleum è nucleis persicorum, & fellis genera cuncta hæmorrhoidas aperiunt, si rubia minor, aut acre aliquid ex supradictis eis misceatur. Quidam hæmorrhoidas scarificant, aut lanceolâ aperiunt, quod periculo plenum est, quia aut ulcera inde fiunt corrosiva, & fistulosa, ob terream & malè cohærentem melancholiæ substantiam, aut incompescibilis sequitur hæmorrhagia, quia hæ venæ universi corporis extremæ sunt, quibus rescissis, sanguis ad eas magno impetu undique fertur, sic vidimus aliquot, ex hac scissione ab inconsideratis chirurgis facta, in extrema pericula conjectos, sic D. Johannes Austriacus ex unius hæmorrhoidis scissione superveniente fluxu obiisse fertur; minor tamen fluor est in hæmorrhoidibus ani. *Quorundæ error.*

Quartò si inflammatio adest, & inde dolor augetur, curatur victus ratione, avertentibus & evacuantibus, uti in primo, ac secundo remediorum genere, subinde etiam repellentibus, ut aqua rosarum, portulacæ, plantaginis, cum albumine ovi, & muscilagine seminis lini, ac cydoniorum: vel unguento rosaceo diu agitato in mortario plumbeo: vel si dolor sit ingentissimus, ℞ *unguenti populeonis* ℥ *i croci* ʒ. ß. *opii g. v. cum vitello unius ovi misce*, prodest etiam vitellus ovi cum oleo rosarum in æstate, cum oleo amygdalarum dulcium in hyeme. Quæ omnia præcedat incessio ex decocto malvæ, hordei, camomillæ, violis, & similibus: deinde in augmento addatur prædictis linimentis oleum camomillæ, amygdalarum dulcium. In declinatione verò ex his duntaxat oleis cum farina fab. & fœnugræci, ac paucâ cerâ fiat unguentum. Quibus si discutiantur, optimum fuerit: sin ad suppurationem tendant, quod ad suppurantia, abstergentia, & cicatrizantia attinet, petenda curatio ex cap. *de uteri inflammatione* in 4. remediorum genere. At si in corruptionem, & gangrænam tendant, tunc necessarius plane erit usus ignis, seu actualis cauterij. *Si inflammata.*

Quintò si apertæ sint, ac moderatè fluant à multis morbis liberant, uti diximus, si verò immoderatè, multorum malorum causa sunt, ideoque compescendæ per ea, quæ capite *de immoderato menstr. fluxu* dicta sunt, nam fere omnia hic conveniunt. Adde tamen quod sirupis adstringentibus præmissis, fiat purgatio per myrabalano- *Fluxus sedatio.*

baſanorum cortices, vel tamarindos vel rhabarbarum, poſt quæ aſſumitur cochleare i. ſequentis conſervæ: ℞ *conſervæ roſarum antiquæ* ℥ ij. *gummi tragachanti, ſanguinis draconis, boli armeni, trochiſc. de karabe an.* ℥ ß. *cum ſirupo myrthino, aut cydoniorum* fiat opiata, interdum etiam ſi fluxus ſit magnus, ad narcotica veniendum; Parti verò applicetur ſacculus repletus tribus partib. roſar. & una mirthyllorum, quæ leviter bulliant in vino rubro, aut fiant fomentationes, & inceſſiones in vino adſtringenti, aut adſtringenti decocto plantaginis, myrthi, florũ, & capitũ roſarũ in aqua pluviali, & vino rubeo; ac peſſaria locellis applicentur ex pilis leporis, cum ovi albumine, aut ex eodem ovi albumine cum aqua roſarum pulveribuſque ſupradictis, quæ actu frigida applicentur, præſertim tempore æſtatis, vel pulvere adſtringente locus inſpergitur, & renibus ac pubi unguentum comitiſſæ applicetur, prodeſt etiam terra Lemnia in vino austero diſſoluta, & in aceto pro ani hæmorrhoidibus, quæcunq; enim in alijs affectibus aceto diluuntur, in uteri affectibus vino diſſolvi debent, pulvis ſarſæ parellæ, & ligni Guajaci, cum melle hæmorrhoidas exſiccat: Item pulvis ex cortice nucis, ſpongiæ, & ariſtolochiæ. Tandem frictiones fiant partium ſuperiorum, cucurbitulæ lumbis, & ſub mammis apponantur. His non proficientibus conſulunt nonnulli uti cauſticis, quæ cruſta generent Hippocraſ. potius igne non admoto, ſed juxta poſito ſiccandas jubet, ut rugas contrahant, & inſe conſideant, hac ratione clyſteris fiſtula locis inditur, per eam candens ferramentum immittitur, & frequenter eximitur, quo magis calefieri ſuſtineat. Quod ſi tota excreſcentia in fungoſam carnem degeneret, tunc ſolum ſectionem faciendam cenſeo, ſi locus attingi queat, ſin minus medicamentis atterenda, ut ſupra capite de condylomate dictum eſt.

Ignis.

Scholium.

Objectio. *Obtrudes non differre hæmorrhoidas uteri cæcas à menſtruis ſuppreſſis, fluentes à ſuperfluo menſtruorum fluxu; quoniam eædem venæ videntur eſſe, quæ in hiſce tument, & eæ per quas menſtrua expurgantur.*

Solutio. *Dicimus verò rarò uteri hæmorrhoidas contingere, interdum tamen quia tanta eſt in quibusdam fœminis repletio, ut non ſolum per cotyledonas, & cervicis venas menſtruis deſtinatas fluat, ſed ad eas etiam copioſè feratur quæ ad pu-*

ad pudendi partes nutriendas genitæ fuerunt. Mercurialis distinguit inter fluxum menstruum, & hæmorrhoidalem; quod menstruus, quamvis immodicus sit, periodos habeat, & non sit cum dolore, nec corpus inde adeò emacietur; quæ omnia in hæmorrhoidali contraria fiunt. Hæc tamen distinctio parum sufficiens videtur; quia etiamsi nõ habeat periodos, idem etiã menstruis inordinatis obvenit, & stillicidio eorundem, quin etiam dolores menstruis, cum gravissimis symptomatibus etiam contingunt, ritè tamen hæmorrhoidæ vocantur, ubi hæc omnia conveniunt, ut stillatim sine periodo, & cum dolore fluant; In quo tamen hæmorrhoidum ratio consistat, nec Mercurialis declarat, neque quisquam alius, quod sciam, potissimam tamen esse puto, quia cum ex aliis venis uteri; ac cervicis ejus fluxus fiat menstrualis; hæmorrhoides tum potissimũ exoriuntur, cum muliebris pudendi venæ intumescunt, aut aperiuntur, quo in loco hanc affectionem maximè suboriri censeo. Quod autem Aetius scribit rarius in pudendo hæmorrhoidas fieri minus nobis probatur, nisi hæmorrhoidis nomen accipiat, pro quolibet sanguinis fluxu, quæ altera est vocabuli significatio, ac maxime propria; tunc quippe dubium non est, rarius accidere sanguinis fluorem ex venis pudendi, quam ex venis uteri; qui & menstrualis est, & creber. Verum si hæmorrhois pro affectu ipso accipiatur, hoc est pro vena dilatata ex fœculentia sanguinis; tunc affectus prius pudendi est, sed rarissimus.

Lib. 4. c. 3. de morb. mul.

Hæmorrhoidum uteri ratio in quo consistat.

Aetii lapsus.

De uteri, & pudendi verrucis, thymiis, acrocordone, & ficu.

CAP. XXVII.

VErrucarum quatuor sunt differentiæ: Acrocordones, quæ tuberculosæ sunt eminentiæ, quasi ex filo pensiles, & ita dicuntur, quia vertice suæ resectæ, chordæ juxta extremitatem similes apparent. Myrmeciæ, ac si formicales dicas, talem enim habent pruritum, & in radicibus latiores existunt. Thymus, qui est tumor asper, oblongus, doloris expers formam thymi herbæ referens, unde nomen habet, non tamen thymi nostratis, sed veri thymi albi candiæ, cujus semen parvo continetur capite, ut stœchadis. Hic si mansuetior est, albescens conspicitur, aut subruber; si malignus lividus, ac doloroſus; sanguinem effundens dum avertur amplius, quam pro magnitudine apparente. Ac rursus si parvus est, thymius appellatur, si magnus, ficus aut mariſca, de qua satyricus poeta,

Differentiæ Acrocordones.

Myrmeciæ.

Thymus.

Ficus & mariſca.

Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ.

Clavus. Cornua. 7. 4. tract 3. cap. 14.

Quocirca decipiuntur, qui mariscas cum hœmorrhoidibus confundunt. Quarta est differentia clavus, callosa eminentia, alba, rotunda, duorum clavorum capitibus assimilis, quæ frequens nascitur circa manus extremitates, & calcaneum, ac plantas pedum. Addunt aliqui cornua dicta, quæ sunt verrucæ oblongæ, & in cornu figuram convolutæ nascuntur potissimum in juncturis, uti Avicenna scribit; hi omnes tumores modò simplices nascuntur, modo multiplices in pedibus, talis, manuum digitis, & palmis, mediis fœmoribus, in facie, in ano, & perinæo, in glande, præputio, uteri osculo, in alis pudendi muliebris, & in ipso pudendo, de quibus ultimis peculiariter hic agimus. Sunt hi tumores de genere scyrrhi; fiunt autem ex concubitu, immodica exercitatione, vel attritione, immediatè tamẽ ex humore melancholico, & crasso, vel terrestri pituita, & ex morbo Venereo malignitatem sæpe acquirunt. Mitiores dignosces ex colore albo aut rubicundo, & doloris absentia; maligniores ex duritie, sorde, colore plumbeo, ac dolore, & quia manuum aut medicamentorũ admotione exacerbantur; reliqua signa diagnostica ex supradictis patent; omnes in curatione majus, quam pro magnitudine, facessunt negotium; nam myrmecia non nisi post multas evacuationes, ac sudores curatur; thymius, & clavus etiamsi excidantur, iterum sæpe radices spargunt, acrocordones facilioris sunt curationis, ac si semel avellantur, radix nulla relinquitur; mansuetæ verrucæ facilè: malignæ, & exasperatæ difficilius sanescunt.

Species. Causa. Signa. Prognosticũ.

Curatio.

Curantur quatuor remediorum generibus, primo victu, qui crassos humores minimè generare valeat, cathartici sq; ad eosdem purgandos accommodatis, tandemque sudoribus si rebelles sint.

Thymi & clavi discussio.

Secundò medicamentis discutientibus, quæ thymiis potissimum conveniunt, & clavis, ut salvia sicca, cum caricis pinguibus, aut soleas veteramentarias ustas, & tritas, ac vino exceptas appone, vel serpentis exuvias tritas cum caricis sine granis, sed & soleæ etiam & cucurbita sicca per se teruntur, permiscentur, & cum vino verrucis applicantur, pro optimo experimento; aut certè origani, & rutæ æquales partes ustæ, & tritæ; thuris cortex cũ vino & aceto, ocymi folia, cum sutorio atramento; aqua, quæ distillat ex amputatis vitibus, cum sale; vel in ea capita salitorum piscium incoquantur, & decocto pars humectetur, quod mirificum est. Item capræ recens jugulatæ o-

culos

culos acu pungito, & humore inde fluente partem assiduè linito, & intra sex dierum spatium, ut scribit Aetius, myrmeciæ extirpabuntur; cochleam quidam superponunt, quoad tumor humectetur, & sic cadere sibi persuadent, alij super inspergunt pulverē myrobalanorum, citrinorum, & hermodactylorum, alij tanquam probatissimū laudant sabinæ siccæ pulverem. Curantur insuper clavi, si partem sæpius abradas, & tepida aqua subinde laves. *Lib. 16, c. 5.*

Tertiò medicamentis arrodentibus, & exedentibus & adurentib. quæ maxime myrmeciis conveniunt, & acrocordonibus, prodest itaq; succus cucumeris agrestis cum sale; lac fici arboris illitū: ærugo cum sulphure vivo; ficus primæ, quæ non matureſcunt, cum farina & nitro, aceto exceptæ si in aliis partibus exiſtant, aut vino, si in utero: ſtercus ovillum, aut bubulum calidum cum vino vel aceto: pulvis aluminis, & gallæ tritæ: aqua qua argentarij deaurant, si mitiori aliquo medicamento commiſceatur, ut aqua ex amputatis vitibus, aut ex ocymi foliis, vel potius aqua roſarum ſeu plantaginis: Hircinum fel cum nitro illitum: Oribaſius hoc laudat, tartari, calcis vivæ, floris æris partes æquales urina pueri excipiantur: vel floris æris, auripigmenti, ſalis armoniaci ſing. ʒ i. cum ſucco thitymali miſceantur, ſed hæc Oribaſij utero non conveniunt, quia ſunt cauſtica: ſuperiora etiam ibi diu immorari non ſinas quippe exedunt ac corrodunt, ideo ubi per horam aut circiter applicueris, partem bis, terve, vino adſtringenti lavare oportet. At cum in partibus exterioribus verrucæ conſiſtunt, corroſiva hæc in glandium capulis, vel avellanarum medietatibus applicantur: aut circumcirca folia arboris, aut coria imponuntur, ne vicinæ partes offendantur. Sed & loca vicina unguento ex bolo armeno, terra ſigillata aqua roſ. & aceto muniuntur: vel in mediæ nucis putamine foramine facto, verrucæ per id extractæ medicamento tanguntur, & ſulphure vivo liquefacto, vel aleæ luſoriæ cuſpide eodem ſulphure liquido intincta; cavendum penitus eſt ab humidis, oleoſis, & laxantibus, quæ affectionem refricant, & faciunt ut thymi regenerentur. *Myrmeciæ arrodentibus curantur.* *Corroſiva applicandi ratio.*

Quartò ſi chirurgię hi tumores ſubjici poſſint, reſcindēdi ſunt, malignorū tamen ſectio non admittenda, ob hæmorrhagiæ periculum, ideo manſueti tutius reſecātur, neq; enim in ijs eruptionis ſanguinis timor eſt. Mulierę igitur rectè collocata, eminentia volſellæ extentę *Manus opera.*

dentibus funditus abscindatur ; sic enim cavetur, ne uterus à scalpi acie vulneretur, resectione facta pulvis contra sanguinem inspergatur, & ulcus cicatrizantibus curetur ; alij pilo equino radicem tumoris ligant ac singulis diebus paulatim adstringunt, quoad deficiente alimento excidat, quod securius fit, & ne denuò pullulent, loca candenti ferro tangunt, quod inprimis fit, quando malignæ sunt. Quidam etjam origani, aut roriſmarini stilum ad lucernam accendunt, ac tumori sic admovent, ut inde non incendatur, sed fumum suscipiat, atque hoc ter faciunt singulis diebus, quod cum utilitate fieri vidimus ; Et Aetius eadem ratione conjugem suam curasse refert. Alii sarmento ignito verrucas tangunt quinque diebus, & affirmat Amatus post octiduum nec earum vestigia supereſſe.

De Scabris uteri pustulis.

CAP. XXVIII.

Descriptio. IN pudendo uterive osculo, earum præsertim fœminarum, quæ lue Venerea sunt affectæ, vel virorum eodem malo infectorum consortio utuntur, pustulæ exoriuntur, & sunt eminentiæ, quæ schemate leviter extuberant, quarum varias describit species Celsus; in his autem partibus maligniores potissimum generantur, quæ *Epinyctides* dicuntur, qualitate magis quam copia molestæ, quarum etiam dolor supra earum magnitudinem est, neq; enim faba majores unquam visuntur, sæpe multo minores, scabræ, pruriginosæ, ac furfuraceas squamas ex se projicientes, quales non rarò conspiciuntur in volis manuum eorum, qui jecore calidiori sunt.

Lib. 5. c. 28.

Epinyctides.

Causa. Fiunt ex abundantia bilioſi adustique humoris cum crassitie, vel etiam ex humore Venerea labe infecto, qui pustulas hasce reddit curatu difficiles, rebelles, diuturnas, dolorosas, malignas, ac contagiosas,

Nota. cognoscuntur facile dioptrâ, seu speculo matricis, quo uteri affectus oculis subjici solent.

Curatio. Curantur, quatuor remed. generibus. Primò cibis boni succi, de quibus sæpius jam dictum est, & imprimis c. *de uteri hæmorrhoidibus*, abstineto ab omnibus acribus, acidis, salitis.

Attemperatio. Secundò universalibus evacuationibus, ut sanguinis missione, & purgatione pro ratione plenitudinis, aut cacochymiæ ; Præmissa igitur humoris attemperatione per sirupos borraginis, viol. fumariæ, cichorei, cū aquis vel decocto lupulorū, similacis asperæ, aut ligni guajaci

Purgatio

Purgatio instituenda per pillulas fœtidas de fumo terræ ad ʒi ß: aut *℞ agarici trochiscati ʒ ı, pulpæ cassiæ ʒi, aut confectionis hamec ʒß sirup. ros. aut viol. sol. ʒ ii in decoctione melancholica*, fiat hausţus; confert etiam diacatholicon, diaphœnicon, aut apozema descriptum infrà c. *de uteri rhagadiis*, quæ si non proficiant præsertim adhibitis topicis de quibus statim dicendum est, sudores perneccssarij sunt ex decocto sarsæ, vel ligni sancti, sæpiusculc tamen tum cathartica, tum etiam sudorifica repetenda, ob mali contumatiam. *Purgatio.*

Tertiò localibus, quæ valeant humorem discutere, & malam ejus qualitatem domare. Quocirca si mansuetæ pustulæ sint, balnea & inessiones conveniunt, ac postea abluere locum vino calido cum nitro, ac denuò aqua calida, subinde pustulam lenire butyro cum sulphure, aut unguento ex oleo myrthino, & rosar. cum lithargyrio & cera, vel alumine cum melle, & myrrha, aut amurca cum sulphure, & argenti spuma, vel ovi vitello cum amurca in mortario ad coloris mutationem agitato, vel malicorio cum myrrha, & melle, inprimis autem valet hoc unguentum, quod ad pustulas, & scabiē utiliter uti soleo, & paratum ad meos usus in officinis habere. ℞ *radicum enulæ campanæ, pimpinellæ, lapathi acuti an. ʒ iii, aquæ fumariæ ʒ vi, aceti acerrimi, aut vini optimi, pro affectibus uteri ʒ ii probè contusa infundantur per diem ac noctem, deinde bulliant, & exprimantur fortissimè expressioni adde therebinthinæ lib. ß lei rosar. ʒiii, ceræ ʒ ß, coquantur rursus ad mediæ, & adde sulphuris citrini ʒ i ß ceruſſæ ʒ v. aluminis rochæ ʒß, salis gemmæ ʒ ii, olei ovorum, ʒ. v ı, misce bene agitando, deinde totum lava aqua fumaria*, demum quando jam eo utendum est, pro qualibet uncia adde ʒ ß. unguenti lithargyrij, tum propter odorem, tum quia opus juvat. Utilius est si prius locus madefiat aliqua ex aquis infra scriptis. *Localia. Vnguentum ad pustulas & scabiem.*

Quartò si malignæ ac rebelles sint pustulæ, fortioribus utendum desiccativis, & iis, quæ pustularum malitiam corrigant, quæ dum applicantur, sirupi ex ligno Indico utiliter exhibentur, aut per ejusdē decoctum sudores promoventur, qui dissipent ac doment eandem malignam qualitatem. Utilissimumque est locum abluere aqua Lamphranci, quæ conficitur ex vino, aqua rosarum, plantaginis, auripigmento, flore æris, omnibus mixtis ad formam collyrij, mirificè enim confert malignis partium pudendarum ulceribus ac pustulis, fecit ejus mentionem Guido. *Si malignæ sint. Aqua lamphranci. C. 7. de ulceribus anchorum.*

Altera aqua. Securius tamen nec minus efficax est hoc aliud: ℥ *aloes, quantitatem unius ciceris, floris æris, quantitatem dimidij ciceris, pulverizentur, & adde vini albi* ʒ *i. aquæ plantaginis, capitum rosarum an.* ʒ *i.* serventur in phiala vitrea, mirè ac sine ullo nocumento sanat omnia ulcera, & pustulas partium pudendarum, si sæpe per clysterem aut siphonem infundantur. *Tertia* Ejusdē fere virtutis est id, quod ℥ *aquæ plantaginis, & rosarum an.* ʒ *iiij. salis gēmæ, nitri, aluminis an.* ʒ *ij. sublimati* ʒ *i. ß. bulliant ad tertias, colaturæ adde viride æris* ϑ i. quo postquā usus fueris per biduum aut triduum, ad mitiora te convertito iterum ad id redeundo, quoad pustulosa caro evanescat, ac nova appareat: quidam supra hoc medicamentum diachylon applicant, & benè, quia sic non est necesse ad alia redire; & emplastra minus commode in uteri affectibus applicantur: Hoc insuper quod summæ utilitatis est prætereundum non fuit, incessionibus factis ex decocto fumariæ, lupulorum, lapathi, verbasci, rutæ, malvæ, lupinorum, fabarum, cum pauco sale. Locus inungatur hoc linimento, aut pessus in eo immersus indatur. ℞ *Radicis enulæ campanæ minutim sciss.* ʒ *iiij. coquantur exactè in q. s. aquæ cum modico aceto, aut vino* ut supra dictum est, *deinde pistentur ac per cribrum excolentur, & adde axungiæ suillæ sine sale* ʒ *iij. succi ebuli, & fumariæ an.* ʒ *i ß. mercurij saliva jejuni aut vitello ovi extincti* ʒ ß. *ceruss., litharg yrij an.* ʒ *i. sulphuris vivi* ʒ *i ß. misce agitando per horam, ac pulveres sensim commiscendo.* *Admonitio* quia autem pustulæ diutissimè interdum infestare solent in hisce partibus, aut externis, Admonendi sunt tyrones, tutum non esse eas omninò sanare, nisi fonticulus in crure reseretur, ac diu, ut alibi diximus, apertus servetur.

De uteri ulceribus.

CAP. XXIX.

Differentia. VLcus à vulnere distinguitur, quod vulnus extrinsecus semper accipitur, ulcus originem plerumq; habet ex interiori vitio. Ulcerum variæ sunt differentiæ, quarum quædā ex causis desumuntur, quædam ex accidentibus: quædam ex jis, quæ in ulcere succrescunt. Et ex causis quidem ulcus, aut corrosivum est, aut sordidum, aut

caver-

cavernosum, aut fistulosum, aut cancrosum; ex iis verò, quæ in ulcere succrescunt, sanioſum fit, virulentum, purulentum, ac verminosum: Ex accidentibus distemperatum, doloroſum, tumidum, cum contusione, vel cacoethes sive malignum & depascens. In utero sordida potissimum fiunt ulcera, aut maligna, quod locus excrementis, putredinique patret; maligna, aut in cancrosa degenerant, & non distant ab ulcerato cancro, de quo supra: aut in depascentia quæ *Nomæ* ab antiquis Græcis fuerunt appellatæ. Sunt autem Nomæ ulcera inæqualia, quæ indies magis, magisque serpendo vicinas partes exedunt ac depopulantur, cæteris fœtidiora, sordidiora, acerbioraque, qualia plurima accidunt per antiquas dysenterias in intestinis. Porro tam sordida, quam depascentia, aut incipiendo fiunt, aut ex disrupto abscessu, & aut in uteri cervice, aut in ejus corpore, potissimum tamen in cervice, quia carnosior, carnosiores verò partes facilius ulcus depascitur. *Nomæ.*

Contingunt ulcera in utero, vel post fluxus muliebres acres, vel à medicamentis erodentibus, & exulcerantibus appositis, ut sabina, colocynthide, & similibus; aut ab excrementis retentis, & putrefactis in uteri plicis, ex ipsius uteri impotentia sæpe etiam ex disrupto abscessu, ex qua causa, si abscessus pituitosus fuerit, sordida evadunt ulcera; si adustus, interdum in cancrum degenerant: non raro etiam eveniunt ex contagione Venereæ luis, & talia ulcera Chironia, vel Thelephia tempore fiunt, & eadem maligna sunt: frequentius tamen ulceratur locus ob partus difficultatem, cum aut grandior fœtus educitur, aut corruptus miserabiliter extrahitur. Hæc ex Hipp. & Galeno desumuntur. *Causæ.*

Hipp. 1. de morb. mul. Gal. lib. de tum. præter nat.

Generica ulcerati uteri signa sunt, dolor in parte punctorius, & per intervalla sanioſi humores, fœtidique ex utero prodeuntes; ac consequuntur peculiaria symptomata affecti uteri, ut dolor capitis, præsertim syncipitis, qui ad radices oculorum, manus & digitos se extendit, dolent insuper lumbi, inguina, & imus venter, febricula successu temporis supervenit lenta cum crebris horroribus, menstrua si quæ fluunt, purulenta & solida sunt, durante affectu tumescit venter, maximè crura, delirat, animo linquitur, perfrigeratur, & uti Hippocrat. cit. scripsit non concipit. *Signa generica.*

Cæterum si ulcus in uteri orificio, vel collo existat, dioptra, instrumento

mento locis inſpiciendis idoneo, exploratur, ſi in profundo uteri, ab excrementis inde emanantibus dignoſcitur. Specialia ulceris indicia ſunt, quia ex ſordido copioſus humor & ſanies, cũ modico cruciatu profluit; ex depaſcente fœtida eluvies, nigra, viridis, livida cũ dolorib. acerbiſſimis, & alijs inflãmationis ſignis, & quæ laxant medicamenta irritant, contraria leniunt. At ſi ulcus fuerit jã mundum, humor paucus, æqualis, craſſus, minimèque fœtidus cum facilitate promanat. Si ſimplex tantũ excoriatio extiterit, percipitur ardor & punctio, & interdum materia quædam ſubtilis ac ſeroſa emanat. Sed & excrementa, quæ uterum exulcerant, ſic dignoſcuntur, nã ſi tenuis ſanguis eſt, aut flava bilis, dolor acerrimus ſit, pungens, cum ardore, & febre: ſi ſalſa pituita, pruritus adeſt intolerabilis, excrementũ paucum cũ fœtore, & paucâ ſanie: ſi ichoroſa humiditas, excrementa copioſiora fœtida: ſi ex melancholico humore, id quod excernitur eſt inſtar fecis vini: ſi ex menſtruis ſuppuratis, apparet ſicuti lotura carnis. Ulcerum in utero ſymptomata præter cætera conſideranda ſunt tumor & intemperies, tumor ut plurimum eſt inflammatio, qua præſente paucus cruentus ac feculentus humor cum magno dolore prodit, diſtemperies autem ſi calida ſit, & ſicca deprehenditur ex defectu excrementorum: ſi frigida & humida ex abundantia eorundem. Tandem externas cauſas, ut medicamenti erodentis uſum, fluxum muliebrem, & ſimilia, ex patientis aut aſſiſtentium ſermonibus dignoſces. Per conſenſum verò alicujus partis, an ex proprio uteri vitio ulcus fiat, ſeu potius foveatur, ex partis cujuſpiam affectione deprehendes; & quia, quæ in utero excrementa generantur, purulenta ſunt, & compactiora, quæ verò aliunde prodeunt, tenuia ac ſanioſa.

Specialia

Excrementorum exulcerantium ſigna.

Signa ſymptomatum.

Prognoſtica.

Jam verò cum omnia matricis ulcera difficulter curentur, quia pars totius corporis recrementa excipit, quæ conſolidationem impediunt, difficilius tamen quæ in fundo recondita, quam quæ in cervice expoſita, quia uteri fundo medicamenta minus commodè applicantur, & quia totus nervoſus ſerius coaleſcit, adhæc recentiora, & in juvenculis faciliorem ſuſcipiunt curationem; Inveterata, & in ætate provectis in hydropem vel mortem deducunt, quinetiam pura ſordidis, ac depaſcentibus minus periculoſa.

Animadverſa.

Hîc animadvertendum eſt, abſceſſus rumpi nonnunquam ad interiorem

teriorem uteri partem,&tunc foras per uteri capacitatem,&cervicem ejus pus effluere, ſicuti menſtrua expurgantur. Interdum in exteriori ſuperficie corporis ipſius uteri intra corpus juxta inteſtina, & peritonæum, quo caſu ſi inter ea loca pus colligatur apertione opus eſt, ut in hydropicis; aut etiam rumpitur in externa ſuperficie cervicis, idque vel quâ veſicæ adhæret,&tunc pus effluens per eam egreditur,viciſſimque urina per uteri cervicem promanat, ac non rarò ab impacto pure ſupprimitur; vel quâ recto inteſtino, & tunc clyſteres per pudendum, uteri verò ablutiones per anum, emittuntur.

Curatio.

Curantur uteri ulcera quinq; remed.generibus,Primò iis, quæ antecedentem peccantem humorem evacuare valeant,ac morboſum,uti vocant, apparatum emendare, quod fit laudabili victus ratione, ſanguinis miſſione,& purgatione; Eſto igitur aer ſiccus, & in activis temperatus,ſomnus conſueto paulò longior; exercitium vitandum, cujus vices moderatæ ſuppleant frictiones,repletiones arcendæ,alvus emollienda, animi affectus inhibendi, ac inprimis coitus ut infenſiſſimus. Cibus ſit parcus, ac humori peccanti contrarius,ut cremor ptiſanæ,ova recentia, tremula,lac, juſcula gallinarum, & caro earundem, præſertim extremitates, &aviculæ montanæ,paſſulæ, amygdalæ,piſtaceæ. *Victus.*

Potus vinum album dilutum aut adſtringens, vel aqua ex decoctione hordei torrefacti, ac radicis liquiritiæ, tam cibus, quam potus moderatè, & debito ordine ſumantur. Deinde univerſales evacuationes topica medicamenta præcedant,ac inprimis quidem ſanguinis miſſio ex giberi vena pro virium robore,ſubinde ex pede, deinde purgatio poſt humorum præparationem adminiſtretur pro natura humoris redundantis,ſicuti ſæpe jam repetivimus,cavendo ſemper ne quicquam miſceatur,quod humores ad uterum deducat. Avertunt inſuper vomitus, frictiones partium ſuperiorum, ſudor per decoctum ligni ſancti,ſarſæ parellæ, aut radicis chinæ. *Sanguinis miſſ.* *Vomitus.* *Sudor.*

Secundò quia ulcus curari nequit, niſi accidentia, ſi quæ adſunt, corrigantur, conſiderandum an inflammatio conjuncta ſit, intemperies, aut dolor: & ſi quidem cum inflammatione ulcus compoſitum eſt, iis utendum,quæ ad illam c.proprio ſcripſimus: ſi cum intemperie, ijs quæ c. *de uteri intemperaturis*; ſi cum dolore,ijs quæ c.*de cancro quinto remed. genere*: & ſi dolor partes ſuperiores pertingat, balneis utendum,habendaque ratio ſemper ejus partis, ſi qua ſit, ex qua acres ad ulcus humores confluunt. Peculiariter autem, ſi intemperies ſicca ſit,ulcus ablues infuſâ aquâ tepida cum ſaccharo, aut aquâ vel ſucco portulacæ vel cremore hordei; ſi humida, vino lavabis, aut decocto Guajaci,vel ſmilacis,in quo incoxerint alumen,malicoriũ,aut ſimilia, at ſi adjuncta ſit uteri vel ulceris labiorũ durities, olea miſcenda, quæ *Accidentiũ correctio.* *Vlcus cum intemperie.*

c. *de ſtyrrho uteri* dicta ſunt, vel ℞ *radicis altheæ, liliorum alb. an.* ℥ ß. *pulegij, origani an. m.* ß. *ſeminis lini, fœnugræci an.* ʒ ß. *flor. roſ. p. j. coquantur in pari q. aquæ, & vini, colaturæ adde adipis anſerini* ℥ *i.* aut ℞ *lactis bubuli, vel aſinini* ℥ *iiii. olei liliorum alb.* ℥ *i.* ß. *adipis anſerini* ℥ *i. miſce.*

Si ſordidum Tertio ſi ulcus ſordidum fuerit, detergentibus medicamentis utendum eſt, veluti hydromelite, aut melle roſ. cum decocto paſſularum, Ireos, & hordei, aut ptiſanæ cremore cum melle, vel cum decoctione furfuris, & lentium decortic. addunt quidam fœnugræcum, & malvam, ſed minus utiliter, quæ nimis humida ſunt, applicantur, quia ulcus humidum eſt, & abſtergi poſtulat, & natura partis ſicca, quæ conſervari debet.

Putruidm. Quod ſi ulcus quia ſordidum eſt, aut cum aliqua putredine, quam fœtor accuſat, validioribus indiget detergentibus, diſſolvitur in aliquo ex prædictis liquoribus unguentum Apoſtolorum, aut

Mundificativum apij. Ægyptiacum, vel mundificativũ apij, quod hac ratione paratur, ℞ ſucci apij aut petroſelini ℥ ii. mellis roſacei ℥ i. ß. farinæ hordei q. ſ. ad ignem levi ebullitione fiat pulticula, cui addunt aliqui terebinthinæ ℥ ß. maximè ſi pars nervoſa ſit: at ſi corruptionis, aut malignitatis timor adſit, adde ſucci abſynthii, aut nicoſianæ ℥ i. ac ſi calor ſit magnus tantundem ſucci plantaginis, in quo etiam peſſaria intingi poſſunt, aut in hoc alio: ℞ *foliorum abſynthij, centaureæ, agrimoniæ an. m.* ß. *radicis ariſtolochiæ* ℥ ß. *coquantur in ſ. q. hydromelitis, & adde farinæ orobi, hordei an. q. ſ. pulveris radicis Iridis Illyricæ* ℥ *ij. cum melle deſpumato* fiat unguentum; vel aquâ marinâ ſalitâve, cum aluminoſâ ſeu lixivio ulcus abluatur, aut etiam vino albo aut pulvere aluminis uſti, vel ariſtolochiæ, & Iridis; laudat Avicenna id quod ℞ *litargyrij, ceruſſæ, ſarcocollæ an.* ʒ ß. *ceræ, & olei roſ. q. ſ.* fiat unguentum, in quo madidæ flammulæ utero applicentur. Verum aluminoſa aqua, & ea quæ metallica recipiunt, non, niſi cum cicatrix jam eſt inducenda, conveniunt. Quod ſi in ulcere acrimonia puncturáque perſentiantur, medicamenta detergentia citra mordacitatem eſſe debent, ideoque neque apium, neque abſinthium, neque reliqua calidiora ſunt admiſcenda, ſed injiciendum ſerum lactis cum melle, vel ſirupo roſ. aut ℞ *fol. plantaginis, myrthi, olivarum, capill. Veneris, agrimoniæ an. m. j. coquantur ſimul in q. ſ. aquæ, colaturæ adde ſirupi roſ.* ℥ *iij.* utero injiciatur.

Cum acrimonia.

At ſi

At si medicamenta hæc non sufficiant, suffumigia sunt administranda, quæ fuliginem generant, ut ℞ *thuris, mastices, myrrhæ, styracis, ladani, lapidis pyritis, auripigmenti an.* ʒ *ij. therebinthinæ q. s.* fiant trochisci pro suffitu. *Trochisci fuliginem generantes & in ulcere.*

Quartò, si ulcus depascens fuerit, opus erit ijs quæ valentiori adstringendi facultate prædita sunt, frigidaque sint, stiptica, & exsiccantia, quo in casu primas tenet aqua aluminosa, quæ repellit & exsicca; utilis etiã aqua plantaginis, rosarum, chalybeata in qua incoxerint cyperus, myrobalani, nuces cupressi, malicorium, balaustiæ, marrubij, vel centaurium: Fernelius commendat aloen, & absynthium. Ex harum igitur rerum decoctione fiant fomenta, & injectiones, aut mulsa injiciatur, in qua aliquot ex dictis simplicibus incoxerint, additis ʒ ij. pulveris Iridis, & aristolochiæ, vel in eadem mulsa coquatur lentiscus, calamus aromaticus, & absynthium: ac si ulcera rebellia existant adde floris æris ʒ iij. aut ex Pauli consilio chartam combustam; vel si conspicua sint, arsenici ʒ i. tametsi scarotica difficulter uterus sustinet, ut Aetius notavit. Si caro supereminеat, adjice, quæ exedant, ut alumen ustum & reliqua mitiora caustica, quæ sine dolore carnem conterant, de quibus c. *de Nymphæa* ʒ. remed. genere. *Depascens, & erodens. Rebelle. Cum supercrescente carne.*

Quinto ulcere ab accidentibus vendicato, simplex ubi jam fuerit, levioribus abstergentibus curatur, ut melle ros. cum aqua hordei, & ex decoctione ros. siccarum; sero lactis cum saccharo vel decocto lentium, cum sirupo ros. sic. vel succo plantaginis aut polygonij, & portulacæ decocto cum melle ros. in quibus insuper liquoribus si dissolvas pulverem aloes, tutiæ, hæmatitis, chartæ combustæ cucurbitæ siccæ, & adustæ optimũ paraveris; aut ex iisdem pulveribus cũ oleo ros. & cera fiat unguentũ, quod eodẽ liquore diluatur, addes autem pro ʒ i. pulveris ʒ j. olei: In quibus medicamentis flocci madefiant pro pessariis vel in sequenti unguento. ℞ *olei rosarum* ʒ *iiij. ceræ albæ* ʒ *i.* ß. *liquefiant, & in mortario plumbeo, cum lacte muliebri aut caprino ducantur, donec albescant, tunc rejecto priori lacte aliud injiciatur, idq; ter quaterve fiat, tunc adde croci* ʒ *i.* fiat pessus, qui dolorem mitigat & calorẽ restinguit, cui cõsimile hoc aliud censetur: ℞ *tutiæ lotæ* ʒ *i. litargyrij, sarcocollæ, cerussæ an.* ʒ ß. *cum oleo ros. & cera* fiat unguentum, quæ quidem omnia non solum in forma pessarij subjecta verum etiam abdomini, *Vlcus simplex.*

& coxis impoſita proſunt, ac per latentes meatus transferuntur, iiſdem etiã aloe, myrrha, Iris & alia ſarcotica admiſceri poſſunt; ijſdemque partibus, aut ſuper unguenta ſequens emplaſtrum applicetur, quod cuncta ulcera mirificè ſanat, & *galbani* ℥ *i. ammoniaci, bdellij an.* ℥ *ij. opoponacis* ℥ *i.* omnia comminuta imponantur in olla vitreata, & affundatur acetum optimum poſt diem naturalem lento carbonum igne liquefiant, & per ſtramen extrahantur, ac exprimantur, colatura denuo coquatur ad aceti conſumptionẽ, ſemper miſcendo, quæ per ſe bene obturata ſerventur; ac ſeorſim, ℞ *olei olivarum lib. ij. ceræ novæ lib.* ß. *liqueſiant ad lentum ignem; quibus ab igne ſeparatis adde litargyrij lib. i.* ß. *miſceto*, quoad nigreſcant, tunc paulatim affundito prius liquefacta materialia, bene advertendo, ne virtus exhalet, tunc adde *utriusque ariſtolochiæ, calami aromatici, myrrhæ, thuris an.* ℥ *j. olei laurini* ℥ *j.* ß. *ac tandem optimæ terebinthinæ* ℥ *iiii.* miſceantur diligenter, quoad in frigidam injecta materia poſtea manibus non adhæreat, ſed malaxari poſſit. Atque eo tempore patiens cibis reficiatur, ut caro copioſius generetur, ſæpe etiam ſatis eſt molliori flocco ulceris labia extergere, & ejus cavitatem ſiccis etiam linimentis replere, ubi nulla jam adeſt malignitas, nulla craſſior ſordes, nam dum hæc perſeverant, ulcus abluere, antequam medicamenta applicentur, ſingulis curationibus neceſſe eſt, ac ſi ſanies acris fuerit, ſero ulcus abluatur, ſi copioſa ſordes, melicrato, ſi multa & acris, ſero cum ſirupo roſ. vel ſacchari octava parte; ſi cavum, vino; ſi putridum & malignum, aqua marina, vel lixivio aut urina veteri, diluto marrubij, aloes, abſynthij, myrrhæ in vino: fiſtuloſum ijs, quæ c. *de fiſtula* reperies, aut certè cum vino adſtringenti, vel ex decoctione myrthi, thuris, nucum cupreſſi, mumiæ, myrrhæ. Demũ quæ cicatricẽ obducunt adhibenda, aut liquorib. diſſoluta aut in forma peſſi, talia ſunt unguenta ſiccantia, ut de pompholige, de plumbo, de ceruſſa, vel id quod ſupra deſcripſimus ex roſ. cera, & lacte in mortario plumbeo ductis: Hæc pauca admoniti, ut ulcere in cervice exiſtente peſſariis potius, in fundo verò uterinis clyſteriis utamur, & ab uterino clyſteri peſſus applicetur, ac emplaſtrum Epigaſtrio, & coxendicibus imponatur. Secundo notandum ex Galeno ulcera uteri, ac pudendi medicamenta oppidò ſiccantia expoſcere, tum ob partis ſiccam naturam, tum ob recrementa, quibus hæc loca abundant. Tertiò uſum hypocauſti utilem ſemper eſſe, quia exſiccat.

Vlcerũ ablutio.

Cicatrizantia.

Admonitiones.

ſ. methodi.

Scholi-

Scholium.

Tria in ulcere apparere solent recrementa, ut scribit Galenus, tenue unum, quod Icor dicitur sive virus, & ulcus humectat, unde virulentum, seu icorosum: crassum alterum, quod sordes etiam nuncupatur, unde ulcus sordidum, nam quemadmodum in singularum partium coctione duplex gignitur excrementum, tenue unum, & vaporosum ex seroso liquore qui fuerat sanguinis vehiculum, & insensibiliter transpirat: crassum alterum, & terrenum ex quo sordes ac pili gignuntur, & sunt reliquiæ sanguinis, quæ incoctæ permanserc, aut adustæ, eodem autore: ita hæc duo in ulcere recrementa suboriuntur. Præter quæ tertium insuper est, quod pus dicitur, ac fit ex sanguine extra venas effuso per earundem, & arteriarum divisionem, qui cum non possit à natura, gubernari & ab aere ambiente alteretur, corrumpitur; ac multitudine hoc recrementum reliqua dura obscurat, vel ex eodem, cum prædictis recrementis, si in majori copia sint, fit sanies.

3. meth. 3.

Icor sive Virus.

Sordes.

1. de sanit. tuend. 12.

Pus.

Tametsi sunt qui autumant saniem & Icorem non differre nisi hoc duntaxat, quod sanies incipiente ulcere; Icor senescente jam appareat, virus ex maligno fluat; Et Galenus Icorem, & saniem idem esse sentit. Sed utcunq; sit, ex tenui recremento ulcus humidum redditur, ex crasso sordidum; quocirca duplex medicamentum ulcus exigit, ut humidum, siccans: ut sordidum, expurgans & extergens, sordes enim per se nō effluunt, sed ulceri adhærēt; & cū nullo tempore natura cesset, nullum certe tempus erit, in quo duo hæc in ulcere non colligantur; subindeq; utrumque medicamenti genus desideretur.

Saniès.

cit. meth.

De uteri fistulis.

CAP. XXX.

Definitio.

FIstula est cavum profundum, sinuosumq; ulcus angusto foramine patens, callo obductū; quo quidem callo à sinuoso differt; fistularum plura sunt genera, quæ ex figura desumuntur; aliæ quippe breves sunt, aliæ altius penetrant; aliæ rectæ intus feruntur, aliæ simplices existunt, aliæ duplices, aut multiplices, quasi ramulis ab uno ore intus sparsæ, interdum rectæ, nonnunquam flexuosæ, tortuosæq; aliæ intra carnem desinunt; aliæ ad ossa, & cartilaginem penetrant.

Differentiæ.

Fiunt fistulæ tanquam à causa remota, ex corruptis putrefactisq; humoribus, tanquam verò à proxima, à difficilimis & negligenter

curatis ulceribus: aut ex abſceſſibus, haud tempeſtivè apertis. In utero autem non rarò contingunt, præſertim in ejus oſculo, & pudendo, tum quia prædicta ulcera, & abſceſſus ibi minus commodè curantur, tum quia plures erodentes, & acres humiditates ibi abundant, à quibus molliſſima carnis ſubſtantia facilè exeditur, ac poſtea difficulter coaleſcit, quæ calli, ac fiſtulæ potiſſima occaſio eſt. Proveniũt inſuper fiſtulæ, ut Hippocrates lib. *de fiſtulis* ſcribit, ex contuſione, aut equitatione, ſed hæ cauſæ potiſſimum in ſede fiſtulam gignunt.

Signa. Cognoſcitur ex figura fiſtulæ factitiæ non abſimili; id enim nomen habet ab arundinearum fiſtularum translatione. Deprehenditur etiam dolore nullo, niſi fiſtula nervum attingat, adhæc digiti compreſſione pus egreditur virulentum, quod ſi album ſit, fiſtulam recentem eſſe arguit, & in carne; At ſi craſſum viſcidum & inæquale, antiquam; ſi tenue paucum, & nigrum cum dolore effluit, nervi corruptionem accuſat; ſin autem fiſtula os pertingat, & non penetret ad ipſius cavitatem, pus apparet tenue, ac pallidum; oleaginoſum medullæ corruptionem atteſtatur, & fiſtulam ad oſſis cavitatem penetraſſe. At ſi fiſtula venã penetravit, ſanguis exit cum pure craſſus, & multus, tenuis verò & paucus ac per ſaltus, ſi arteriã. Quod ſi uteri fiſtula in ſuperiori parte conſiſtat, & ad veſicã permeet, urina per fiſtulam inſtillat, ſi in inferiori, & inteſtina perforat alvi excrementa; quam altè verò, & ad quẽ locũ fiſtula perveniat demiſſo per foramen inſpicillo dignoſcitur, uti Celſus docet, ex quo horum pleraque & ex Hipp. & Paulo. Ubi notandũ quod oſculum fiſtulæ interdum clauditur, & aliquantulum poſt alibi pullulat. Porrò expeditius curatur fiſtula recens, ſimplex intra carnem, & in corpore juvenili, ac boni habitus: laborioſius, anfractuoſa, multiplex, profunda, quæve os, cartilaginem aut nervum læſit, aut ad veſicam, inteſtinumve penetrat, in ſenili corpore, & pravis redundante humorib.

Cel. l. 5. c. 28. Hip. lib. de fiſtulis. P. lib. 4. c. 48 Prognoſticũ

Curatio. Curatur iis, quæ fluxionem impediant, quo fiſtula medicamentis promtius cedat, deinde antecedentis cauſæ emendatione, habitâ ſemper ratione totius corporis; Speciatim autem quinque remed. generibus; Primò optima victus ratione parum exſiccante, ut evchymis cibis, & aere ad ſiccum tendente: Deinde prout corpus pletoricum, aut cacochymum eſt, ſanguinis miſſione aut purgatione;

gatione; item frictionibus, & ligaturis partium ſuperiorum, ſi ex fluxione fiſtula pendeat: balneis etiam ſulphureis, præcipuè ſudoribus ex decocto ligni Indici, aut ſarſæ, hæc enim exſiccando fluxum curant, ideoque poſt univerſales purgationes, & ſudores convenit etiã ſirupus de ligno, aut de ſarſa, aut hoc apozema per aliquot dies ſumptum, ℞ *foliorum olivæ, ſilicis maris an.* ℥ *j.* ß *radicis gentianæ* ℥ *j. centaureæ* ℥ *vj. fol. portulacæ m.* ß *plantaginis, agrimoniæ an. m. j. polypodij* ℥ *v. hordei mundi p. ii. coquantur in lib. iiii. aquæ ad tertias, factâ colaturâ adde ſirupi roſati* ℥ *iiii.* ſed ſi addas ſirupum de roſis ſiccis, magis fluxio præpedietur. *Apozema.*

Secundò orificij dilatatione, quo melius mundari extirpariq; fiſtula queat; dilatatur autem immiſſa radice gentianæ, brioniæ, ariſtolochiæ mundatæ, vel ciclaminis aut medulla ſambuci, vel potius ſpongiola retorta, & acuta, quæ prius maduerit in ſequenti aut ſimili medicamento, ℞ *ceræ, ac reſinæ an.* ℥ *j. liqueſiant, & adde ſublimati* ℥ *j. tunc ſpongiola intingatur, & fortiter exprimatur in prælo,* ac applicetur, ibique per 12. horarum ſpatium maneat. *Orificij dilatatio.*

Tertiò ijs, quæ callum conterant, atque illidant, quo facilius ulceris labia uniantur, quod fit uno, è tribus medijs, medicamento, ferro, igne; ac ſi fiſtula recens ſit, nec admodum profunda medicamenta ſatis erunt, ut penicillum madidum in aqua roſ. cum modico arſenico, aut in hoc altero mirabili liquore, præſertim ſi à morbo gallico originem traxerit, deſumitur ex Fernelio, & ℞ *ſublimati g. xij aquæ plantaginis* ℥ *vj. in cineribus calidis in phiala vitrea bulliant ad medias, aut* ℞ *unguenti Ægyptiaci* ℥ *i. pulveris Johannis de Vigo* ℥ *i. diſſolvantur in* ℥ *ii. aquæ plantaginis aut unguentum Ægyptiacum cum lixivio diluatur, aut* ℞ *ſucci aſphodeli* ℥ *iii. mellis, auripigmenti, calcis vivæ an* ℥ *ii.* miſce, & in fictili coquantur, in furno cocta pulverizentur quo pulvere conſpergantur lichynia; ante tamen quam hæc applicentur callus emolliendus erit quod fiet peſſo aureo, aut ℞ *eſypi humidæ, radicis lilij, illyricæ, terebinthinæ an. partes æquales fiat* unguentum: cui conſimile parabis ex pari quantitate medullæ cervinæ, olei liliorum, & ceræ; At ſi fiſtula eſt admodum profunda, aut ſinuoſa, medicamenta diſſolvantur in vino albo, & melle quibus incoxerint agrimonia, & gentiana, ſumatur vero ℥ j. pulveris & ℥ iiij. liquoris, vel ℞ *unguenti Ægyptiaci* ℥ ß, *ſublimati* ℥ ß *auripigmenti* ϑ *i. lixivij, & aquæ plantaginis an* ℥ *Callũ illiſio.*

Liquor ad puſtulas fiſtulas & ſciſſuras.

an. ℥ iiij. *aquæ rosarum* ℥ ij. *bulliant ad tertias* injecto hoc liquore orificium fistulæ obturetur cera, vel gossypio, ut intus per aliquot horas manens, quod volumus, perficiat. Abluitur etiam ulcus cum aqua forti, sed hæc, & quæcunque arsenicum, vel sublimatum recipiunt vehementiora sunt, & ulceribus muliebris pudendi magis quam utero conveniunt, nisi durior callus sit, & patiens sectionem formidaverit, utcunque tamen circumcirca unguentum de bolo armeno semper applicetur: sequens aqua destillata fistulæ, cancro, & antiquis ulceribus utilissima est, atque etiam mundo muliebri ℔ *vitrioli scriptorum* ℥ *j. salis ammoniaci, nitri an.* ℥ *j. albumina ovorum indurat. sub prunis numero xx. incorporentur & sic maneant per horas duas, postea distillentur.* ¶Secundus modus calli illidendi est incisio, qua tum utendum, quando callus durior fuerit, & antiquior, fit autem incisio, (pronunciato prius periculo) usque ad fistulæ finem, & callus unguibus, aut scalpro radicitus avellitur, excoriaturq; cavendo semper venarum arteriarumque sectionem, quo facto ulceris cavitas abstergenda, ut infra 4. remed. genere. Tertio modo ustione callus de medio tollitur, quod tunc fit, quando non solum calloſa, sed virulenta, & maligna fistula, in pudendo muliebri potius, quam in uteri osculo, extiterit, aut ex Venerea lue originem traxerit. Fit porro ustio candenti ferro; aut caustico medicamento hac ratione, uteri aut pudendi cavitatem prius dilatabis, deinde specillo immisso per fistulam cujus ductu, fistula ipsa discindatur, partē elychynis formabis, donec undiq; discissa labia disjūgantur, secunda vel tertia die medicamētū causticū, de quo supra, applicabis, vel ferro ignito, si necessitas id postulet, partem inures, circum fistulam positis, quæ repellant ac refrigerent, ut unguentum de bolo, in ipso ulcere mitigatorio ex rosaceo, & ovi luteo, deinde butyro aut pinguedine utendum, qua crusta dejiciantur, tuncque pus coctum apparebit.

Aqua destillata.

Incisio.

Ustio.

Mundificatio ulceris.

Quartò ubi tale jam videris pus, iis quæ ulcus detergunt ac mundant utendum est, quippe ejus cavum carne impleatur oportet, antequam labia coalescant, fieri autem id nequit, priusquam removeantur impedimenta; quæ verò ulcus detergunt mutuanda sunt ex superiori capit. 3. & 5. remed. genere peculiariter tamen fistulis cōvenit mundificans ex ℥ iij. vini, & ℥ i. mellis ros. aut ℔ *therebinthinæ lota vini sublimati* ℥ *i succi apii, agrimoniæ, Nicosiana an.* ℥ *iii mellis rosarū* ℥ *i. pul-*

℥ i pulveris aristolochiæ rotundæ ℥ ii, coquantur succi cum melle ros. & therebinthina ad mediæ partis succorum consumptionem, tunc reliqua misceantur, quod si mundato jam ulcere addas myrrhæ, sarcocollæ, radicis iridis an. ℥ i egregium efficies medicamentum ad producendam carnem; At si crassius pus fuerit, major fiet detersio hac forma ℞ therebinthinæ, resinæ, mellis an. ℥ ii, myrrhæ, sarcocollæ, farinæ lupinorum, fœnugraci, ac radicis ireos an. ℥ i ß fiat unguentum. Sequens insuper lavacrum desiccat, & partem confortat ℞ vini albi ℥ iij (quidam accipiunt vini ℥ ii aquæ ardentis ℥ i) mellis ros. ℥ x. myrrhæ, aloes sarcocollæ an. ℥ ii ferveant lento igne ad tertias, & per siringam ulcus eluatur; tertium hoc non solum detergit, verũ etiam ad exterendum callum, si quid ejus adhuc supereſt, utilissimum est, ℞ Foliorum plantaginis, absynthij, centaureæ minoris, sabinæ, foliorum olivæ, agrimoniæ an m.j. radicis gentianæ contusæ ℥ ii, fiat decoctio in vino albo, colatura lib. i. adde mellis ros. sirupi de absynthio an. ℥ i ß, tandem ea administrãda quæ cap. superiori ad consolidandum, ac cicatricem inducendam retulimus:

Liquor ad abluendum & exterendum callũ.

De uteri rhagadiis, sive fissuris.

CAP. XXXI.

Definitio.

HAud aliter atque in ano, in manibus, labijs, & mammarum papillis ex vehementi frigore, vel septentrionali vento, aut immodica jecinoris siccitate, ita in uteri ostiolo fissuræ, seu rimæ fiunt, quas græci rhagadas vocant, ac sunt ulcuscula, in longum, & angustum deducta, interdum profunda cum labijs callosis, interdum superficiaria ac sine callo, alia humida, alia sanioſa, alia arida, alia cancrosa, quorum labia semper, cum diuturna sunt, callum contrahunt, & indurantur. In quo malo caro non exeditur, sed cutis ad nutum plicaturarum partis contrahitur, ita ut pars citra dolorem proprio fungi officio non possit, antequam cicatrix omninò obducatur, ideoque affectus importunus est, ac permolestus.

Differentia.

Porrò fiunt uteri rimæ aut ex violento enixu, ob magnitudinem capitis infantis, aut etiam ex coitu pudendo grandiori facto, tertia causa est humorum acrium, & erodentium afluxus, maximè si lentoris nonnihil particeps fuerit; quarta est uteri ingens siccitas;

Signa.

quinta inflammatum condyloma, quod præ nimia tensione cutim
Signa. disrumpit: uteri rhagades, primum quidem latent ob partus dolores adhuc recentes, postea paulatim percipiuntur, vel ad manus contactum, vel in coitu quia ex affrictu cruentatur pars; deprehenduntur insuper sinu dioptra instrumento adaperto, tunc enim sciſſuræ in ostioli circuitu oculis patent, atq; hęc sunt generalia signa; specialius verò, si ob partum laboriosum, aut pudendi virilis magnitudinem fiant, ex relatione id dignoscitur; si nulla ex his causis præcesserit dioptrismo explorandum, an condylomatis tumentis ratione cutis sciſſa fuerit, & si nec id quidem adsit humores acres, & erodentes, ac mordaces causam præstitisse, conjectandum est, aut etiam bilioſos, qui ex calore deprehenduntur, reliqui ex mordacitate citra calorem, & ex ijs, quæ fluunt.

Curatio. Curantur 5. remed. generibus, primò victu humidiori, ac lubricante, fugiendo semper acria, & alvum comprimentia, esto igitur cibus gallinarum, pullorum, arietis, vituli, hædiq́ue caro elixa, & eorum jusculà, aut brodia ex intybo, scariola, bugloſſa, borragine, spinachijs, mercuriali, ova sorbilia, ptisana, lac amygdalinum, passulæ imprimis prosunt, & cerevisia potius quam vinum, caseum vitet, aromata, pira, pineorum nucleos, nuces, olivas, violentos motus, choreas saltem, vociferationem, & viri accessum.

Evacuatio. Secundò evacuantibus, si ex acribus humorib. malum originem traxerit, quod fiet, si plenitudo adsit, sanguine misso, pro redundantiæ ratione, deinde purgatione, ex cassia manna, sirupo ros. aut viol. solutivo, diaccatholicone, confectione hamec sine scammonio, rha-
Præparatio. barbaro, & similibus; facta prius humoris præparatione per sirupum de cichoreo. ros viol. borraginis, de fumaria cum aqua earundem herbarum; à fortioribus catharticis planè abstinendum, quia epar calefaciunt. Postea jecur ac universum corpus refrigeretur serapijs, & apozematibus, quæ mulcebrem habeant facultatem, ut etiam balneis aquæ dulcis, quæ utilissima sunt. Apozema in hoc casu mihi crebrâ experientiâ probatum sequens est. ℞ *hordei mundi p. iij, foliorum lupulorum, endiviæ, aſpleni, fumariæ, borraginis, acetoſæ an. m. j. camedrios, camepithios, ſquinanti an. p. j. florum cord. ſeminum frigid. an. p. j. ß infundantur per horas* VI. *in lib. vii. aquæ; poſtea coquantur vaſe cooperto, in fine adde foliorum ſenæ ℥ i, coletur, & cum ſacchari 5. q.* fiat apozema

clarum.

clarum, aromatizatum, ʒ i specierum triasandali. Eadem prorsus curandi ratio servanda est, si à condylomate malum proveniat, facto initio à sanguinis missione ex brachio, revulsionis gratia, deinde ex pede, mox chirurgiâ curabis, ut c. *de condylomate* scriptum est.

Tertiò ijs, quæ accidentia corrigunt, quocirca si à laborioso partu, aut virilis pudendi magnitudine, fissuræ cruorem effundunt statim à principio fluor sistendus sequenti clystere uterino ℞ *foliorum plantaginis m. j. florum & capitum ros. an. p. ij. coquantur in* 5. *q. aquæ ad medias, colaturæ* ʒ *vi adde pulveris sanguinis draconis, boli armeni, myrrhæ, thuris, aristolochiæ an* ʒ ß *vel omnia simul coquantur, contundantur, & per cetaceum extrahantur, vel per stramen, & addito ovi albumine cum prædictis pulveribus ex* lana madida fiat pessus. Si verò fissuræ siccitatem, calorem, ac pruritum habeant, fovendus est locus humectantibus, ut hoc decocto, ℞ *carnis cancrorum fluviat. limacum, ranarum an* ʒ *ii. hordei p. ij. malvæ, lenticulæ palustris an. m. j seminis lini* ʒ *j coquantur in q.* 5. *aquæ decocti* ʒ *v* injice per uterinum clysterem: deinde uteri ostium liniatur unguento de cerussa cum caphura, vel alio ex muscilagine seminis cydoniorum, malvarum, psyllij, cum lacte caprino, & butyro vaccino aqua ros. sæpius loto; quod si ardor & dolor fuerit magnus ℞ *unguenti populeonis* ʒ *i caphuræ* ϑ *ii cerussæ lotæ in aqua ros.* ϑ *i cum albumine unius ovi, misce*, vel utitor lacte muliebri cum saccharo vel unguento albo, cum caphura, vel unguento pompholigos populeonis an. ʒ i, caphuræ ϑ ij, misce. Mesues vehementer laudat oleum de semine lini calidum per se solum ad rhagades ani, & dolores hæmorrhoidum, sunt autem ulcera ani, & pudendi similiter ferè curanda, primas tenet unguentum pomadæ, quod per Germaniam & Italiam mirificum paratur, in Hispania dicitur *cevum confectum*.

Symptomatum curatio

Cruor.

Siccitas & pruritus.

Pomadæ.

Quartò ijs, quæ istius generis ulcerum peculiarem habeant rationem, & labia conjungere, ac carnis generationem adjuvare valeant, in ijs enim Galeno Paulo, & Aëtio autorib. manuum operatio, & mordacia medicamenta vitari debent. Antequam igitur in prædictos usus unguenta applicentur, locus per uterinum hunc clysterem abluatur ℞ *fol. ros. myrthi, plantaginis, tussi barbati, caudæ equinæ an. m. ij. malv. viol. an. m j. hordei mundi, lentium an. p. ij coquantur in* 5. *q. aquæ ad tertias, colaturæ* ʒ *vi adde sirupi ros.* ʒ *ii; aut* fiat fomentū ex decoctione eâdem, deinde apponatur sequens unguentum, *cerussæ, lithargyri j an.*

Labiorum unio.

Galen. de comp. med. per locos 9. Paul. lib. 3. cap. 77. Aët. lib. 16. cap. 107.

Unguenta ad fissuras.

℥ vi. *plumbi usti* & loti ℥ iiij, *myrrhæ, & aloes an.* ℥ ii. *gallarum* ℥ i, *cum oleo myrthino, ac vino veteri misceantur.* Valet oleũ de vitellis ovorũ,& de semine lini,quę in mortario plumbeo agitentur,vel unguentũ ex oleo de semine lini,butyro,& vitello ovi, aut vitellum ovi cum oleo rosˑ. aut succus plantaginis,&portulacæ,agitatus in mortario plumbeo ad coloris mutationem, addita axungia anseris, aut anatis;hoc mihi expertum est maximè in fissuris mammillarum ℞ *olei rosˑ* ℥ii, *pulveris mirobalanorum citrinorum* ℥ iiii *cerę q. s. misce*; optimum est, quod conficitur ex muscilaginibus cydoniorũ ac plumbo usto cum oleo omphancino rosˑ de salice, ac vitellis ovorũ; aut cerotũ lithargyrium;vel ℞ *ovi vitellum assum,vino dissolvatur,& ceroto rosˑ.misceatur;* est etiam mirificum id quod recipit *pompholigos lotæ,plumbi usti, ac loti an* ℥ii, *cerussæ,litargyrij an.* ℥j *gummi tragacacanti* ℈iiii *thuris,pulveris radicis symphyti an.* ℥ii, *terantur diligenter, & cum unguento rosˑ.excipiantur,* cui si calor adsit magnus,adde succi plantaginis,portulacæ,aut centaureæ ℥ ß,& vitellum ovi assum;commendatur adeps hirci cum unguento rosˑ. etiam ad manuum scissuras, quæ sanè cuncta, si in mortario plumbeo ad coloris mutationem agitentur, utiliora evadunt, nec minoris efficaciæ censetur id, quod recipit *olei de vitellis ovorum, de semine lini,an* ℥ x. *adipis hircini, therebinthinæ optimæ an.* ℥iij,*thuris, mastichis an.* ℥ß *resinæ pini* ℥i,*aloës epaticæ* ℥ ii ß *tassi barbati,foliorum plantaginis,caudæ equinæ an.m. j. omnia pistentur,extrahatur succus, tunc simul bulliant ferè ad succi consumptionem,coletur, & adde lithargyrij,auri & argenti an.* ℥ ß *cerussæ* ℥ iii *plumbi usti, tutiæ an.* ℥ ii *misce, & in mortario plumbeo per horas ij agitentur ad coloris mutationem:* summæ insuper utilitatis est hoc aliud ℞ *olei rosˑ. mellis rosˑ. cerę an.* ℥ i,*myrrhæ,litargyrii argenti an.* ℥ ii fiat unguentum, sunt qui addunt ℥ i pulveris zinziberis,& ceram virginem; vel ℞ *chartæ combustæ* ℥ ii *olei rosar.* ℥iij, valet etiam ad callosa labia; sequens erat secretum medici Hispani cui Torres nomen fuit, cranij canini recenter mortui combusti, ac in pulverem redacti ℥iij olei rosarum s. q. in mortario plumbeo trahantur,donec inspissentur;mirificum tamen,& certissimæ experientiæ est, præsertim si à siccitate malum oriatur, sacculos linteos hordeo replere, in aqua coquere,& ita tepidos manibus tenere, aut fissuris per novem dies applicare; aut certè pulticulam ex farina in lacte cocta. Rasius laudat inunctionem cum cera auris, quod expertum habeo.

R.l. de vis. cap. 125.

Qu nò

Quintò si prædictis auxilijs rhagades non sanentur, malignitatem accusant, ideò consulit rei ratio, ad ea venire, quæ pulverem rubeum seu Johannis de Vigo recipiunt, cujus portio admiscenda erit cuilibet ex præfatis unguentis. Emanuel Vaezius observantissimus avunculus meus, vir magnæ experientiæ, hoc uti solebat, ℞ *pinguedinis porcinæ* ℥ii, *factis scissuris repleantur* ℥ j *pulveris sublimati aut Johannis de Vigo, & insertis lichnis seu flammulis igni applicetur, quoad tota pinguedo instillaverit*, qua scissuræ perungantur. Secundum hoc circumfertur remedium à multis celebratum, & à me etiam probatum ℞ *aquæ vitæ finissimæ lib.* j *pulveris sublimati* ℈ i, *floris æris* ℈ ß, *albumina ovorum* iii, *omnia fortiter agitentur*, & pars alternis diebus liniatur, ac superponatur emplastrum diachilon commune, quod semper gestetur, aliquot transactis diebus granula apparent, tunc locus butyro recenti inungatur, & brevi sanescet. Tertium illud est quod à Fernelio superiori cap. parari diximus 3. remed. gene. quo scissuræ tangantur madido penicillo, ac diachilon superponatur; valet etiam ad pustulas & crustas manuum, plura vide apud Aëtium. Tandem si ulcera callosa fuerint, curantur per ea, quæ c. superiori 3. remed. genere dicta sunt, quibus adde chartam combustam, & oleum rosar. & si saniosa sint, abluantur sero lactis vel mulsa: si calida [illegible] cum cancri timore, succo plantaginis, lactucæ, portulacæ, psyllij cum cerato ros. & succo solatri. remoto callo, & malignitate ulcus consolidabitur, ut supra dictum est cap. *de uteri ulceribus.*

Malignitatis emendatio.

Ioan. de Vigo.

Emanuel Vaezius.

Lib. 14. c. 3.

Scholium.

Haud immeritò scisciteberis, cur fissuræ potius in manibus, labiis, utero, ano, & mammillarum papillis efflorescant, quam in reliquis corporis locis; ratio quidem est, quod illæ partes tenuiori cuticula cooperiuntur, quæ facilè rumpi solet, ac subinde subjecta caro finditur, nam & manus vola propter tactum tali cute prædita est, quibus accedit mirificus jecinoris cum ipsis extremitatibus consensus, unde cum præter naturam incalescit, acres fuligines ad ea loca transmittit, cum quibus prædictum habet consensum, & in quæ ultimus fit conatus, ac tandem per quæ ob cutis raritatem facilior evaporatio fit; est tertia adhuc ratio, quod extremæ partes internarum sunt emunctoria naturalia, ut notavit Valesius, non tamen quæcunque quarumcunque, sed earum cum quibus habent rectitudinem, veluti inferius labium cum utero,

Prima ratio

Secunda.

Tertia.

7. contro. 6.

Vena sectio inter minimum & annularem. Galen. de sang. miss. c. 41. Paul. lib. 6. cap. 40.

extremæ manus cum hypochondriis, dextra cum hepate, sinistra cum liene qua potissimum ratione in affectibus jecoris ac lienis venam inter minimum, & annularem experti medici secare consueverunt, ut Galenus & Paulus; obiter notandum labiorum fissuras sive rhagadas in febribus, post signa coctionis, significare naturæ dominium mittentis ad exteriores partes; si verò fissuræ in lingua fiant, malum esse, quia maximum æstum in thorace & ventriculo arguunt.

Labiorum fissuræ in febrib. bonæ, linguæ verò fissuræ malæ

De gangræna uteri, vel partium pudendarum mulieris, & earundem sphacelo.

CAP. XXXII.

Definitio.

LOci muliebres, quia vię sunt, ac receptacula excrementorum totius corporis, & partes, quę non liberè perspirantur, facile putredine infectantur, subindeq; gangræna memoratis tumoribus supervenit. Est autem gangræna, incipiens partis mortificatio, atque corruptio, quæ cum jam eò processerit, ut membrum sensum penitus amiserit, corruptioneque extinctum, & emortuum sit, non amplius gangræna, sed sphacelus, id est, sideratio nuncupatur; est enim inter [illegible] inflammationem, & sphacelum media gangræna tanto gravior inflammatione, quanto sideratione levior (*æstiomenon, & Ascachylon*) Arabes vocant, Hispanicum, & Gallicũ vulgus (*ignem sancti Antonij, & sancti Marcialis,*) alij minus propriè (*herpetem.*) Causa hujus miseriæ una potissima est ac maximè generalis, quod pars affecta vitali calore, & spiritu destituitur, id autẽ tripliciter contingit. Primò quia arctiori ligaturâ, obstructionevè, vel contusione, spiritus vitalis à corde per arterias influxus prohibetur. Secundò quia insitus partis calor humoris copiâ venas obstruente suffocatur, & extinguitur, uti in maximis inflammationibus cum plus ad partem accurrit, quam ipsius virtute digeri, aut in pus mutari queat. Tertiò ex vehementi aliqua intemperie, frigida inprimis aẽris, vel medicamenti, quæ sensum sopit, aut calida præternaturali; quippe caloris præter naturam excessus, nativum destruere, atque consumere solet, ita ex medicamentis causticis sæpissime gangræna suboritur, ut vidimus nuper in fœmina Hamburgensi; quibus insuper venenatam, & ma-

Sphacelus.

Ignis Ascachylon ignis sancti Antonij. Herpes

Causæ.

Pars affecta

lignam

signam qualitatem adjungere est. Provenit hoc malum inprimis in collo pudendi ex inflammatione, cancro, vel ulceribus male curatis, & ni citissimè ei succurratur, in sideration em, ac æstiomenon facilè degenerat, ac subitam mortem infert.

Signa.

Cognoscitur in hisce partibus, ex calore non usitato, febre lenta cum horripilatione, ac tremore per universum corpus cum animi deliquio, adhęc primum coloris flos perit, & extinguitur, cumque jam sphacelus adest, pars livet, aut nigrescit, tumida, mollis, ac prorsus cadaverosa evadit, nec arteriarum pulsus fit, nec dolor, nec sensus ullus, quinimò sine doloris sensu, altè scalpellus adigi potest, & summus adest fœtor. Malo huic diligentissimè, uti diximus, obviandum est, alioqui non solum pars ipsa corrumpitur, sed universo corpori malo communicato fœmina quam brevissime extinguitur.

Prognostica.

Curatio.

Curatur quatuor remediorum generibus, primum intemperiem corrigentibus, quocirca si pars calore destituitur ex arctiori ligatura, illa quidem solvatur, & pars inungatur oleo de scorpionibus Matthioli, ac theriaca magna, quod idem præstandum, si ex materia venenata contingat; at si ob frigidam intemperiem per se calor sit abolitus, calidis decoctis locus abluatur, ut pori aperiãtur, & transpiratio fiat, ea conficies ex camomilla, anetho, pulegio, meliloto, lupinis, & absynthio, ex quib. decoctis aliquid in uterum injiciatur; peculiarius si ex veneno assumpto, aut morsu animalis venenosi fiat, curatur per ea, quæ tale venenum extinguere ac domare nata sint, semper tamen utiles, leviusculæ incisiones.

Intemperiem corrigentia.

Secundò si insitus partis calor humoris copiâ aut præternaturali calore suffocatur, injecto prius in uterum aut abluta parte decocto plantaginis, aut solani, curatur ijs quæ humorem in parte contentũ evacuare, & locum difflare valeant, quod, dicente Gal. fit membrũ scarificando usq; ad partem adhuc sanam secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem, & sinendum, ut bona sanguinis copia fluat, quo melius pars perspiret, ac deoneretur. Subinde abluendum aqua salita, & super incisiones pessaria aut linteola vnguento Ægyptiaco madida applicanda, ac super omnia emplastrum de tribus farinis, seu de oxymelite, quod vocant, contra gangrænam, & hac ratione paratur ℞ *farinæ orobi, fabarum, & hordei an.* ℥ii, *bene triturentur, & addita oxymelitis libra, leviter bulliant, ad consisten-*

Si ex humoris copia.

Com. in 2. Hippoc. de frac. 18.

Emplastrũ de oxymelito.

tiam

Putredinẽ & corruptionem impedientia.

tiam pulticulæ. Quod si magna sit putredo additur prædicto emplastro tantundem *farinæ lupinorum, salis* ℥ *i, aloës, mastices, myrrhæ an.* ℥ *i* ß, *aquæ vitæ* ℥ *ii* ß misce, aut si malum contumax est, ad fortiora veniendum, sic abluitur locus vino, aut aceto salito, vel lixivio ex decoctione lupinorum, et absynthii, ac super scarificationes pulvis inspergitur trohisc. Andronis, vel vino aut melle rosarum dissolutus applicatur, & pulvis sublimati ponitur inter partem corruptam, & sanã, nunquã obliviscendo emplastri de farinis, seu de oxymelite, quod maximæ utilitatis semper est, & mirifice corruptionem impedit. Quibus non proficientibus profundiores adhuc fiant insciſiones, ac trochisci de asphodelo inspergantur, aut in vino dissolvantur, & in mixtura pessus intingatur, quæ cum applicantur, vicinæ partes unguento de bolo muniantur; Porrò escara ab hisce causticis superinducta, facile decidit applicito recenti butyro, aut oleo. rosar. cum ovi vitello, quæ si diutius, quam par est, hæreat rasorio paulatim evellitur, ne venæ aut arteriæ lædantur, interea tamen lotio ex salita aqua adhibenda, & emplastrum de oxymelite.

Præcipuarũ partium roboratio.

Tertiò ijs quæ partes principes munire valeant, & accidentia quæ ex hoc malo pessime proveniunt impedire, in quem finem sub umbilito applicatur unguentum de bolo, ne ad superiora permeent tetri vapores, qui, quoniam ad cor per arterias inprimis communicantur, ideo maximè cor roborandum conserva ros. bugloſſæ, borraginis, cum speciebus diamargarit: frigidi electuarij de gemmis, cum sirupo limonum, borraginis, & de pomis aut ℥ i theriacæ mitridatij, aut confect. alkermes. Et supra cordis regionem Epithemata apponuntur ex aquis cordialibus bugloſſæ, borraginis, ros. florum aurantiorum, cum aceto squillitico, & trochiscis de caphura; ac si malum inducias præbeat, servata optima victus ratione ex cibis acidis, & qui putredinem arceant, universales purgationes utiles sunt.

Membri amputatio Lib. 5. de our gang. & lib. 7. c. 33.

Quartò reliquis non proficientibus, si membrũ omninò sit sphacelatum ac demortuum, miserrimum, ut inquit Celsus, unum auxilij supereſt genus, ut reliquæ corporis partes tutæ sint, membrum, quod paulatim emoritur, amputare, quod etiam in uteri aut pudendi collo fieri potest per novaculam, aut rasorium instrumentum, penitus usque ad sanam carnem abradendo. In brachio aut crure hac ratione, cutis sursũ trahitur, & ligatur validè quatuor supra affectã

partem

partem digitis, ut sensus sopiatur, in quem usum quidam etiam medicamentum aliquod stupefaciens ægrotanti præbent aliquot ante horas, tunc diligenter novacula usque ad os caro abscinditur, & os juxta carnem serra resecatur, ne denudatum os ipsum permaneat, sic pars cauterio tangitur, qua scissio facta fuerat, ut fluxus præpediatur, os siccis filamentis contegitur, & super partem scissam stupa prius posca, deinde albumine ovi madida, bolo armeno ac pilis leporum applicatur, sed & in parte superiori defensivum ex bolo; tandem opere completo solvatur ligatum membrum, ut caro decidat, quæ os contegat, tunc curetur, sicuti reliqua ulcera.

De uteri vermibus.

CAP. XXXIII.

Vermes in variis corporis partibus.

TAmetsi persuasũ sit quam plurimis, in intestinis duntaxat lumbricos gigni, experimentis nihilominus, & gravissimorũ virorũ autoramentis constat, in multis alijs (exceptis vitalibus) corporis partibus posse etiam generari, uti in ulceribus putridis, in dentibus, in auribus, in renibus, & urinæ vesica, licet rarò, ob acrimoniam, & salsuginem lotij, quæ abstergendo, & propria qualitate alimenti naturam egressa vermibus nutriendis inepta sunt; quam ob causam in mari mortuo nullos pisces, aut marina alia degere, à naturæ contemplatoribus proditum est. In utero etiam interdum generantur, licet id rarò, ob ipsius patentes, magnosque meatus, qui non permittunt humores, etsi crassos, ac crudos ibidẽ tam diu immorari, quamdiu ad vermium generationem opus erat. Ascarides ij ut plurimum sunt, & in pudendo aut uteri collo, recto intestino non absimili, frequenter versantur, aut etiam ex intestino in vulvam irrepunt, quod, an reseratis ipsius intestinis, & uteri tunicis, an per partem sylvestrẽ fiat, autores non declarant, ego sanè per ipsum perinæum in uterum plerumque devolvi existimo; morbus est in numero substantiæ adauctæ toto genere, præter naturam.

Aët. lib. 14. cap. 48
Idem lib. 6. cap. 85.
Paul. lib 3. cap. 22.

Vermes in utero.

Species 1.

Constat verò materialem vermium causã esse frigidos, pituitosos, ac crudos humores putredini accommodos, & vi caloris animatos,

Causæ.

perinde ac in externis cætera animalcula, quę non ex semine, sed ex putredine ortum habent, quippe si uterus naturâ calidior, plurima excrementa cruda susceperit, & ob solito angustiores vias retinuerit donec putridum calorem conceperint, vermes tunc gignuntur, ex quibus liquet, duplicem ad eorum proventum calorem, ut efficientem causam requiri, naturalem intensum, partis, ac præter naturalem humoris.

Signa. Lib. 9. c. 39. Vermium generalia signa ex Aëtio petenda, peculiaria, cum in utero consistunt, sunt, quod universum corpus inquietudine molestatur, venter prurit, ideoq; maxima pituitæ copia in uterum confluit, ex qua os ipsius, ac pudendum perpetuò madent, sudant, graciles, impotentes, & imbecilles fœminæ fiunt; nonnunquam cum menstruis vermes expelluntur, nonnunquam aperto pudendo conspiciuntur, tumultuosè dormiunt, ac frequenter cum suspirijs, ac vociferatione excitantur; febres ijs accidunt inordinatæ, & cuncta alia, quæ in intestinorum lumbricis apparent.

Curatio. Curandi duplex scopus, primus eorum generationem prohibere, secundus genitos enecare. Hæc fient tribus remed. generibus. Primum victu tenui calido ac sicco, cibo acri, & amaro, qui tamen sit optimi nutrimenti, facilis concoctionis, & ab omni cruditate alienus, ac generationem lumbricorum prohibeat. Conducit itaque caro pullorum, gallinarum, & avicularum montanarum, eorumque jusculà, cum multo limonum succo: ex fructibus commendantur mala aurantia, cappares, & olivæ colimbades cum aceto. Ex oleribus intybus, sonchus, senecio; Potus esto aqua ex decoctione cinnamomi, rhabarbari, seminis portulacæ, radicis chynæ, scorsoneræ, aut sarsæ parellæ, vitentur lacticinia omnia, pisces, ac quæcunque pituitosos gignunt humores, ut immodica ac crassa cibaria depravata, ac præposterа victus ratio, ita nec crassior cibus tenuem præcedat, nec pastum sequatur balneum, exercitium, vel coitus, nec manus, aut pedes à cibo tepida abluantur, ut Curio notavit.

Pituitæ ejectio. Secundò ijs, quæ præterquam quod humorem pituitosum gigni prohibeant, genitum etiam concoquant, & expurgent; & mollib. frictionibus, & tempestivo exercitio. Sirupis de absynthio, de endivia, de cich. cum rhab. de acetositate citri, cum aquis earundem herbarum, aut graminis, portulacæ, acetosæ. Deinde pituita assiduè expurganda

purganda per pillulas de hiera, de aloē non lota, mastichinis, de agarico, aut electuario Indo, sive rhabarb. in decocto vel aqua cichorei, ac similibus, quę ultra purgatoriam vim amarorem obtineant, & absterſoriam facultatem, qua aut vermes enecentur, aut extra corpus propellantur.

Tertiò ijs, quæ lumbricos interficiunt, quorum ſylvam reperies copioſam apud Aët. cit. & de ijſdem tum ſimplicibus, tum compoſitis integra conſcripſit capita Hieronymus Gabucinus, ex quibus paranda, non quæ per communes clyſteres injiciuntur, quia nullius eſſent vigoris, neq; quæ per os, quia tum jecur prætergrediuntur & majora mala inferre poſſent; ſed quę per uterinos clyſteres adminiſtrantur, quos concinnabis ex decocto abſynthij, abrotani, & centaurij cum alumine: aut ℞ *mentha, calaminthæ, pulegii, diptami an. m. j. coquantur ad tertias, & cum melle miſce, pro injectione, aut decocti lupinorum ℥ vi, aloës ℥ iii mellis ℥ i,* quæ etiam commodè cum pari quantitate decocti mercurialis, & abſynthij injici poſſunt. Aut peſſus hic applicetur. ℞ *fellis bovini ℥ i ß, pulv. lupinorum ℥ ii, olei de abſynthio ℥ ii, vini albi generoſi ℥ ß* miſce, in quo goſſypium intingatur. Eodem fere tempore uteri regioni extrinſecus applicentur ſequentia, ℞ *foliorum abſynthii, coſti amari, calamenthi an. m. j foliorum perſicorum m. ß, coquantur in aceto acerrimo, aut vino pro utero, contundantur, ac poſt extractionem adde aloēs, agarici an. ℥ ß, colochyntidis ℥ iii, olei amygdalarum amararum, fellis bovini an. q. 5, cerę parum, aut etiam ſine cera* fiat unguentum. Cataplaſma inſuper conficies ex ijſdem herbis, coctis ac contuſis cum farina lupinorum, oleo abſynthij, ac felle bovino; aut ℞ *ſeminis melantii, porri an. ℥ ii, contundantur, & in aceto macerentur, tunc adde utriuſque menthæ, abſynthii, perſicariæ in aceto aut vino coctarum, & contuſ an. m ß, farinæ lupinorum ℥ i. aloës ac fellis bovini ſingulorum ℥ ß miſce, quibus addere licet theriacæ magnæ ℥ ß.* Per os etiam utiliter crebrò aſſumuntur pillulæ de aloe, vel de hiera, ad ℈ i ſingulis diebus, vel ℥ i theriacæ de citro, aut ſmaragdinæ cum ℥ iiii, aquæ portulacæ, aut vini, aut etiam g. vj. lapidis Bezoartici orientalis cum eadem aqua, aut ℥ j. ſeminis ſantonici, aut ℈ j. rhab. pulverizati ſingulis ſeptimanis, quæ omnia ſelectiſſima, ac maximæ eſſe utilitatis multis novimus experimentis.

Vermes enecantia.

Clyſter uterinus.

Vnguentū

Cataplaſma.

De uteri calculo.

CAP. XXXIV.

5. popul. Calculi uteri quales.

CAlculos in omni corporis cavitate concrescere posse, scribit Galenus, ut in utraque vesica, in renibus, in jecore, intestinis, ac plumonibus, nil igitur mirum, si etiam in utero generentur, uti scribit Aetius, & Hipp. in historia famulæ Disiridis; non tamen perinia similes calculis vesicæ in utero generantur, quia non soluti ac liberi, sic enim, cum uteri cavitas sit magna, & osculum ejus patentius, ibi non possent immorari, sed calculi uteri tophaceæ, & callosæ sunt substantiæ, uteri ac ejus cervicis tunicis adnascentes, quæ non hinc inde moventur, ut constat ex prædicta historia; porro tophaceam hanc substantiam valida natura nonnunquam foras trudit, debilior ibi commorari diutius permittit: in prædicta famula per 40. ferè annos hæsit. Morbus est in numero aucto rei toto genere, præter naturam. Causæ sunt eædem quæ calculi vesicæ, humores nimirum crassi spissi, ac viscidi, quos ob lentorem uteri calor discutere nequit, vel saltem tenue digerit, crassum verò in tophaceam naturam, convertit, quod dum, in porositate aliqua hæret, natura indies plus mittente accrescit, cui sanè causæ fomitem præbet retentio menstruorum, aut eorundem suppressio; Est & alia calculi causa, pus in utero concretum ac exsiccatum. Nec audiendi sunt illi, qui putant calculum à frigiditate etiam, ut efficiente, posse provenire, eo ducti argumento quod nephritici sæpe juvantur à calidis, & renibus igni conversis calculus excluditur, quippe calor, dum lapis in via est, ad expulsionem juvat, nondum tamen genitum effingit ex pituitosa materia, subindeque nocet.

Species. Causæ.

Calculus à frigido efficiente non fit.

Signa sunt, gravativ9 sed levis in utero dolor, qui utero ipso compresso exacerbatur, fœmina non concipit, menses inordinati fiunt, ac digito per podicem immisso tactu deprehenditur calculus. At qui in cervice uteri generantur, majori cruciatu, vicinas partes afficiunt, magisque crescunt, ac majorem inferunt molestiam, præsertim cum fœminam minus commodè sedere contigerit; quin etiam diopatrismo oculis facilius subjicitur.

Curatur

Curatur duplici remed. genere,& primò quidem, ſuppoſita victus ratione emolliente, ac lubricante, ijs utendum quæ craſſos viſcidoſque humores expurgent, de quibus c. *ſuperiori*, & *de ſuppreſſ. menſtruorum*. *Curatio.*

Secundò ac præcipuè iis, quæ calculum eradicare,ac evellere ab utero valeant, quod ut commodè fiat, prius partes leniantur clyſtere emollienti, ex decocto altheæ, malv. Fœnugræci, ſeminis lini, admixto multo roſaceo oleo aut liliorum, ut facilius obediat operi manuali, quod ſic fit: Mulieri ſupinæ, diſparatis cruribus locatæ, duos longiores ſiniſtræ manus digitos in ani foramen chirurgus immittat, dextrâ verò ſuperiorem ventrem comprimat, calculumque extrorſum cogat, ac propellat, quod expeditius fit, ſi in uteri cervice calculus conſtiterit, ſi autem in utero ipſo, laborioſius, ideoque majori vi opus erit. At ſi in oſculo uteri, aut collo adnatus fuerit, & huic operi non cedat muliere ritè locata, & locis per dioptram dilatatis, ſcalpello reſecare oportet, quo facto in uterum injicienda, quæ ulcera curant, primò adſtringentia, & ſanguinem ſiſtentia, deinde exſiccantia; nec non imperanda optima victus ratio, corpus bis, aut ter in anno perpurgandum, ne affectio revireſcat. Haud valde abſimilis eſt curatio calculi veſicæ in mulieribus, quamquam his rarius quam viris contingit, & faciliu. curetur, quia latiorem, breviorem, ac rectiorem urinæ meatum habent; qui tamen ſi contingat, ſic extrahatur, muliere ut ſupra collocata chirurgus duos longiores ſiniſtrę manus digitos in pudendū immittat dextrâ veſicā ſupernè comprimat, & calculum verſus veſicæ collum compellat, ac ut extra muſculum veſicæ collum claudentem prodeat, diligenter cogat, tunc paululum ſupra pudendi alas, quo loco calculus occurrit, ſectione facta per forcipem calcularium extrahatur calculus, denique ulcus adſtringentibus, aridis, & incarnantibus medicamentis curetur. *Calculi evulſio.* *Opus manuale.* *Curatio calculi in veſica muliebri.*

RODERICI à CASTRO LUSITANI

De Morbis Mulierum

LIBER TERTIUS

SECTIO PRIMA.

DE STERILIBUS.

Ne confusionis obscuritatem pareret malè harum affectionum distincta tractatio, eas, quæ citra conceptum aut partum accidunt superioribus libris concluſimus, reliquas quæ vel prægrantes, vel puerperas exercent, in proximis relaturi. 10

De sterilitate naturali.

CAP. I.

Definitio.

Differentia.

STerilitas est quædam impotentia ac difficultas mulieris, viro utentis, ad concipiendum debito tempore. Ejus quatuor sunt species. Prima fit à vitio naturali, & congenito; Secunda per collationem fœminæ, ad proprium virum. Tertia ex morboso affectu, & ob diversas affectiones. Quarta est earum, quæ pepererunt, verum à primo aut secundo partu steriles factæ sunt, & hæc dicitur sterilitas ad tempus. Singulas hasce seorsim percurremus, ac deinde de virorum sterilitate sermo erit. 20

Species.

Prius tamen considerandum sterilitatem, uteri vitium esse in actione læsa, quatenus concipiendi instrumentum est. Nam si diminuta, aut ablata concipiendi facultas sit, sterilis fœmina dicitur, si depravata, monstrum concipit.

Naturalis

Naturalis igitur sterilitatis causæ sunt totius corporis intemperamentum, nam & præter naturam crassæ non concipiunt, quia omentum os uteri comprimit, 5. Aph. 46. & quæcunque frigidos, ac spissos habent uteros, quod etiam de humiditate, & siccitate Hipp. docet, quia & impensè calidum temperamentum semen conterit, & nimis frigidum genituram extinguit; ac siccum semen ubi primum in uterum excidit, extendi nequit, nisi vero extendatur per uteri capacitatem parte plurima mulier non concipit, uti Galenus scribit. Columella etiam seu membrana utero adnascens impedit, ne semen viri ad uterum penetret, ut notavit Hippoc. *Causæ.* *1. de semine 9.* *Lib. de nat. mul. de morb. mul. de sterilib.*

Porrò exploratur sterilitas naturalis ex voce fœminæ, aspera, crassa, vel rauca, censentur steriles calidiores, & hirsutiores, & quæ pilos circa pudendas partes crassos habent, nigros, & hirsutos, maximè si in meato nonnullos habuerint, ad harum conditionem accedunt viragines, & quæ principū partium, ut ventriculi, jecoris, cordis, lienis, ac pulmonis latente vitio, ut intemperie, obstructione, aut scyrrho tenentur, quæq; inordinata habent menstrua, diminuta aut copiosa, insuper salaciſſimæ, si nigrioris coloris sint, ac quæ strictum habent ventrem, aut coxarum ossa nimis conjuncta. Ex quib. signis obiter multę aliæ causę deprehenduntur naturalis sterilitatis. Nec tamen ea satis esse Hippocrates putat, nisi & experimentis sterilitas dignoscatur, quorū primum est, si vestibus obvolutam fœminam, ac juxta lumbos obligatam subter suffias thuris, styracis, aut alterius aromatis halitu, ac si odor per corporis spiracula ad os & nares transmitti deprehendatur, mulier fœcunda censetur; sterilis verò cum in via ob vasorum obstructionē, vel ab uteri frigiditate extinctus odor eò nō pertingit: sed & allium expurgatum pessi forma dormituræ utero subdito, & si odor vel sapor postridie ad os pervenerit, fœcunda est, sin minus, sterilis; si tempore concubitus hirqui seu oculorum anguli croco liniantur, ac post coitum saliva colore croci sit infecta, fœcunditatis indicium est, quia significat poros, per quos, ut quidā referunt, semē à capite decidit, qui ideo seminales dicuntur, obstructos non esse. Inprimis autem galbanum igne emollitum, ac serico inclusum mulieris utero noctu subdito, & caput mulieris lotum linteolo nullo odore infecto obligato, tunc si eras mane caput mulieris galbanum redolet, probè purgata est ac fœcunda, quæ ta- *Signa.* *Signa ab experimentu.*

men

Alia fœcunditatis experimenta.

men hactenus allata experimenta mihi cum Avicenna abſentiam obſtructionis duntaxat arguere videntur, non fœcunditatem, ideo ſequentia ſubjunximus. Hordeum mulieris urina maceratum, ſi decimo die germinet, fœcunditatem indicat, ſin minus, ſterilitatem. Balſami parum aqua admixtum, & bombace exceptum, in uterum immittito, ac leviter fœmori alligabis, tunc ſi uterus traxerit humorem, fœcunditatis eſt ſignum, aut ſi peſſo ex ariſtolochia, & melle utero impoſito ſaliva dulceſcat; aut ſi urinæ ſulphur vivũ inſpergatur ac inde vermes prodeant, fœcunditas, ſin minus, ſterilitas adeſt. Sequens ut probatiſſimũ Luſitanus commendat, coaguli leporis drachmam aqua calida diſſolve, ac jejunæ mulieri in aqua calida exiſtenti, propinato, ſi ventris dolores ſentit, apta, ſin minus, inepta cenſetur. Alderetus verò vir in praxi exercitatiſſimus, & olim primarius Salmanticæ profeſſor hoc experimento utebatur, ut reperio in ab eo dictatis ſcriptis obſervantiſſimi, ac piæ memoriæ patris mei Andreæ Fernandes, cui ſit pax; ℞ *melantii* ℥ß *mellis q. 5. fiant tria peſſaria*, quorum unus utero ſubdatur, ac ſi ſupervenerit febris, fœcunda eſt, ſin minus, alterum ac tertium ſupponatur, & nullo ſuperveniente ſymptomate infœcunda judicetur, ideoque ab ejus curatione recedendum, *ut enim medicis glorioſum imprimis eſt, deinde etiam fructuoſum, ſterilitatem curare, conceptumquè adjuvare, ita profecto dedecoroſum, incurabilibus ſanitatem promittere.*

Centu. 6. curat. 66.

Alderetus.

Auteris pater.

Prognoſticũ 2. de gen. anim. 4.

Avenz. 2. theiſu. trac. 5. c. 1.

Ariſtoteles videtur innuere omnem ſterilitatem naturalẽ, curationem non ſuſcipere, Avenzoar ſterilitatem naturalem à ſolo Deo curari poſſe ſcribit, ab homine naturaliter non poſſe; è contrario, Quintus Serenus naturam medicamento potenti victam ſæpe fœtũ dare refert, quod etiam multis experimentis confirmari videtur, quocirca dicendum, ſi magnum vitium ſit cauſa ſterilitatis naturalis, incurabilem eſſe, ſin parvum, curari omninò poſſe; Sterilitas per collationem fœminæ ad proprium virum, parum etiam commodi ex præſidiis ſuſcipit, niſi, ut inquit Avicenna, permutet unuſquiſque ſocium ſuum.

12. 3. tract. 1. c. 8.

Curatio.

Curatio ſterilitatis naturalis ſi conſequi poteſt, certè inſtituenda eſt per ea potiſſimum, quæ à proprietate conceptum juvant, & intemperaturas reſpiciunt, quæ aut intus aſſumantur, aut apponantur exterius. Intrinſecus laudat Dioſcorides, paſtinacæ ſemen, & porrum;

rum; alij commendant radicem lapathi majoris, & coagulum leporinum, ac testes omnium fere animalium: Plinius oculum hyenæ; semen & fœcunditatem auget, si mulier salviæ hortensis succi heminam cum sale potaverit, deinde post horæ quadrantem viro sese commiscuerit, quo remedio post magnam pestilentiam, Ægyptias multos fœtus produxisse ferunt: Ipse Alderetus hoc vehementer extollit, ℞ *farinæ tritici, aquæ stillatitiæ petroselini, succi arthemisiæ q. 5. ut fiant 17. plancentulæ, quæ in oleo communi frigantur*, & 15. à menstrua purgatione diebus incipiat fœmina singulo mane unam capere, ac superbibat ℥ii. aquæ petroselini, interea tamen servet uterque conjugum regulas à nobis traditas 3. *de nat. mul. c. 4.* utile est comedere testes gallorum, aut pastinacam, vel semen ejus cum vino per duos menses; ijs verò quæ ex frigiditate laborant, theriacæ usus, ac vinum Hippocraticum, semen seseleos saccharo incrustatum, caricas cum folijs abietis: genitale arietis, vel tauri coctum comedere, vel testes cervi in pulverem redactos, semen urticæ; laudatur potus lactis vaccini; ova perdicis, fimus accipitris cum mulsa, aut ℈ j. limaturę eboris sæpius sumere cum eadem mulsa, coagulum leporis cum pulvere arthemisiæ, g. x. mosci cum vino calido, in quo bullierit rasura eboris, & cornu capræ; vinum cum floribus rorismarini confectum: theriaca cum limatura eboris, electuarium concinnatum ex floribus rorismarini, aut stœchados cum melle; aut aliud ex pudendo tauri, cum mentha & melle paratum; sed & hic pulvis ad conceptum efficax dicitur, ℞ *salis ammoniaci ℥ ii, salviæ, cumini an. ℥ j. simul per triduum, menstruis desinentibus, cum vino præbeto.* dicitur sal sacerdotale; prodest insuper pulvis factus ex testiculis cervi, & visco quercino, aut alius ex arthemisia cum saccharo summo mane sumptus, si postmodum sequatur suffumigium ex calamintha: coagulũ leporis comestum valet, vel uterus ejusdem assatus. Aut à menstrua purgatione sumat duo ova sorbilia nepeta plena, ac postea cum viro congrediatur; aut ℞ *testiculorum verris desiccatorum, limaturæ eboris, seminis seseleos, uteri leporis, & coaguli ejus an. ℥ ß*, fiat pulvis, quo utatur mane cum jure pulli, vel gallinæ; aut hoc alio nigellæ, salis ammoniaci an. ℥ j. cyperi ℥ vi. terito, in quatuor partes dividito, & unam singulo mane cum vino bibendam dato, menstruis desinentibus. Postea viro commisceatur, sed & virum strenuam

Alderetis remedium ad sterilitatem pellendum.

Regula ad fœcundum concubitum

Pulveres.

Sal sacerdotale.

nuam operam navare oportet, interimq;, dum fœmina medicamentis utitur, à Venere penitus abstinere, & succulētis uti, ac bonis cibis.

Extrinsecus applicanda Inunctiones suffitus.

Exterius etiam fœmina pudendum inungat succo satyrionis, sparso pulvere leporis combusti, aut balsamo, & uterus suffumigetur trochiscis de myrrha vel de galbano, styrace liquida, baccis lauri, aut lilio cum thure mixto, in forma polentæ, & limatura cornu capræ cum oleo de spica, fimo leporis; ruta sicca cum melle, ligno aloës, eboris rasura, & pulvere uteri suis, aut ex opoponaco cum balsamo. *Pessaria.* Pessaria insuper conficiantur ex mentha sicca, myrrha, & cera, aut ex limacibus cum croco, vel ex coagulo, & stercore leporis cum melle; ex felle taurino, & adipe, aut butyro; ex felle etiam caprino cum oleo ros. & cumino. Hæc quidem ante coitum, à coitu verò obturetur pudendū pesso sivenascali ex lana, sive gossypio madido, in succo myrthi, vel æquis portionib. croci, spicæ, pinguedinis gallinę, gummi alicujus, & olei de spica. At per quatuor horas ante coitum adhibeatur alius pessus ex croco, myrrha, spica, sevo gallia, therebinthina, mastice, & oleo de spica, cum pinguedine gallinæ, & lana; vel ex satyrione cum melle aut ex oleo ros. cum stercore vulpis, aut ex succo mercurialis cum lana; aut ex eadem lana intincta in oleo de been, bdellij, balsami, vel nucis cupressi, aut de baccis lauri cum gallia, ammonio, & cera, aut oleo de bdellio, & melle; vel ex medullæ cervi, hyssopi viridis, butyri, sevi caprini, styracis liquidæ, meliloti an ʒ vi. olei de spica ʒ j. galliæ, masticis, spicæ an. ʒ i. cum oleo ros. fiat mixtura pro pesso; vel ex fœnugræco, cum adipe anatis, vel ex musco dissoluto in oleo ros. aut naphæ; vel ex triphæra magna cum succo arthemisiæ, & myrrha, à quibus abluantur partes cum aqua melissæ; alia etiam pessaria formantur ex Gentiana, croco, foliis myrthi, tritis cum pilis arietis, & oleo sesamino; aut ex testiculis vulpis & felle galli, quo appositō fœmina bibat ʒ i. limaturæ eboris cum vino, aut comedat oculum hyenæ glycyrrhiza, & aneto paratum. Pessus qui sequitur semel in hebdomada applicitus mirificè uterū purgat, ℞ *castorei, agarici, masticis an* ʒ ß, *colocynthidis* ϑ ß, *bulliant in vino albo, colaturæ adde mellis q.s. fiat* lento igne pessus, inspergatur pulvere nucis vomicæ combustæ. *Balnea.* Sequantur postea balnea ex decocto spicæ, florum camæmali, meliloti, pulegij, seseleos, ac tandem

jam

jam dicta ſuffumigia. Pleraque alia tum interius, tum exterius adminiſtranda videre licet apud Aëtium. *Lib. 13. c. 32.*

Non erit abs re hoc in loco, ut dexter remediorum uſus innoteſcat, duos haud contemnendos ſterilitatem curandi modos recenſere. Et primò quidem comprobatum à pleriſque eſt, ut fœmina per octiduum ante diluculũ capiat ʒ v. aut vj. ſequentis ſyrupi. *Primus curationis modus.*

℞ *matricariæ, pulegii, calamenthi, origani, hyſſopi, pimpinellæ, camedrios, camepithios. an. m j. radicum aſparagi, bruſci, rubeæ, eryngii, enulæ campanæ, acori, fœniculi an. ʒ ii. cuſcutæ, praſſii, meliſſæ an. m. ß, ſeminis aniſi, maratri, ameos, carui, ſeſeleos an. ʒ ii cicerum rubeorum p. ii. bulliant in aqua fontana ad lib. ii. colaturæ adde oxymelitis ſquillitici ſyrupi de arthemiſia an ʒ iiii. aromatizetur ʒ ii. cinnamomi, abſumpto ſirupo purgentur benedicta laxat. aut diaphœnic. aut pilulis fœtidis, cochiis, de agarico, de hiera cum pauco caſtoreo,* *Syrupus.*

vel hiſce alijs pilulis ℞ *xylobalſami, cinnamomi ſileris montani, aſari, maſticis, aniſi fœniculi, macis, croci an. ϑ i. calami aromatici, ſquinanthi, ſpicanardi an ϑ ii. turbith electi, ac præparati ʒ. i. ß aloës ad pondus omnium cum ſucco fœniculi, fiat* maſſa pilularis, cujus doſis ʒ ii. ſed & vir interea, ſi cacochymicus ſit, purgetur. *Purgatio.*

Deinde fœmina balneum ingrediatur ex decocto foliorum lauri, mentaſtri, ſalviæ, origani, calamenthi, pulegij, menthæ, roriſmarini, ſabinæ, arthemiſiæ, Valerianæ, millefolij, camomillæ, ſeminis aniſi, fœniculi, additur etiam melilotus, ſpicanardi, ſeſeleos, in quo quidem balneo fœmina ſedeat uſque ad umbilicum per horam, vel etiam fomentetur cum herbis venter inferior, & ex decocto evaporationes capiat, addito thure & alumine, ac in ſimili decocto maritus pedes lavet, à balneo in uterum hic aut ſimilis liquor injiciatur, quo proluatur: ℞ *maſticis ʒ ii. coquantur in ℥ vj. prædicti decocti, vel in vino, & adde hieræ ʒ ii.* ſunt qui in decocto addunt colochyntidis ʒß. Poſt hęc odoriferis loca muliebria ſuffiantur, ut trochiſcis de gallia muſcata, de ladano, aut hiſce pro nobilibus ℞ *moſchi, zibeti, ambaris an. ϑ i ladani ʒ ß* ſecundũ artem fiant trochiſci: ſubinde uterus ut mundificetur, aliquod ex his peſſarijs contineat ℞ *macis, bdellii, gallię muſcatæ an. ʒ ii. colochyntidis ʒß hieræ ʒ i. omnia cũ ladano incorporentur*, addunt aliqui Euphorbiũ; aliud ℞ *fellis hædini i ſatyrionis ʒ iiii. mellis ʒ iiii. incorporentur; aut* ℞ *croci, cinnamomi an ʒ ii ß, ſpicanardi, melilotæ, cardamomi an. ʒ i axungiæ anatis ʒ ii. vitellos ovorum ii.* *Clyſter uterinus.* *Suffumigiũ.* *Peſſi.*

Pessus reficiens uterũ.

olei nardini ℥ ß misce, sic purgato utero, fœmina per diem ante congressum retineat intra vulvam pessarium, ex prædictis rebus aromaticis paratum: aut hoc ℞ *xyloaloës, styracis, calaminthæ, myrrhæ an. cum oleo moschelino, vel balsamo, aut oleo de spica, in quo dissoluta sit moschi* ℥ ß fiat pessus. Ab his venter inferior, & muliebria hoc perfundantur unguento, quo uterus calefiat ac confortetur

Vnguentum

℞ *radicis enulæ mundatæ ac contusæ lib. j. brancæ ursinæ lib. ß, bulliant in lib. vi. vini albi, odoriferi, & adde axungiæ porcinæ lib. j matricariæ m. j. post longam ebullitionem coletur, ac ponatur in vase vitreato ad ignem, parum adhuc bulliat, ac paulatim indito thuris albi, mastices an. ℥ ß ceræ novæ ℥ vi.* & cum omnia fuerint incorporata removeantur ab igne, & asperge hunc pulverem: ℞ *cinnamomi, galliæ, cariophyllorum, nucis moscatæ, macis, galangæ, spicæ nardi, zinziberis an. ℥ iii. croci ℥ j* fiat pulvis subtilissimus, ac post balneum cum eo fœmina cuncta inferiora inungat, postea se lecto componat, & capiat parum de triphæra magna, sine opio, aut de nuce muscata condita, seu de myrobalanis aut ℥ ß specierum aromatici, ros. Gabrielis cum vino generoso, vel flores auranciorum conditos, ex quibus etiam mixtis cum sirupo de cortice citri fiat electuarium; aut cum saccharo dissoluto in aqua arthemisiæ, morselli, de quibus cum vino mane ac vesperi capiat ℥ ß, aut de hoc: ℞ *pulveris arthemisiæ, radicis bistortæ, nucis moscatæ an. ℥ i. sacchari dissoluti in aqua melissæ q. s. fiant tabellæ*; aut ℞ *cinnamomi, cardamomi, cariophyllorum an. ℥ ß, croci ℥ ß, zinziberis, piperis longi, galangæ, macis, nucis moscatæ, cumini, aloës, an. ℥ ß, cubebarum ℥ iii. ambræ, moschi, an. ϑ i. pulverizentur omnia, & cum saccharo dissoluto in aqua melissæ, fiant rotulæ, aut cum syrupo de cortice citri, fiat opiata.* Vir etiam post lotionem pedum, inungat penem balsamo, aut pinguedine anseris, vel oleo liliorum cum mosco; atque hæc quidem curatio ijs potissimum accommodata est, quæ ob flatus aut uteri frigiditatem steriles sunt.

Confectiones.

Secundus modus.

Secundus curationis modus à doctissimis viris traditus, & expertus, quo asseverãter confirmant fœminam fœcundã reddi, hujus cemodi est: Purgetur prius mulier ante tempus menstruorum decocto myrobalanorum, chebulorum Indorum, Emblicorum, cum saccharo, post menstrua balneum per vj dies continuos ingrediatur ex decocto ros. rub. gallarum, balaustiarum, radicis pæoniæ, à balneo abstersa,

absterso ventre, utero indatur pessus ex lana, vel candela madida in oleo nardino, vel balsamo cum pulvere pæoniæ, vel ℞ *castorei, agarici, masticis an.* ʒ ß, *bulliant leviter in vino albo, & adde mellis q. s. fiat* pessus, qui per triduum applicetur, singulis diebus renovando, & sic paretur: ℞ *coaguli leporis, stercoris ejusdem, macis an. partes æquales*, misce, lana excipiantur. Uterus insuper abluatur hoc liquore: ℞ *nucum cupressi numero vi. contundantur, ac coquãtur in vino albo, coletur & adde tryphæræ magnæ* ʒ *j.* retineat quantum potest, continueturque per triduum, suffumigetur insuper, cum æquis portionibus myrrhæ, thuris, ligni aloës, styracis, cinnamomi. Deinde capiat fœmina singulo mane ʒ ii. seminis seseleos, cubebarum, vel ameos cum vino albo, vel ʒ j. hujus pulveris: ℞ *testiculorum verris pulverizati, rasuræ eboris, granorum seseleos, matricis, & coaguli leporis an.* ʒ ß *pulverizentur omnia, & post menstrua capiat fœmina mane, & vesperi* ʒ *j.* cum vino, aut jure gallinæ, si vomit, adde liquiritiæ vel sacchari q. s, finito pulvere fiat hæc pasta: ℞ *ambræ, styracis, calaminthæ, an.* ʒ ß. *myrrhæ, masticis, thuris, cariophyllorum, ligni aloës, cinnamomi, nucis moscatæ, & cupressi an.* ʒ *ii.* fiat pulvis, incorporetur cum oxymelite diuretico, & aqua ros. ad formam pastæ, quæ dividatur in quatuor partes, ex una fiat pomum odoriferum; ex secunda fiant pillulæ magnitudinis ciceris, quarum capiat singulo mane tres: ex tertia pessus fiat, qui præmissa balsami aut olei nardini inunctione, locellis indatur, quarto dissolvatur in aqua calidissima, & fiat vaporatio pro utero.

Pasta in caries usus.

De sterilitate fœminæ per collationem ad virum.

CAP. II.

UT non quævis planta ex qualibet nascitur terra, sed semen unumquodque peculiarem terræ conditionem exigit, ita in hominis generatione; etsi fœmina suapte natura fœcunda sit, requirit tamen semen sibi idoneum, atque conveniens, citra quod procreare nequit, & quod de fœmina dicitur, licet nobis ad viros transcendentibus transferre, nam seminis fœcunditatem frigiditas, & agri

spissitudo impedit, quia emergere non potest, ac per angusta uteri vasa, & frigore inspissata, non nisi serosus prolabitur sanguis, ad fœtus incrementum, quibus nec secundæ, nec cotyledones formari ritè possunt cum umbilico, unde fit, ut virile semen tametsi prolificum corrumpatur, sed & extinguitur in utero frigido, & humido perinde ac semen in solo humido, & paludoso, uti scribit Avicenna; Similiter etiam in sicco, & calido utero marcescit, non aliter quam semen in terris, in quibus calx sparsa permixtave fuerat.

2.1.3.tract. 1.c.8.

Fœmina an vir sterilis sit, quibus notis explo-ratur.

Veteres medici, fœminæ an viri esset sterilitas, hisce signis venabantur. Primò sperma utriusque conjugis seorsim in aquam infundatur, & quod supernataverit, fœcundum est, quod subsidet, infœcundum. Secundò, utriusque semen inspergito super lactucę, vel teneræ plantæ radiculas, & quod illas exsiccaverit, sterile est. Tertiò, accipe septem tritici grana, septem hordei, & septem fabarum, mingat super ea uterque conjugum seorsim, & si post septem dies nascuntur, fœcundus est is, qui minxit, si non nascuntur, sterilis. Quartò, si alter conjugum mingat super malvam, & arescat, sterilis est, sin minus, fœcundus. Quintò, si vir dies novem aut circiter mingat in uno vase, & mulier in altero, in quibus sint furfures cocti, in cujus vase vermes citius enascuntur, ejusdem est sterilitas. Quorum tamen signorum priora absque scelere desumi nequeunt, omnia ridicula censet Avicenna cit. & vana, potiusque sterilitatis suspicionem arguere, si vir uxorem cum priori marito fœcundam implere non possit; aut si fœmina ex marito cum prægressa uxore fœcundo non concipiat, quanquam & hoc ex disparitate provenire potest, quippe sæpe fit, ut neuter coëuntium sit sterilis, sed quia eorum sunt abhorrentes naturę, idcirco nihil ex sese, ex aliis vero generare possunt; sic amborum impensè calidorum aut frigidorum, non facilis est consensus, temperatorum aut etiam contrariorum perutilis censetur congressus, ut copiosius prima hujus operis parte, explicuimus.

* Signum.
2
3.
4.
5.
Rasius 22 cent. tract. 6.c.1.

Lib.2.c.2. Causæ sterilitatis ex parte seminis.

Quæ cum ita sint, efficaciora certioraque alia signa investiganda erunt, si prius sterilitatis causas perquisiverimus, quarum tum ex parte viri, tum etiam fœminæ quatuor numerantur præcipua genera; quædam enim sunt ex parte seminis; quædam ex parte uteri, & instrumentorum; aliæ ex parte principiorum, aut erroris in congressu commissi, quarta & ultima est dissidium

dissidium inter utrumque conjugem, de qua ultima cit. jam plus satis diximus. Ex parte igitur seminis steriles censentur, quibus inutile fluit, exile, fluidum, frigidum aut insigni aliqua interpere præditum; nec grandinis speciem refert, nec album est, tenax splendidum, odorem palmæ, & jasmini, aut florum sambuci referens, quale optimum esse oportet, est etiam infœcundum semen valde senum post 70. annum, mulierum post 50. & puellarum ante 14. puerorum ante 18. eorum præsertim. quæ nauseativam satietatem patiuntur, & ebrij ægroti, aut ejus qui plurimo utitur coitu, quive seminis profluvio laborat, aut aquæ potatorum, heluonum, pituitosorum, nisi oppositā seminis fœminei natura id attemperaverit, moderatum insuper semen esse debet, nam paucum generationi non sufficit, copiosius non concipitur, nec nutriri potest à semine mulieris, sterilescit etiam concubitus, si coitus coitui accedat, ideoque meretrices non concipunt.

Semen bonū quale.

Meretrices cur non concipiunt.

Ex parte uteri & instrumentorum generationis mulier non concipit, si uterum habeat vel calidum, vel igneum, vel frigidum, vel humidum, vel squalidum, vel nimis carnosum, & pinguem; vel oppidò excarnem, vel gracilem, aut augustum, aut brevem, aut hiantem, quia semen rejicit; aut clausum, quia non admittit: aut si vasa ejus obserata sunt, & obstructa, aut per obductam cicatricem obcæcata, ut Paulus notat, aut si uteri cervix obliqua est, aut si ipsa angusta est aut ampla, quia sic pudenda adaptari non possunt, potissimum autem dicente Hippocrat. 5. aphoris. 52. frigiditas sterilis est, quia extinguit innatum seminis calorem, &, uti diximus, à frigiditate uterus cogitur, & comprimitur ita ut semē recipere nequeat, & venarum ora occludit, ut sanguis non possit in uterum stillari ad fœtus alimentum, & sanguinem aqueum efficit nutritioni ineptum, & multam in utero generat pituitam, ex qua humidior, ac mollior redditus generationi, & seminis compressioni fit ineptus, ea tamen inprimis frigiditas sterilis censetur, quæ spissum reddit uterum, quia intensa, nam densitas vehementer frigidos uteros comitatur auth. Galeno 5. aph. cit. Viri porrò steriles censētur spadones, aut semispadones, & quibus testes quapiam de causa attriti sunt, vel qui penem brevissimum habent, ita ut in uteri profunditatē ejaculari nequeāt, quod

Causa ex parte uterū.

Lib. 6. c. 76.

Steriles viri qui.

quod etiam ob nimiam obesitatem contingere diximus, aut etiam si penis respectu uteri longior, & uterum plurimum feriat; insuper conceptum impedit crassities, aut nimia latitudo ipsius, quam fœmina sustinere nequeat, vel adeo os uteri aperiat, ut hiare ipsum faciat, & præ dolore comprimi non possit, ac semen retinere; adhæc hippospadij, & quibus virile membrum est contortum, aut paralysi affectum, vel vasa Spermatica obstructa, coarctata, contusave, quippe hi omnes rectà ad uteri recessus non ejaculantur. Ex parte principiorũ steriles sunt & infœcundæ timidæ, tristitia affectæ, aut animi aliquo ingenti dolore, nam hæc vitale robur infringunt. Error committitur, si fœmina & vir non eodem tempore ejaculentur, si fœmina statim à congressu tussiat, sternutet, clamet, saltet, aut reliqua non servet, quæ alibi docuimus, aut si coitus nimium sit ardens, aut si semen diu in itinere commoretur in collo matricis, aut retineatur in testiculis viri ante expulsionem, quia sic Spiritus resolvitur, adhæc inviti coitus utriusque aut alterutrius, ut fieri solet inter eos qui inviti matrimonium contrahunt, steriles censentur, amor enim, ut inquit Aetius, conciliat genituram, quocirca amantes fœminæ crebrius pariunt, nisi nimium ardens concubitus fuerit, ex quo semen dissolvatur, & evanescat; jam & ineptam mulieris formam, sterilitatis causam censet idem autor, elegantem fœcunditatis, sterilis etjam vaga Venus.

Causa ex parte principiorum.

Ex parte commissi erroris.

Lib. 13. c. 26.

Signa.

Harum causarum signa pleraque ex dictis jam conspicua sunt, nam quod ad intemperaturas attinet, tum totius corporis, tum uteri tum etiam seminis earum notas ex iis, quæ capitibus propriis tradidimus, repetere licet, peculiariter vero uteri & testiculorum intemperaturas dignosces; quia quibus calida est, proclives ad Venerem sunt, & celerrime genitales partes in eis pilis obsepiuntur, ac si ultra modum calida fuerit, genitalia pruriunt, ac Venere adhuc magis titillantur, menses parcè, & cum labore emanant, ardoreque exulcerant, calor percipitur in cute, & carnoso genere, rubor, adipis inopia, capillorum nigrities, promptitudo ad actiones, vigilia, agilitas, iracundia. Frigidior intemperatura contraria efficit, nam & Venus ignavior est, menses supprimuntur, aut parce fluunt, decolores, lumborum, crurum pubisque stupor inest, frigiditas tactu, ac refrigeratio prompta Humida multo ac humido semine abundat; tenue,

Uteri calidi signa.

Uteri frigidi indicia.

Humidi uteri.

tenue, aquosum, copiosumque menstruum redditur, sæpe uterinus fluor infestat, frequensque lumborum, ac pubis gravitas, carnositas, mollities, læsio ab humectantibus, fluxionibus parata est mulier, & multum spuens. Sicca paucum, & modicè crassum generat semen, in aliis contraria efficit, proxime dictæ intemperaturæ, adest durities corporis, gracilitas, tarditas, & facilis ab exsiccantibus offensio. Porrò si calida & sicca sit genitalium aut uteri intemperatura, celeriter ad coitum excitat, & non solum genitales partes, sed omnes circumstantes usque ad umbilicum, & media fœmora quam citissime hispidæ fiunt, petulcos homines reddit & ad libidinem pronos, ilico tamen satiantur, ac si cogantur, offenduntur. Sin autem calida & humida sit temperatura, hirsuti quidem minus, plus tamen semine abundant, nec tamen plus appetunt, sed minori detrimento ultra modum Veneri indulgent, imò si minus intensa sit hæc intemperatura, haud sine detrimento à Venereis abstinent. Verum à frigidiori & humidiori circumjacentes partes glabræ fiunt, & tardè rem Veneream, qui ea præditi sunt, exercere incipiunt, nec proni ad actum sunt, aquosum verò ipsis est semen, & tenue ac infœcundum, vel fœminam generans, pulsus tardus, urina remissa, humiditas in coitu molesta, & ingrata viro: uteri retentrix facultas imbecilla, ac si concipiat ob humiditatem, & lubricitatem facilè abortit; quâ causam esse puto, cur septentrionales plurimũ abortiant, & maximus ibi sit fœminarũ proventus. Frigida & sicca intemperatura non admodum dissimilia signa habet ante dictæ; crassius tamen semen gignit, & paucum, & fœmina os uteri habet siccum, rhagadiis obnoxium; reliqua indicia oculis, & ex conjugũ relatione deprehendes.

Sicci.

Nota compositarum intemperaturarum.

Fœminæ septentrionales cur plurimum abortiant.

Sterilitas maximè contingit ex parte mulieris, ut ait Celsus, tum quia frigidior est, tum quia ratione uteri, seminis, & menstrui multis morbis obnoxia, infrigidatio tamen & maleficium, quod est privatio coitus, ex parte virorum obtingit, autore Serapione, differunt tamen quod infrigidatio temperie læsa fit, maleficium verò compositione, & animo malè affecto, quorum contraria efficiunt Philtra sive amatoria pocula, ut quidam ajunt. Sterilitas ex ulcerib. si magna sint ulcera, non curatur, si parva, difficulter; qui genituræ meatus, à cicatrice, vel ob calculum exsectum obcœcatos habent, ij pro deploratis habendi. Sicuti etiam spadones, & fœminæ seniores, præsertim post menstrua, viri tamen senes curandi ut c. *de virorum sterilit.*

Prognostici.

Infrigidatio.

Maleficium

Curatio. Jam verò ad curationem accedens partium seminalium intemperantias in viro curabis, ut c. *de virorum sterilit.* in fœmina ut c. *de uteri intemperie*, si tamen advertas nativas intemperaturas sensim & paulatim, asscititias verò audacius corrigi posse. Seminis vitium, tametsi non nisi ex totius corporis, aut testium intemperantia provenit, seq. cap. emendare docebimus, quod si ob uteri laxitatem decidit, magnetem lapidem terito linteo alligato, & lacte muliebri intingito, ac subdito. At qui vaga Venere delectantur, servata continentia generabunt, qui verò seminis profluvio laborant, curati fœcundi fiunt; si immatura ætas sterilitatis causa sit, continentiam subinde imperabis, ne is, qui natu minor est, nimio coitu impotens fiat. Si intemperamenti dissidium adsit, vult Avicenna, ut permutet unusquisque conjugem, rationem esse, quia, ut est ventriculus avidus ad unum cibum, abhorrens ab altero, quantumvis meliori; sic uterus sæpe magis uno, quam altero semine delectatur, ita conjuges qui simul generare non potuerunt, separati uterque, & novis nuptijs celebratis generaverunt. Sed quia conjugium dissolvi non debet, nisi justissimis, ac gravissimis de causis, & quia multæ fraudes hac in re committuntur, consultius fuerit monere, ut invicem sese ament, sic illud dissidium amore vincitur, interimque temperamenti dissidium ad mediocritatem reducitur. Quod fiet tribus remediorum generibus, si vir vel fœmina calidior debito extiterit; Primò victu frigido de quo cap. *de uteri calida intemperie*, & potu aquæ, cerevisiæ mediæ vel Rhenani vini. Secundò medicamentis, quæ excessum caloris frænent, ut sanguinis missione bis aut ter in anno facta, & toties iterata purgatione ex infuso rhabarbari in aqua lactis, aut cich. manna, cassia, tamarindis, syrupo ex infus. rosarum vel violarum. Tertiò à temperantibus calorem, quod fiet si pluribus continuatis diebus singulo mane capiat ℥ v. ptisanæ rite paratæ, aut seri caprini in quo per noctem maduerint flores violarum, & borraginis, addito deinde saccharo, aut aqua cich. borraginis, acerosæ, ac similibus cum sirupo violarum, vel alio infrigidante, aut farre, aut electuario aliquo ex iis, quæ à nobis descripta sunt, c. *de uteri intemperie*, in quorũ compositione, adde pudendi tauri, & vulvæ leporis an. ℥ i. ß. Exterius etiã lumbis ac renib. applicabis unguentũ ros. sandalinũ, refrigerans Galeni addito resumptivo, aut succo cucurbitæ, aut lenti-

Si ex caliditate curatio

4. remed. genere.

lenticulæ paluſtris,& vaccino butyro recẽti,cõmendatur aquæ dulcis balneum,quæ tamen cautè facienda,ne ultra modum refrigeres.

Curatio ſi à frigiditate.

Quod ſi frigidior fuerit temperatura,quam maximè ſterilem eſſe diximus,quatuor curabis auxiliorum generibus, Primò calida victus ratione, de qua c. *de frigida uteri intemperie*: multò aromate cibi condiantur ,potus ſit vinum Hippocraticum, vel aqua cinnamomi, aniſi,fœniculi vel cocta cum corticibus citri,radice chinæ, ſmilace aſpera,aut ligno Jndico præſertim ſi humiditas conjungatur,conveniunt inſuper frictiones factæ, quoad cutis rubeat, tandem obeſos macrefacies valido exercitio,labore, & potu parco.

Secundo apparantibus frigidos,ac pituitoſos humores hac ratione, ℞ *radicis enulæ ,cyperi,calamenthi,fœniculi an.* ʒ ß. *foliorum meliſſæ, betonicæ, arthemiſiæ, pulegii, majoranæ an. m. j. fiat decoctio ad lib. j. cujus* ℞ ʒ iiij. *ſyrupi de arthemiſia ; mellis roſ. an.* ʒ *i. miſce*, pro doſi capiat per octiduum, deinde ſic purgetur, ℞ *electuarii Indi* ʒ ß. *trochiſcorum de myrrha* ʒ *i.* ß. *diacatholici* ʒ *vi. aut diaphœnici* ʒ *ij.* ß. *decoctionis pituitoſæ* ʒ *iiij. miſce*, capiat ſummo mane.

Vterum calefacientia.

Tertiò uterum calefacientibus internis ut ſpeciebus ,aut rotulis diarrod. abb. cum duplo rhab.dianiſo,diacimino , aromatico roſ. vel accipiat ſingulo mane ʒ i. theriacæ finiſſimæ cum vino generoſo, aut cochleare j. aquæ theriacalis optimæ. At humiditate redundante utendum inſuper ſudoriferis paratis ex decocto radicis chinæ,ſarſæ,aut ligni , à quibus iterabit ſuperius dicta medicamenta, donec temperamentum immutetur. Inter reliqua laudatur ſequens confectio. ℞ *zedoariæ,doronici,galangæ an.* ʒ *ij.* ß *ligni aloës, cinnamomi, cariophyllorum an.* ʒ *i.* ß. *ſpicæ, piperis longi an.* ʒ *i. ſatyrionis* ʒ *ij. caſtorei* ʒ *i. moſchi, ambræ, an. g. vi. ſaccharivel mellis deſpumati q. ſ.* fiat mixtura, cujus doſis ʒ iij. ſingulo mane,cum vino odorifero ac generoſo,confert uſus ſyrupi de radice chinæ cum multo aniſo,ac ejuſdẽ aniſi torrefacti creber uſus ante prandium,& cœnam, aut etiam aliæ tabellæ confectæ,ex aniſo, cimino,cinnamomo,amygdal. toſtis, aromatico roſ. Extrinſecus etiam balneis utendum ſulphureis, aut nitroſis, aut ex decocto herbarum matricariæ,arthemiſiæ, betonicæ, meliſſæ, in quo fœmina per horã ad umbilicum uſq; ſedeat,& interea ſacculis,in quibus portio earundẽ herbarũ includatur, fomententur partes circa pubem; à balneo ſuffumigium capiat intra uterum per vas anguſti orificij carbones cõtinens accenſos,ſuper quos hic pulvis inſpergatur, ℞ *bdellij, myrrhæ an.* ʒ *i. foliorum arthemiſiæ, & matricariæ ſiccæ an.* ʒ ß.

Sudoriferæ.

Confectio.

Extrinſeca Balnea.

Inunctiones *testiculorum vulpis assatorum* ℥ *i. gallinæ muscatæ* ℈ *i. omnia in tenuissimum pulverem redacta misceantur*; posthæc uterus ac totus venter inferior perfundatur oleo de baccis lauri, de momordica, de angelica, liliorum alb. de styrace, naphæ, cinnamomi, balsami, & apponantur emplastra pro matrice, quorum plures jam tradidimus descriptiones,

C. de uteri debilitate. est etiam non parvi usus hoc linimentum: ℞ *zibeti* ℥ ß. *croci, spicæ, styracis an.* ℥ *i. macis* ℈ *ij. olei de spica aromatica* ℥ ß. *vini optimi* ℥ *iij. ceræ parum*, fiat linimentum; Utero deinde ante coitum inditur pessarius hic, ℞ *castorei, opoponacis an.* ℥ *i. coaguli leporis* ℥ *ij. croci, ammoniaci, nardi, an.* ℥ *ij.* ß. *foliorum citri succorum, ac pulverizatorum* ℥ *iij. testiculorum vulpis* ℥ ß. *cum melle despumato* fiat collyrium, quo gossypium intinctum utero applicetur, ac retineat per diem ac noctem; celebratur maximè pessus ex allio hortensi, cum oleo de spica trito, linteo excepto, & locis muliebribus indito, qui uterum mira voluptate afficere creditur, & conceptum ac menses, promovere. Hippoc. polypos in flamma assatos, ac semiustos contra hanc sterilitatem laudat, quibus tamen omnibus cum moderatione utendum, ne noceas nimio usu, aut frustra labores, dum infra consistis.

7. popul. 6. 34.

Si ex humiditate curatio. Humida intemperies conceptum impedit, primò, si cum humore conjungatur, genituram suffocat, & extinguit; Secundò lubricitatem parit, qua facilimè semen prolabitur; Tertiò, non permittit semen fœcundum generari, sed humidum, aquosum, labile, incoctum, ideoque generationi ineptum, Quartò, quia humiditas robur, & firmitudinem uteri destruit, ac veluti paralysin, perpetuumque hiatum molitur, cujus ratione semen non complectitur, nec os uteri clauditur, ea vi, quæ sufficiat ipsum continere, cum tamen ita occludi sit necessum, ut nec acus specillum ingredi possit; curatur ut c. *de uteri humida intemperie* luculenter dictū est, ita tamen ut humiditati, quæ suffocat, evacuatione magis medeatur, ei quæ lubricat, exsiccatione & absterstone; quæ imbecillitat, roboratione; quæ laxat, adstrictione; sic tamen exsiccare oportet, ut modus servetur, quippe nec valde humidus, nec valde siccus uterus concipere potest.

Admonitio.

Conjuges examinandi ratio. Quoniam autem sæpe fit, ut qui generare simul nequeunt, sese conjungant, unde natura deluditur, & generatio perditur, & alter conjugum divortium à magistratu petit, qui hanc rem medico committit, hunc examinandi modū prudenter servari jubet Guido; con-

fideratâ,

sideratâ, inquit, prius temperaturâ, & compositione membrorum genitalium, adsit matrona proba, honesta, senior, ac exercitata, quæ præcipiat, ut jaceant simul conjuges per aliquot dies ipsa matrona præsente, confabulentur, & amplectantur, posteaquam calidis, ac multo aromate conditis cibariis usi sint, ac vino generoso, partibus etiam calidis oleis perunctis, deinde quod viderit, referat medico, qui cunctis sedulo pensitatis coram magistratu sententiam dicat, caveat tamen ne decipiatur, quia uti diximus, hac in re multæ fraudes sæpissime committuntur.

Scholium.

Qui generare nequeunt, impotentes dicuntur. Est autem impotentia duplex, naturalis, & accidentalis: Naturalis significatur apud Jureconsultos per verbum (frigidi) *accidentalis per verbum* (maleficiati) *quoniam ad impedimentum frigiditatis reducuntur omnes alij naturæ defectus, aut excessus, & arctio membri, quæ copulam impedit: Et ad maleficium, sive fascinationem quodlibet accidentale, quod ex abscissione, castratione, vel alio artificio nascitur, utraque impotentia si perpetua sit, & ante contractum matrimonium contigit, ad separationem satis est, quod autem matrimonium impediat contrahendum, contractum dirimat, ratio est, quia quemadmodum in aliis contractibus non est conveniens obligatio, si quis se obliget ad id, quod præstare non potest, ut apud Jureconsultos est* L. impossibilibus ff. de reg. juris: *ita in contractu matrimonij, quo conjuges ad debitum obligantur, non est conveniens contractus, si fiat ab aliquo, qui debitum solvere nequit; Nomine autem impotentiæ coëundi, non solum viri, sed & fœminæ naturale, & accidentale perpetuum vitium ante contractum matrimonium acquisitum intelligitur; perpetuum dico, quia temporarium non sufficit, additur ante contractum matrimonium, quia nec illud satis, quod post matrimonium contingit. Vbi advertendum leges maleficiatis concedere, ut post separationem contrahant cum alia: frigidis verò minimè; reddunt rationem, quia frigidus uni est frigidus alteri; sed cum antea dictum sit omnia vitia naturalia sub frigiditate comprehendi, & intemperatos non generare inter se, posse tamē gignere, si associentur contrariis temperaturis, videant jurisperiti quam firmiter hoc eorum placitum consistat in iis, qui propriè frigidi dicuntur, id est, per excessum qualitatis, quippe non semper sequitur, frigidum uni esse frigidum alteri, quia tametsi moderatè frigidus, si cum moderatè aut impensè frigida conjungatur, non generet, tamen temperatæ aut calidiusculæ si associetur, gignere omninò poterit, idcirco satius fuerit, si denuo contrahat, ne ge-*

Impotentiæ quale vitium.

Iurisconsulorum placitum non constans.

Triennij tempus statuitur ad cognoscendam sterilitatem.

neratio frustretur. Porrò in debilitate membrorum, ad cognoscendum, sitne impotentia perpetua an temporanea, statuitur triennij tempus, in quo conjuges diligenter dent operam generationi, & tunc si non inveniatur consummatũ matrimonium, separantur, qui tamen terminus interdum prorogari debet, ad majorẽ rei certitudinem; At si vir propter mulieris arctationem divortiũ petat, jubent leges, ut vocentur honestæ matronæ, peritæ, ac fide dignæ, quæ sedulò eam inspiciant, & si deposuerint arctam esse, illicò divortiũ permittunt, sed neq; hoc temere faciendum, quia stricta nonnunquam membrana, arctationis causa est, quam curari primo capite docuimus, & morbi qui recipiunt

Morbi qui recipiunt curationẽ, non dirimunt matrimonium.

curationem, matrimonium non dirimunt, ut neque contagiosi, sicuti lepra, Elephantiasis, aut lues Venerea. At dicunt tergiversatores, dirimere, si præcedant: nõ dirimere, si sequantur matrimonium, ego verò firmiter censeo, hæc neq; dirimere contractum, neq; impedire contrahendum, quod tamen faciunt vitia membrornm ad generationem pertinentium, si magna sint, dummodo post consummatum matrimonium non acciderint, quippe humanum est in casibus fortuitis mulieris maritum, & uxorem viri participem esse.

Quæst. an liceat sterilitatem inducere. 1. de morb. mul 99. Lib. 16. c. 16.

Quæstio hic evenit, an medico liceat sterilitatem inducere; quæ duas habet partes prima est, an conceptum impedire, secunda, an abortum provocare liceat, & quidem Hip. remedium ponit conceptum impediens, si mistos magnitudo fabæ aqua diluatur, & fœmina bibat, & lib. de nat. pueri, consuluit ancillæ, quæ dedecus verebatur, ut saltaret, quo fœtum expelleret; Aëtius jubet ut sternutet, potissima verò sunt, si in partu, ante, vel post partum non serventur ea, quæ ad prolificum congressum necessaria esse scripsimus, aut si contraria fiant, vidẽdus etiã Galen. 3. de nat. fac. c. 12. Montagana cons. 208. Aëtius serm. 16. Mathiolus super Discoridem: Et amblotica nominantur medicamenta à Galeno 6. Epid. Sed & ipse Aetius non tantum medicamenta refert, quæ sterilitatẽ inducunt, ac conceptum fieri prohibent, sed quæ factũ corrumpunt, & expellunt, cui cooperatur Avicenna; id quod in trib. casibus exequendum esse colligitur ex hisce autoribus, in quibus fœminis concipere tutũ non esset, quia in partu periclitantur. Primò quia fœmina ita tenella est, ut fœtum perficere nequeat, aut uterus ita parvus, ut ipsum non capiat. Secundò, quando os uteri angustum existit, de quibus dixit Avicenna, quibus uteri os concluſum est, non concipiunt, aut si conoipiant, in partu moriuntur. Tertio quando tuberculum, aut quippiam aliud in uteri osculo exortũ est, aut morbus aliquis in eodẽ utero consistit. Addit Theodorus Priscianus, expedire interdum, prægnantibus in vitæ discrimine constitutis, sub unius partus jacturã salutem mercari certissimam, quando aut matricis vitio aut ætatis impotentia sub qua præpropere frequenter partus evenit, fœminæ periclitantur. Sicut arborũ arescentum, ramorum accommodatur salutaris abscissio; & naves pressæ onere cum gravi tempestate jactantur, solum habent ex damno remedium. Ex altera nihilominus parte est idem circumspectissimus senex, qui in jurejurando mulieri ad

21. 8. tract. 2. cap. 17. Conceptum tribus casibus impediunt autores.

Altera pars

corrum-

corrumpendum conceptum vel fœtum, medicamentum non esse exhibendum, asseverantissime confirmat. Quidam existimant conceptum, nondum animatum, urgente necessitate licere corrumpere, animatum verò minimè, hi Hipp. in jurejurando de animato intelligunt, in aliis locis, de non animato, & hæc est communis opinio, quæ tamen mihi non undiquaque probatur, quia neque inanimatus temere corrumpendus, nam omnis fœtus corruptio (præterquam quod à viris peritis meritò dicitur homicidium imperfectum) mulieri etjam periculosa est, præsertim robustæ, uterumque duriorem ac densiorem habenti. Quocirca de tota re sic statuendum existimo; fœtum aut conceptum corrumpere nunquam licere, etiã periculo matris præsente, hoc enim in casu, nondũ effigiatum animatumve perdere, minus esse malũ, etsi detestandũ planè ac fugiendum: nam contendit natura quantum potest fœtũ adhuc non maturum retinere; ejusq; retinendi avida, non nisi confecta & evicta causis cedit abortivis, proindeq; in abortu matrem ulterius periclitari necessum est, & ejus corporis magnam fieri concussionem, & indicibilem humorum agitationem, ex quo corruunt Prisciani, & aliorum speciosa magis quam firma argumenta, de qua re videndus Baptista Silvaticus; graviter præterea censeo delinquere eos, qui prece, aut pretio mulierculis modum monstrant, quo conceptus impediatur, in hunc finem, ut in delitiis vivant, aut ut cœlent sua sive stupra, sive adulteria, sive incestus, nam ibi etsi non perditur animatus fœtus, perditur tamen absque legitima causa semen potentiâ animatum, & tam duri reatus conscientia medicorum innocens officium non debet maculari. Adhæc si prægnans in ventre, aut alibi vulneretur, sic ut abortũ faciat, si fœtus animatus erat, qui percussit, reus est mortis, si verò nondum animatus, mitius cum illo agendum judicarem. Nulla tamen venia sceleratis illis vetulis, & aliis lenis concedenda, quæ divinas, & humanas leges negligentes, malis suis artibus, consiliisq; imprudentiorum medicorum usæ, atrocia infanticidia dare non verentur, ubi enim in virgine aut vidua cujus pudicitiam, lenocinio sua expurgarunt, mutationes animadvertunt, veluti appetitum varium, cibi fastidium, vomitum, nauseam matutinam, passiones cordis, animi deliquia, dentium dolores, illicò arctissimè eam præcingendo primam faciunt experientiam, ut fœtum in utero conceptum extinguant, inde cum nullam opem sentiunt, medicũ accedunt, petunt ad menstruorum suppressionẽ remedium, ea enim retenta parere dolores in præcordiis, & fœmoribus, multosq; ciere vomitus honestæ personæ, quæ ob verecundiã medicum haud libenter adire vellet, ubi itaq;, quæ menses, & fœtum cieant à medico impetrarunt, utuntur, sin minus, ipsã malefica harum evacuationum nõ ignara à pharmacopolis petere & aliunde alias herbas cõquirere monet, ut his in vino utantur, alias suffiant, alias ventri imponant, & pro incessionib. parent, de quarũ etjam decoctis mane, & vesperi bibant, sed cum neq; hæc prosint, venas in utroque pede aperire moneat, aut cucurbitulas fœmorum internæ parti, quo facto perit,

Opinio quorundam

Conclusio autoris.

In medicis controvers.

Lenarum sceleratæ artes gravitèr puniendæ.

Lenæ imprudentiorũ medicorum consilio, infanticidia dant.

perit, quod in utero erat, hac observantibus interdùm matribus, & patribus-familias, ipsis verò prægnantibus, quod res est, dissimulantibus, prætexentibus q; dolores ventris, capitis, ac pectoris; redeuntibus verò menstruis, quando se fœtu norunt esse liberas, ad consuetam vitam redeunt; aliis quoque easdem artes communicant, ut eo plura infanticidia fiant, dum liberius vivere audent, & multa committere, quæ ex his paucis lectori æstimanda relinquimus: hæc tamen in eum finem fuerunt animadvertenda, ut à prudentibus magistratibus præoccupentur, & veneficæ hæ vetulæ, seu pestes per universum orbem liberrime vagantes, acerrimè puniantur.

Admonitio ad magistratus.

De sterilitate morbosa, seu diversis affectionibus, quæ conceptum impediunt. 10

CAP. III.

FIt etiam fœmina sterilis, ob morbosum aliquem affectum, qui partes generationi dicatas sic disponit, ut etiãsi fœcundissimo viro conjungatur, concipere nequeat. Hujus affectionis causæ, seu potius affectiones, quæ steriles fœminas reddunt, in triplici sunt differentia; quædam externæ sunt, aliæ internæ, pleræque etiam occultæ. Externæ quidem, ut tempus anni, aut regio nimis intemperata, præsertimque frigidissima constitutio aeris, vel etiam pestilens, crassa, nebulosa; medicamenta intensæ alicujus qualitatis utero 20 imposita, veluti ruta, vinum, camphora, sempervivum, cicuta, calx, auripigmentum, pulegium, acetum, sinapi, urtica, flos nenupharis; aut quæ nimium emolliunt, ut radix altheæ: aut quod impensè siccat ut terræ plurima genera, vel quæ nimis aperiunt, ut abrotanum, & sabina, si extra modum ac mensuram applicentur. Adhæc potus frigidæ, aut ebrietas, aut nimius esus fructuum horariorum, balnei usus immodicus, magnæ evacuationes, vita sedentaria. Internæ causæ censentur intemperies quælibet uteri, aut totius, de quibus supra cumulatè jam egimus: Insuper uteri laxitas seu lubricitas, & osculi ipsius resolutio sive paralysis, quæ facit ut semen ocyssimè prolabatur: uteri 30 durities ob siccitatem, frigiditatem, scyrrhum, aut callum, ejusdem uteri aut totius corporis nimia pinguedo, nam præ pinguedine uterus clauditur, & ineptus redditur semini trahendo, ac crassius omentum in causa est, ut pudenda aptari commodè nequeant ob prominentiorem

Causa.

Externæ.

Internæ.

Pinguedo.

rem ventrem; præterea major pars materiæ seminis absumitur in pinguedinem, & crassitiem, si præter naturam sit, quippe seminis, & adipis eadem est materia; & in viris obesitas breviorem efficit penem; fœminæ verò præter naturam pingues, menses habent diminutos, & multus in pinguedinem sanguis absumitur, ac quod superest, alendo fœtui non sufficit, cum maxima alimenti pars in pinguedinem transeat, ut scribit Aetius. Et ob hanc causam Hippocrates dicebat Scytharum plures fœminas steriles esse. Mulieres insuper præter naturam tenues, sunt inutiles fœtus gestationi quod dixerat idem Hipp. cujus rei causam esse existimat Avicen. quod tenuioribus os uteri perpetuò hiat; ego verò potius dixerim, tenues fœminas tenuem habere uterum, ac imbecillium, idcirco etsi in principio parvum fœtum continere possint, auctiorem tamen, nec retinere, nec absolvere posse imbecillam fœminam, nec rursus se ipsam firmari, & impinguari, nisi nutrimentum sibi soli attrahere anticipet, subindeque fœtus sufficienti indigens alimonia corrumpatur. Flatus etiam in utero concluſi sterilitatem faciunt, vel quod præ distentione apertum tenent ostium uteri; vel quod impetu suo susceptum semen propellunt, membrana etiam utero adnascens, quæ ipsũ claudit, de qua primo c. *hujus operis egimus*, quod lustrare non pigeat; sed & uteri hiatus, ac perpetua adapertio sterilitatis causa est, quia semen non continet, contentũ non amplectitur, proprium ante tempus excernit. Provenit autem uteri hiatus, ex ipsius insigni debilitate, quæ aut ex continuo menstruorum fluxu originem habuit, aut suppressi diutius sive menses fuerint, sive alii humores, derepente vi eruperunt, & extra modum fluentes compesci nequeunt; ex laborioso partu, vel abortu, quippe ex hisce causis uterus ita debilitatur, ut fibras & membranas observare nequeat, similiter contingit, ut pudendi sinus nonnunquam hiet, & nimium sit apertus ex magnitudine membri virilis, aut frequenti coitu. His adjunge aversionem sive contorsionem uteri, quia sive sursum sive deorsum, sive ad latera torqueatur, virile semen in uterum rectà ejaculari nequit. Sed etiã vitium menstrui sanguinis, steriles facit fœminas, nam si multus est, obruitur genitura; si parcus nec foras profluit, nec intus satis est, & inopia alimenti arescit semen, Hippocrat. & Arist. autoribus, si inordinatus, uterum non expurgat, & semen secum defert, ac genitu-

Aet. lib. 16. cap. 26. Hip. lib. de ſteri. de nat. mul. de aere, aq & locis Gracilitas. 1. Aph. 44.

Flatus uteri

Vteri hiatus eiusq; causa

Menſtrui vitium. Hipp. Lib. de ſterilib. Ariſt. 7. de hiſt. animal

ram prohibet: si corrupti menses, aut utcunque vitiosi, aquei, fœtidi, nigri, albicantes, flavi, virides, serius aut temporius fluentes, minus apti sunt ad concipiendum, quæ omnia dignosces, & curabis ex primò hujus operis libro. Porrò etiam vitiosum semen sterilitatis causa est, nam si aquosum & tenue, delineationem non suscipit; si crassum, à calore non evincitur, neq; ex eo efformari quicquam potest, & ineptum etiã est si labem aliquam contraxit, ex putredine vel lue Venerea, aut ex vitio alicujus membri principalis, aut ex commixtione alicujus pravæ substantiæ, qua uterus scatet. Tandem si paucũ est, genituræ non sufficit; si nimium, copiâ suâ virile semen obruit; ultimò quæcunque aliqua ex superiori libr. numeratis affectionibus in utero tenentur, difficulter aut nullo modo cõcipiunt. In abditis causarum generibus numeratur inprimis divina voluntas, deinde maleficia, carmina, & magicæ incantationes, nodi, nexus, ac vincula, quibus maligni homines fœminas ligant, neq; enim (ut inquit Fernelius) fabula est, ideo in jure pontificio extat de iisdem, textus *de frigidis, ac maleficiatis*. Et horum maleficiorum scribit Isaac quædã ex animatis fieri, ita testiculos gallorũ in lecto, sanguine positos, congressũ impedire; quædam ex inanimatis, ut si nux vel glans separetur, cujus medietates ab utraq; parte viæ ponãtur, per quã sponsi ituri sunt, aut si quatuor fabarũ grana, nescio, qua ratione electa, in lecto ponãtur, vel in via supra ostium, quod maleficij genus pessimum; ac efficax esse putat: quædam ex metallis; ut ex acu cum qua mortui consuti fuere; quædam ex characteribus scriptis cum sanguine vespertilionis. Secundò annumeratur abditis rerũ causis, veneni alicujus assumptio quo membrum aliquod princeps perditur. Tertiò medicamenta quæ suapte natura, aut superstitione adjuncta, sterilitatem inducant, qualia plerique putant plurima reperiri, & ejus generis esse, radicem filicis fœminæ mulieri exhibitam; aut si nitri, aluminis, vel picis quantitas, ciceris vel fabæ post coitum in ore uteri ponatur, aut si mulier gestet testiculos mustelæ maris ligatos in sinu muliebri, in pellicula aliqua, aut matrix capræ, quæ nondum conceperat, juxta nudum corpus, in quorum numero est usus piperis, aut nascale ex ipso, aut si statim à menstruo capiat ʒj. pulveris extremitatum hederæ; aut si gestet os de corde cervi, matricem mulæ, gagatem, aquilinumve lapidem sive ætiten, smaragdum, vel saphirum,

Semen vitiosum.

Abdita causa.

8. practica. xxviij.

Maleficiorũ differentia.

Veneni assumptio.

Medicamẽta superstitiosa.

saphirum, aut si comedat grana hederę nigræ, vel radicem pimpinellæ, vel in cubili appendat scolopendriam, aut corium mulæ, aut portet limaturam ferri, aut si mulier quæ peperit, & vult per aliquot annos nõ concipere, liget in secundina infantis, quam pepererat, tot grana cataputiæ, quot annis vult sterilis permanere; sic & opium, cicuta, mandragora, & similia narcotica viri testibus aliquandiu illita, aut pessi forma muliebribus indita sterilitatem inducunt; sed superiora totâ substantiâ, hæc manifestis qualitatibus, nam omnia ferè frigidissima sunt; & squama ferri impensa siccitate seminis materiam dissipat, frigida gelatum, & extincto spiritu examinatũ minimeq; prolificum reddunt. Hæc & multa alia à scriptoribus circumferuntur, sterilitatẽ inducentia, quæ tamen celare satius fuerit, ne maligni homines, aut incauti tyrones, prece aut pretio seducti, iis temere abutantur. Quartò ad hasce occultas causas quidã referunt astrorũ aspectus infœcundos in exortu fœminæ, aut in congressu; ut oppositum vel quadratum Saturni vel Martis cum Venere, quod fortasse vir doctus, & quem honoris causâ nomino Johannes Bokelius, & alii non admittent, quia semper superiora, cœlestiave corpora, ad utilitatem, & bonum inferiorum operari sentiunt, sed debuerant considerare, aspectus cœlestes nec pestem, nec sterilitatem positivè inducere, sed privativè, quatenus interdum, quantum oportebat, non adjuvant, negari autem non potest esse aspectus, qui validius, ac efficacius aliis, inferiora foveant ac vivificent; & hoc est, quod dicitur, hunc aspectum pestem generare, illum sterilem esse, quia nimirum, aut aeri non imprimit eam vim, quæ ad eius incorrupti conservationem necessaria erat, aut semini, debitam ad generandum efficaciam & energiam, non communicat.

Narcotica.

Bokelius & alij notantur.

Causarum externarum signa colliges ex relatione conjugum: cœli statum & regionem infœcundam deprehendes ex privatione aliarum causarum, & quia ea cœli constitutione aut regione, communis sit fœminarum sterilitas. Ad internas verò ut veniamus, si intemperies aliqua subsit uteri, aut totius, dignosces & curabis, ut dictum jam est capite proprio *de uteri intemperiebus* & cap. præcedente; laxitatem, & paralysin uteri tactu explorabis, & quod semen non retinetur, aut 2. die elabitur; durities etiã tactu dignoscitur, quia digitum non admittit, menses occultãtur, aut si apparent, sunt arenosi, teste Hippoc. genitură non suscipit, dolet inguen, & lumbi, ac laterũ adest mollitudo, ac de his extat aphorismus, *quibus os uteri durum est,*

Signa.

Internarum causarum signa.

Lib. de nat. mul. Lib. 5. aph. 54. 5. aph. 40.

iis uteri os comprimi necesse est, est autem compressio diversa à compressione prægnantis, quia in hac molle est uteri osculum, in illa verò durum.

Adnascentem membranam digiti admotione continges; & genituram non suscipit, mensibus interdum secundum naturam fluentibus, nimia pinguedo & crassities, vel etiam gracilitas, & tenuitas visu dignoscitur, ac de his dixit idem autor, *quæcunque prater naturam crassa, non concipiunt utero, iis vmentum os uteri comprimit, & priusquam extenuentur, non concipiunt.* Flatus accusant strepitus, quos fœmina sentit, & nonnunquam silentes, sæpe etiam prostrepentes, per os uteri exire percipit, ventre inflatur maximè à coitu, à quo confestim semen elabitur, rugitus adest, in inferiori venter, tensio, & molestia quæ flatu excreto cessat, quarum Hippoc. meminit in lib. Epid. dicens, nonnullis, cum Venere utuntur, inflari ventrem, nonnullis etiam strepere; quæ, ut scribit Gal. in com. aut affecta sunt ætate, aut melancholiâ laborant Hypochondriaca; quæ etiam assiduè coitum appetunt, nam flatu replentur à caloris debilitate, tametsi autem de Damagora quodam ibi sermonem habeat Hippoc. tamen fœminarum & marium communis est ratio, ut Galen. in com. & Paul. infra inquit, in accessibus nonnullæ perstrepunt, nonnullæ horrent: aliis venter inflatur: & quæ horrent cacochymia laborant, nam omnes mali succi plenæ cum vehementer repente calefiunt, horrore divexantur. Uteri hiatum indicant menses, plures, ac humidiores, inordinati, ac citra certas periodos, genitura intus non manet & digito os uteri hians comperitur, adest impotentia, febris, lassitudo, rigor, dolor in imo ventre, ac lumbis, & laterum mollitudo, in congressu nullam vel exiguam sentit delectationem, facilè semen citra sensum pellit, viro ingrata est, pudendum habet humectum, ut refert idem, senex. Uteros distortos dignosces ex ijs, quæ capite de uteri cõtorsione dicta sunt, menstrui vitia ex propriis locis & c. *seminis defectum ex iis qua superiori* c. *jam prodidimus*, ejus tamen labes ex colore, substantia, & odore dignoscitur; commixtio alterius substantiæ, ex superfluis purgamentis de quibus lib i. capite ult. Tandem abditas causas sic venaberis, venenum quidem sumpsisse, ex relatione, & ex læsione alicujus membri principis gravibusque accidentibus, & à communibus alienis. At ex influxu cœlesti provenire, indicium est,

Fœminæ, quibus Venter per Venerē inflatur. com. 3. 6. Epid. 12.

Com. 3. 6. Epid. 26.

2. de morb. mul. & lib. de nat. mul.

Signa abditarum causarum.

si in

si in signo frigido sicco, & sterili mulier nata sit. Maleficium & incantationes argues ex privatione aliarum causarum, & quia conjuges mutuò se diligentes coire nequeunt, aut cum ante ad invicem amore tenerentur, nunc citra evidentem causam odio se habent incredibili. Contingit autem maleficium quatuor modis. Primò si vir privetur genitiva potentia, cum propria conjuge, & non cum alijs, cujus contrarium facere credendum est philtrum, si tale quippiam reperitur, quod amare compellat hanc, non verò aliam. Secundò contingit maleficium cum uxorem habet vir exosam, nec potest illam cognoscere Tertio cum vult illam cognoscere nec exosā habet, caret tamē membri vigore. Quartò si vigorem habet, sed semen non emittit. Divinam voluntatem in causa esse comperies, ex absentia reliquarum causarum, præsertim quia cum uterque conjugum sint ritè constituti, tamen nulla sequitur generatio.

Quatuor modis contingit maleficium.

Curatio.

Ut igitur ab hac causa curationem sterilitatis ordiamur, imploranda quidem est divina majestas, inprimis recedēdo à nævis, & peccatis, deinde studendo eleemosynis, iejuniis, ardentissimis precibus, ac orationibus assiduis. Astrorum pernicies corrigitur, si prædominante astro contrario eo tempore, quo Luna viget, in signo prolifico fœmina concumbat. Contra Venenum pugnabis communibus alexipharmacis, aut unicuiq; veneno peculiaribus, de quibus singulares tractationes scripserunt, Aponensis Gajnerius, & Avic. ac nostra ætate Mercurialis, ac multi alij, ijs tandem medicamentis, quæ adversa sunt qualitati, à veneno aut medicamento in corpore relictę; odio se habentib. medeberis cum iis, quæ dejectam excitant Veneris appetentiā; ijs qui nimis ardenter coeunt, per ea, quæ caloré infringunt; Maleficia & incantationes exorcismis curantur, & adjurationib. quibus per divina immundus spiritus expelli traditur. Prodesse insuper contra maleficium dicunt, abrotanū oleo illitum, ac vino sumptum, radicem asparagi cum vino dulci coctam, allium hortense; satureiā, ocymū, vel carduum hortensem, generoso, vino maceratum, videndum etiam, ut ait Jsaac, an maleficium sit supra lectum, & auferatur, sed si autor die auferat, & nocte reponat, vel è cōverso mutare domiciliū oportet. Si characterib. investigandū, an sint supra limē ostij, vel ad cardines, si acus mortuorum, quærantur maleficia in culcitra, vel pulvinari, ac si non inveniantur, mutetur domus. Si ex fabis,

6.4. per totum.

Exorcismus.

nullo humano auxilio, sed sola divina virtute curari scribit author iste, si verò ex nuce, jubet ut uterque conjugum nucem integram separet, spargatque ex utraque parte viæ, deinde conjungat, & post septem dies coeant, hæc tamen omnia ea fide scribo, qua accepi, in genere, fatens eorum nullam adhuc feciſſe experientiam: autumāt etiam fel canis masculi nigri domui aspersum maleficium arcere, ac fel alicujus piscis, ejus præcipuè quem Itali (*Zangarinum*) vocant, si supra ignitos carbones ponatur, dum conjuges lectum petunt, omne maleficium dissipare; similiter si hydragyrum calamo inclusum nescientibus sponsis, lecto imponatur, nullum ejs maleficium nocere posse. Infœcundi aeris seu regionis medela est mutatio. Intemperierum curationes propriis capitibus tradidimus, sicuti etiam distorsionum, flatuum, & vitij menstruorum. Reliquum igitur est, ut laxitatem sive lubricitatem, hiatumque & duriciem, obesitatem sive pinguedinem, gracilitatem uteri, & seminis vitium, hoc capite inprimis curare doceamus.

Maleficium arcentia.

Curatio lubricitatis.

Lubricitatem igitur uteri, & laxitatem curabis, quatuor remed. generibus; præter ea quæ dicta sunt c. *de uteri intemperie humida*, & *de uteri imbecillitate*. Quocirca si humor simul adsit, quo uterus repletur, ac lubricus redditur, præordinata victus ratione exsiccante, utēdum primò evacuationib. per ea catharctica, quæ sæpius scripsimus, deinde sudor provocandus ex decocto radicis chinæ, sarsæ, aut ligni Indici. Cibaria condiantur sale, ab antiquis sacerdotali dicto, quod sic concinnatur: & *salis communis* ℥ ij. *cinnamomi electi* ℥ iiij. *piperis, amenos, sileris montani, hyssopi, origani, pulegij an.* ℥ ß. *siccentur omnia ac pulverizentur subtilissime*; absumit capitis, & ventriculi pituitosos humores, uterum purgat, bonum reddit anhelitum, oculos mundificat, ac dentium dolores mitigat, tussim sedat, & respirationis difficultatem.

Sal sacerdotale.

Abstergentia uterum.

Secundò abstergentibus, & exsiccantibus, abstergunt uteri- 30
ni clysteres ex prædictis decoctis cum melle, suppositorium sive pessus ex succo Mercurialis cum mithridatio, & mastice, qui per triduum detineatur; deinde sequatur hoc balneum ℔ *matricaria, absynthij, origani, calaminthi, arthemisiæ, florum camamali, meliloti an. m. j. seminis rutæ sylvestris, styracis, calamenthæ, xylobalsami, carpobalsami, costi, rubeæ, been rubei an.* ℥ ß. *coquantur in q. s.* aquæ pro balneo, à quo fiat sequens suffumigium & *thuris mastices, ladani, myrrhæ, nucis cupressi, foliorum*,

rum ejus ligni aloës, capulorum glandium, zedoaria, rasuræ eboris an. ʒ ß. *cum axungia anserina recenti*, fiant trochisci, ex quibus uterus suffiatur, ac denuo reponatur pessus.

Tertiò roborantia in usum veniunt, ut sequens confectio singulo mane cum vino exhibita. ℞ *cariophyllorum, cinnamomi, galangæ, zinziberis, xyloaloës an.* ʒ *i. nucis moscatæ, zedoariæ, seminis ocymi, spicæ, croci an.* ϑ *i. ossis de corde cervi, rasuræ eboris, margarit. an.* ϑ *ij. ambræ g. x. mosci g. iij. sacchari q. s. cum aqua naphæ, vel ocymi*, fiant tabellæ, dosis ʒ i. aut etiam dempto saccharo, & addito ladano, & styrace, emplastrum confice ad corroborandam matricem, in quem usum utilia sunt reliqua, quæ variis hujus operis locis habes, præsertim c. *de uteri debilitate*. *Roborantia uterum.*

Quartò adstringentibus utendum, de quibus c. *de immoderato menstruorum fluxu*, satis copiosè dictum jam est. *Adstringentia.*

Eadem fere ratione curatur uteri hiatus, victus nimirum ratione aridiori, & constringenti, crebra purgatione, si humores abundent, sudoriferis, ac balneis sulphureis, sirupis ex ligno Guajaco, suffumigiis supradictis, & evaporationibus ac fotu ex decocto myrthi, lentisci, vitis, fol. ros. & olivæ vel radicis bistortæ, quinquefolij, cyperi an. ʒ ij. ros. cum calicibus corticum mali granati, balaustiarum an. ʒ i suberis ʒ ß. hederæ m. j. fiat decoctio in aqua, & vino rubeo. Laudat Hippoc. pulverem magnetis linteo ligatum, ac muliebri lacte madidum, sinui muliebri inditum: conficitur insuper pessus sic, *aluminis, myrrhæ, agallochi, pilorum leporis, rutæ, baccarum lauri, doronici, nucum cupressi, singulorum* ʒ ß. *styracis* ʒ *ij. ambaris* ʒ *i. mosci* ϑ ß. *oleo myrthino excipiantur*, ac fiant pessi, aut per infundibulum uterus suffiatur ex iisdem pulveribus sine oleo, aut ℞ *symphyti, alūminis, balaustiarum, myrrhæ, olibani, masticis, terræ armeniæ, nucum cupressi, cornu cervi singul.* partes æquales, pulverizentur, ac dentur singulo mane ʒ ij. cum vino adstringenti. *Hiatus uteri curatio.*

Durities si ex frigiditate proveniat, evaporationibus, fomentis, ac suffumigiis curatur, & reliquis quæ c. *de uteri frigida intemperie* retulimus. Inprimis autem si durities ex siccitate contingat (quæ maximè facit steriles fœminas ut est sterilis sicca terra, argillosa, arenosa, vel petrosa, nā ex defectu alimenti corrumpitur semen, dissipatur & conteritur, & exiguum aut nullum ex utero sicco alimentum capessit) *Duritiei uteri ac siccitatis curatio.* *Siccitas sterilis & cur.*

pessit) tunc fomenta & balnea fiant aquæ dulcis, vel lactis, aut olei dulcis, seu amygdalarum dulcium aut etiam ex decocto herbarum, & rerum emollientium, ut malvæ, violarum, camomillæ, meliloti, radicis altheæ, iridis, asari, & similium; Hippocrat. hoc laudat ℥ *vini optimi; & aquæ an. partes æquales, radicis, ac seminis fœniculi an. m. ij. vel tres pro ratione liquoris, unguenti rosarum* ʒ *iiij. infundantur cuncta in vas novum, cujus operculum perforetur, ac imposita arundine fiat fomentatio.* Deinde sequenti unguento partes inferiores liniantur ℞ *axungiæ gallinæ, anatis, anseris, an.* ʒ *i. olei amygdal. dulcium, liliorum, sesamini, singul.* ʒ *i. ß. radicis iridis, altheæ, asari an.* ʒ *j. ceræ albæ q. s.* fiat linimentum; demum pessaria applicentur, primas tenet aureus pessus, cujus à nobis sæpius facta mentio est, aut ℞ *radicis, & foliorum altheæ, malvæ an.* ʒ *iij. farinæ seminis lini, fœnugræci an.* ʒ *i. adipis anseris* ʒ *iiij. ß. croci, & musci an. parum, excipiantur serico linteo,* ac fiat pessus, qui intinctus oleo irino, aut de semine cucurbitæ, si calor adsit, locis applicetur; alius conficitur ex radice altheæ intincta in axungia gallinæ, vel butyro non salito. Est tamen sequens majoris efficaciæ, quia emollit, digerit, humectat, extenuat, & repurgat: ℞ *cerothi hyssopi, medullæ cervinæ, adipis porcinæ recentis, therebinthinæ, ceræ albæ an.* ʒ *i. ß. aloes* ʒ *ß. butyri, adipis anserini, coaguli leporis, myrrhæ an.* ʒ *iiii. cassiæ, nardi, an.* ʒ *i. mellis q. s.* fiant pessaria; idem ferè præstat alius sic, ℞ *seminis lini, altheæ, fœnugræci an.* ʒ *i. in vas novum immittito, in quo olei dulcis ea quantitas sit, ut semina contegantur, quæ cum leviter concoqui cæperint, supernatantem spumam colliges, & addita axungia anserina, ac ceræ q. s.* fiant pessi. His non proficientibus, alius concinnabitur, ex nitro, & ficu arida, aut ex unguento irino cum lana, qui per triduum apponatur, deinde Mercurialis herba, vel pulvis ejus cum unguento rosarum, ut saniem, si quæ sit, educat; vel, uti docet Hippocrates, plumbeus penicillus per triduum indatur; at si durities fuerit callosa potius ex radice altheæ tres ordine fieri debent, magnitudine se superantes, quorum major primo die butyro, aut pinguedine illitus per 24. horas apponatur, à quo secundus, & tandem tertius crassior, quem immorari finito diutius, denique curabis sicuti hecticarum corpora, & siccitatem uteri.

Lib. de nat. mul.

Unguentum Fomentum per arundinem.

Pessi emollientes.

2. de morb. mul.

Pinguedinis curatio. 2. de temper. 4.

Pinguedo & crassities sive obesitas, Galeno autore, duplex est, naturalis, & adventitia, de qua, ut idem refert, celebratum illud est,

crassum

craſſum ventrem non parere ſubtilem intellectum, eſt autem obeſitas hæmorbus in magnitudine impediens coitus operationem, ſæpe etiam eſt ſymptoma, quoniam ſolum pulchritudinem lædit. Cauſæ verò obeſitatis ſunt aer frigidus, ſomnus longus, vita otioſa, à curis & ſtudijs libera, & à Venere, cibi copioſi, pingues ac boni ſucci; ac ſi naturalis ſit, cognoſcitur ex venarum anguſtia, glabritie, corporis infirmitate, & carnis frigiditate. Adventitia contra ex venarum amplitudine, hirſutie, corporis æquabiliori frigiditate, in utraque tamen vires ſunt imbecilles. Curatur utraque, præſertim aſcititia, nam naturalis ferè curari nequit, duplici propoſito ſcopo, prior eſt, ut jam facta pinguedo abſumatur, ſecundus proſpicere ne nova generetur. Hæc fiunt quatuor remedior. generibus. Primò victus ratione, in qua potiſſimum curationis ratio ſita eſt, eſto igitur aer calidus & ſiccus, ſomnus parcus, ac ſuper lectum duriuſculum, vita laborioſa, & curis ac ſollicitudinibus domeſticis incumbens, exerceatur fœmina validè, alvus lubrica ſit, potus vinum aquoſum, aut granatorum, aut acetum lymphatum, in quem uſum Hiſpalenſes mulieres exiſtimo uti cibo ex pane & poſca, ſive aqua & aceto quem vocant *gaſpacho*; Salmanticenſes verò, & alias ex aqua conficiunt, & ſpeciebus aromaticis, & *alojam* dicunt, Luſitanæ pulchritudinis ſtudioſæ uſurpant limones cum ſale, qui cibus valde extenuat, laudatur panis hordeaceus, quia minus nutrit, reliqua nutrimenta in pauca ſint quantitate, ex piſcibus ſalitis, & infumata carne, & montana, fructibus acidis, amaris omnibus & acribus, ut aromate multo, & amygdalis amaris, fames nunquam explenda, à pinguibus, & dulcibus abſtineant.

Victus.

Gaſpacho.

Aloia.

Secundò evacuantibus utendum, ac potiſſimum vomitus prodeſt iteratus iis, quæ aſſuetæ ſunt vomere, & facilè tolerant, deinde purgatiunculæ leviores ſæpius iteratæ, nam fortiora medicamenta corpora obeſa non tolerant, quia viribus non conſtant, idcirco etiam à ſanguinis miſſionibus abſtinendum, quamobrem errant, qui putant ad pinguedinem detrahendam conducere hoc remedij genus, ex quo potius frigidior redditur habitus corporis, & vires labuntur. Utendum igitur hiera Galeni, pillulis de aloe, maſtychinis, deinde iis, quæ per urinam evacuant, quæ maximæ ſunt efficaciæ ad extenuandum, ut radice apij, aſparagis, dauci ſemine,

Vomitus.

Obeſitatem non tollit ſang. miſſio.

Diuretica.

& ijs quæ menstrua provocent, ut capill. Veneris, arthemisia, pulegio, sabina.

Tandem sudor proliciendus decocto sarsæ, aut ligni Indici, non verò radicis chinæ, quæ impinguat. Plutarchus, & Cælius Aurelianus ad emaciandum laudant rorem cœlestem, rationem reddunt, quia mordicativam possidet virtutem, potius tamen puto, quia purgatoriam habet facultatem. Porrò commentitium videtur, quod Plinius narrat, Lucij Apronij consularis viri filio detractos adipes, levatumque corpus immobili onere, nisi prædictis remediis, ac non ferro levatos intelligat, vanum etiam, quod alius fecisse fertur, qui ad levandam molem, ventrem inscindi jussit, sic magna pinguedinis frusta detrahi.

Macrefacientia. Tertiò utendum medicamentis alterantibus, & discutientibus calidis & siccis, tam internis quam externis, ut oxymelite simplici vel composito, & posca pro potu; pro sale verò usuali, sale theriacali, vel sacerdotali dicto; trochiscis de vipera, theriaca, mithridatio, dialacca, diacimino, diacinnamomo, diatrionpiperion, gentiana, & similibus, ex quibus electuaria concinnari possunt, aut ℥ *seminis anisi, fœniculi, agni casti, rutæ, cumini, carvi, piperis, zinziberis, masticis, nucis myristicæ, galangæ, ameos, amomi, granorum juniperi, foliorum majoranæ siccæ, pulegij, laccæ, sandaracæ, radicis gentianæ, aristolochiæ rotundæ an. partes æquales, pulverizentur subtiliter*, de quo pulvere capiat per horas duas ante pastum ʒ j. cum aceto, vel cum melle seu oxymelite, fiat electuarium, cujus dosis ʒ i. Extrinsecus attenuant, & macrefaciunt balnea sulphurea, aluminosa, aut ex aqua marina, vel commoratio in arena, sole æstivo, frictiones, & reliqua remediorum genera jam connumerata. *Admonitio.* Sunt tamen admonendæ fœminæ, ne imprudenter desiccativis utantur, ab eis enim mensium viæ arctantur, qui ad superiora recurrentes, jecoris, & lienis pariunt obstructiones, unde mors etiam sæpe accidit, quod contigisse scimus filiæ Illustris cujusdam Comitis Hispani, quæ obesitatem pulchritudinem minuere sibi persuadens, immodico usu cicerum torrefactorum cum sale, loco elegantiæ conciliandæ prædicta mala contraxit, ex quibus mors subsequuta fuit.

Quartò iis, quæ partem respiciant, & prohibeant pinguedinem gigni,

gigni, in uteri oſculo, aut genitam atterant atque conſumant, prohibent quidem ſanguinis miſſio ex brachio, cucurbitulæ ſcapulis affixæ, ligaturæ & frictiones brachiorum, atteruñt jam genitum ſuffumigia ex ſequentibus trochiſcis ℞ *maſticis, myrrhæ, aloës, aluminis, ſalis an.* ʒ ß. *cum gummi tragachanti*, formentur: aut adminiſtrentur evaporationes, & balnea uſque ad umbilicum, ex decocto menthæ, calaminthæ, origani, pulegij, marrubij, centaureæ, radicis gentianæ, ariſtolochiæ, foliorum lauri; conducunt balnea ſulphurea, vitrioli, aluminoſa, aut ferrata, qualia ſunt Leodij in Germania, Lucæ in Italia, Ledeſmæ in Hiſpania, Benaventi in Luſitania. Suppoſitoria inſuper minora initiò, ut locus dilatetur, deinde majora, ex eadem ſuffumigia materia, cum oleo abſynthij, vel ℔ *pulveris cinnamomi, cariophyllorum, nucis myriſticæ, ſpicæ nardi, calami aromatici, majoranæ ſiccæ, pulegij, abſynthij an.* ʒ. ß. *cum ſucco aut oleo convenienti*, fiat linimentum, in quo goſſypium aut lana intingatur pro peſſis.

Viterum reſpicientia.

Balnea naturalia exſiccantia.

Difficilius fuerit graciles incraſſare & pingues reddere, ut etiam difficile, ſiccam corrigere intemperiem, quia humiditas contraria parum activa, & humida ſubſtantia deperdita, haud facilè reſtauratur, ideoque ritè Galenus dixerat, longius eſſe humectandi quam exſiccandi tempus. Curatio fiet per ea, quæ validè nutriant, & humectent de quibus copiosè dictum eſt cap. *de ſicca uteri intemperie*, eis ſi addas, quæ etiam capite *de calida* ſcripta ſunt, abſolutam habebis curationem, haud multum diverſam ab ea, quæ hecticis convenit; præter quæ prodeſt etiam creber uſus cibi albi, leucophagum dicitur, & hac ratione paratur. ℞ *amygdalar. dulc. decorticat. lib. ij. per noctem in aqua macerentur, deinde in mortario diligenter contundito, inſpergendo modicum aquæ roſarum ne oleum faciat, deinde capi vel gallinæ pectus exoſſatum in eodem mortario concoques, indeſque farinam oryzæ, vel panem jure macro remollitum, zinziberis parum: aliqui addunt, ſacchari lib.* ß. miſce, & per extractorium farinaceum in ollam mundam tranſmittito, ferveat lento carbonum igne, ſæpe agitando, ne adhæreat, coctum ubi ſit, aquæ roſarum ℥ iij. affundes per patinas aut portiones diſtribues, & ſaccharum inſpergito. Conducunt præterea vitelli ovorum, juſcula pinguia, paſſulæ vino madidæ, farrum, lac vaccinum, vel amygdalinum; ficus; dactyli, pinei nuclei, pedes vitulini, arietini, vinum album tenue, ſomnus præſertim matutinus lõgus, lẽtæ frictiones, balnea aquæ tepidæ, aut ex decocto malvæ, bis

Si ex gracilitate curatio.

Leucophagum.

malvæ, brancæ urſinæ, viol. affuſa in fine frigida aqua, ne inſignis fiat evaporatio, à balneo inunctiones, & unguenta, potuſque lactis, & cibus, ex prædictis rebus à quo ilicò dormiat, clyſteres nutrientes, aer calidus, & humidus; animi pathemata omnia vitanda, admittendæ jucundæ confabulationes, animus ad hilaritatem componendus, Venus eliminanda.

Localia.

Quod ſi aut ex cauſa aliqua prægreſſa, aut ratione totius, uterus etiam vel os ejus ſit gracile, iiſdem fere remedijs utendum, localia tamen parti inprimis ſunt applicanda. Aquoſum ſemen emendabis per ea, quæ contra humiditatem hoc c. dicta ſunt, cibus ſit craſſus, & ſolidus, vina fortia, conducunt inſuper omnia, quæ contra virorum ſterilitatem ſunt dicenda; ſi provenit vitium ſeminis ex morbo, curetur ipſe morbus, ſi à nimio potu, abſtineat; ſi à calore, jũgatur fœmina frigidiuſculo viro: ſi ex frigiditate, calido, quales nigriores ac robuſti, utatur diagalanga, diamoſco, & diamargaritone calido. Craſſum ſemen attenuabis per ea, quæ adverſus ſiccitatem pugnant, de quibus c. *de uteri ſicca intemperie*: Corrupto providendum iis, quæ affectiones principalium membrorum ſanant, ac putredinem cohibent, ut bona victus ratione, ſanguinis miſſione, purgatione, & iis quæ per epicraſin corpus evacuant, deinde fontanellis, ſudoribus, & aliis, quæ uterum à ſpurcitia vindicant, de quibus c. *de epilepſia ex utero* id quod etiam Hippocrat. commendaverat; præter quæ laudatur à Priſciano ſequens peſſus. ℞ *opobalſami* ʒ *i. peucedanij* ʒ *j.* ß. *ariſtolochiæ* ʒ *i. myrrhæ* ʒ ß. *aloës* ʒ *ij. croci* ʒ *i.* ß. *medullæ cervinæ, adipis anſerini an. q. ſ. miſce*, fiant peſſaria; deficiente ſemine, mederi alimentis benè nutrientibus ac flatulentis Galenus jubet: copia curatur, ut c. *de gonorrhœa* dictum eſt 4. remed. genere; reliqua, quæ ad ſeminis emendationem faciunt, petenda ſunt ex cap. *de virorum ſterilitate*.

Si ex vitio ſeminis, curatio.

1. de morb. mul.

Semen deficiens, aut ſuperabundans.

5. ſimpl. 13.

De ſterilitate ad tempus.

CAP. IIII.

Affectus natura.

STerilitas ad tempus, dupliciter fœminis accidit, primò quando fœmina ante maturam ætatem, vel poſt ſenectam nubit, ideo nõ concipit,

concipit, secundò quandò peperit quidem', sed à primo partu, aut secundo, sterilis facta est; Primi generis sterilitas accidit, cum fœminæ nubunt ante 14. annum, vel certè antequam menses efflorescant, de qua in physiogenesia plus satis dictum est, tunc enim non concipiunt, quia debiles evadunt, concalefactis aut disruptis vasis, maximè si virile membrum magnum sit, aut semen viri vitiosum, & sponsa tenella, quippe ex vi à pudendo illata os uteri inprimis debilitatur, insuper si virgines, quæ morbo aliquo afficiuntur, viro jungantur, dum enim devirginantur, os uteri enervatur, & humores in corpore redundantes ad uterum confluunt, obstructionesque, febres, & pleraque alia mala gignunt; quæ verò grandiores jam nubunt, difficulter concipiunt, quia uterus induratur, semen vitiatur, & menstrua evariant. Porrò sterilitatis, quæ fœminis accidit, posteaquã semel pepererunt, meminit Hippocrat. pluribus in locis, fit autem multis de causis: Primò ob naturalem defectum ex morbo, & vitioso apparatu, aut ex natura ipsa; sunt enim fœminæ, quibus sufficit semel peperisse, quamvis partus laboriosus non fuerit, tanta quippe illis ineſt compositionis tenuitas, & potentiarum uteri infirmitas, ut à novem gestationis mensibus, uterus prorsus defessus evadat, ita ut amplius concipere nequeat, aut si concipiat, fœtum continere non possit, quod malum illustribus fœminis, & ijs qui in otio degunt, potissimum obvenit, & Scytharum fœminis idem sæpe contingere Hip. scribit, ideoq; earum ancillas, ob frequens exercitium, virorum mixtione gaudere, & fœtus felicius concipere ac retinere. Secũdo provenit hæc sterilitas ex difficili laborioſove partu, vel abortu, à quo uterus labefactatur, distenditur ac dilaceratur, vel ligamẽta ante statutum tempus disrumpuntur, vel ex mortuo fœtu, ob fœdam & conspurcatam colluviem, ac intemperiem, aut ex uteri mola, ad quam vel sequitur fluxus immoderatus mensium, vel suppressio; ac tandem ob vitiosum uteri situm, quem vel ex aliis causis acquisivit, vel ex laborioso partu, vel abortu, à quo articulationes ossis sacri, coxarum, & dorsi, ita distenduntur, ut uterus deinceps conceptionis officio fungi non possit, quia retrahitur, prolabitur, torquetur, vel quavis alia figura afficitur, ita ut antequam ad propriam sedem reducatur, debite semen recipere nequeat, ex quibus etiam variæ intemperies oriuntur, quæ sterilitatis causæ fiunt.

Causæ.

1. de morb. mul. 98. Lib de steril. text. 12.

Lib. de aere aqua, & locis t. 48. Scytharum ancillæ fœlicius concipiunt, quam eorum conjuges.

Curatio. Si igitur admodum puella sit sponsa, à viro arceatur, donec grandior facta, robur ex intempestiva devirginatione amissum recuperet, vitam agat sedentariam, bonis utatur cibis, ac optimi nutrimenti, à primo concubitu ea adhibeantur, quæ adstringunt, & roborant, de quibus superiori capite 3. remed. genere, & capite *de fluxu menstruorum*, deinde quando viro accessura est, pudendum lavet cum ijs, quæ laxent, & humectent, ac emolliant, de quibus superiori capite § *de uteri duritie*, à coitu emplastra roborantia umbilico adhibeantur. Quæ verò grandiores jam nubunt, balneis, fomentis, incessionibusque, & pessariis emollientibus, ac reliquis omnibus, quæ ibidem sicco & duro utero prodesse diximus, tractandæ sunt, ut uterus mollescat, semen rectificetur, ac probe menstrua fluant. Pro valetudinariis, si affectiones, quas patiuntur à semine vel menstruis vitiatis, oriantur, nullum aliud præstantius auxilium reperies, quam si viro conjungantur: verum si ob jecoris, vel totius corporis vitia fœmina laborat, coitu non levatur, quin potius nova inde mala succrescunt, evocatis in uterum vitiosis humoribus, idcirco præsidium est à viro abstinere, donec bonam recuperet valetudinem, quod si matrimonio celebrato interdum viro accedere velit, purgato corpore, vel aliter præmunito, id fiat: hinc vulgarium error reprehenditur, qui indiscriminatim nil utilius valetudinariis virginibus esse putant, quam si viro committantur, quippe si à menstruis, vel semine affectio sit levantur quidem, si verò ab aliis causis affectio proveniat, in majora pericula deducuntur.

Si grandior sit sponsa.

Si valetudinaria.

Error quorundam.

Si ex laborioso partu vel abortu affectio fiat, curatur per ea, quæ propriis capitibus dicenda sunt; si ex mola, juxta conditionem affectus, quem dereliquerit, ut sistentibus fluxum, si immoderatus sit, aut provocantibus, si sit diminutus; si ex fœtu mortuo per odorata, & per ea quibus uterus delectetur, & ad nativam temperiem reducatur, ita conveniunt pessaria ex theriaca, & mithridatio cum balsamo, oleo naphæ, lavendulæ, aut Jhasminorum, quæ etiam liquata in conveniente liquore, per metencritam injiciantur, aut odoratis suffumigiis utendum, ut bezoino, styrace, ladano, & trochiscis de ambra, de mosco, aliptæ, & galliæ muscatæ. Si ex contorsione, dignoscitur ex tumore, ac dolore partis ad quam incumbit, curatur per ea, quæ retulimus c. *de uteri recursu ad varias partes.*

Si ex partu vel abortu.

Si ob

Si ob delicatam & debilem naturam fœmina non concipiat, medeberis primò cibis solidioribus, vino, & exercitio habitum corporis reficere, & solidiorem reddere aptis, cavendum ne frequenter fœmina viro accedat, sed per longa intervalla, sic enim robustior erit, & uterus avidius genituram trahet, firmius retinebit, ac efformabit. Secundò adhibeantur utero & lateribus ejus emplastra ipsum roborantia, qualia pro matrice, & similia à nobis posita capite *de uteri infirmitate*, ex quo petenda reliqua hujus causæ curatio est; Eadem ratione medetur, si ex ruptione, lassitudine, aut tensione oriatur, ac per ea, quæ cap. *de partu laborioso* dicturi sumus. Tertiò si ex dearticulatione ossis sacri, coxarum aut dorsi, laborandum prius, si quid luxatum est, sublevata cute, ad pristinum locum reducere, ac divulsam carnem conjungere, donec sine molestia, ac dolore fœmina propriis muniis uti possit; deinde emplastra roboranta, & solidantia applicabis, hoc autem ut rectius fiat, emollientibus utendum, ut facilius cedant luxatæ partes, applicandum itaque prius hoc remedium, quod sevatum appellant, & mirificè emollit. ℞ *caricarum pinguium* ℥ *iiij. dactylorum sine ossiculis* ℥ *v. florum lavendulæ p. ij. sevi renum capræ lib.* ß. *radicum altheæ coctarum, & pistarum* ℥ *x. fœcis ceræ lib.* ß. *bulliant in lib. ij. vini albi, ad vini consumptionem, facta colatura adde sevi arietis liquefacti* ℥ *i.* fiat ceratum, cujus infima pars attingens os sacrum esto amplior, quo utatur per dies viij. deinde reductis partibus adhibeatur sequens cataplasma ℞ *pieis utriusque, therebinthinæ an.* ℥ *i. galbani, serapini, ammoniaci, myrrhæ, masticis an.* ℥ *iij. cinnamomi, nucis muscatæ an.* ℥ *i. croci* ʒ ß. fiat cataplasma, ejusdem fere virtutis est aliud, quod sic paratur ℞ *pulveris ligni aloës, cariophyllorum, sanguinis draconis an.* ℥ *i. succini, bezoini an.* ℥ *ij. granæ* ℥ ß. *ambræ, & mosci an.* ʒ. *therebinthinæ q. s.* fiat cataplasma parti luxatæ apponendum. Interim tamen umbilico aliquot ex emplastris pro matrice apponantur, aut ex proximè dictis pulveribus cum ladano, balsamo, & taccamacca, subinde post menstruam purgationem, fœmina suffumigium capiat per uterum ex his trochiscis ℞ *ladani depurati, styracis an.* ℥ ß. *cariophyllorum* ℥ *i. terantur in mortario lapideo cum pistillo calido & aqua rosacea,* ac fiat pasta pro trochiscis, à quibus fœmina os uteri zibeto inungat, ut curata affectione reficiatur, viresque resumat.

Si ex delicata natura & debili.

Topica roborantia.

Ex dearticulatione.

Sevatum.

Cataplasma.

Trochiscis.

De ste-

De sterilitate virorum.

CAP. V.

Definitio.

QUoniam virorum sterilitas fœminas etiam, etsi per accidens, steriles reddit, de ijs hoc loco agendum fuit; fiunt autem viri steriles perinde ac fœminæ; idque ob varios affectus, utcunque tamen hæc affectio, est impotentia seu difficultas viri ad generandum debito tempore; symptoma in genere noxæ actionis naturalis, & contingit viris ex parte virtutis, instrumentorum, aut materiæ, sive seminis, ita fit ut quatuor sint modi sterilitatis in viro; primus est genitalium partium ignavia, quæ quidē impotentia est ad exercendam rem Venereā, quamvis ea uti vir cupiat; tales in Venerem haud promptè ruunt, & si conentur, pudendum non attollitur, aut si attollatur, molliter ac leviter id fiet, moxq; in fœminę accessu subsistit, semine citissime citra ullā delectationē emisso, vel excreto flatu per intestina, aut aliter, ut in senib. contingit. Secundus modus est vitiata figura, ut si penis decente brevior sit ut ad os uteri pervenire nequeat, aut si debito lōgior, tunc enim minus delectatur fœmina, quia pudendi summitas titillationis locū præterit, ac plurimū ferit, & uteri collū dilaceratur dolore; ac mala figura afficitur, semenq; in lōgo itinere vitiatur: quidā addunt, quia etiā infrigidatur, quod mihi minus probabile videtur, quia nō video, qua ratione in membro calido, munitoq; à collo matricis etiam calidiusculo, infrigidari queat, potiusq; putarem haud debitā fieri ejaculationē, quæ tamen omnino requiritur ad delectationem, quæ non parum ad generationē facit: vitiatur insuper figura ex nimia crassitie, & latitudine, quā fœmina sustinere nequit, vel adeo os uteri aperit, ut hiare ipsum faciat, & prę dolore comprimi nequeat, ac semen retinere, adhæc si sit inflexum, aut tortuosum, aut vir hypospadius, (sic dicuntur, qui non in glandis summitate, sed in radice ipsius foramen habent) quales sæpe vidimus, atque hi omnes non rectâ semen in uterum ejaculari possunt, ut superiori capite proditum jam est. Tertius modus est seminis vitium, quia vel intemperatum ut frigidum, aut fervidum,

Quatuor modi sterilitatis in viro.

Vitiata penis figura.

Hypospadij qui.

Seminis vitium.

vel

vel fluxile, aquosum aut tenue; justo crassius, parcius, aut copiosius, unde fit, ut aut diu detineatur, aut citius, quam par est, excernatur, virileque detumescat ante debitum tempus, imo sæpius ante congressum, sic ut coire non possit. Quartus modus est totius corporis vel principis alicujus partis debilitas ob morbum, vel caloris defectum, ut si cor, cerebrum, aut epar, à quibus spiritus genitivus effluit, debilitate laborent, aut renes, vel lien affectu aliquo seu obstructione teneantur. Ex quibus constat steriles viros, aut coire non posse, aut semen non emittere, aut si emittant, inutile esse. *Debilitas partis principis.*

Fit genitalium ignavia ex mollissima, & effœminata carne, pudendi nervosa substantia, testium attritione, parvitate, frigiditate, humiditate, paralysi, quales sunt enuchorũ, qui thlibiæ dicuntur, aut exectione eorundem, ut sic comprehendantur tres eunuchorũ modi, de quibus alibi dictum; fit insuper ex obstructione vasorum seminaliũ, colis aut viarum ejus distorsione, aut compressione, propter quam semen ejaculari nõ potest, fit etiam ignavia ex maleficio, ut dictum est c. superiori. Vitiata figura errore naturæ aut nervi brevitate contingit. Seminis vitium ex testium, & vasorum seminalium frigiditate nascitur, sicuti erectionis defectus, ex mollitie, & relaxatione fistulosi nervi, nam hæc invicem se consequuntur, quia ex frigiditate nascitur aquosus humor, qui laxat, & defectus flatus, unde virile non erigitur; aut etiam ex penuria spiritus, vel flatus, quos dissipat calor multus, aut constringit frigus, aut verecundia, & occupatio in rebus arduis facit, ut non accurrant ad testes spiritus vitales, ac influens calor, in quib. præcipua ratio prolifici seminis sita est. Ejus autem frigiditatis causæ prægressæ sunt, ventris nimia pinguedo, omenti moles, potus frigidæ, usus medicamentorum refrigerantiũ, qualia in testium inflammationib. adhibentur. Totius corporis, aut partis principis vitiũ fit, ob impensum aliquod intemperamentũ, vel ob luem Venereã, vel ex nimia obesitate, quæ certè una ex potissimis causis est, cur tam fœminę quam viri sint infœcundi, si Hipp. credimus, Arist. & Plinio; ratio est, quia seminis, & pinguedinis eadem est materia, ideoque tantum de semine deest, quantum pinguedinis abundat, ac insuper penis brevior efficitur. Evadunt etiam impotentes, quibus sectio venarum retro aures facta est, aut ob morbum assiduum ustiones, fontanellæ, vel aliæ apertiones fiunt, à quibus

Causæ.

Lib. de nat. mul.

Frigiditatis virorum causæ.

Hipp. lib. de sterilibus. Arist. 1. de gen. anim. 18. 2. de gen. animal. 19.

Obesi cur steriles.

quibus humor continuè manat, & minuitur materia seminis, tametsi enim semen à cerebro non decidat, est nihilominus cerebrum pars, quæ vim, & efficaciam semini ac testibus tribuit.

Signa.

Igitur membri paralysis dignoscitur, quia nulla fit erectio, & in aqua frigida non contrahitur, quia sensu ferè caret; ignavia ex habitu obeso, & molli deprehenditur, & glabricie, vita crapulis, & otio dedita, unde fit, ut viri septentrionales minus cupiant fœminis commisceri, ob nimiam corporis liquiditatem, ventrisque mollicie-em ac frigiditatem, quæ faciunt, ut minus viri ad coitum proritentur, quippe accedit temperaturæ crapula, & assiduæ compotationes, quæ eos humidiores, frigidioresque reddunt. Pudendorum defectus, mollities, laxitas, tortuositas, aut depravata compositio oculorum inspectione captatur, aut laborantis relatione. Reliqua testium intemperatorum signa coincidunt ferè cum signis intemperati uteri, de quibus supra, nam viri calidiores testes accusat in Venerem ab adolescentia propensio cum subita penis erectione, ac celeri excretione seminis, quod etiam calidum, acre, & mordax sentit, & ipse, & mulier ipsa: offensio à calidis idipsum ostendit, & quod modico frigore juvatur, partes genitivæ & his proximę usque ad umbilicum, celerrime plurimis vestiuntur pilis flavis, aut nigris: si calidiores & siceiores simul præter dicta signa semen crassum est. At si calidiores & humidiores, Venerem minus prædictis appetunt, & usu ejus immodico minus lædùntur, imo abstinentia Veneris offenduntur; frigidorum testium signa sunt contraria, nam si simul humidi sint, vir verecundus est inter mulieres, penis illi tardè, & rarò attollitur; Venerem serius exercere incipit, nec ea delectatur, semen tenue & aquosum tardè in coitu excernitur, frigidum à muliere sentitur, infœcundum omninò est, vel fœminas gignit, partes genitivæ, & his vicinæ aut glabræ sunt, aut pilis tardè convestiuntur, & illis quidem tenuibus: frigidorum, ac siccorum testium indicia eadem, nisi quod semen parcius & crassius.

Septentrionales cur Venerem minus appetant.

Testium calidiorum signa.

Frigidorum

Signa vitiati seminis

Seminis vitium deprehenditur, quia si frigidum sit, tenue aquosumque ocyus redditur, ac prorsus labile, & sine delectationis sensu, sæpe etiam absque erectione effluit, unde corporis imbecillitas sequitur, extenuatio, & macies, quinetiam mulier ipsum in utero

frigidum

frigidum deprehendit, ac viri ut plurimum verecundiores sunt inter mulieres. Si paucum, cum animi deliquio excernitur, totius corporis debilitas ex morbo totius dignoscitur; partis autem principis, quia aut epileptici, aut epatici, aut timidi, solliciti, prẽter modum verecundi, tristes, furibundive sunt, aut coitum præter rationem abominantur, vel simili aliquo affectu corripiuntur; illud enim cordis, hoc genitalium infirmitatis indicium est, demum steriles sunt, qui actus exercent muliebres, aut voce fœminas referunt, quia & ijs membra præcipua, à quibus spiritus genitivus decidit, debilia sunt, sicuti & illis, qui paucos barbæ pilos & exiles habent, cum ijs enim testium frigiditas conjungitur, sed & steriles qui pluribus fœminis delectantur, & propriæ non conveniunt, quinetiã inviti coitus steriles censentur, nam dicente Aëtio, Amor genitura conciliat, & propterea fœminæ amantes crebrius pariunt, nisi nimium ardens sit concubitus, ex quo semen dissolvitur, & evanescit. Porrò coitus frequentia homines reddit steriles, & ad generandum debiles, aut si quis à prima juventute immodicæ libidini sese emancipaverit, vel si coitum exerceat cum puella admodum pusilla, aut cum vetula, his enim genitalium virtus debilitatur; at si cum menstruata, aut valetudinaria congrediatur, aut non gignit, aut fœtus erit vitiosus: jam verò coitus illicò à medicamento purgante, aut sanguinis missione, vel evacuationibus magnis aut laboribus, non sterilis duntaxat est, sed plerumque lethalis.

Lib 13 c.26.

Coitus à medicamento purgante lethalis.

Curatio.

Qui ex ipso ortu spadones existunt, & impotentes, quia arte medica curari nequeunt, dimittendi sunt, sicuti & illi quibus arteriæ retrò aures scissæ fuerunt. In alijs curatur sterilitas, primò tamen videndum, an malum proveniat ex vitio totius corporis, cordis, jecoris, cerebri, aut renum, quo casu medebitur juxta rationem unius cujusque morbi præsentis, aut membri affecti; si ex seminis vitio, obesitate, aut laxo corporis habitu, curatur ut superiori capite dictum est; membri virilis mala compositio etiã corrigitur, nam hippospadij emendãtur summa glande perforata, & canaliculo immisso. Exiguitas membri frequenti coitu, nam officij proprij exercitatio robur partium augere solet, ut Galenus autor est, ideoq; asperis etiã frictionib. utendum, inunctione olei castorei, costini, nardini, lumbricorũ, fomentatione ex lacte tepido ac decocto piperis, & piretri,

Hipposphadij cur.

6. de loris. 4.

14. meth. in fine. præcipit enim idem Galenus, ut quibuscunque particulis bonam habitudinem reddere cupimus, has,& fricare,& perfundere,& percutere,& picare jubeamus, tantisper dum intumescant, protinusq; desistendum, id quod satis erit si fiat in hyeme bis, in æstate semel; deinde in congressu fœmina crura habeat elatiora, & ventrem pulvino suppositò: at si in longitudinem protenditur, fœmina totum viri pudendum non suscipiat, sed manu ad radicem ipsius penis apposita, vir strictim contineat. Si tortuosum ac curvum sit, quod ligamenti brevitate fieri diximus, paretur canaliculus plumbeus, vel argenteus, accommodatus crassitudini ipsius penis, in quem immisso alligentur fistellæ, ita, ut tandem figura membri recta ac naturalis recuperetur, prius tamen inungatur butyro recenti, oleo liliorum amygd. dulc. quæ si non prosint, ligamentum abscindatur, deinde dictis jam, & alijs mollioribus inunctionibus tractetur, quo etiam modo frenulum curari debet.

Frænuli curatio.

Si ex ignavia genitalium.

Verum si ex ignavia genitalium, corporis ac seminis frigiditate vel paucitate oriatur, quod ut plurimum fit, curatur quinque remediorum generibus, quorum generalis scopus sit Venerem excitare: sunt porrò quæ Venerem excitant in triplici differentia, ut colligitur ex Galeno; quippe alia seminis abundantiam præstant, quæ calida, flatuosa,& humida sunt, bene nutriunt, totisque substantijs familiaria existunt: alia genitum semen provocant,& tentiginem excitant, quæ calida sunt, & flatuosa citra exsiccationem; alia flatum generant, erectioni pudendi maximè idonea, quæ humiditatem flatuosam, & semicoctam in se continent; ex his quælibet, alimenta sunt aut medicamenta. Primò igitur convenit aër temperatus, somnus paulo longior, molliusculis culcitris ex pluma, ut est septentrionalium usus, vita delitiosa,& læta, animi securitas, remotio curarũ, sollicitudinum ac tristitiæ, leves etiam frictiones manibus fiant, deinde inunctiones humectantes, supra dorsum, genitalia, & circumjacentia membra; audiat amatorias fabulas, lusitet cum pulchris & lascivis puellis, à coitu tamen abstineat, quoad animus assuescat, & genitalia valida facta fuerint. Aspicere gallos & similia animalia coëuntia, Veneris appetentiam excitat; nam.

Venerem excitantia. 6. de loc. 6. 5. simpl. 23.

Victus ratio

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit.

Reverentia

Reverentia tamen honestatis moraliter perpetuò servetur, vitetur repletio, ebrietas, & infrigidantia, ut lactuca, papaver, opiũ, & similia, calida nimis, quæ ventositatẽ consumunt, ut agnus castus, ruta, balnei usus immodicus, frequens coitus, cacochymia, & larga sanguinis missio, aut purgatio; cibi sint optimi ac plurimi nutrimenti, sed qui non ita facile concoquantur, ut major flatuũ copia excitetur; convenit itaq; panis ex optimo tritico confectus, cum semine sesami, aut dauci, ex reliquis cerealibus, oryza, cum amygdalarum contuso, & lacte ovino, fabę, fasceoli, pisa, fœnũgręcũ, & ciceres, quib. præcipua laus est, quia & abundè calefaciunt, & flatum pariunt, multique sunt alimenti. Ex carnib. vitulina, vervecina, hædina, capones, gallinæ, perdices, phasiani, attagenes, & columbini pulli pinguiculi, sed omnium superat vires Catullianus passer, quia mirificè Venerẽ incendit, & semen auget, turturum etiam, anserum, anatumq; caro, aut bovina cum eruca cocta, præsertim verò passerum, & columbarum cerebella, arietum, & gallorum testes, Nota est apud Lusitanum historia mulieris, quæ incauta marito dedit in cœna testiculos gallorum; cum melle & aromate paratos, ex quo cibo in priapismum, & Veneris insatiabile irritamentum devenit: ova insuper sorbilia, præsertim perdicis cũ pulvere pudendi tauri, vel cervi exsiccati, vel si necessitas urgeat cum pulvere pedum aut rostri stincorum; summè laudatur cibus ex ovis vinoq; paratus, adjectis croco, cinnamomo, & saccharo, qui cibus teste Valeriola Gallicis (*sambajon*) dicitur. Ex piscib. utiles saxatiles omnes, & optimi nutrimenti, ut gobiones, lucij, buglossi, cyprini, soleæ, auratæ, muli barbati, ac similes multo aromate ac vino conditi, aut hoc intinctu. ℞ *galangæ, piperis longi, cinnamomi, zinziberis, cardamomi, nucis muscatæ an.* ʒii. *croci* ℈j. *nucleorum pini, pistaceorum, avellanarum, dactylorum, passularum an.* ʒiii. *contundantur omnia simul, & cum sapa vel vino fiat intinctus*, quia tamen plures non delectantur dulcibus admixtis piscibus, dactyli & passulæ detrahuntur, & loco sapæ acetum additur. Ex oleribus conveniunt mentha, & ruta viridis, sic enim flatus excitant ac Venerem provocant, siccæ vel frixæ extinguunt ac discutiunt, nasturtium, asparagi, cynaræ, seu scholimus sive carduorum capita, quæ summè laudat Avicenna, melissa, pulegium, ocymum, satureia, enula, ormininum, fœniculum, buglossa, brassica, borrago, & eorum semina: Ex fructibus

Cibus.

Cent. 2.

Sch. 8. Hist.

Sambajon.

Intinctus pro piscibus condiendis.

Olera.

20. 3. tract. 1 cap. 21.

Fructus.

ctibus nuclei pini, castaneæ, avellanæ, amygdalæ, pistaceæ, ziziphæ, mixariæ, dactyli, nux Indica condita, aut juglans recens, cinnamomum viride conditum, uva recens, aut sole exsiccata, ficus, eruca. Ex radicibus pastinaca, dauci radix, quam vocant carotam, satyrion, allium, cæpa, napi, raphanus, radix eryngij, vel acori, ac eorum semina, quorum condituras vide apud Platinam lib. de honesta voluptate, sive de arte coquinaria; præsertim vero bulbi copiosum generant semen & lac, unde illud Epigrammatarij.

Radices.

Cum sit anus conjux, & sint tibi mortua membra,
Nil aliud, bulbis quam satur esse, potes.
Qui præstare virum Cypriæ certamine nescit,
Manducet bulbos, & bene fortis erit.
Languet anus, pariter bulbos ne mandere cesset,
Et tua ridebit prælia blanda Venus.

Cibi compositi Venerem excitantes, & fœcunditatem inducentes.

Lac insuper bovinum, ovinum, humanum, camelinum, & butyrum omne ad Venerem faciunt, cum quibus, ac vino fruges ut plurimum elixentur, ita poteris parare vermiculos ex farina factos, quos Hispani (*fiados*) Lusitani (*aletria*) vocant, sic leucophagum parabis, aut ex vitellis ovorum tritis cicus concinnetur, cum semine erucæ, lacte, vino, & aromate, vel ex dactylis pinguibus cum hordeo, farre, lacte, vino, ac cinnamomo; sequens cibus plurimi est alimenti, tardè coquitur, epar, & renes concalefacit, ac Venerem mirificè excitat. *℔ gallinas, caposve bene exenteratos & lotos, in veru tamdiu ad focum volve, quoad semicocti fuerint, inde tessellatim divisos in ollam indito, amygdalas deinde tostas sub cinere calido absterso, tere, his buccellas panis subtosti addito, mixta cum vino ac jure per cribrum setaceum transmitte, omnia in ollam pone, insperso cinnamomo, zinzibere, & saccharo multo, tamdiu effervere finito lento igne procul à flamma, quo ad justam coctura perveneri, semper miscendo, ne adhæreat*; hic etiam cibus fœcunditatem inducit; ℞ *raparum, pastinacæ, oryzæ, frumenti excorticati an. partes æquales, coquantur in jure arietis cum capis, & brassica, ac cerebellis avium, terantur postea, & asperge pulveris cinnamomi, cariophyllorum, galangæ, caudæ stinci an. pro ratione, jusculum potetur, ex reliquo fiat cibus spissus*, qui mirabiliter inducit fœcunditatem, cui rei etiam peculiaris est oryza abluta, ac emollita in lacte per diem ac noctem, postea cocta in lacte, & butyro

tyro vel aqua & oleo, additis zniberis, erucæ, piperis longi, an. g. x. ſacchari, & mellis ad guſtum: Item cæpa cum ovis, & butyro frixa, caſtaneæ excorticatæ, ac coctæ in jure pingui gallinæ, aut in aqua, deinde in lacte addito zinzibere, & eruca; aut ℞ *mellis anacardi, mellis apum, butyri vaccini an. partes æquales, ferveant ſimul, & dormitum* iturus aſſumat quantitatem lupini cum vino; ad Venerem irritat id, quod ℞ *radicis ſatyrij, eryngij conditi, conſervæ dauci an. ℥ iii. pulpæ dactylorum lib. ß, nucleorum pini, avellanarum torrefactarum, piſtaceorum an ℥ iii. ſeminis bulbi, amaraci, napi, paſtinacæ, mercurialis, erucæ, linguæ avis, ſeu nucis muſcatæ an. ℥ i. piperis longi, albi, galangæ, cardamomi an. ℥ ii. zinziberis conditi, teſtium vulpis, priapi tauri an ℥ ii. ß, medullæ nucis Indicæ ℥ j. contundantur, & ad ignem cum ſaccharo ferveant, & additis ſpeciebus*, fiant rotulæ; addunt aliqui in compoſitione ℥ ii. caudæ ſtincorum, ſed tunc magis erit medicamentum, quam cibus.

Secundo medicamentis utendum, quę ſemen provocent, tentiginem excitent, & ad membri erectionem faciant, hæc intus ſumuntur, aut extrinſecus applicantur, utraque ſimplicia, aut compoſita; ſimplicia quidē cenſentur, præter jam dicta, urtica, camepitheos, apium, petroſelinum, eruca, carvum, piper longum, ac nigrum, zedoaria, coſtus dulcis, ſatyrium, zinziber, galanga, piretrum, fœnugræcum, ſeſami, ac lini ſemen, dactyli, ſemen malvæ, lingua avis, quæ eſt fructus arboris, cujus ſuccedaneum nux myriſtica. Fortiora ſunt, caro leutræ vermes multipedes, ut ſtellio, lacerta, ſtincus, præſertim ejus cauda, renes, & extremitates, ex quibus variæ fiunt compoſitiones, inter quas ferè omnium conſenſu hæc primum obtinet locum. ℞ *ovorum vitellos num. vi. butyri recentis, lactis ovini an. q. ſ. veretri taurini exſiccati, ſatyrionis, zedoariæ, zinziberis conditi, teſticulorum vulpis, & galli ℥ i. teſticulum dextrum arietis, cerebellorum paſſerum elixorum, deinde aſſatorum ℥ ii. medullæ nucis Indicæ ℥ i. ß, nucleorum pini, piſtaceorum, amygdalarum mundatarum, dactylorum, ſeminis malvæ, mercurialis, erucæ, cariophyllorum, zinziberis, piperis longi albi, nigri fructus, qui dicitur lingua avis, cinnamomi an. ℥ ii. coquantur omnia in lacte ovino, contundantur poſtea cum eodem lacte, & adde caudæ ſtincorum ℥ ß, melliroſati lib. ii ſacchari albiſſimi lib. vi. bulliant lento igne, ſemper miſcendo, quoad conſiſtentiam electuarij acquirat, doſis eſt nucis quantitas ante prandium, & cœnam, cum vino optimo, eſt adeo mirabile,*

Medicamenta.

Conſerva prima.

mirabile, ut plerique dicant, divinitus fuisse revelatum, quidam sine cauda stincorum parant, quod securius fuerit.

Secunda. Secunda confectio ejusdem fere efficaciæ sic concinnatur. ℞ *satyrionis lib.* ß, *dactylorum* ʒ *iiii. zinziberis conditi, myrobalanorum, emblicorum conditorum, jujubarum an.* ʒ *ii. coquantur in lacte ovillo, postea pistentur, & adde testiculorum gallorum, & verris an.* ʒ *ii. cerebellorum columborum, & passerum* ʒ *iiii. cerebella ac testiculi in vino coquantur, & cum modico butyro, vel oleo olivarum quodammodo frixa parentur additis vitellis ovorum tribus, ac tandem adde mellis despumati, sacchari albi an. lib. ii. bulliant lento igne,* semper commiscendo, & facta coctione pulverem adde hac ratione seorsim paratum. ℞ *pulveris pudendi tauri, seminis erucæ an.* ʒ *iii. galangæ, zedoariæ an.* ʒ ß *cinnamomi* ʒ *v. piperis longi, seminis fraxini an.* ʒ *ii.* ß, *seminis mercurialis, & malvæ an.* ʒ ß, *medullæ nucis Indicæ, pinearum mundat. fisticorum, amygdal. dulc. an.* ʒ *ii.* sensim misceantur, & fiat electuarium, vel sine melle, boli parentur, seu morselli cum saccharo dissoluto in aqua melissæ, dosis ut suprà.

Tertia. Tertia sic conficitur: ℞ *diasatyrionis ex secunda Mesuei descriptione* ʒ *ii. utriusque diamargarit. aromatici ros. an.* ϑ *j. cinnamomi* ʒ ß, *pudendi cervi usti* ϑ *j. cum melle anthosato, & radice una zinziberis viridis, misce,* detur mane, & hora somni magnitudo avellanæ cum vino albo.

Quarta. Quarta recipit *corticis citri, zinziberis viridis conditi an.* ʒ *j. conservæ eryngij* ʒ ß, *carnis lentræ* ʒ *iii. testiculorum vulpis, vel pudendi ejusdem, & tauri an.* ʒ ß, *pulveris diamosci* ʒ *i. cum melle,* fiat opiata, dosis magnitudo avellanæ, ut suprà.

Pulvis. Pulvis etiam paratur hac ratione: ℞ *seminis erucæ, pudendi tauri, testiculorum vulpis an* ʒ *i. galangæ, piperis longi an.* ʒ ß, *zinziberis, cinnamomi an.* ϑ *i. caudæ stincorum* ϑ *i.* fiat pulvis cujus capiat ʒ ß in ovo, horâ somni, cui addi potest saturejæ, & urticæ semen, aut ℞ *seminis erucæ, urticæ, satureiæ, testiculorum vulpis an.* ʒ *i.* ß, *caudæ stincorum* ʒ ß, *cum cerebellis passerum,* fiant pillulæ, dosis ʒ *i.* ℞ *radicis satyrionis, cerebellorum passerum an.* ʒ ß, *radices coquito in aqua, cerebella assato & admixtis palmarum floribus, & carne dactylorum, ac modico caudæ stincorum cum melle,* fiat confectio, mane & vesperi exhibeatur, quia maximi creditur esse juvamenti.

Externa. Interim tamen dum hæc assumuntur, lumbi, pecten, perinæum ac pudendum perfunduntur oleo sambucino, de nuce Jndica, de styrace,

styrace, de spica, liliorum, mastichino, laurino, moschelino, ac de euphorbio, vel de castoreo cum pinguedine vulpis, cuniculi, lacerti, vel stinci, aut fiat linimentum sic; ℞ *olei de spica, de castoreo, sambucini an.* ℥ *j. adipis cuniculi, & anatis an.* ℥ ß, *adipis passerculorum infarctorum radice satyrionis, & modico zedoariæ, adipis columborum an.* ℥ *vi. seminis eruca, raphani, cœpæ, pulverizati, zedoariæ an.* ℥ ß, *croci g. vi.* fiat linimentũ pro prædictis partibus, cui consimile sequens est, ℞ *asæ fœtidæ, pyretri, staphysagriæ, eruca, seminis cœpæ, piperis, castorei, myrrhæ, styracis calamithæ an.* ℥ *i. pistentur omnia simul, & extrahantur per cetaceũ, adde axungiæ leonis, olei de costo an.* ℥ *ii. ceræ q. 5.* ad lentum ignem fiat unguentum, refrigerato, adde mosci ℈ j. post cœnam ungatur tota spina, renes, lumbi, testes, perinæum ac pudendum; ad Venerem etiam mirè stimulat id, quod recipit *olei formicarum* ℥ *ii. seminis cœpæ, erucæ an.* ℥ *i. euphorbii, castorei an* ℈ *j. cum cera,* fiat unguentum; aliud perutile, recipit *axungiæ vulpinæ, succi erucæ an.* ℥ *vi. testiculorum vulpis* ℥ *ii. coquantur ad consumptionem succi, coletur, & adde ceræ* ℥ *vi. seminis cœpæ, baccarum lauri an.* ℥ *ii.* fiat unguentum, aut ℞ *olei de castoreo, de nuce Indica sing.* ℥ *j. aliptæ, muscatæ* ℥ *i.* ß, *mosci* ℈ ß *castorei* ℈ *j ceræ q. 5.* fiat unguentum; & galangam ore sæpiuscule masticando detineat. Sequens tamen reliquas inunctiones longè superat. ℞ *formicarum alatarum* ℥ *iii. olei sesamini, liliorum an.* ℥ *i. infundantur, ac per* vi. *dies soli exponantur, deinde coletur, & adde euphorbii* ℈ *i. piperis, rutæ an.* ℥ *i. sinapis* ℥ ß *iterum insoletur per dies viij.* & utatur pro inunctione prædictarum partium.

Linimentum.

Tertiò roborantibus renes, & genitalia membra, quod faciunt theriaca, mithridatium, diamarg. calidum, diamoscum, diambra, diagalanga, diasatyrion, diaspermaton, quorum assumatur quantitas nucis juglandis cum vino generoso mane, & vesperi; aut sequens fiat confectio, ℞ *nucleorum pini, amygdalarum dulc. excort. an.* ℥ *ii. seminis eruca, urticæ, fœniculi, pastinacæ, anisi an* ℥ ß *piperis, cinnamomi an* ℈ *i. ramenti genitalis cervi, satyrionis an.* ℥ ß, *diambræ, diamoschi, sing* ℥ ß *sacchari dissoluti in aqua melissophilli q. 5.* fiant morselli: Roboratur etiam virile membrum, si id, ac vicinæ partes inungantur supra jam dictis linimentis, aut oleo in quo bullierit radix narcissi, coccus gnidius, semen urticæ, viticis, pyretrum, coagulum leporis aut leonis: vel etiam melle, oleo de napha, nardino, aut balsamo, in quo grana aliquot

Roborantia genitalia.

Confectio.

Inunctiones.

quot moſci ſint diſſoluta, aut piperis grana trita, miſce cum tragacanto, & prædictæ partes, ac virgæ caput ijs inungatur.

Roborantia membra principalia.

Quartò ijs quæ reliquas partes principes, quarum infirmitate generationem ſæpè inpediri diximus, vegetiores reddant, ac ſi cerebrum ſit læſum, utendum eſt electuario pliriſarcoticon cum moſco, dianthos cum eodem, aut conſerva florum roriſmarini, betonicæ, majoranæ, ſalviæ, meliſſæ, radicis acori, ac ſimilibus. Si ventriculi affectio adſit, valet diatrion pip. diagalanga, diamentha, diambra; ſi cor, utendum mithridatio, conſerva florum auranciorum, theriaca, diambra, diamargaritone; at ſi ex Epate debilitas ſit, zinzibere condito, dialacca, diacurcuma, aromatico roſ. ac ſimilibus.

Quæ à tota ſubſtantia Venerem juvant.

Quintò, ſubjungenda ſunt quædam, quæ à tota ſubſtantia Venerem, & generationem juvare creduntur, in quorum numero eſt, cameli coagulum aqua potum, mulſum cum oleo amygdalarũ dulciũ, & pauco croco, galanga in ore detenta penis erectioni confert, limatura eboris, cor exoſis ſive Salmonis tranſglutitum, viſcus quercinus, arthemiſia; teſticulus verris, & (uti dicunt) dexter ſit, ſi vir maſculam cupit prolem, ſiniſter, ſi fœminam. In Atlantis jugis radicem reperiri Indi affirmant, cujus eſus ad augendam continuandamque Venerem mirificè proſit, ſuper eam ſi quis urinam reddiderit, ilicò turgere libidine, virginibus, ſi ſuper eam ſedeant, aut urinam faciant, perinde rumpi naturæ membra, ac ſi à viro fuerint vitiatæ, teſte Scaligero. In Indiæ provincia ſub tetra laboratoris arborem eſſe, cujus fructus medulla adeò validos efficit ad coitum, ut propè ſit miraculo ejus efficacia (*agnaca*) illi nomen; ejuſdem facultatis ſunt collocatiç radix cruda vel cocta, ſed & urtica prima, quam Ægyptij vocant (*Angiar*) ſi cum vino dulci bibatur, ut ſcribit Proſper Alpinus. Quinetiam Indi (*Bangue*) ſemen, & folia edunt, ut fiant in Venerem procliviores ut refert Graccas ab horto, cubebarum ad Venerem excitandam maximus uſus apud Indos, Turcæ amphione utuntur in eundem finem; cariophylli quatuor drachmarum pondere, ex ovillo, bubulove lacte hauſti Venerē excitant. Sitamus vulgo ſigillus Mariæ ſi ſub cineribus calidis aſſetur, ac comedatur reliqua ſuperare auxilia creditur, ova itē cyprinorum frixa, aut polypi, ſi probe concoquantur. Oleum formicarum volantium plurimum ad coitum facit, conficitur autem, ſi formicæ alatæ cum oleo in vaſe vitreo ſedulò

Radicis cujuſdam virtus mirabilis.

Ad Cardani ſubtilitates.

De plantis Ægyptiorũ. Lib. 1. c. 22.

Matthiolus 3. Epiſt. ult.

dulò occluso per dies 40. insolentur; gallum pinguem verno tempore dempta cute, & interaneis sale fartum in umbra suspendito, donec arefiat, mox exossato, & una cum sale conterito, in vitrea ampulla servetur, hujus ʒ ii, si accipantur, mirè Venerem proritare dicitur; sepijs etiam nucibus & alijs paratis quidam vescuntur, ut salaciores fiant, chrysocolla, borax officinis dicta, ciceris magnitudine in ovo sorbili ebibita, tentiginem ciet, & hominem in priapismum trahit, ut scribunt Lusitanus, ac Mercurialis: de bulbis, satyrione, ac gallorum testiculis plus satis jam supra dictum est, stincorum caudam pleriq; comedunt, Trallianus tamen partes circa renes, Plinius laterum carnes accipiendas volunt, sed videtur quidquid circa renes est, undiquaque accipi posse, totumq; corpus præter caput & pedes, ut Gesnerus vult. Sed neque hoc silendum, quod ajunt, si quis felursi alligatum fœmori dextro habuerit absque noxa coitum exercere, item lanam sanguine vespertilionis infectam, mulieri dormienti sub capite positam, ipsam ad coitum irritare. Hippomanes philtrum esse creditur, & tantas ei amoris veneficij inesse vires, ut mares ad rabiem coitus agat, Est autem Hippomanes, Plinio autore, tubereulum in fronte equi innatum, caricæ magnitudine, colore nigrum: quod statim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, si quis præreptum habeat, reliqua, quæ ad prolificum congressum faciunt, ex Aëtio petenda, & ex Avicenna.

Cent. 2. 18. Merc. cons. 48.

2. de hist. animal.

Lib. 8. c. 42.

Aët lib. 11. cap. 31. Av. 20. 3. c. 15. & seq.

SECTIO SECUNDA.

De prægnantibus.

De monstroso conceptu.

CAP. VI.

DE conceptu naturali, ejusq; causis & signis, lib. physiogeneſiæ 3. abundantissimè diximus, ubi non solum conceptus generalia, verum

verum etiam ſpecialia, hoc eſt, maſculi vel fœminei fœtus indicia propoſuimus, unde petenda ſunt, erat enim ibi de ijs, quæ ſecundum naturam fiunt, tractatio, hîc ea quæ præter naturam contingunt duntaxat proſequimur. Ut igitur naturalis conceptus is dicebatur, qui ſecundum naturam fit, it. quæ præter naturam effigiatur, monſtroſus nuncupari conſuevit; at cum Ariſtoteles naturam appellet, tum materiam, tum etiam formam, inde eſt, ut, qui in materia & forma generanti aſſimilantur, naturales ſint; qui in materia aut forma deficiunt, monſtroſi; medij in quibus vel materia, vel forma ſola ſervatur; quia tamen forma magis videtur natura, quam materia, ideò ea, in quibus forma ſuæ ſpeciei ſervatur, magis ſecundum naturam cenſentur, hinc fit, ut animalia, & eorum partes, quæ molæ dicuntur, in humanis conceptibus præter naturam ſint, lapides verò in renibus ac veſica, & lumbricorum generatio toto genere præter naturam; at monſtra, ſi Ariſtoteli credimus, præter naturam quidem, ſed partim etiam, ac quodammodo ſecundum naturam. Verum ea omnia nos hic monſtra appellamus, quæ quovis modo præter naturam contingunt, ſive diverſorum animalium membra, ex toto vel parte, referant, ſervato in generatione univerſali, & pereunte ſpecie, ſive multimembria ſint, ſive defectuoſa, quin etiam prodigioſos conceptus, ut numeroſos, & qui utrumque ſexum promiſcuè habent, eodem ordine comprehendimus. Eorum quæ propriè monſtra dicuntur, quibus hoc capitulum deſtinavimus, quinque reperiuntur genera, ſicuti ſuo loco jam prodidimus, primum quodammodo ſecundum naturam comprehendens omnes nationes, quæ defectu aliquo inſigniuntur, ut gentes, quæ uno in media fronte oculo naſcuntur. Secundum eos, quorum corpora magnitudine aut parvitate, à moderatione recedunt, ut pumiliones, ac gigantes. Tertium eos, quibus aliquod membrum deeſt, vel ſuperabundat, ut qui à neceſſarijs deficiunt, aut plures digitos in manibus, vel pedibus habent, aut plura brachia, crura, vel capita, quo numero comprehenduntur duo illi, qui tergo uno pro duobus corporibus perfungentes, moribus tamen diverſi, viginti annos vixerunt, & cum unus mortem obiret, alter tamdiu ſupervixit, quoad ſocij ac germani putrilagine fuit extinctus, inter quos etiam Hermaphroditi numerantur.

Definitio.

2. Phyſ. 5.

Differentiæ monſtrorum quinque.

Primum monſtri genus.

2.

3.

tur. Quartum ea monstra complectitur, quæ partim humano sunt corpore, una tamen vel pluribus particulis bruti speciem habent, talem ferunt puerum in Gallia natum, qui ab umbilico suprà hominis figuram referebat, infrà Syrenis modo in unum pedem desinebat. Quintum eorum est corporum, quæ bruti alicujus ex toto, vel mixtim plurium speciem ac figuram repræsentant, ut ranæ, vel lacertæ, qualia ea, de quibus Lusitanus & Hollerij scholiographus seu bufonis, de quibus Alexander Benedictus, & Guainerius, talia monstra, feræ sive beluæ communiter dicuntur. *Lusit. cent. 1. 27. Hol. Sch. c. 61. lib. 1. Alex. lib. 25. c. 36. G. de ag. mat. c. 52.*

Causæ.

Una prima, ac generalis monstrorum causa, est defectus similitudinis conceptus ad parentes, similitudo autem à forma, & materia proficiscitur, ac triplex est, in specie, in individuo, & in sexu; similitudinis causas suo loco posuimus, dissimilitudinis sunt, quia facultas formatrix non æqualiter ab omnibus membris, quorum habet in se simulachra, excitatur, aut quoniam in opere impeditur, & id, vel quia dissimilitudo diversa in altero semine potentior est, & evertit similitudinem seminis remissioris, vel quia materia seminis, aut menstrui, aut utriusque nequivit à formatrice regulari, cujus rei quinque sunt speciales causæ, juxta quinque modos, quibus id accidere potest. Primo enim contingit ex penuria seminis aut menstrui, habito respectu totius vel reliquarum partium, ex qua causa pumiliones fiunt, aut ij, qui partibus constant minoribus, quam par est. Secundò ex nimia ubertate, quam si rectè natura gubernet Gigantes, vel deformes magnitudine procreat homines, aut aliquot partes ingentes, aut numerosos conceptus, sic Cæsaris Augusti famula uno partu quinque edidit, & in Italia, ut refert Picus Mirandulanus, Germana fœmina duobus partubus viginti peperit, & Albucasis aliam 15. uno enixu abortivisse scribit. Tertiò ex dissimilitudine vel inæqualitate uteri aut substantiæ, & effusione ipsius seminis per uterum, ita liquidum plumbum, si inæqualiter fusum sit, aut in vasa malè efformata, inæqualia efficit simulachra, sic fiunt fœtus capite crassiori, grandiori, vel etiam pedibus, manibus aut naso deformioribus, quam reliquo corpori conveniat. Quartò ex vitio crassitiei, duritiei, fluxibilitatis, aut corruptionis seminis vel menstrui, ut, etiamsi aliquid generetur, longissime tamen à parentibus dissideat.

Speciales.

Penuria.

Vbertas.

Partus numerosi.

Inæqualitas.

Vitium ac corruptio seminis.

dissideat: dissidet verò uno è tribus modis. Primò dum materia seminis idonea est, non tamen ex toto superatur, quo casu eorum, quibus assimilari potest, fit illud, quod maximè est universale, cum fieri non possit simile in specie, aut in individuo, ob id fit animal, cum homo fieri nequeat, natura ad id quod melius est tendente; sed in eo quod potest, subsistente. Secundò modo cum adhuc magis impeditur feminis facultas, ita ut neq; animal gigni possit, sed vivens quidem medium inter sensitivum, & non sensitivum, quo casu mola generatur, de qua proximo capite. Tertio cum tam est mutationi inepta materia, ut ab agentis facultate nullo modo transmutetur, quo casu illa, quæ toto genere sunt præter naturam, in utero generantur, calculi, trophaceæ substantiæ, aut vermes, de quib. superiori lib. egimus. Quintum impedimentum, propter quod facultas formativa liberè non operatur, est imaginatio varia ac vehemens inter concipiendum, vel in toto formationis tempore, quæ dominatur formatrici facultati, ac sic imprimitur potius effigies imaginis conceptæ, quam paternum idolum, quod in semine erat, quia ad imaginatam speciem mutatur spiritus corporeus, in quo firmatur vis formativa, quia ille spiritus ad fœminæ testes, & uterum perveniens, fit subjectum formatricis facultatis, &, uti ajunt, majoris est efficaciæ, quam spiritus genitivus, qui in semine præerat, atque ad hanc imaginationem causam plerique referunt, cur potius hoc, quam illud monstrum generetur, quod mihi probari nunquam potuit, quia plerumque neque in congressu, neque toto gravidationis tempore, fœmina tale quoddam animal vidit, aut imaginatione concepit, quale postea peperit, aut cujus effigiem habebat pars aliqua monstri, & ut alibi copiosius diximus, imaginatio accidentia quidem ut mutare possit formas tamen non poterit, nedum proprietates; quocirca potius aliæ hujusce rei causæ mihi adjungendæ videntur: & prima quidem cur animalia diversæ speciei aut informia quædam generentur, est ira Dei, ac divinum judicium sic permittens, ob abominabiles congressus, aut alia parentum peccata. Secunda scelerati ad bruta animalia accessus.

Imaginatio.

Tertia est concubitus menstruationis tempore, quippe qui inde nascuntur, aut mutili sunt, aut deformes, aut gibbosi, aut defectuosi corpore, & spiritu, idcircò dicebat Esdras, fœminæ menstruatæ

atæ monstra generabunt; sunt & aliæ minus præcipuæ causæ, ac parum efficaces, ut Africus sive Australis ventus, ad hoc enim nonnihil juvat, ut Aristoteles scribit, unde proverbium, semper aliquid mali Africa nobis affert, adhæc appetitus rerum extranearum, casus, saltus & similia. *4. de gen. animal 4. Proverb.*

Hujus mali pauca extant indicia, nisi quod in monstri gravidatione fœmina gravi aliquo, ac miro symptomate, cujus causa ignoratur, affligitur, nam quamvis hoc etiã in mola contingat, vehementiora tamen symptomata à monstro premunt, ita Antigenis uxor, quæ monstrum peperit quatuor digitorum magnitudine, ac sine ossibus, anhelosa erat ante partum, deinde simul cum partu pus evomuit modicum, veluti ex furunculo. Porrò si bestia hæc seu fera nobilis est ut accipiter, refert Savanorola ex mente mulierculatum; fœtum ex nobili viro fuisse conceptum; si verò rustica, ut bubo aut lacerta, ex rustico, quod tamen reliquis mulierculatum figmentis connumerandum videtur. *Signa. Hippo. c. 2. popul. 2. rerum*

Jam genitum monstrum curari auxilijs nequit, sed fœmina quæ monstrum semel peperit, præcautione utatur oportet, ne iterum tale quid concipiat, fit autem præcautio hæc quatuor remediorum generibus. Primò victus ratione, ut alimentis modicè calidis optimi succi, ac roborantibus, vitanda ciborum varietas, sic unico duntaxat vel duobus missibus utatur fœmina singulis diebus, in pari quantitate. Aër convenit, & regio orientalis, leves frictiones, exercitium, somnus modicus, animi hilaritas, & oblectamenta, caveant conjuges à frequenti concubitu, maximè si menses defecerunt, & fœmina præsenserit se gravidam esse, ne adventu alicujus portiunculæ emissi seminis, incœpta formatio impediatur, vitietur, aut turpi aliqua nota insigniatur; caveat etiam à concubitu fœmina adhuc menstruis detenta, donec planè perpurgata fuerit, nil enim magis ad monstri conceptionem facit, quam si sanguis ille menstruus, quem natura jam tanquam spurcissimum expellit, materia fiat genituræ, superat enim ejus virus ac malitia omnes seminis, & facultatis formatricis benignas vires; adhæc imaginativam potentiam perpetuo à brutorum, turpiumque animalium contemplatione distrahere oportet & pulcherrimarum rerum imagines non solum coitus tempore, sed tota gravidationis duratione meditari, *Curatio.*

ideoq;

ideoque conveniunt musica instrumenta, gratæ loquelæ, hilaritas, constans animus, ne ad muris, serpentis, lacertæ, vel alterius occursum perterreatur, & paveat.

Evacuatio. Secundo evacuationibus, præsertim si ex corrupto sanguine menstruo monstrum generari consuevit, sanguinem ante conceptum mittes, & ipsum à putredine expurgabis cassia, confectione hamech sine scammonio, & colochyntide ad ʒj in ʒ v, infusionis foliorum senæ, aut ʒ j. pilularum de aloe, mastychinarum de rhabarbaro vel ʒ j. passularum purgat. quæ sic parantur ℞ *rhabarbari optimi* ʒ *i spicæ indicæ* ℈ *ii. cinnamomi* ℈ *iiii. incisa infundantur in* ʒ *q. vini dulcis recentis per horas* v *i. deinde facta una, vel altera ebullitione, adde saccha-*

Passula parat. *ri q.* ʒ *ut dulcescat, cum hoc irrorentur* ʒ *viii. passularum enucleatarũ, quoad consistentiam capiant.* Insuper fœmina concubitu non utatur, nisi quinque aut sex elapsis à menstruatione diebus, sanguine prius misso, ac corpore præpurgato. Quod si putredo ex seminis vitio contingat, corrigatur alimentis optimi succi, & quæ ipsam domare valeant, odoriferis, siccis, & iis quæ à putredine arceant, quæque semen per uterum expurgent, de quibus capite *de strangulatu ex utero*, & *de epilepsia*, ad satietatem dictum jam est.

Seminis emendatio si paucum. Tertiò ijs, quæ semen ad æquabilitatem reducere valeant, ita, si ex paucitate contingat, uberius alendũ corpus est alimentis majoris substantiæ, humidioris & copiosioris succi; deinde abstinentiâ à Venere, & reliquis jam dictis capite præcedenti. 1. ac 2 remed. genere. Ubertati subveniendum inedia, exercitio, frictionibus, & alimentis pauci nutrimenti, sanguinis missione, balneis frequentibus sulphureis, aut calidis herbis paratis, valent etiam in hunc finem purgationes, tertio quoque mense antequam gravidæ fiant, ex agarico, carthamo, pillulis cochijs, & similibus, quæ crudos, ac pituitosos succos expurgant, ac reliqua de quibus c. de *genorrhæa*. Si

Si crassum. crassum sit semen, inscindentibus utendum, attenuantibus, ac digerentibus, ut medicamentis, quæ crassas seminis partes fundant, & alimentis, ac potu, quæ fluidius reddant semen, de quibus satis dictum est, cap. *de febre alba*, ac *de menstruum suppressione*. Contrà fiet, si liquidius semen fuerit; tunc enim adstringentia, & incrassantia usurpanda, de quibus cap. *de menstruis superfluis*, conve-

conveniunt etiam balnea ſulphurea, & cathartica, quæ ſeroſos educant humores; genitalia inſuper calefacienda, & uterus calidis roborandus. At ſi inæquale ſemen eſt, proſperam coctionem in cunctis alimenti officinis procurabis, calidis roborantibus ac modicè adſtringentibus, plurium tamen in eadem menſa ciborum varietas eliminanda, inter unam & alteram menſam nullus cibus, aut potus ingeratur, nec potus quantitas ſicca ſuperet alimenta, denique ſerventur cæteræ regulæ 1. remed. genere recenſitæ. Quod ſi malum proveniat ex inæquali utriuſque ſeminis miſſione, ita conjuges ad coitum ſe invitent, ut ſimul ac confertim ſemen emittant, excitato tardo parente, & coercito, qui prævenit ijs, quæ ſuperioribus cc. dicta ſunt. *Si inæquale*

Quartò ijs, quæ facultatem formatricem valeant roborare, ut ſibi demandatum negotium auſpicatè perficiant, talia ſunt, quæ ſpiritus generant, de quibus in noſtro tractatu de peſte, quæque genitos calefaciunt, & fovent, ut cibus ex vitellis ovorum cum melle, cinnamomo & cariophyllis, ac pane recenter cocto, reliquavè cibaria facilis ac optimi nutrimenti, vinum Hiſpanicum, Malvaticum, vel aromaticum ſive Hippocraticum: quod Hiſpani (*clarea*) Germani (*Luttertranck*) vocant; valent præterea leves frictiones, exercitium, ſomnus moderatus, animi tranquillitas, confert ſingulo mane accipere ℥ i. theriacæ optimæ, aut mithridatij, vel confectionis de Hiacyntho, de gemmis, cum ſpeciebus, & ſuperbibere de prædicto vino, aut de aqua vitæ, ex optimo vino, & floribus calidis odoriferis, & aromatibus; ac theriaca compoſita, vel cochlearia ij. aquæ naphæ, cinnamomi, aniſi, Jaſminorum, cariophyllorum, ac ſimilia; ex quibus etiam Epithemata cordi applicari poſſunt, nec non utero emplaſtra roborantia adhiberi, quorum meminimus cap. *de uteri imbecillitate*, quippe his facultas formatrix robuſtior facta, imaginationi & materiæ vitijs reſiſtere, eademque ſuperare facilius poterit. *Roboratio formatricis.*

De mola.

CAP. VII.

Paul. lib. 31. 69. A. lib. 16. 80.

MOlam rem esse præter naturam, ex superiore c. constat. Paulus & Aëtius nomine molæ omnem uteri tumorem induratũ comprehendunt: Rasius & Avicenna flatuosam quandam substantiam vel aquosam; aut cujusvis alterius naturæ intra uterum concluſam, & ipsum gravidationis modo in tumorem attollentem. Quæ tamen omnes affectiones, ad falsam potius gravidationem, reducendæ sunt, vel certè ad tumorum præter naturam species: idcirco, cum Aristotele & Galeno, molam appellamus carnem informem ac inutilem, in muliebris uteri capacitate, & non in substantia conceptam, quæ aliquando brevi emittitur, aliquando diu durat, & per annos. Hanc existimant nonnulli, interdum rudimentum obtinere formæ sensitivæ, & subinde obscurum quendam extentionis, & contractionis motum: Quod tamen plerumque visitur, corpus est vivens, vegetans, & carnem plurimis venis, & sanguinis ramificationibus respersam, quibusdam albis ductibus, vel viridibus, vel subnigris sine sensu & motu, sine ossibus, sine intestinis, sine visceribus, quod alimentum per venas prolicit, nutriturque plantarum more, nullà servatâ figurâ, nulla lege, neque ordine, ac proinde in nulla specie contentum, nisi ut imperfectum in genere perfecto, nimirum in genere carnis humanæ, sicuti Embryo in genere hominis. Est & alia mola pelliculosa seu membranosa, aliquo sanguine affuso & concreto, quæ in aquam projecta in ipsam, quod sanguinolentum est, abit, remanente membrana seu pellicula, quę concreti seminis naturam refert. Tertia etiam invenitur, quæ est sicuti membranacea substantia globosa, aquosis bullis rotundis, tumidis, pellucidisque oppleta, & interdum cum sanie fœtida, & diluta apparet, nisi fortè hasce vocare velis deperditiones, ante fœtus delineationem. Porrò ex molis aliæ, primis statim mensibus excernuntur; aliæ diu durant per duos aut tres menses, imo per tres quatuorve annos, interdum etiam per totam vitam utero gestantur: aliæ cum fœtu generantur, aliæ aperto iterum uteri osculo fœtui alligantur; quædam

Arist. 4. de gen. anim. 7 4. meteor. Galen. 14. meth. 23. 14. de usu part.

Definitio.

Differentia.

dam secundis ita implicantur, ut ipsæ secundinæ difficillime excernantur: nonnullæ etiam ingentis sunt magnitudinis, ideoque periculosissimæ. Ex dictis liquet molam esse morbum in compositione, speciatim in numero, ut calculus, hypochima, & myrmecia de genere eorum, quæ toto genere sunt præter naturam; nam etsi, uti Aristot. ci. scribit, neque perfectam neque alienam omninò habet naturam, & in ejus genere aliquid sit secundū naturam; tamē molesta plane, & inutilis est tum speciei, tū individuo, quapropter natura lacessita, vel defessa projicit, nulla servata temporis lege. *Species morbi.*

Fit mola, cum mensium copia exiguum, ac minimè robustum semen conceperit, quod alimentum quidē trahere, nihil verò conformare potest; præsertim cum semen paucum & vitiatum, in quo debilis, & imbecilla facultas formatrix consistit, cum copioso menstruo, crasso, fœculento, & inepto conjungitur, fit etiā ab exurente seminis conditione, quod contingit in semine morboso, & vitiato, in hoc enim resolvitur spiritus genitivus, quo orbatum semen, cum animal attingere non possit, carnem informem generat. Tertia causa erit, si fœmina coierit mensibus fluentibus, aut nondum ex toto repurgatis: aut si fœmina, quę jam concepit, ante fœtus formationem avidissimè viro conjungatur, vel si diu habuit menstrua suppressa quod de uxore Gorgiæ Hippocrat. retulit. Cæterum generatio molæ similis est ovi subventanei generationi, hoc uno diversa, quod illud sine maris consuetudine gignitur, mola non nisi concumbentibus mulieribus, coitum verò non in id requiri pleriq; existimant, ut semen virile generationem ingrediatur. Sed contrà est, quod Hippocrates dixit, causam molæ esse multos menses, cum modico & morboso semine commixtos, quod nequit intelligi de fœmineo, quia id semper modicum est, frigidum & humidum, & ad molæ generationem validius potius, & calidius fœmineum sit oportet, sed de viri semine, quod in doctrina Aristotelis contra menstruum distinguitur, nam ipse mulierem, nullum aliud, præter menstruum sanguinem, semen habere autumavit. Adhæc ut ex albumine, & vitello ovi nil generari potest, nisi semen galli sit insperſum, ita ex menstruo, & mulicbri semine nil, nisi virile semen accesserit, idcircò peritiores ex debilitate utriusque, virilis inquam, ac fœminei seminis, molam gigni censent, cum nusquam visa sit mulier molam sine mare concepisse. *Causa.* *1. popul.* *Lib. de morbis mul.* *Quando ad molæ generationem requiratur virile semen* *Decisio.*

Quod autem ad ejus generationem non sufficiant sola menstrua & intensus calor (quæ aliorum fuit opinio) ratio est, quia carnis generatio non est caloris opus, sed spiritus genitivi & virtutis formatricis. Quod nullam certam obtineat figuram, causa est, quia continetur in genere eorum, quæ sunt præter naturam, hæc autem nullam servant legem, aut certum ordinem, denique quod durescat à mora fit, & materia cruda, ac crassa.

Signa.

Consequitur hanc affectionem gracilitas partium superincumbentium, uteri occlusio, appetitus prostratio, nausea, vomitiones, ventriculi subversiones: menses sistuntur, uterus attollitur, mammæ intumescunt, lumbi gravantur, ita, ut per initia concepti fœtus speciem prorsus exhibeat, verum temporis progressu discernitur, quia tunc solent fœtus, copiam absumere, & melius habere, in mola verò semper deterius, quoniã semper causa malè habendi urgentior est. Adhæc cum mas 3. mense, fœmina 4. moveatur, in mola motus nullus perfectus ac voluntarius sicuti in fœtu percipitur, nisi fœtus una adsit, aut dum fœmina volvitur, & uterus prolabitur, ad fœminæ decubitum dextrum vel sinistrum, veluti pondus iners, quod sentitur prope os pubis, toto gestationis tempore, quasi ad partum irritans, cum gravissimis accidentibus; adsunt insuper veluti punctionis sensus, ac tormina ventris & mola compressa manu loco cedit, mox in eundem locum recurrit: at infans ut non cedit, sic nec recurrit, & multò durior in molæ conceptu venter est, quam in ijs, quæ infantẽ gestant, uberaq; non adeò durescunt in mola, sed infans ultra undecimum mensem non gestatur, cum mola sæpe ad quintum annum protrahatur.

Distinctio à fœtu.

Porro in mola, quandoq; menses acervatim erumpunt, ac prodeunt, veluti frusta carnis, tuncque magis contabescunt mulieres, fit etiam coloris depravatio, sanguine ad superiora regurgitante, aut nimia per uterum profusione, etiamsi fœtus una adsit, quia molę magnitudine fœtus premitur, & alimentum non suscipit, quia ad incrementum nullus illi locus est, mola magnam uteri partem occupante, majora etiam, quam ex fœtu, animi deliquia, enixus, febris, insomnia, pulsus defectio, anguſtia, melacholia, timor, immodicus appetitus, nec tamen quiescit exhibita re appetita, vomitus deterrimæ conditionis, torpor, molescunt membra, turgent cum oculis labia,

bia, oculorum vertigo, membrorum tremor, sed & magis ac citius attollitur venter in mola, quam in gravidatione; ac tandem toto corpore imminuto, & ventre intumescente, hydropis opinionem præbet, à quo tamen duritie distinguitur mola, & quod ad digitorū compressionē non cedit, neq; tympani sonum ad pulsationem edit, nec tactu fluctuatio percipitur, quanquam temporis progressu, epate refrigerato, hydrops molam revera subsequatur. Quando ante tertium post conceptum, mensem, magnus in utero sentitur motus, molæ indicium est, quia fœtus non tam cito movetur. Hic autem molum intelligo dilatationis, & contractionis, mola enim voluntario caret, ut superius dictū est. Jam vero mola sæpe quadragesimo die ejicitur, interdum tertio mense, vel multo etiam serius, adeò ut plurimæ novem, decemve menses, aliæ ad tertium, quartumque annum, & toto etiam vitæ spacio eam utero gestaverint; hæc tamen curanda non est, ut inquit Hippoc. aut certè cum prædictione, quia tunc insanabilis magna ex parte redditur, incipientis curationem audacius aggrediemur, quin & alterius curatio negligenda non est. *Prognostica.* *Lib. de morb. mul.*

Carnosam molam hîc curare docebimus, nam aquosa, de qua Arabes scribunt, nil aliud est, quam uteri hydrops, ex cujus cap. ejus curatio repetenda. Cavendum igitur inprimis, ne ambiguis signis decepti abortum provocemus; at ubi mola certò deprehenditur, curatur eadem fere ratione, qua fœtus mortuus aut secundina educitur, speciatim quatuor remed. generibus. Primò victus ratione ad calidum & humidum declinante: constituatur patiens in cubiculo subobscuro, in quo aër sit temperatus, nutriatur cibis modicis ac boni succi, somnus etiam sit moderatus, alvus singulis diebus fluat, exerceatur, vitet animi affectus. *Curatio.*

Secundò evacuantibus, & si plenitudo in toto fuerit, nec aliquid prohibeat, prius exercenda sanguinis missio ex basilica, deinde ex pede, si necessitas postulet, subindeq; cucurbitulæ cum multa flamma adhibendæ. At si frigidorum, ac crassorum humorum copia adsit, purgandi sunt prius præmissa attenuatione, & præparatione sequenti vel simili potione, quæ & venas aperiat, & ad inferiora impetum faciat. ℞ *arthemisiæ, sabinæ, utriusque calamenthi, levistici, betonicæ, camedrios an. m. j. anisi, marathri, squinanthi, spicanardi celticæ, calami aromatici, cyperi an. ℥ i. aceti albi aut vini ℥iiii. mellis rosacei lib. j* ß fiat secundum artem sirupus, quo posteaquam per aliquot dies usa fuerit, *Evacuatio.*

purgetur hieralogodionis, electuario Indo, pilulis fœtidis, cochijs, aut reliquis cap. *de menstr. suppressione* recitatis. Vomitus etiam provocetur cum decocto seminis raphani, aut diasaro Fernelij.

Vomitus.

Molam expellentia.

Mollientia.

Tertiò ac potissimum utendum ijs, quæ venas aperiant, quæque impetum ad inferiora facientia, molam expellant, qualia sunt omnia, quæ menses proliciunt; prius tamen mollientia adhibenda, quibus ad partum facilitandum uti solemus, igitur fiant incessiones, & fotus partium inferiorum, ex decocto malvę, viol. altheæ, ficuum, sertulæ campanæ, fœnugræci, seminis lini, cum olei liliacei, irini, camomelini, vel butyri copia, vel in hydrœleo fiat decoctio, deinde imus venter, pecten, & inguina sequenti unguento perfundantur. ℞ *olei irini, liliorum alborum, camomillæ, anethini an.* ℥ ß, *vini odorati* ℥ *i, bulliant ad vini consumptionem, & adde butyri recentis, adipis anserini sing.* ℥ *i, ladani* ℥ *i, ceræ q.* 5. fiat unguentum: aut cataplasma sic. ℞ *malv. radicum althea, & foliorum ejus an. m. j. farinæ fœnugraci, seminis lini, hordei an. p. i* ß *olei amygdalarum dulcium & amararum, liliorum alborum an.* ℥ *i, cum aqua mulsa & vino* misce, ac fiat cataplasma; aut pessus aureus applicetur, sed temporis processu in decocto, pro fotu & incessione, adde folia lauri, thymi, pulegij, hyssopi, calamenthi, radicem aristolochiæ rotundæ & longæ, arthemisiam, roremmarinũ, geniſtã, & centaurium. Fit etiam aliud unguentum majoris efficaciæ in hunc modum. ℞ *dialthea* ℥ *ii, emplastri filij Zachariæ* ℥ *i, pinguedinis porcinæ, axungiæ gallinæ, anseru, medullæ cervi an.* ℥ *i, styracis, calamintha* ℥ *ii. pulveris colochintidis, radicis utriusq; aristolochiæ an.* ℥ *i. croci* ℥ *i. olei viol. q.* 5. fiat linimentum, his sic emollitis & reseratis partibus, ad ea quæ molam expellant veniendum, in quem usum saltus & sternutamentum maximè prosunt: deinde exhibito apozemate aliquo menses educente dentur hi trochisci. ℞ *cinnamomi, myrrhæ an.* ʒ *ii* ß, *fol. siccor. rutæ, sabinæ, pulegij, calamintha, sagapeni, opoponacis an.* ℥ *i*; *cardamomi, granorum juniperi, mentastri an.* ℥ *i* ß fiant trochisci, quorũ detur pondus ℥ ii, cum prædicto apozemate, aut cum decocto sabinæ vel faseolorum; at si angustiæ præmant, nec dum mola decidat, sequens paretur pulvis: ℞ *cinnamomi, rutæ an.* ℥ ß, *pulveris aristolochiæ longæ* ℥ *i diamarg. frig.* ʒ *ii. misce*, dosis ℥ i, cum prædictis decoctis, aut cum decocto anethi, & rutæ in vino calido, de quo sæpius bibat, utiliusque erit; si castorei nonnihil addatur, aut diptami Cretensis; fiat insuper suffitus ex myrrha, & ruta, & pessus ex opoponaco, felle taurino, &

Unguentum

Trochisci.

Pulvis.

Suffitus.

Pessus.

elleboro, sive agarico, quibus si radix ciclaminis; & colochintidis adjungantur, fortior erit: securius tamen sic paratur. ℞ *galbani* ℥ *i, ellebori albi* ℥ *i succi mercurialis q. s.* incorporentur simul: valent etiam cuncta hæc ad secundam relictam, & fœtum mortuum expellendum, & menses mirificè movent. Posthæc patiens decumbat in modum parturientis, & obstetrix totam manum prædictis oleis imbutam utero immittat, ac conetur molam extrahere, quam si ab utero divelli, & eradicari contigerit, nec divulsam natura expellere, neq; obstetrix ob lubricitatē, & rotunditatem, quia ansam non habet, eam extrahere queat, muliere, ut antea diximus, collocata diductis cruribus chirugus immisso instrumento, cui à similitudine pes gryphius nomen est, reserato, cum jam in uteri capacitatem vagatur, molam comprehendat, alvusq; mulieris hinc inde comprimatur, quoad mola in angustum locum, ubi effugium non habeat, compellatur, sicque tandem facilius extrahatur.

Virium refectio.

Quartò ijs, quæ roborent, ac vires reficiant, præsertim si copiosior sanguinis fluxus præcesserit aut sequatur, utendum jusculis carnibusque caponum, & perdicis, succo, & aqua carnis cum margaritis, & speciebus electuarij de gemmis, jecore gallinæ, vel capi, & salsamento ex prædictis speciebus, & saccharo cum succo limonis vel omphacij, vel aqua caponis hac ratione destillata, ℞ *caponem leviter assatum unum, perdicem unam, panis albi lib. j. pulveris margaritarum, cariophyllorum, cinnamomi, coralli rubei an.* ℥ *ii, vini albi tenuis ac odorati q. s.* ut cuncta irrorentur, & stillentur in balneo Mariæ. At si extractâ molâ plurimus sanguis effluxerit, curatur ut superfluus menstruorū fluxus; si, antequam extrahatur, irruat fluor, per intervalla vires reficiendæ, & adhibenda ea, quæ molam expellant, non tamen addenda, quæ sistant, aut retineant. Quod si dolor premat, adhibenda quæ supra 3. remed. genere prodidimus, tandem ne mola denuo generetur, præcavebis per ea, quæ c. præcedenti dicta sunt.

Aqua stillatitia caponis.

Hæmorrhagiæ curatio.

Scholium.

Exerceatur] *Altomarius, & cum ipso plerique alij, Pauli & Avicennæ autoritate, exercitium partium infernarum vetant, quia motus fluxionem concitat; sed non advertunt Paul. ibi eam molam curare, quæ juxta ipsius sententiam, tumor est, præter naturam induratus, in vulva ostiolo; ac prolabi non potest, imo ad motum augetur, prolabentibus humoribus. At cum vera mola exercitio interdum avellatur, nō est quod illud impediamus, sic*

P. lib. 3. 49.

Dubium. An exercitium competat in molæ curatione.

sic ipse autor in fine capitis, de vera scribens mola, ea præcipit, quibus quam citissime excutiatur. Alij dicunt, hos autores in mola exercitationem prohibuisse quando educenda est, non tamen in fœtu, quia fœtus naturaliter exitum petit, & humorem secum habet, os uteri & ejus collum lubricantem, qui fœtui viam faciliorem parat. At mola præter naturam est, & exercitio, siccatis ductibus, vix avelli postmodum potest. Est & tertia respondendi communior ratio exercitationem prohiberi initio, dum adhuc corpus plenum est, ne plures menses descendant, & materia fiant qua mola augeatur, sed non interdici corpore jam evacuato, & in fine curationis.

De falsa gravidatione.

CAP. VIII.

Avic. 21 3. tract. 2 18. Grad. c. de mola matricis.

Descriptio. Hippoc. de morb mul de nat. puer. 2. prædict. 34.

AQuæ seu flatuum in utero collectio, quam Avicenna & Gradius ac barbari ferè omnes molam non veram appellant, ab Hippocrate, & veteribus Græcis pro mola non agnoscitur, sed falsa gravidatio nuncupatur, idem senex ejus sæpissime meminit, dum inquit, & putant se in ventre habere; & videntur sibi tum mulieres concepisse, & non conceperunt, tunc enim fit, cũ fœminæ viro utenti menses supprimuntur, venter intumescit, accidentiaq; veræ gravidationi similima accidunt, cum hoc tamen nil vitæ particeps in utero efficitur, sed aliquid quod cuipiam elementorũ proportione respondet, ut flatus, spiritus, vel aqua, aut tophaceum quippiam; nam cum quatuor sint gradus perfectionis in rebus, esse, vivere, sentire, & intelligere, & natura progrediatur perficiendo per accessum; contingit ut præ debilitate in prima perfectione subsistat, cum suscepto ab utero utroq; semine morboso, & planè invalido, clausi uteri calor imminutus, nullo affluente sanguine, nec facultatis formatricis opere, illa in flatum, aut aquam convertit, ac tunc venter intumescit, reliquaq; sequuntur gravidationis indicia, nec solum in aquam, ac flatum, verum & in pus, aut fœtidum mucorem, acrem, & serosum, & in globosam, tophaceam, ac pituitosam substantiam, quę omnes sunt falsę gravidationis species. Vide quę superius scripsimus de ijs quæ à coitu

4. rerum gradus.

Differentia.

coitu inflantur. Causa hujus affectionis est semen utrumque morbosum, ac prorsus inutile, in utero conclusum, & uteri intemperies, ob quam seminis spiritus perit, si ijs accedat defectus sanguinis affluentis, cujus loco vel pituita, vel aquosus, vel crudus humor accumulatur, præsertim id contingit, si fœmina menses decolores, pituitosos, & conspurcatos antea habuerit. Est etiam altera causa obtenta mẽbrana densa, qua uteri orificium clauditur, ideoque superflua, ac reflua menstruorum materia, ingentem in ventre tumorem, & tensionem facit cum cruciatu, quasi parturientis, sed hæc non tamdiu durat, & divisione dictæ membranæ per volsellam curatur; accidit q; nonnunquam virginibus, non sine dedecoris periculo, dum reliqui putant gravidas esse, extat apud Neotericum historia virginis, quæ tale quippiam passa fuit, per tres integras septimanas, & omnes obstetrices partus dolores pati una voce affirmabant, adveniente tamen medico, ac judicante quod erat membranam per chirurgum dividere jussit, & sanguinis octo libræ concreti, ac ferè putrescentis dimanarunt, & intra triduum convaluit. *Causa.* *Parans cap. 43.*

Signa sunt non minus difficilia, quam molæ: cognoscitur, tamen interdum falsa gravidatio, si fœmina antea mensibus corruptis infestabatur, qui postea supprimuntur, ac venter subitò intumescit, qui tamen in verè gravidis à principio subsidet, ac postea elevatur, tunc si flatus subsit, tympani sonum edit, & capitis, lumborum, dorsi ventris, ac inguinum dolor adest; si verò aqua, gravitas & fluctuatio in ventre percipitur, & album quippiam ab utero instillat, fœtidum, serosum, acre, & mordax; pedes, facies, & oculi tument, toto corpore pallent, & hydropicæ videntur, ac reliqua ferè omnia symptomata apparent, quæ in mola. Evadunt fœminæ ex hoc affectu plerumq; steriles, ac pudenda exulcerantur. *Signa.* *Prognostica.*

Curatur eadem ferè ratione, qua uteri mola, speciatim verò tribus remed. generibus. Primum victus ratione ad calidum & siccum declinante, frequenti exercitio, saltu, cursu valido, cibis siccis, & optimi nutrimenti; potu parco ex vino, vel aqua cinnamomi, anisi, corticum citri, aut radicis chynæ, vel sasafrasiæ. *Curatio.* *Victus.*

Secundò purgatione, præsertim si aquositas subest, ex hiera, pilulis mastichinis, de aloe, de agarico ad ℈ iiij. aut etiã ʒ vi. diaphœnici, vel diacartami in decoctionis pituitosæ ʒiiij. facta tamen prius præ- *Purgatio.*

paratione melle ros. sirupo de hyssopo, de thymo, betonicæ, fœniculi cum dupla quantitate prædictæ decoctionis, aut decocti anisi, cinnamomi, seminis apij, ameos, passularum in vino & aqua. Clysteriis insuper ex rebus discutientibus & expurgantibus, ut ℞ *camæmali, rutæ, anethi, serpilli, sisymbrij, arthemisiæ an. m. ß. seminis apij, fœniculi, ameos an. ʒ ß. coquantur in s. q. aquæ, ad medias colaturæ;* ℞ *ʒ x. olei rutæ, de baccis lauri, mellis ros. an. ʒ j. ß. hieræ picræ ʒ i. misce,* fiat clyster.

Clysteres.

Flatuum discussio.

Tertiò iis, quæ flatus discutiant, maximè si eorum copia adsit, in quem usum fiunt incessiones, & encatismata ex decocto rutæ, calaminthæ, pulegij, fol. lauri, absinthij sicci, anisi, maratri, cymini, nec solum sedeat fœmina in decocto, sed pars herbarum sacculo includatur, & dum balneo insidet, lumbis imponatur, & ventri: mox à fomentatione utatur sequenti potu. ℞ *seminis apij, fœniculi, cymini, petroselini, cardamomi an. ʒ. i. fol. rutæ m. ij. coquantur in vino, & addito saccharo bibat patiens ʒ iiij. aut nucleorum persici num. xx. galangæ, cinnamomi, piperis longi, zinziberis, cariophyllorum, croci, nucis moscatæ an. ʒ. ß. terantur grosso modo, ac coquantur in lib. ij. vini optimi ad tertias, capiat ʒ iij. aut iiij.* vel fiat sequens liquor stillatitius. ℞ *anisi, dauci, cinnamomi, theriacæ an. ʒ i. micæ panis recentis lib. ij. radicis angelicæ pulverizatæ ʒ ß. decocti lupulorum, mellis an. lib. iij. in balneo Mariæ extrahatur liquor, dosis ʒ iiij.* utiliusq; fuerit si prius accipiat unam vel alteram tabellã diacimini, dianisi vel ʒ i. ß. aut ʒ ij. theriacæ optimæ, vel ʒ i. sequentis: ℞ *specierum diacurcumæ diacimini an. ʒ. iij. sacchari dissoluti in aquæ rutæ q. s.* fiat confectio per tabellas. Uterus etiam ac totus venter post balneum inungatur oleo liliorum, in quo decoxerit cardamomum, anisum, semen apij, & ameos; aut oleo de cinnamomo, de baccis lauri, de maci, quibus addi potest stercus bovinum, columbinum, aut unguentum martiaton, vel applicetur sequens emplastrum, ℞ *seminis rutæ, nasturtij, cumini, centaureæ minoris, majoranæ, anisi, mentrasti an. m. i. inscindantur, & conquassentur omnia, ac cum vino fiat emplastrum.* Prosunt reliqua, quæ cap. *de uteri hydrope,* & *de flatuoso uteri tumore* sunt scriptæ, emollito prius ventre, per ea, quæ superiori c. 3. remed. genere diximus, quibus addenda, quæ menses & urinas cient, & abortum provocant.

Stillatitius liquor.

De picaceo prægnantium appetitu.

CAP. IX.

ACcidit interdum gravidis, circa secundum mensem affectio, quæ ab avicula loquaci, & variis picta coloribus nomen accipiens, la-

ens, latinis *(pica)* dicitur, Græcis *malacia sive citta,)* ob hederæ similitudinem, quæ græcè *(cittos)* appellatur, quia ut hæc variis plantis, prout occurrunt se implicat, ita pica laborantes varia edulia appetunt extranea, & planè absurda, ut carnem crudam, terram, carbones, tegulas, lateres, cretã, cymoliam, calcem vivam, testas, pelles, fructus acidos, & acerbos, quinetiam stuppas, & picem navalem, & visa jam est, quæ una gravidatione circa 20. piperis libras devoraverit; alia quæ glacie vescebatur; novi perplures, quæ terræ portiunculas, inter mundandum triticum repertas, indicibili aviditate devorabant; aliam lego quæ morsum cervicis juvenis cujusdam appetebat, aliam quæ omnem respuebat cibum, præter carnem humeri pistoris, quem denudatum viderat, ita ut maritus coactus fuerit, pecuniam pro singulis de humero morsibus paciſci, cumque sustinuisset duos, tertium doloris pertæsus ferre noluit, ajunt mulierem tergeminos enixam, duos vivos, tertium demortuum; aliam pedum desiderio ejus captam, qui nudis ac lotis pedibus à balneo revertebatur, in genua procidisse, & ambabus manibus crure altero apprehenso, de calce frustum mordicus evulsisse; sed hæc depravatum etiam, & lascivum animum accusant; nam haud dubiè similibus appetitionibus naturalibus laborant pleræq; omnes, at appetitum ratione moderantur, & evincunt prudentiores, constantes, & honestæ. Est autem hæc affectio, appetentia quædam ciborum vitiosarum qualitatum, ex quo patet esse oris ventriculi affectionem, in actione ejusdem depravata, quod Galenus docet: nec gravidis duntaxat, sed viris etiam melancholicis, ac virginibus accidit, atque aliis fœminis, quib. intra ætatem, in qua menstruationem habere possunt, deficiunt menses, cum appetitis rebus similis vitiosus succus in os ventriculi procubuit: plerumque tamen gravidis, & ijs magis, quæ optimi sunt temperamenti, quia in his fœtus præstantiorem sanguinis partem ad se allicit, relicta fœculentiori; quæ verò valetudinariæ sunt à fœtu expurgantur, idcirco gravidationis tempore melius se habent, sed morbosos edunt fœtus.

Natura morbi.

Species 5. de locis. 1. de symptom. causis.

Tunc fit hæc affectio, cũ oris ventriculi tunicæ pravo aliquo humore, vel excremẽto fuerint imbutæ, pro cujus varietate, prædicta varia ac peregrina edulia appetunt. Unicam in prægnantibus hæc excrementa causam habent, mensium suppressionem, quippe qui singulis mensibus excerni solebant, à fœtu jam suppressi, modicaque & puriori parte eorum in fœtus alimoniam cedente, reliqua sursum vergit, & vel propria substantia, vel vapore suo tantæ est perniciei, ut ventriculum

Causæ.

præcipue, veluti subtiliori sensu præditum infestet. Hinc est, quod circa quadragesimum ferè diem à conceptu affectio incipiat, & ad quartum usque mensem duret, quo, crescente jam fœtu, plus alimenti trahit tuncque vitioso humore partim per vomitum excreto, partim ad fœtum delato, accidentia remittunt.

Signa. Fœminis sic affectis assidue accidunt oris expuitiones, ventriculi morsus, anxietas, totius corporis extenuatio vomitus, & nausea. Insequuntur verò hæc omnia pravâ ejusdem oris ventriculi intemperiem, cum prædictis humoribus, qui si connaturales nondum sint, contraria appetit fœmina remedium quærens ex assumptis, fiunt quippe remedia per contraria; sic si viscidis ventriculus abundat & frigidis, appetit acria; si calidis, acerba & acida; si occultæ virtutis, indicibilis etiam qualitatis edulia, unde etiam monstrosæ libidines in ijs, quæ semen retinent. At in gravidis rarò humores connaturales esse possunt, quia non nisi in turnitate id fit, ac vehementi impressione, tunc enim ut continens mutat contentum, sic contentum potest mutare continens, & humor potest trahere in sui naturam ventriculi temperiem, ut vinum pravum saporem vitiosum dolio communicat. At si connaturales fuerint jam facti, similia cupiunt, hinc, quæ exusto humore abundant, carbones appetunt, quæ melancholico, terram, quæ crasso, gypsum, stuppas ac similia, quæ salsuginoso, sal ipsum insatiabili appetitu vorant, ex qua causa etjam ferunt fœtum sine unguis sæpissimè edi.

Dignoscitur similitudo aut dissimilitudo humorum, ac temperaturæ, quia appetitus rerum similium non conquiescit, subsequuta re appetita, dissimilium verò, quia contrarium quærit, obtenta re appetita, quæ morbo contraria est, cessat protinus appetitio, quia cessat necessitas, & hac limitatione appetitus, quo fœmina detinetur, te ducet in cognitionem redundantis humoris.

Curatio. Curatur tribus remediorum generibus, primò victus ratione cõtraria, pro ratione diversi humoris redundantis; cunctis tamen commune est, ut utantur cibis moderatis & optimi succi, non pinguibus, dulcibus, aut excrementitijs; conveniunt, aves & pedes animalium, panis succo malorum granatorum aut cydoniorum maceratus; & ante cibũ olivæ muria cõditæ, aut sex vel octo amygdalæ amaræ, post cibum uvæ passæ, mala punica, pyra, avellanæ, ciceres tosti cum sale,

quibus

quibus Lusitanæ maximè alliciuntur, synapi, cucumeris semen decorticatum ex aqua potum, polygonijve decoctum, raphani usus. Quæ cibos aversantur, obsoniorum salsamentorumque varietate ac jucunditate allici debent, conducunt portulaca cruda, vel cocta, cichorium, ac earundem herbarum syrupi, & aquæ; alvus respondeat, fugiatur aer crassus, & palustris, vigilia, aut somnus immodicus, ijs, quæ terram appetunt, nil tam prodest ac amylum pro terra oblatum. Potus sit vinum fulvum odoratum, aut aqua ex decoctione cinnamomi.

Purgatio.

Secundò pueri, virgines, ac viri, parato humore, expurgandi sunt catharticis, quæ tamen prægnantibus non sunt exhibenda, quia affectio in primis mensibus accidit, quibus Hipp. ea interdicit, devoratis igitur per aliquot dies mirobalanis emblicis conditis, aut pulvere rhab. cum conserva ros. si affectio urgeat, aut deglutito melle ros. mox ad abstergentia nec tamen fortia deveniendum, præmisso vomitu, qui mirificè prodest, ac si ventriculus ab acri, acido, salsove humore mordetur, tepida duntaxat aqua vomitus provocetur, quod si difficulter vomat mulier, aut humor sit crassus, addendum parum oxymelitis, aut syrupi acetosi, aut raphani, vel anethi decoctum cũ aceto. Porrò rhapontici, & spicænardi cremor ventriculum abstergit; cavendum ne intrinsecus assumantur, quæ ex fœniculo & absynthio conficiuntur.

4. Aph. 5.

Vomitus.

Humoris discussio.

Interna.

Tertiò utendum iis, quæ humores in ventriculo imbibitos conterant, ac discutiant, ipsumque demum roborare valeant, in quē usum intrinsecus assumitur cortex citri, conserva cydoniorum, mala punica, & mirobalani conditi; rotulæ diarrod. aromatici rosati, aut sequentes. & *pulveris utriusque coralli, cornu cervi, margarit. rasuræ eboris an.* ℈ *i. cum saccharo dissoluto in aqua ros. fiant tabellæ sive rotulæ,* capiat ʒ ij. duabus horis ante pastum; viris ac fœminis non prægnantibus mirificè prodest, per multos dies sumere ʒ j. aut ʒ i. ß conservæ de scoria ferri. Deniq; forinsecus adhibenda, quæ languidum ventriculum roborent, in quem finem inungitur oleo nardino, moschelino, de absynthio, de maci, de menta, prĕmissa fomentatione ex decocto foliorum absynthij, menthæ, origani, ros. rub. roris marini, majoranæ, nucis myristicæ cariophyllorum, cyperi, ligni aloes, deinde loco oleorum potest applicari sequens unguentum: ℞ *olei nardini,*

Externa.

absynthij, mentha, aceti an. ℥ i. seminis cumini, ameos, cardamomi, pulv. rad. cappar. an. ℥ i. ferveant ad aceti consumptionem, & cum cera fiat linimentum. Mirum etiam in modum ventriculum firmat cataplasma sic confectum. ℞ *corticum citri, melissæ, calami odorati an. ℥ i. coquantur in vino, contundantur, & adde olei nardini, mastichini, an. q. s. cum pane tosto* fiat cataplasma; aut carnis mali cotonei ℥ iiij. cum posca terito & adde croci ℈ß. unguenti nardini, aut ros. ℥ i. vel conservæ cydoniorum, & folijs absynthij cum vino tritis adde pulverem cariophyllorum, masticis, myrthi, aut ℞ *carnis palmarum ℥ iij. coquantur in vino, cum rosis, & fœniculo, ac omnia contusa ventriculo adhibeantur*, quibus, si necessitas urgeat addi possunt balaustiæ, myrtus, absynthij coma, ac semē fœniculi vel linteolum vino, & oleo rosarum, vel nardino, aut aceto, & oleo imbutum ventriculo adhibeto, quod etiam morsus, & stomachi puncturas mitigat.

Cataphasma.

De cibi fastidio prægnantium.

CAP. X.

Lib. 3. c. 37.

IN fame, uti scribit Galenus, hæc ordine se habent, partium inanitio, earundem tractio à venis; mox venarum à ventriculo, molestus suctionis sensus; & tandem animalis appetitus. Unde fit, ut fames suctionis ille sensus dicatur, appetentia verò implendi desiderium; si verò contingat, ut pereat sensus suctionis, vel nulla amplius fiat exsuctio, aut corpus non evacuetur, affectio oritur, quæ græcis anorexia; Latinis dicitur cibi fastidiū, seu inappetentia, aut, uti Paulo placet, ciborū aversio. Affectio est in genere functionis ablatæ; hæc autē in viris, pueris, ac virginibus ob multas causas contingit, quarū inter potissimas Galenus calorē annumerat, ut qui solidas corporis partes laxādo exoluit, & ad attractionē imbecilliores reddit, idcircò, minus æstate quam hyeme, appetentia fit; sed & ab humiditate contingit, quæ fundendo supra modum extendit, & suctum ac compressionem impedit. Fit etiam in viris, ab immodico ventris profluvio, spiritus dissolvente; aut bilioſi humoris, acris, porracei, & tenacis ad ventriculum delatione, aut pharmaci potione, aut immodica sanguinis detractione. At in prægnantibus potissima aversionis ciborū causa est, menstrui sanguinis excrementitia pars, in

Causæ.

1. de caus. sympt. 7. Æstate quā hyeme minor est appetitus.

utero

utero redundans, cujus vapores os ventriculi inficiunt, ac ejus tẽperiem evertunt, & mala afficiunt qualitate, unde coctio, & tractio præpeditur, idque potissimum primis mensibus, quia major redundat copia, & multò magis in plenilunio, vel cum fœtus capillum germinat; observarunt enim veteres, per hoc tempus pueros etiam in lucem editos, deterius se habere, & in utero id quoq; contingere, fœminasq; tædiosas fieri, & nihil appetere. Affectus se ipsum prodit, causarum notæ sunt, nam si à biliosis humorib. fit, ventriculi morsus adest, & sitis vehemens; si à putridis, febris interdum conjungitur; si à crassis & lentis, nec rosio ventris, nec sitis adest, sed sputatio crebra; communis tamen omnibus nausea est; calidam intemperiem detegit sitis, & quod nidorosum quippiam eructant, & calidus sentitur halitus, frigida expetunt, & ab eis juvantur. *Signa.*

In hac affectione multis medicamentis utendum non est, quia ipsa sponte desinit crescente fœtu. Si tamẽ molesta sit, & curationem requirat, non absimili ratione occurrendum, ac cibi fastidio virorũ, seu reliquarum fœminarum, cujus curatio ab ijs petenda, qui communitur practicas scripserunt. Sunt tamen tyrones commonefaciendi, in hoc casu purgatione non esse utendum, potiusque vomitus leviter ciendus, ut superiori cap. dictum est, maximè si mulier vomere sit assueta. Conveniunt cibi acidi, austeri, salsi: carnes minime pingues, assæ, aviculæ, pyra, mala cydonia, palmulæ, nuclei pinei, olivæ conditæ, confert etiam jejuno ventriculo capere rotulam unam diarrod. cum aqua tepida, si fervens sit temperatura; aut tabellam aromatici ros. cum cochleari uno, vel altero vini generosi, si frigida sit ventriculi intemperies. Exterius ungatur ventriculus oleo de mentha, absynthij, cydoniorũ, mastichino, myrthino ac super inpergatur pulvis ros. rub. diarrod. coralli, rub. aromatici ros. Conveniunt tandem quæcunque superiori cap. dicta sunt, idcircò à pluribus hic supersedemus. *Curatio.* *Admonitio.* *Cibi.*

De vomitu, & nausea prægnantium.

CAP. XI.

UT menstrui vapore tunicas oris vẽtriculi occupante, abolita aut depravata appetentia fit, sic eodẽ vapore ventriculi capacitatẽ ingre- *Causa.*

ingrediente,vomitus aut nauſea,nam ,ut ſuperioris ejus partis propria operatio appetitio eſt,ſic retentio,&concoctio inferioris,ea tamen ratione ut ſi leviter afficiatur ,nauſeam excitet,ſi gravius vellicet, ac mordicet,vomitum ſæpe etiam cum dolore& cruciatu;& rurſus ſi calidus adſit vapor,ructum nidoroſum,ſi frigidus,acidum promoveat. Porrò vomitus eſt eorum,quæ in ventriculo continentur per os excretio: nauſea verò depravatus motus facultatis expultricis,quo nititur per os excernere,quæ ventriculo ſunt moleſta.

Definitio.

Signa.

Affectio ſignis non indiget, inſtantis tamen vomitus indicia,ſæpe ſunt cibi abominatio , nauſea,cordis compreſſio, vertigo,& tremor labij inferioris. Vomitus ,quem ſequitur manifeſta alleviatio,cohibendus non eſt, ſi tamen moleſtus admodum ſit,curatur trib.remed. generibus, & relicta ea curatione,quæ convenit quandò vomitus fit ab humoribus in ventriculo, nedum impactis ſed ibidem genitis,totus ſcopus hic erit,ventriculum roborare,ne prædictos vapores, aut humores ex utero aſcendentes admittat: admiſſos vero domare, ac retundere. Suppoſita igitur in reliquis optima victus ratione, cibos capiat optimi nutrimenti,ac facilis concoctionis,de quibus c. *de cibis* dictũ eſt , ſpecialiter verò caveat à liquidis pinguibus, utatur aſſis cum ſucco granatorum, & omphancij,aut malorum aureorum, oryza,amylo,vel farre in juſculo caponis,aut hæc leviter torrefiant, & cum vitellis ovorum,aqua roſ.& ſaccharo fiat pulticula ; juvat vinum rubrum,cibus, & potus parcus, ac ſæpiuſcule aſſumptus ; ſtatim à cibo,ſi intemperies ſit calida , capiat hauſtũ aquæ frigidę,vel ſi vẽtriculus frigida laboret intemperie ,malum cidonium in vino rubro coctum ad mellis ſpiſſitudinẽ , aut utatur malis punicis cum ſorbis,vel conſerva cydoniorum, mirobalanis conditis, aut nuce myriſtica,vel pulvere confecto ex corallo,cortice citri ſicco,& cruſta panis torrefacta cunctis mixtis: vel hac conſerva ſeminis apij ℥ iij. coralli rubei ℈ j. ſpicænardi ,piperis longi an. g. ij.mellis q.5. fiat electuarium doſis à ℥ j. ad ℥ i ß. aliqui myrrham addunt, ſed omiſimus, quia menſes & abortum provocat. Prodeſt inſuper ante prandiũ mica panis torrefacti vino Hip. intincta: ut autem graveolentia omnia ventriculum ſubvertunt,ſic odorata corroborant , idcirco non ſolũ in medicamentis ipſis,verum etiam in cibis ſæpius odorifica permiſcenda,ut aqua roſ.naphæ,moſcus,ambra,cortex citri,lignum aloes.

Curatio.

Graveolentia ventriculum ſubvertunt.

Secundò

Secundò externis, quæ & discutere, & roborare valeant, purgantia enim non sunt adhibenda, ut superiori c. diximus, possunt tamen masticare parum rhab. aut conservam cydoniorum purgativam devorare, vel adhibeantur clysteres ex decocto hordei, & parietariæ, vel ex lacte, aut jure gallinæ cum saccharo, & vitellis ovi in pauca quantitate, ac sine oleo, ne venter distendatur, aut lubricetur. *Externa.* Ab his inungatur ventriculus oleo nardino, absynthij, naphæ cum pulvere ros. rub. absynthij, cinnamomi, spicæ, si frigida sit intemperies; si verò calida, inungatur oleo cidoniorum, myrthino, addito olei absynthij parum, & guttulas aceti ros. ac pulvere coralli, diarrod. cornu cervi usti, rosar. rub. ex quibus cum cera fiat linimentum, vel adhibeatur emplastrum de crusta panis, de mastice, de carne cydoniorũ aut sequens cataplasma *℞ succi cydoniorum ℥ ii. succi pyrorũ, sorborũ, & uvæ acerbæ an. ℥ i. aceti albi ros. ℥ i. ß. agitentur simul, & eũ pauca farina excipiantur*, ac admoveantur supra os ventriculi à parte anteriori, & posteriore, vel fiat sacculus ex æquis portionib. pulveris diarrodon, coralli, cornu cervi, ros. rub. absynthij, cinnamomi & spicæ. *Inunctio.* *Cataplasma.* Affectione tamen diutius, & graviter perseverante, cucurbita ad os ventriculi cum flamma copiosa affigatur, tantisper dum cibus præbetur. *Cucurbita cum multa flamma.*

Aetius ad sistendum vomitum pedes, ac manus in calidam aquam demitti vult, vulgus in frigidam solet, hoc in calida, illud in frigida affectione magis convenit. Deniq; si calida sit intemperies, & nidorosus ructus, nil præstantius, quam aquam frigidam paulatim absorbere, ad cyathi unius, vel alterius mensuram, quæ tamen prius plurimum sit cocta, ac deinde refrigerata; alimentis utendum crassiusculis, pinguia & jusculenta fugiendo, quia facile corrumpuntur; si frigida sit affectio, & ructus acidus calidis, & roborantibus utendum, de quibus supra hoc c. & superiori, potus sit vinum aut aqua cinnamomi, vel cum cortice citri cocta, si alimentum corrumpatur, addendus bolus armenus, terra sigillata, species diarrod. aut electuarij de gemmis, quæ saccharo excipiantur.

Tertiò, si vomitus cum ventriculi dolore fiat, & cardiacis accidentibus; (id accidit ex humore ad os ventriculi confluente, jecore, aut universo corpore, in eundem quod molestum est exonerante, quod inprimis molestat primiparas, & eas quæ pravis alimẽtis usæ fuerunt ac vi- *Dolorũ curatio.*

ac vitam transegerunt laboribus, ac curis plenam) si inquam ex hac urgentiori causa contingat, frequentiori aquæ ferventissimæ potu subveniendum, aut vino, si pituita adsit, vel aliquo ex supradictis medicamentis, & linimentis, præsertim hoc cataplasma ventriculo apponatur. *Cataplasma* ℞ *pulveris ros. rub. absynthij an. ℥ ij. coralli ℥ i ß. ligni aloës, diarrod. an. ℥ i. furfuris q. s.* fiat cataplasma cum vino rub. vel ℞ *micæ panis tosti madefacti in vino rubro, aut succi cydoniorum, vel granat. vel* si ardor sit magnus *in succo plantaginis, aut aqua ferrata ℥ iiij. olei absynthij, ros. omphanici an. ℥ i. pistentur simul, & cum pulveribus supradictis*, fiat cataplasma. Utendum etiam sirupo cydoniorum, myrthino, de portulaca, acetosæ, & aliis quæ acrimoniam compescant, cum aquis earundem herbarum, ac subinde rhabarb. masticato, vel cum conserva ros. aut cydoniorum, appositio prius umbilico pomo asso, vel panis taleolâ, vino malvatico madida, respersis pulveribus supradictis, atque hic curationis modus repetendus, quoad fœtus crescat, & vomitus cesset. *Vena sectio.* Verum si neque his sedetur, sanguinis missio ex communi vena securè, & cum maximo patientis emolumento exerceri potest, idque mihi multis experimentis probatum est.

De ventris dolore in prægnantibus.

CAP. XII.

IMmanis & acerbus dolor in prægnantis ventre inferiori interdum suboritur à spiritu flatuoso, ibi incluso, elevato à sanguine menst. vel genito ob indebitum vitæ institutum, quippe ex fœtu, tum intestina tum reliquæ cavitates coarctantur, unde est ut crassi flatus sæpe ibi includantur, & difficulter discutiantur & tormina gravissima, ac cruciatum circa umbilicum excitent, ad pulsus usque defectionem, sic ut abortum crebrò minentur.

Curatio. Curatur iisdem ferè remediis, quibus uteri inflatio. Specialiter victu calido & sicco, utile est masticare cinnamomum, anisum, cortices citri, quorum etiam pulveres cum vino accipiantur, vel cum aqua stillatitia cinnamomi, anisi, corticis citri, potus etiam vini aromatici per se laudatur. *Sacculus.* Sacculus umbilico adhibendus, ex semine

mine fœniculi, cumini, aniſi, anethi, milij, vino aromatico vel aqua vitæ irroratus, ex quibus etiam in vino decoctis clyſter paretur, in pauca quantitate, cum pauciſſimo oleo anethino, & de baccis lauri, vel cum cera, & prædictis oleis unguentum fiat, aut hoc cataplaſma, vitelli ovorum numero vi. fortiter agitentur, & adde pulveris aniſi, cumini, ſeminis fœniculi an. ʒ j. cum oleo laurino, fiat ad ignē placenta, quæ umbilico applicetur. Vitandæ plures inunctiones, & humida fomenta, quia dum flatus dilatant, priuſquam reſolvant, abortum provocant, uterum & ejus vaſa dilatando, ideoque dum reliqua applicantur, ventriculo apponendum pomum aſſum vino irroratum, & aromatibus reſperſum, ut fœtus roboretur, reliqua ex prædicto cap. ſunt petenda.

Clyſter.

Unguentum Cataplaſma

Admonitio.

De cordis palpitatione & ſyncope prægnantium.

CAP. XIII.

QUando ſubſtantia illa flatulenta, quam ſuperiori c. à menſtruo detento, elevari diximus, per arterias, aut venā cavā in cor adſcendit, ſaltus & cordis palpitationem concitat, nam dum cor, quod ſibi præter naturam tranſmittitur, pellere nititur, motum illum extra proprij motus concentum edit. Eſt autem cordis palpitatio nil aliud, quam immoderata concuſsio vehementi diaſtole, & ſyſtole, moleſta, ab hac facilis eſt ad cardialgiam tranſitus, & ad ſyncopen, ſeu præcipitem virium lapſum.

Definitio.

Curatur victus ratione non abſimili ab ea, quam ſuperioribus cc. propoſuimus. Deinde ſi copiam tetri ſanguinis, à qua plerumq; fit, adeſſe conjectura aſſequamur, ſanguinem ſemel mittere opus omninò erit, ſi aliter, uſu pulveris rhab. cum conſerva roſ. humores pravos expurgare, aut confectione hamech ſine ſcammonio. Valet etiam aqua ferventiſſima epota.

Curatio. Sanguinis miſsio.

Secundò ea adhibenda, quæ cor à venenoſis, ac tetris vaporibus tueantur, ut conſerva Hyacinthorum, theriaca ſmaragdina, electuario de gemmis ad ʒ i. vel altera cum vino, vel aqua naphæ, ſeu meliſſæ, aut etiam g. vj. vel vij. lapidis Bezoartici orientalis

Cordis tutela.

cum prædictis aquis, vel conſerva radicis ſcorſoneræ; aut foliorum ejuſdem, carlinæ, ſcordij, lilij convallij, aquæ arte chymica extractæ.

Halitus diſſipatio. Tertiò ijs, quæ halitus diſſipent, & ad exteriora evocent, ut inunctione regionis cordis ex oleo naphæ, Jhaſminorum, lilij convallij, roſaceo, cum pauca theriaca, aut cum oleo cinnamomi, vel Scorpionum Matthioli. Adhibendus etiam cordi ſacculus cum baſtitura, repletus pulvere coralli, cornu cervi, carlinæ, ſandalorum, diambræ, diamoſci, ſeminis angelicæ, & flor. cord. vel corium cervi, aut capreoli, ambra, moſco, & gallia paratum, ut pro chirotecis odoriferis accommodari ſolet; vel fiat epithema ex mica panis toſti cum vino, & ijſdem pulveribus odoratis, ac reliquis gratiſſimis odoramentis, quæ ſtatus diſcutere valeant.

De tuſſi prægnantium.

CAP. XIV.

Definitio. TUſſis eſt expiratio valida, qua, quidquid ſpirandi inſtrumentis moleſtum eſt, excutere natura contendit. Prægnantibus periculoſiſſima exiſtit, movet enim capitis dolores, vigilias, difficilem

Cauſæ. reſpirationem, interdum febrem, ſæpius abortum. Fit ſicuti etiam ſuperiores affectiones ex halitu tetro, & mordaci à ſanguine menſtruo, in aſperam arteriam, fauces, pulmones & reliqua interiora thoracis, elevato, qui facultatem naturalem ad expellendum irritat, vel ex eodem menſtruo ſanguine ad venas pectoris converſo, aut ex albo fluore tum repreſſo, aut demum ex irruente à capite deſtillatione.

Signa. Ex qua autem cauſa affectus originem trahat adjuncta ſymptomata produnt, nam ſi ex flatu, quantumvis fœmina tuſſiat, nil excernit, neque levatur, niſi vel ructu, vel medicamentis, quæ flatus diſcutiant, ſi à regurgitante menſtruo, vel albis menſtruis, pravo colore mulier afficitur cum laſſitudine, gravitate, oris madore, & crebra expuitione, id quod inſuper ex relatione deprehenditur, ſi fœmina ante gravidationem albo fluxu vexabatur, qui, quia tunc ſupprimitur ad

tur ad ſuperiora convertitur; ſi ex capite, à ſomno deterius habet, multa expuit, crebra expuitione levatur, & per longiora intervalla affectio repetit.

Tuſſis, uti diximus in prægnantibus, periculoſa eſt affectio, quia aborſum excitat, vires proſternit, ac univerſum corpus attenuat: & præ concuſſione capitis accerſit dolores, vigilias infert, difficilem movet reſpirationem, ſæpe etiam defluxiones concitat interdum etiam febrem accendit: idcirco neceſſum eſt eam lenire, & quam citiſſime mitigare, ac fœtum interea roborare adhibitis umbilico, quæ ipſum reficiant. *Prognoſtica.*

In curatione harum omnium affectionum, rarò adhibenda purgatio eſt; tuſſis verò curabitur tribus remed. generibus & primò ſi à flatibus proveniat iis, quæ aſcendentes flatus deprimere ac digerere valeant, pro qua re conveniunt inprimis alimenta ſicca, & boni nutrimenti ex aſſis, vel coctis aviculis, dummodo juſcula non adhibeantur. Potus ſit parcus, digerit tamen, aquæ calidiſſimæ potus cum ſaccharo ante ſomnum; aut vinum cum cinnamomo; aut aqua cinnamomi, vel florum ejuſdem, & cariophyllorum an. ʒ vj. ſacchari, & mellis deſpumati an. q. 5. fiat linctus; aut ex ſolo pulvere cymini cum melle & ſaccharo. *Curatio.* *Flatus deprimentia.*

Secundò, ſi à ſanguine vel albo fluore aſcendente proveniat ſanguinis miſſionem ex communi vena utiliſſimam eſſe ſcio, aut cucurbitulas cum ſcarificatione lumbis applicitas; deinde rhab. maſticare, & ut id, quod ad pectus fluit, leniatur, & facilius educatur, convenit farina fabarum cum melle in forma pilularum, aut boli vel etiam ptiſana; ſi fluxio ſit calidior, tragacantum, amylum, muſcilago cydoniorum, aut electuarium quod recipit *papaveris albi diligenter triti* ʒ. *x. amyli, gummi arabici, tragacanti an.* ʒ ß. *ſeminis cucurbitæ, cydoniorum mundat: an.* ʒ *iij. cum ſaccharo penidiato*, fiat electuarium, ad formam conſervæ roſ. vel cum ſaccharo pulverizato, fiat bolus, aut cum eodem diſſoluto in aqua ſcabioſæ, fiant morſelli. Vel ℞ *papaveris albi, & nigri an.* ʒ *x. ſucci glycyrrhizæ* ʒ *xv. ſeminis cydoniorum, altheæ an.* ʒ *ij. infundantur per noctem in lib. ij. aquæ coquantur poſtea ad medias, colaturæ adde tragacanti* ʒ *iii.* ß. *gummi arabici, ſeminis cydoniorum an.* ʒ *ij.* ʒ. *ſacchari lib. i.* fiat electuarium. Quod ſi fluxio ſit ex frigidiuſcula cauſa, qualis ex albo menſtruo plerumque eſt, hoc aliud paretur electuarium. ℞ *ſucci glycyrrizæ* ʒ *v. hyſſopi ſicci, ſeminis urticæ, radicis* *Evacuatio.*

iridis, cardamomi, aristolochiæ rotundæ, piperis, amygdalarum amararū, seminis nasturtij an. ℥ ij. cum melle despumato, aut saccharo clarificato, omnia pulverizata bene misceantur coquendo, sed majoris efficaciæ est adhuc aliud, quod ℞ *carnis passularum ℥ ij succi violarum cærulearum ℥ ij. pulveris liquiritiæ ℥ i. pulmonis vulpis, jecoris lupini an. ℥ ß. lochsani ℥ i. misce*, prosunt etiam in hoc genere reliqua bechica à practicis descripta, modò seligantur, quæ menses non admodum moveant.

Caput purgantia. Pillulæ. Tertiò si ex capitis defluxu oriatur, conveniunt potissimum, quæ caput purgant, ut ore mandere myrrham, vel masticem, aut masticatorium ex æquis portionibus caricarum, piperis ac masticis, aut quinto quoque die assumere ℥ ß. massæ pilularum, quæ conficitur ex mastice, & rhab. aut per nares, & os recipiatur vapor ex decocto majoranæ, rorismarini, camemali, pulegij, menthrasti, salviæ; capiti vero imponatur hic pileus. ℞ *florum rorismarini, lavendulæ an. p. j. camomillæ, betonicæ, ros. rub. an. p. i. ß. foliorum salviæ, majoranæ, serpilli, meliloti an. m. ß. foliorum sennæ, stœchados an. ℥ ij. cariophyllorum, nucis moscatæ, macis an. ʒ ij. melissæ parum; thuris, masticis, coriandri præp. an. ℥ ß. contusa in pileum demittantur cum bastituris.* Ad ingressum lecti, ut somnus concilietur, porriges sirupi papaveris, viol. an. ℥ i. aut ovum sorbile cum ℥ i. amyli, tragacanti, terræ sigillatæ, aut seminis papaveris albi.

Evaporatio. 1.º

Pileus. 2.º

De alvo suppressa, & urinæ retentione, in prægnantibus.

CAP. XV.

Causa. DUm alvus in prægnantibus, vel urina supprimitur, ac fœces indurata non nisi magno conatu expelli possunt, periculum est, ne ligamentum aliquod disrumpatur, & prosiliente sanguine abortus excitentur. Contingit alvi suppressio ijs potissimum fœminis, quæ jecore sunt sicco & squalido, quia meseraicas habent voraces, sic ut multum humiditatis exsugant, fœcibus remanentibus siccis ac minimè fluidis; contingit etiam ex defectu alimenti, quia plurimum fœtus insumit, aut quia grandiusculus factus intestina comprimit, ex qua præcipuè causa urina ultimis mensibus supprimitur. 3.º

Curatio. Curatio, in gravidis potissimum, quam diligentissime adhibenda per ea, quæ alvum lubricam reddant, ac jecur contemperent; ita si ex defectu alimenti fiat restrictio, copiosiora conveniunt, maximè

cocta,

cocta ac juſculenta; ſi verò ex calore, cibus confert frigidus ac humidus ex juſculis pinguibus avium, vel arietinæ, ovis tremulis cum ſaccharo, ptiſana; prodeſt malva aut borrago in jure avium cocta, pruna in aqua hordei, malvarum aut violarum ſaccharo ebullita; conducunt etiã in prima menſa ante omnia ℥ iij. aut iiij. aquæ viol. malv. hordei cum ſaccharo: ac interdum clyſterem adhibere in pauca quantitate ex jure pingui cum oleo amygd. dulcium, roſ. viol ſaccharo, & vitellis ovorum, quæ omnia ℥ x, non excedant, adhibitis interim ventriculo, quæ fœtum roborent, ut pomo aſſo, vel panis tano leola cum vino generoſo, & aromatibus; & etiamſi fœmina ad excretionem minimè proritetur, tamen diu non detineat fœces, ſed ſingulis diebus abſque magno enixu expellere conetur, ne diu retentæ poſtea difficilius, & cum majori vi excernantur. Porrò urinæ difficultate, inſtante partus tempore, fœminæ ut plurimum corripiuntur, compreſſa veſica, à prolabente jam fœtu, quæ affectio multis auxiliis non indiget, nam balneis ac fomentis ex rebus emollientibus, quibus ultimis gravidationis diebus, fœminæ de more ac facilitandum partum laxiores vias reddunt, urina etiam promovetur. *Vrinæ difficultas.*

De alvi fluxu in prægnantibus.

CAP. XVI.

210 ALvi fluxus in prægnantibus periculoſus ſubinde eſt, quia ex eo ligamenta fœtus laxiora fiunt, & mater alimento deſtituitur, unde ipſe fœtus imbecillior redditus, ocyſſimè prolabitur, ideo quã citiſſimè ſiſtendus eſt fluxus, præſertim ſi lientericus, aut dyſentericus ſit, nam in diarrhæa, quæ ex abundantia pravorum humorum gravidationis tempore aggregata ſit, cavendum ab adſtringentibus, quamvis enim abortus periculum ob prædictas cauſas immineat, certius tamen id erit ob pravi ſucci redundantiam, ideoque optima, & contemperante victus ratione potius agendum eſt, & iis, quæ ha- 230 bitum mutent in melius. *Prognoſtica.*

Dyſenteria verò curabitur cibis optimis, & facilis concoctionis, aſſis potiſſimum; potus ſit vinum rubellum, aquâ portulacæ, & chalybeatâ, dilutum. *Curatio dyſenteriæ.*

Secundò

Evacuatio. Secundò evacuatione humoris peccantis, ac si sanguis redundet, fiat venæ sectio ex communi vena, sin minus contemperandus humor peccans, ac compescendus syrupo de rosis siccis, myrthillorum, de portulaca, acetosæ, viol. buglossæ, cum aquis earundem herbarum capitum rosarum, vel ferrata: tunc deinde convenit rhabarbarum masticare vel ʒ i. ejusdem cum uncia conservæ ros. assumere.

Roboratio fœtus. Interim autem dum hæc fiunt, umbilico adhibeantur, quæ fœtui robur præstent, ut pomum odoriferum assum cum theriaca, cinnamomo, cariophyllis, mastice; vel si calor adsit, cum pulveribus coralli, myrthillorum, ros. rub. diarrod. abb. & frustrum carnis semiassæ, aut taleola panis tosti vino irrorata, ac prædictis pulveribus respersa; At si dolor magnus sit, ea adhibeantur, quæ supra cap. *de ventris dolore in prægn.* dicta sunt, idq; ocyssimè, quippe ex doloris vehementiâ impendet maximum abortus periculum; nimius clysterium usus vitandus, quia ab ipsis fœtus laxatur, poteris tamen uti ijs, quæ leviter lubricant, ac dolorem mitigant, quales conficiuntur ex jusculis, aut decoctione malv. meliloti & altheæ, in aqua ferrata, cum oleis ros. myrthillorum, butyro, saccharo, & vitellis ovorum.

Curatio lienteria. Tertiò si alvi fluor fiat ex vitio ventriculi, qualis lienteria est, & cæliaca passio, curabitur eadem ferè ratione qua vomitus prægnantium, de quo supra proprio c. ijs autem, quæ ibi dicta sunt, addere est rhab. masticatum, vel cum conserva ros. Ut, si quis humor in ventriculo redundat, educatur; deinde roboratur electuario de gemmis

Conserva. per tabulas diarrod. abb. aut diamargar. inprimis verò mihi usu probata est conserva, quæ recipit *conservæ ros. antiquæ ʒ i. ß. pulveris boli armeni, coralli rubei præp. trochiscorum de karabe, masticis an. ʒ ß. cum syrupo myrthillorum*, fiat opiata, dosis cochleare unum superbibendo ʒ ij. aquæ symphyti, portulacæ, extinctionis auri. In delicatioribus detraho masticem, quia ejus odorem non tolerant.

De inflatis ac lividis prægnantium cruribus.

CAP. XVII.

Causa. INflantur prægnantium crura, vel quia in gravidatione fluxus aliquis uteri aquosus supprimitur: vel ob copiã sanguinis mẽstrui retenti,

tenti quam fœtus consumere nequit, ideoque matri, & fœtui inutilis in crura delabitur, hac adhibita distinctione, quod si epar debilitatur, & sanguis recrudescit, ac pituitosus aquosiorve existit, ac is, qui denuo in jecore conficitur, ob copiam vitiatur, tunc crura œdematosa fiunt: At si corrumpatur, calidiorisve bilis admixtum aliquid obtineat, inflammantur crura, & non rarò exulcerantur, ac sceletyrbica ulcera in eis apparent, quemadmodum in scorbuto, maximè si obstructiones, aut redundantiam pravorum humorum antea passa, aut lienosa fuerit mulier. Verum si nil horum, sed tantum crassus redundet sanguis, & ad inferiora tendat, lividitates quædam in inguinibus, & cruribus, cum tumore instar varicum frequentissimè fiunt, quod sæpius vidimus, ac sunt plures, quæ singulis gravidationibus id patiuntur. Hoc autem qua ratione contingat, facilè deprehendes, si in memoriam revoces, quæ in lib. de natura mulierum retulimus, à cava vena in dextrum ac sinistrum crus duas venarum propagines derivari, juxta os pubis, à quibus illæ etiam venæ prodeunt, quæ cervici uteri inseruntur, in quibus crassus redundans sanguis nil mirum, si in earundem truncos recipiatur, unde etiam vidimus crurum tumores post partum contingere, si lochia minus copiosè procedant. Scribunt de crurum tumoribus prægnantium Hipp. & Aet.

lib. 1. c. 4.

Hip. 7. epid. 6. Aet. lib. 16. c. 12.

Tumoribus pedum crescente crudorum humorum copia, supervenit oculorum, & totius corporis tumor, per difficilis incessus, difficultas respirationis, tussis sicca, febris exigua, rarò autem fiunt ante quartum gravidationis mensem quemadmodum ventriculi affectiones non nisi intra tertium, quia ventriculi passiones in hos tumores convertuntur; aut quia menstruæ purgationes pluries jam defuerunt, & epar cacochymiæ diuturnitate debilitatum est. Porrò tumores pedum; ac varices prægnantibus minus graves sunt, quam reliquis, nam morbi, quibus affectus naturales occasionem præbent, adeò periculosi non sunt, & in eis expectatur auxiliū à partu, à quo solent, citra auxiliatrices medici manus, mulieres in pristinum statum reduci, quia crudus ille & vitiosus sanguis per lochia expurgatur, & causa cessat, natura in mammas, aut ad uterum residuum denuò transmittente. Idcircò si malum urgentissimum non sit, naturæ committendum, ne ad membrum princeps affectio irruat. Quæ

Signa.

Prognostica.

tamen crurum tumoribus, per gravidationes vexantur, frequentius pariunt fœmellas, nam & medici omnes censent difficiles & morbosas prægnationes, fœmineos conceptus indicare,

Curatio. Si tamen magnus est tumor, & neq; noctu, neq; à partu crura detumescunt, lenis curatio instituatur, per optimam victus rationē paream & ad siccum tendentem. Deinde ijs utendum, quæ digerant ac discutiant, in quem usum per os assumatur loch ex melle despumato, & farina fabarum, aut cumini semen cum vino idque sæpiusculè: crura laventur citrorum malorum decocto, vel lixivio sarmentorum, in quo bullierint folia quercus, pulegij, calamenti, origani, lupini, sulphur & sal, vel vino albo cocto cum limatura cornu cervi, in quo etiam lintea madefiant, & cruribus imponantur; vel sequens cataplasma. ℞ *sulphuris* ℥ *j stercoris columbini* ℥ *x. farinæ fabarum, lupinorum an.* ℥ *j* ß, *decocti asphodeli, succi caulium an. q. s. cum pauco aceto*, fiat cataplasma. Pedum plantæ fricentur aceto ros. & sale, vel alumine cum vino. Prodest emplastrum ex caulium folijs vino & aceto coctis ac contusis, vel ex cimolia cum aqua chalybeata, aut ferrariorum, & modico aceto, aut papyrus emporetica aceto madida, parti imposita. At si pars rubeat, cavendum diligenter, ne exulceretur, aut in corruptionem aliquam degeneret, adhibitis folijs brassicæ cum cimolia, rosaceo, & farina orobi, cicerum ac fabarum. Si lividi tumores appareant, sanguinis missionem cum felici successu inter 4. & 7. mensem exerceri, sæpius comprobatum est; si plenitudo magna sit, alias aut abortus sequitur, si sanguis mittatur, aut fœtus debilior in lucem venit; si quid verò residuum sit, post partum discutitur, ac evanescit.

Scholium.

Dubium an prioribus mensibus vomitiones ultimis crurum tumores magis fiant. 1. de Sympt. c. 7.

Ventriculi affectiones] *Prioribus tribus mensibus solent fieri utero gerentibus vomitiones, nauseæ, picacei appetitus, ventriculo cito cum utero consentiente: tumores verò pedum, lividitates & alia hujusmodi non ante quartum aut quintum, cum jam menstruæ purgationes sæpius desierint, & diuturnitate affectionis Epar debilitatum est, in hac degenerantibus uteri passionibus. Sed quæres, si tumores hi fiunt mense 4. aut 5. veluti majori jam facta causa mali, cur eo tempore cessent nauseæ, & depravati appetitus, quæ enim à minori causa fiunt, accessione majoris non desinunt, sed augentur, aut certe,*

certe, ut erant, persistunt? Solvit Galenus, dicens ventriculi affectiones in 4. desinere, quia pars vitiosi succi vomitione evacuatur, pars in auctiorem fœtum attrahitur, cum jam ampliori utitur nutrimento. Veru difficultatē nō exhaurit, quia non declarat, unde pedum tumōres fiant. Dicendum ex prædictis ventriculi affectionibus, & redundante humore epar debilitari, & quanquam citius trahitur in compassionem ventriculus, quam epar, tamen diuturnitate intemperatum epar retinet magis compassionem, quām ventriculus, ijs præsertim, quibus epar infirmum erat; nam firmum ac validum nil vetat suas passiones in ventriculum deponere, nullis tumoribus succedentibus, quod sæpè fit, ut etiam, quibus ventriculus robustus, & epar debile, nullis præcedentibus ventriculi passionibus, initio tumores crurum fiunt. Certum tamen est pedum tumores ratò ante quartum fieri; appetitus depravatos plerumq; intra tertium finiri, sed neutrum eorum perpetuum est, neque eas quibus pedes tument, ventriculo antea laborasse, neq; secus.

De sanguinis fluxu ex prægnantium utero.

CAP. XVIII.

SAnguis in gravidis uno è tribus locis potest prosilire, aut ex vasis quæ excurrunt ad uteri collum, aut ex ijs, quę ad corpus, & cavitatem ipsius tendunt: Et rursus ex ijs, quæ chorio, ac fœtui adhærent, per quæ ejus nutrimentum trahitur aut ex alijs, quæ natura reservavit pro superfœtatione, ac necessitate expurgandi sanguinis, si superfluum esse contingeret. Ex quavis harum partium fluit, aut apertis vasis, aut disruptis, aut dilaceratis. Aperiuntur ex redundantia, aut quia natura solers per venas, quæ vacuæ supersunt à fœtus alimonia, excernit gravidationis tempore ea, quæ antea per aliam evacuationem nunc suppressam expellebantur. Dilatantur ex acrimonia humoris, aut propria contextura rara, disrumpuntur ac dilaceranturex vehementi motu, saltu, ictu, casu, percussione, subita animi perturbatione, aut denegata re vehementer appetita, tussi, cruciatu, ac dolore maximo, vel etiam ex inclusis vaporibus, tenesmo, alvi fluxione, frigiditate ingenti, immodico æstu. *Causæ.*

Si igitur ex apertis vasis prodit, id cognosces, quia ordinatè & cum prægnantis commodo tolerantia ac conferentia effluit, citra evidentem aliquam occasionem, citra dolorem ac molestiam, ac fœmina boni coloris est; si ex dilatatis, per anastomosin, quæ excer- *Signa*

cernuntur guttatim instillant, acria sunt, aut alba, & serosa, aut pallida, sanguinolenta, fœtida, ac tenuia: at ex disruptis ac dilaceratis vinculis confertim, & sine ordine prodeunt, cum molestia lumborum, & partium circa inguina dolore, id quod etiam ex relatione comperies, si causæ præcesserunt procatarcticæ. Jam verò operosum non est colligere, ex quo loco sanguis fluat; nam ex collo plerumque in minori copia fluit, sed cum ordine, copiosius ex fundo, atque etiam ordinatè ex venis fœtui non adhærentibus: inordinatè verò, confertim, ac cum dolore ex ijs, quæ fœtui jam alligatæ erant. Porro sanguinis profluvium in prægnantibus, aut fœtum imbecillum significat, aut abortus præludium est; aut gravem & molestum partum fœmellæ portendit, qui ad decimum usq; mensem protrahatur; significat quidem imbecillum fœtum, quia nequit totam copiã sanguinis convertere in alimentum: abortum, quia si grandior & robustior est, & tamen ex causa procatarctica fluxio fit, alimento destituitur; molestum verò partum fœmellæ, quia Hippocratis ac medicorum communi consensu, difficiles ac morbosæ prægnationes fœmineos indicant conceptus, cujus rei causam alibi retulimus; quod autem ad decimum protrahatur mensem, ratio existit, quia si validus fœtus vitalis non est, nisi à labore septimi mensis per 40. dies reficiatur, debilis quidem longiori tempore indigebit, ideò tardius ad perfectionẽ veniet. Cæterum utero gerentibus sanguineis, pletoricis, & quæ largiori utuntur victu, ordinatæ singulis mensib. purgationes utiliter sæpissimè fiunt, imo visæ jam sunt & vidimus nos, quæ ad justũ tempus fœtum non ferebant, nisi præter hasce purgationes, venâ quoq; cubiti sectâ sanguinem mitterent; nam ut sanguinis penuria potest fœtũ perdere, ita copia tenellum ac imbecillũ potest repente suffocare. Unde fit, ut etsi ex illis venis, quæ in fœtum impenduntur, cum periculo semper sanguis profluat, de quo potissimum Hippocrates intelligendus est, cum dixit: Si mulieri utero gerenti purgationes procedant, impossibile est fœtum esse salvum: ex alijs plerumque utiliter, ac cum maximo fœtus, & matris emolumento egrediatur; quare nulla indigebit ea fluxio curatione, sed corroborantibus duntaxat auxilijs, quæ fœtum & ligamenta firment, de quibus infra 3. remed. genere.

Prognostic̃.

c. de morbis acutis prægnantium.

Morbosæ prægnationes fœmineos indicant conceptus.

5. aph. 60.

Si verò ex profusione qualibet sanguinis, fœtus imbecillitas & abortus

ortus timeatur, instituta bona victus ratione roborante, & sanguinem incrassante, ex carne assa, amylo, lacte amygdalino, aqua chalybeata extracto, & miva cydoniorum ligaturisque ac frictionibus brachiorum; curabitur tribus remediorum generibus. *Curatio.*

Primo si copia adsit, & patiens juvencula sit, sanguinea & abortiri assueta, sanguinis missione ex brachio, aut si serosus, & acris humor fuerit, quo facultas lacessitur, contemperantibus & expurgantibus, quibus tamen à 4. duntaxat usque ad septimum mensem utendum est, juxta Hipp. placitum; hac igitur poterit uti purgatiuncula. ℞ *radicis liquiritiæ, cichorei an.* ℥ ß, *herbarum agrimoniæ acetosæ, Endiviæ an. m. j. passularum* ℥ i, *polypodij quercini* ℥ iij. *florum cord. an. p. i. semin. frigid. major seminis anisi an.* ℥ ß, *mastices in ligatura* ℥ i, *foliorum sennæ* ℥ vii, *coquantur in* 5. *q. aquæ ad lib. j* ß *colaturæ adde rhab. electi pulverizati* ℥ j. *cinnamomi* ℈ i. *agarici trochiscati in petia ligati* ℥ i, *iterum leviter bulliant, posteaquam per noctem fuerint in infusione, tunc coletur, & addè syrupi ros. sol.* ℥ ii, *sacchari q.* 5. *fiat potio clara, aromatizetur* ℥ i *specierum diarrod. dosis* ℥ iiii singulo mane, convenit etiam rhabarbarum masticare per se, & cum conserva ros. 5. *aph.* 33. *Purgatio gravidis ac tilis.*

Secundò utendum ijs, quæ sanguinem densent, & fœtum roborent ac jecur calefaciant, si refrigeratum sit, in quem usum sunt utiles hi morselli. ℞ *margaritarum præp. corralli rubei præp. an.* ℈ ß, *zinziberis* ℥ i ß. *cinnamomi* ℥ ii, *cariophyllorum, macis, nucis muscatæ an.* ℥ ii, *utriusq; cardamomi an.* ℈ i, *sacchari dissoluti in aqua cinnamomi q.* 5. fiant morselli aromatibus grossis manentibus. Verum si jecur calidum sit, aut humor tenuior, sequens fiat conserva. ℞ *conservæ ros. antiquæ* ℥ i, *boli armeni, terræ sigillatæ, corralli rubei præp. cornu cervi, electuarij de hiacinto, margar. præp. an.* ℥ ß *cum syrupo myrthino, fiat opiata*, dosis ℥ i, ac superbibat haustum vini rubei diluti aqua symphyti; quod si animus sit ulterius constringere, adde trochiscorum de Karabe, & masticis partes æquales, valet syrupus de rosis siccis, myrthinus, rosaceus, de portulaca. *Sanguinem inspissantia.*

Tertiò interim dum sanguis fluit ex utero, præsertim dum phlebotomia aut purgatio exercetur, ijs utendū, quæ umbilico adhibita fœtum calefaciant, & roborent, qualia retulimus capite superiori de alvi fluxu in prægnantibus, ut mica panis recenter cocti vino odoratissimo, ac succo pomorum redolentium, ac pulveribus prædi- *Fœtus roborantia.*

ctis in compositione morsellorum; valet sequens emplastrum. ℞ *dactylorum coctorum in vino austero* ℥ ii, *farinæ volatilis* ℥ i. *pulveris cariophyllorum, macis, cinnamomi an.* ʒ ß *cum eodem vino* fiat emplastrum; vel ex carne cydoniorum assa, sive condita, si recens non reperiatur, cum vino rubro mixta ac prædictis pulveribus; aut hoc aliud quod mirificè roborat: ℞ *balaustiarum, glandium, gallarum an.* ℥ ß contundantur, & *adde karabis* ʒ ii, *farinæ hordei* ℥ i *vini albi q. s. vel boli armeni, sanguinis draconis, thuris, masticis an.* ʒ ii, *acaciæ, hypocystidis, berberis, nucis cupressi an* ʒ i. *farinæ volatilis* ℥ ß *cum vino nigro, & modico succo plantaginis, vel aqua chalybeata, aut succo pomorum redolentium,* fiat emplastrum, quibus addi possunt trochisci de karabe, de bolo armeno, de terra sigillata; atque hæc umbilico; ventriculo verò adhibeatur aliud, sic paratum. ℞ *menthæ siccæ* ʒ ii *cariophyllorum* ʒ iiii, *nucis moscatæ* ʒ ii, *ros. rub.* ℥ i ß. *misce* fiat pulvis, qui ventriculo præuncto oleo cydoniorum, ac myrthino inspergatur, aut cum cera, oleis prædictis, & pulveribus fiat unguentum. Ut sanguinæ redundante per uterum instillatio fit, sic aliquando ad superiora tendente mammæ indurescunt, lacte turgent, ac fluunt, quod accidens fœminas gravat, & curatur, sicuti lactis redundantia, de qua infra.

De aqua profluente ex utero prægnantis.

CAP. XIX

Aquæ ante partum effusio unde.

INter membranam, quæ amnion dicitur, ac fœtui adhæret, & chorion, urina fœtus recipitur, & in partu naturali amnion frangitur, à puero grandiori jam, ac requirente copiosius alimentum, tunc urina mox fœtum tangit, & tanta afficit molestia, ut cogatur chorion lacerare, unde naturaliter fit aquæ hujus sive urinæ ante partum copiosa effusio. Sed hæc etiam aqua in gravidis, nondum adventante tempore partus, nonnunquam profluit, quod fit aut ruptis casu aliquo membranis, aut plus justo tensis seu dilatatis ita, ut per anastomosin transcoletur, rumpuntur quidem ex casu, saltu, vel quapiã alia causa externa: dilatantur ex propria contextura aut animi perturbatione. Disruptionem cognosces, qui per eam subitò copiosè, & confertim aqua effunditur; dilatationem, quia sensim & paulatim: ad hæc rupta vasa semper abortus sequitur, alias causas non ita. Fluit præterea non rarò valetudinarijs fœminis, dum utero gerunt,

Causa.

Signa.

gerunt, humiditas quædam ex superfluis, & albis uteri purgamentis, cujus occasione plerumque septimestres edunt partus: alijs sanioſa quædam, ac sanguinolenta humiditas promanat, quæ vitia ut plurimum gravidis eveniunt, quæ lienis vitio, aut pravo corporis habitu laborant, ut Hipp. refert.

Hæ cunctę affectiones non aliter sunt curandæ, quam optima victus ratione, & fœtus roboratione. Esto itaque victus ex cibis solidioribus, ut carnibus assis, amygdalis tostis, passulis, pane bis cocto; ac in ultima mensa capiat mivam cydoniorum aromatizatam. Potus sit cerevisia optima aut aqua chalybeata, vel ex decoctione, suffumigationeve masticis, aut etiã cocta cum radice chinæ, cujus radicis syrupus, si per aliquot dies sumatur, utilissimus est, fit autem hoc modo. ℞ *radicis chinæ* ℥ ß *sarsæ parellæ* ℥ j *coquantur in lib.* viij *aquæ lupulorum, & borraginis ad medias, in fine adde in ligatura pulveris coralli rubei, ros. rub. granę an.* ℥ j. *facta colatura cum saccharo*, fiat syrupus. Quod si serosum aliquid in corpore redundet, nõ erit abs re ϑ j rhabarbari masticandum præbere, aut cum ℥ j. conservæ ros. aut tabellas diarrod. abb. cum duplo rhabarb. Si verò ex suppressa aliqua evacuatione fiat, annitendum est præexistentes humores corrigere, & attemperare.

2. de morbi mul. Curatio.

Syrupus ex radice chynæ.

Secundò non solum dum reliqua curatio administratur, sed toto tempore, quo humiditates fluunt, roborantibus utendum externis umbilico admotis, de quibus c. superiori, & *de acutis prægnantium morbis* in 3. remed. genere.

De dentium dolore prægnantium.

CAP. XX.

FOeminarum plurimas ex nullo alio indicio gravidas esse, certius cognosces, quam ex dentium cruciatu; is autem in prægnantibus provenit ex defluxione à capite, nam vapores à menstruo elevati, si caput pertingunt, sanguinem ibi vitiant, ac cerebri nutritioni ineptum reddunt, unde à natura ad inferiora truditur.

Curatur si temporibus, supra eas venas, quæ à capite descendunt, emplastrum applicetur ex mastice, vel contra rupturam cum pau-

Curatio.

co

co opio, deinde ad discutiendũ emplastrum de Indico gummi dicto tacamaca. Secundò dolor mitigandus in ore detento vino, in quo incoxerint salvia, cortex mori, coriandrum præparatum, & gallæ; aut vapor per os sumatur ex decocto salviæ, saturejæ, majoranæ; Et si causam doloris frigidam esse cognoveris, denti affecto instillabis unam, vel alteram guttam olei cariophyllorum chymica arte extracti: vel olei salviæ, aut thymi parum auri propinquæ instilletur: vel dens fricetur theriaca aut mithridatio, cujus parum cavitati, si adsit, indere utile est, aut granum piperis, aut cariophyllorum. Si verò causa sit calida, nullo alio auxilio promptius dolor removetur, quam si frigidissima aqua ore detineatur, quâ, cum primum concalefit, ejectâ, alia denuò capiatur, idque crebrius fiat, ac subinde denti imponatur tantillum phylonij Romani, quod hisce, & alijs dentium doloribus, mirum in modum prodesse, crebra me docuit experientia, ita ut pro optimo secreto meritò sit habendum.

De morbis acutis in prægnantibus.

CAP. XXI.

2. de dieb. dec. 12. Mus. 1 acut 8.

ACutum morbum, ex Dioclis sententia, Galenus eum definit cui motus est velox, & subitò pericula adveniunt. Brasavola illi, inquit, acuti sunt, qui & brevi fiunt, & sæviora habent symptomata.

Causa.

Horũ alij cũ febre invadunt, ut phrenitis, angina, pleuritis, jecoris & ventriculi inflammatio, causus, lethargus; alij sine illa, ut apoplexia, paralysis, epilepsia. Eorum causæ sunt, aut vitiosi humores, qui in corpore præextiterant, antequam fœmina conciperet, aut conceptio durantib. menstruis, unde eorum pars jam vitiosa detinetur, aut certè depravatus victus, quo aut antea usa fuit aut post cõceptũ, dum extranea appetit. Nunquam gravidis, ait Hipp: sine discrimine contingunt aut fœtus, aut matris; nam ex ijs qui febre carent (quia naturâ nõ solum acuti, sed valde acuti sunt, ideoque lethales) mater primum periclitatur, subinde etiam fœtus: ex alijs qui cum febre fiunt, primum periclitatur fœtus ob calorem, & putredinem, quæ facilè tenellum enecant, deinde mater, quia remedijs

Prognostica. 2. aph. 30.

destituitur victu tenui,& sanguinis missione, quæ si adhibeas, defectu alimenti fœtum perdis,unde febri abortus accedit,& geminum fit malum: si non adhibeas,febrem auges victu intempestivo,&relicta sanguinis redundantia. His accedit, quod gravidæ fœminæ habitudo imbecilla ut plurimũ est, & valetudinaria,ob vitiosi sanguinis redundantiam, & boni penuriam, qui ad fœtum descendit, & trahitur, unde facile tolerare non potest acuti morbi insultus, fert enim natura sæpè simplicem affectum, cui si alter superadditur, aut succumbit,aut sine discrimine non tolerat. Porrò,quæcunque fœmellas conceperunt,facilius incidunt in morbos acutos,sed facilius etiam liberantur, contrà, quæ mares; ratio est, quia morbis ex retentione obnoxiæ magis sunt, ideoque ob familiaritatem securius corripiuntur, quæ causa est cur majores hæ, quam mares sustineant labores,saltem post primos menses, fœmellæ enim rarò excidunt, nisi initio gravidationis; mares ubi augeri, & moveri cœperunt, quia acetabula tunc sicciora ex motu vehementiori maris facilè disrumpuntur. Sed & matri salubrior abortus qui minorem projecit infantem; at infans ipse quanto minor, tanto minus vitalis, nisi octimestris sit,qui etsi grandior,vitalis nunquam est.Iam verò fœtus in utero minus periclitatur 5.mense,& sexti initio.deinde 4.& sexti fine,mox in septimo,deinde in 3.2.& primo ordine descendendo, magis in nono sed omnium maximè in octavo,quo etiam ordine remedia cum majori vel minori formidine& cautela sunt adhibenda. Denique fœmina ipsa minus periclitatur, si abortum faciat primo mense, magis secundo, deinde tertio, & ordine servato 4.5. & 6. in septimo &in nono,si fœtus vitalis sit,securissimus partus censetur,si mortuus, periculosissimus; omnium tamen pessimus octavus, tum ob fœtus magnitudinem,tum ob mensis naturam;hæc de prognosticis, nam demonstrativa sive indicantia singulorum morborum signa, ex proprijs capitibus petenda sunt.

Quæ fœmellas conceperunt facilius morbis & corripiuntur & ab eis liberantur.

Acutos prægnantium morbos curare, & à curatione eorundem abstinere,periculo non vacat, neque ex scriptoribus, quid sit agendum, liquidò constat, curationem intelligo per magna remedia, quæ tria sunt, diæta, sanguinis missio, & purgatio, nam in reliquis auxilijs particularibus parum, aut nihil, evariat curandi ratio prægnantium, morbo acuto correptarum, ab alia, quæ reliquis corpo-

Curatio.

nibus utilis est, nisi quod acribus etiam clysterijs, & suppositorijs abstinere oportet, & insuper à diureticis, quia menses plerunque cient, & fœtui detrahunt alimoniam; nullibi itaque magis perplexi cordati medici sunt, quam cum aliquod ex illis tribus auxilijs, gravidis acuto correptis, adhibendum est, quocirca quæ quisque commoda, quæve incommoda habeat, perpendendum erit.

Dub. primum de victu sive diæta.

1. aph. 4. 5. aph. 30.

Et primò quidem de diæta, seu tenui victu Hipp. & Gal. servandum esse dixerunt in morbis acutis, qui tamen utero gerentibus tutus non est, nam ut alibi ipse scribit autor, ex acutis, gravidis non solum imminet periculum ob morbi naturam, sed ob tenuem victum, qui ipsis debetur acutis, cujus tamen ratione, alimenti defectu, fœtum perdimus; at si, ut hic servetur, crassiorem exhibemus, morbum augentes, matrem occidimus; nec satis est, quod gravidæ per cibi fastidia longissimas inedias ferunt, nam tum simplex est affectus: at morbo acuto præsente, ubi tot sunt quæ debilitant, si victu prives, ocyssimè interficies; servanda igitur mediocritas, & ratione fœtus, aliquid tenui victui adjiciendum; ratione acutiei morbi, aliquid de pleniori detrahendum: ita ex duabus contrarijs indicationibus medium erit remedium mediocris victus, ex quo nec fœtus decidat, nec morbus augeatur. Talis parabitur ex jusculis pullorum, vel pullo ipso juniori, ptisana, ovis sorbilibus, abstinendo à vino, & reliquis succulentioribus carnibus, ac alijs, quę plenum constituunt victum; horum verò quantitas major, vel minor esto, pro ratione magnitudinis fœtus, ita major ultimis mensibus, minor primis, moderata in medijs; interim tamen, quod de victu subtrahitur matri, supplendum fœtui per ea, quæ umbilico applicantur, de quibus infra in 3. remed. genere.

Dub. 2. de sanguinis missione.

De secundo remedio, nimirum de sanguinis missione, administrandam esse in acutis jubent ijdem autores, maximè si cum febre sit morbus, verum sapientissimus senex 5. aph. mulier, inquit, utero gerens, sanguine misso ex vena, abortit, præcipuè si fœtus sit grandior. Est igitur in gravidis ambiguitas, nam si vena secetur, subtrahitur fœtui alimentum, ac fit abortus, qui in acutis lęthalis est, si non vulneretur, fit morbus sævior, ac perit mater. At longe aliter nos sanguinem mittimus atq; antiqui, illi enim ad libras seu cotylas, quarum quælibet habet ℥ xij, ut ex Gal. liquet, nos ad uncias, id-

Lib. de pond. & mensuris.

circò

circò dum fœtus est minor, sicuti in primis mensibus, id est à primo usq; ad quintum, tutò secatur vena, nec alimentum fœtui subtrahitur, maximè si plenitudo adsit, circa ultimos circumspectius agendum, tamen si pletorica sit mulier, mitti tuto potest, sic enim sedatur morbus & alimento fœtus non fraudatur.

Histor.

In octavo mense mulieri Ulyssiponensi sanguineæ, cui nomen erat Elisabetha Rodriges, pleuritide correptæ, ab alijs medicis pro deplorata relictæ, quater sanguinem misimus, & convaluit, ac puellum peperit egregium, imò sunt plures fœminæ juvenculæ, & bonæ habitudinis, quibus citra morbum cum primum gravidæ fiunt, eò quod ex copia detenta suffocari fœtus solet, aut vincula disrumpi, sanguinem mittere expedit, ac bonum illum habitum solvere, antequã acutus aliquis morbus invadat, quod multis experimentis comprobatum est. Fiat igitur sanguinis missio, sed quibusdam moderationibus. Prima ut sit parca, ne vires deficiant, & fœtui gestando aut morbo superando non sufficiant, neve tenerrimæ primis mensibus fœtus vincula, à quovis levi motu disrumpantur, aut plures dissolvantur spiritus, quorum defectu, infans debilitetur; qui etiam auctior jam factus, sanguine misso, facilius corrumpitur penuria alimenti, quamobrem habenda ratio morbi, sanguine misso, fœtus verò, minori ejus copia detracta, ac tanto minus extrahendum, quanto fœtus fuerit auctior. Secunda moderatio erit, ut fiat non ex basilica, quę magis respicit fœtum, neq; ex pede, sed ex humeraria, aut certè, urgente necessitate ex communi. Tertia ut interim dum administratur, ac tota die umbilico applicentur, quæ fœtũ roborent. Quarta ut, quia sanguinis missio præsertim copiosa nunquam vacat periculo, non exerceatur, adversus alicujus præstantissimi viri sententiã, ac si solus fueris, antequã vena secetur aliquem ex celebrioribus medicis socium tibi adjungas: si tamen matri certum periculum impendet, præstat in dubio abortus sanguinem mittere, quam ipso nonextracto matrem, & infantem simul necessariò perdere; aut saltem in hoc casu, si vires sint debiles, cucurbitulæ scapulis applicentur cum scarificatione, aut hirudines brachijs, quia cũ minore corporis commotione sanguinẽ detrahunt, & febrilẽ calorẽ evocant, ac minuunt.

Admonitio prima.

2.

3.

4.

Cucurbitæ. Hirudines.

Tertium auxilium est purgatio, de qua an conveniat & quando, Hippoc. dixit hoc aphorismo, utero gerentes sunt medicandæ, Si materia turget, à quarto mense, & usque ad septimum, sed hæ

Dub. 3. de purgatione.

minus, à juniori autem fœtu & seniori abstinere oportet; quam sententiam malè quidam ad sanguinis missionem transferunt, ac dilatant, cum potius Hippocrat. verbo medicari, pro medicamento purgare, uti consuevit, ut omnes uno ore interpretes, & Gal. ipse citato fatetur, neque, si de sanguinis missione intelligeret, excluderet primos menses. Itaq;, à quarto inclusivè, ad septimum exclusivè, adhiberi purgatio potest, neq; id semper, sed si materia turget, ubi tria

Primum considerandum.

consideranda; Primum cur medijs mensibus concedat, primis & ultimis non? Ratio est, quia medijs validora sunt fœtus ligamenta, ideoq; vehementiores medicamenti motiones potest sustinere; in alijs infirmiora sunt, & facile disrumpuntur, in primis, præ humore & mollitie, in ultimis, præ siccitate ligamentorum, quæ jam arent, sicuti pediculi, per quos maturæ ficus ac reliqui fructus arbori alligantur, ac etiam præ gravitate fœtus. Alterum considerandum

Secundum.

est, in medio tempore, non sine distinctione, sed materia turgente, adhibendum esse pharmacum, cujus rei duplex est ratio; prima periculi magnitudo, altera materiæ turgentis & commotæ facilitas ad expurgandum, ex quo prodit mitius sufficere medicamentum, & quod naturæ duntaxat manum porrigat, ut humores, qui ex se facilè hinc inde fluunt, educat; qua etiam ratione purgandi sunt humores in vijs ductuum, esquitur insuper, minorem ex materiæ turgentis quam fixę purgatione in corpore ægrotantis fieri commotionem, unde multi in gravidis periculosiorem ducunt morbum acu-

Tertium.

tum, ex materia quiescente, quam exagitata. Tertium considerandum est, purgans medicamentum in morbo acuto ex materia firmata non convenire; ratio est, quia levia illa, quæ motam educunt materiam, firmatam movere nequeunt; & fortiora nulla conveniunt gestationis tempore, quia magnam commotionem inducunt, oppidoque agitare apta sunt, & uterum gerentem & fœtum;

Admonitiones.

Nunc non solum duabus limitationibus, si turget materia, & medijs mensibus, adhibenda purgatio est, sed aliæ cautelæ adjungendæ: Prima ne amara medicamenta sint, nuda ut rhabarb. & aloës, quia amara fœtum enecant, ideo dulcoranda. Secundò ne laxantia nimis, ut manna, cassia, sirupus rosatus solutivus, epithymus, sena, nam nimis lubricant, & non purgant nisi in magna quantitate, ideo potius adjuncto rhabarbaro conveniunt, aut ipsum rhabarb. cum de-

cocto florum cord. adjunctis semper corticibus citri, & ne ligamentis laxioribus redditis abortus sequatur, si quando his utendum sit, roborantia adjungenda. Tertia cautela erit, ne sint valida, ut elleborus, colochyntis, turpetum, scammonium, quia eorum commotiones fœtus non fert, & materia magis excandescit. Convenit igitur rhabarbarum cum conserva rosar. aut cydoniatum cum eodem paratum, vel diarrodonis rotulę cum dum duplo aut triplo rhabarb. myrobalani species omnes, agaricus cum junco odorato, diacatholicon, & confectio hamec sine scammonio & colochyntide, ac similia, vel etiam leves clysteres cum pauco oleo; aut accipe cotonea interaneis purgata, in partes divisa superstite pellicula, & cute summa, coquito donec tabuerint, postea per cribrum extrahito, & cum saccharo concoque, inter coquendum pro singula lib. adde ʒ i. optimi rhabarb. dosis ʒ i aut ʒ i ß; sequens etiam absque molestia efficacius purgat, cydonium sublatis seminibus reple ʒ i aut ʒ i ß optimi rhabarbari, agarici, vel foliorum sennæ justa quantitate, vel alterius medicamenti, quod morbus postulat, deinde partibus unitis charta involvito, ac ligato, in clibano vel furnello coquito, absoluta coctione medicamenta rejiciantur ac cydoniũ manducetur. Tertiò medicamentum catharcticum vino aut liquore, quem patienti gratum esse cognoveris, per 24. horas macera cum cinnamomo, & anisо, coletur postea, & frusta cotoneorum aut pyra tantisper infunde, quoad liquorem imbibant, quibus sic humidis uti poteris aut resiccatis, idque ter quaterve iteretur, quo plus liquoris fructus hauriant, magisque fiant purgativi. Quarta cautela erit, ut exhibeatur duntaxat medicamentum purgans, dum res in dubio est, nam si morbus ex sua natura lethalis existit, tutius fuerit eas non purgare, ne medici errori mors postea asscribatur. Quibus verò certa salutis spes promittitur, ne in majus periculum deducantur, adhibenda purgatio non est, in dubijs solum satius erit anceps experiri auxilium, quam nullum. Quinta cautela erit, ut interim dum purgatio, aut sanguinis missio administratur, puero per ea provideatur, quæ umbilico applicantur, roborandarũ virium gratiâ, ut malum cotoneum, vel pomum assum mastice, cinnamomo, & corallis respersum ac pauco vino malvatico vel odorifero; valet etiam frustum carnis semiassum cum prædictis pulveribus, aut panis taleola torrefacta,

Modi purgandi roborando.

1.

2.

3.

refacta, vino madida, & pulvere macis, cinnamomi ac cariophyllorum consperſa, tēperatæ fœminę manus oleo delibuta omphancino, de ſtyrace, balſamo aut diutiſſimè ſuper umbilicum appoſita, vel ſacculus plenus angelica, cariophyllis, maſtice, corallo, mace, & ſimilibus: aut unguentum comitiſſæ, vel aliud paratum, ex oleo myrthino, & maſtichino, cum pulvere boli armeni & coralli, quod dorſo & pubi apponatur, ſi calor & febris adſit, vel emplaſtrum ex ſupradictis pulveribus cum ladano, ſtyrace, & balſamo umbilico admoveatur.

Alvi fluor. Nunc oportunè, qua ratione quidam morbi gravidis familiares curandi ſint, quam breviſſime adjungam, & quidem in alvi fluore expectata coctione cunctanda purgatio non eſt; nam pituitoſus humor redundans ad uterū demiſſus, fœtū citius effluere facit vinculis laxatis, bilioſus amarore ſuo ipſum occidit, nō ſecus ac venenū.

Eryſipelas. Eryſipelas in utero prægnantis curatur, pronuntiato prius abortu, & mortis periculo, ſanguine ſufficienter ex brachio miſſo; levioribus ac refrigerantibus clyſterijs, inunctionibus dorſo & inguinibus adhibitis, refrigerantibus ac diſcutientibus medicamentis, & alijs cap. proprio *de uteri eryſipelate* 2. lib. recenſitis.

Febris. In magnis febribus, ob vehementiam; in lentis, ob durationem, fœminæ adeo extenuantur, ut neque parere, neq; partus, aut à partu labores, & evacuationes ferre queant, teſte Hippocrate, ſi igitur vehemens ſit febris, parca ſanguinis miſſione utendum, ac extinguentibus fervorem; lentam verò contemperantibus ſerapijs, proba victus ratione, levibus clyſterijs, & abſtergentibus medicamentis, ut ptiſana, mulſa, apomeli, & oxymeli utendum eſt, inunctionibus præterea jecoris ac lumborum, ex roſaceo & ſandalino unguento.

5. aph. 55.

Pravi humores. Pravi humores ante vel poſt conceptum acervati, à quibus fœminæ malè habent, toto gravidationis tempore, ac ſæpe abortiunt, optima victus ratione, balneis, ſudoribus, ac debita purgatione præcaveri debent.

Scholium.

Dubium primum, ſit ne periculoſius. *Trahitur in controverſiam, ſitne periculoſius in gravidis ſanguinē mittere, an purgare, & quod purgatio ſit ſecurior, apparet ex ſententia prima quarti lib. aph. ubi eam admittit medijs menſibus Hippocrates qui de ſanguinis miſſione,*

3. aph. 10.

missione, absolutè & nullo tempore excepto, dixit, mulieri utero gerenti sanguine misso ex vena, abortit. Est tamen ex altera parte, quod sanguinis missio parum movet, & ea duntaxat ratione infensa est, quod fœtui alimentum detrahit, id quod in primis mensibus parum aut nihil nocere potest: contra verò purgans medicamentum, ut plurimum venenosum est, vel diureticum, ac proinde fœtum enecat, aut menses movendo abortum provocat, ac vehementes excitat motiones corporis, & ventris compressiones, quas fœtus sustinere nequit, sine eo quod ligamenta, per quæ utero alligatur, sicuti fructus arbori per pediculos relaxentur aut disrumpantur, nec solum hac ratione nocet, sed ut motus animi, ira, & metus, quia sanguis & spiritus in quibus uteri vires sitæ sunt, ab utero aliò rapiuntur, ac subinde suis viribus destituitur, suique muneris obliviscitur, hoc est, retentionis fœtus, dum humoris expulsioni intenta est; non enim cogitare oportet fœtum, quasi rem externam solis vinculis utero alligari, sed uterum ipsum viribus suis, quasi manibus quibusdam, fœtum complecti. Cum igitur phlebotomia solum subtractione alimenti noceat, purgatio agitatione, compressione, naturæ distractione, venenositate, & qualitate abortum facere nata, sequitur hanc multò periculosiorem esse. Sunt qui respondent, purgationem plus periculi habere primis mensibus, sanguinis missionem mediis & ultimis, quia in illis tenerior fœtus plus commovetur; in his major ac robustior, plus indiget alimento, ideo ab Hippocrate in ultimis potissimum sanguinis missionem prohiberi. At hi pessimè deducunt, quippe non sequitur ex eo, quod phlebotomia sit periculosa, periculosiorem esse purgatione, quæ tunc etiam periculosissima est, quia vincula, quæ fœtu jam perfecto flaccida sunt ac tenera, sponte sua, nedum commotione levi abrumpuntur. Valesius respondet, eam esse minus periculosam evacuationem, quæ fit majori præsente necessitate, sed neque is bene, quia potius concludit, eam esse magis necessariam. Quare potius absolutè dicendum, sanguinis missionem semper cum minori periculo exerceri, ob adductas rationes, præsertim si par sit necessitas, quod Gal. in lib. de ratione victus hisce verbis expressit. Sanguinis missio, vel cum minus auxilium est, probari debet, quia est multò tutius, nedum cum par est necessitas utriusq;. Idipsum Averroes confirmavit, dicens, phlebotomia, quando adest repletio, qua embryo non indiget, non est mala, sed pharmacum non credo ad bonum pervenire finem, ac subjungit superius allatas rationes.

sim in græ-vidis sang. mittere, an purgare.

Motus animi qua ratione abortum provocent.

Solutio quæ-rundam.

Valesii responsio inutilis.

2. acut. com 11.

7. colleg. 41

Dubium secundum an

Evenit hoc loco etiam dubitare, an prægnanti morbo acuto correpta, liceat, ad

Liceat abortum provocare medicamento purgante.

ad abortum provocandum, catharticum exhibere, quod quidam facere ausi sunt, ducti Hippocratis aphorismo, mulierem utero gerentem morbo acuto capi, lethale, quia, ut notat Galenus in Commentario, duplex periculum, alterum à febre ipsa interimente fœtum; alterum quod ex longis intervallis cibum exhibentes defectu ipsum destruimus fœtum; si verò uberiorem cibum exhibeas, febrem augens, mulierem enecas, cum igitur alterum eorum sit servandum, matri prospiciendum in tempore putant, ne uterque pereat, at cum id fieri nequeat sine fœtus detrimento, satius esse, ut is statim projiciatur, qui postmodum, ut putant, projiciendus est. Verum eorum sententia nequaquam admittenda, dupliciter enim peccat, primò quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona, *& fœtus cura adhibenda est, perinde ac viventis hominis, nec nostrum est unum salvare dispendio alterius. Secundò, quia in morbis acutis prægnantium abortus lethalis est, nam cum uterq; affectus per se semper sit periculosus, si conjungantur, ac malum malo addatur, res in extremum periculum deducetur. Sic Hippoc. mulieri uteri erisypelate correptæ, pharmacum bibendum dat, si modò gravida non sit. Quod si oppositum nonnunquam successerit, id rectum ex errore judicandum, quod imitari non licet, nec rationi illud tribuendum, sed robori mulierum, per quod errata medicorum tolerare potuerunt: Securiusque semper fuit, & fœtus & matris summam habere rationem, sic enim plerumque factum, ut uterque supervixerit. At si fœtum in utero jam esse mortuum, certò cognoverimus, medicamento quod illum educat, ac purgatione audacius prævenire oportebit extrahendi fœtus & peccantis humoris gratia, vide qua de his cap.* de sterilitate *per collationem superius disputavimus.*

Conclusio.

De prægnantium moderamine atque custodia.

CAP. XXII.

Definitio.

EST uteri gestatio naturalis quidē, sed gravissima affectio, de qua propterea continuata serie meritò hic agendū fuit, eam natura concoctione, seu potius maturitate perficit, à quo tamen opere, si aliqua occasione intercipiatur, in mille prolabitur vitia, ideo utero gerentes maximè primiparas, & delicatiores prudenter tractare oportet, ne quid mali illis accidat; nam simile quippiam gravidis contingit, ac ijs, quæ grave onus filis tenuissimis appensum gestant,

gestant, quod si cautè & lentè commoverint, innoxiè ad statutum terminum deducunt, sin minus considerate agitent, facile procidit: aut teneris arborum floribus, qui quavis aura vel pluvia dejiciuntur, quibus consimilem ac mirè tenerā conditionem fœtus in utero sortitur. Idcirco gravida vitet omnia, à quibus commoveri potest, ut aërem rudiorem, frigidiores & asperiores ventos, magnos æstus, Venerem nimiam, præsertim primis mensibus, & eo maximè si salax sit, ne fiat superfœtatio, quæ semper periculosa est, ultimis tamen mensibus frequentiori uti poterit, sed vir suis innitatur brachijs, ne ventrem gravet. Vitet insuper gravida vigiliam nimiam, vehementes motus, & agitationes curru, lectica, vel alio quovis equitationis genere, saltum, cursum, tussim, zelotypiam, externum amorem, graves sonitus, clamorem, iram, sollicitudinem, tristitiam, tenebras, & metum, præsertim caveat à repentinis terriculamentis, qualia ex incendijs, fulgore, fulminibus, tonitruis, monstrosisve hominum aut bestiarum aspectibus, aut mariti vel fratrum rixis concitari solent, nuncijsve repentinis, gaudium aut mœrorem concitantibus. Nec acutioribus utatur medicamentis, nec repletione, aut cibi nimia parsimonia, his enim fœtus commotus vehementes motiones in ligamenta infert, & calor ac spiritus ab utero ad alias partes avocatur; nec duris sellis, aut solio insideat, aut grave onus elevet; sed & lucernarum fumus, ac graveolentia cuncta vitentur, & ingens alicujus vetitæ rei appetitus; hortos ne frequentet gravida, duplici de causa, prima ne forte sedeat supra herbā, quæ abortum provocet: Secunda ne appetat fructus aut herbas, quæ, si concedantur, noceant; aut si earum desiderio frustretur, fœtus exanimetur; sanguinis etiam effluxio ex naribus, hęmorrhoidib. aut alio quovis loco prægnantibus periculum inducit, nec nimis arctè cingatur, nec acutis utatur clysterijs, nec humidioribus cibis, quia ad abortum parant, neque acribus, aut depravatæ alicujus qualitatis, neq; crassis, flatulentis, ac difficilis coctionis, diureticis, aut menses provocantibus, ut fabis, lentibus, cicere, capparibus, cæpis, allijs, faseolis, olivis, croco, & vino meraco, carne bubula, anserina, suilla, infumatis, frixis, & salsis, nam salsioribus cibis usæ carentem unguiculis partum edunt. Sitq; potius gravida hilari animo, luctu & curis ne conficiatur, gaudijs mediocribus operam det: bona spe alantur, distrahantur, solentur, eæ prę-

Vitanda.

Adhibenda.

sertim, quæ delicatiores sunt, & facilè expaveſcunt, sed neque sine præstantioris, ac dilecti viri patrocinio unquam sint; hæc enim infantem exhilarant, ac fœtus vires omnes excitant, & confirmant. Cibus esto frugalis ac mediocris, copiosi tamen & facilis nutrimenti, ac laudabilis substantię, quorum tamen copia semel exhibita per initia sit parca, ne calor ab utero distrahatur, & quia eo tempore sanguis abundat, & fœtus parũ consumit; ac si plurima excrementorũ copia in ventre congeratur, comprimitur uterus, ideo partiri melius est. Optima igitur cibaria parabuntur ex ovis, gallinis, caponibus, arietina, vitulina, & avibus varijs. Potus sit vinum album, mediocre, aut dilutum aqua aniſi, aut defecata cereviſia; utatur mundis linteis, custodiatur caput & pectus à frigore; poterit tamen solito modo caput lavare, modo à rubificantibus abstineat. Somno utatur longiori: & si alvus compressa fuerit, ob intestini recti anguſtias ab utero illatas, quod plerumq; ultimis mensib. accidit, edulia adhibeantur, ventri subducendo apta, ut ptisanæ succus, mercurialis, malva, spinachia, lactuca, parata omnia pro more regionis, vel suppositoriis utantur ex melle, sapone veneto, & vitello ovi, atq; hæc toto ferè gestationis tempore. Hoc servato ordine, ut primo mense non exerceatur, secundo rarò, & lentè; Tertiò expeditius, 4. 5. & 6. audacius, sed moderato exercitio, & per planum, quibus etiam temporibus ordine cibus augeri debet 7. 8. & usq; ad dimidium noni detrahere de exercitio oportet, deinde intendere. Maximè verò circa octavum, qui moleſtiſſimus est, vehementem motum interdicere oportet. Nono relaxandi corporis, & meatus dilatandi gratia si quæ emplastra confortantia adhibuerat, dimittat, & paulatim exercitiis utatur, & balneo ex emollientibus; ac post. 15. diem noni mensis oblinatur pudendum muliebre, & venter inferior butyro recenti, vel axungia capi, aut oleo amygd. dulc. ac reliquis infra dicendis, ut facilior pateat exitus fœtui; Johan. Lebon choreas, & diuretica consulit, quæ mihi non probantur, ne violenter partus fortè ante tempus provocetur; potius igitur deambulatione, & lanificij exercitio, partui proximæ exerceantur; nec alio induantur vestimenti genere, quam levi ac laxo, nec thoracico indumento coarctentur; Scoticas ferunt simplici pallio uti, ac sine obstetrice parere.

Cibus.

Lotio capitis.

Gravidis quæ singulis mensibus gestationis ordine sunt servanda.

Johannis Lebon lapsus.

Ventriculũ roborantia.

Porrò mox à conceptu ea administranda, quæ ventriculum, cor, & uterũ roborent, & modicè calefaciant, nam quia uterus ad se calorem

calorem trahit, reliquæ partes caloris præsidio orbantur, & pro ventriculo utilis est usus cydoniatæ sine aromate, aut tabellarum aromatici rosar. & diarrod. abb. vel ℞ *macis, cariophyllorum, coriandri præparati, cinnamomi an.* ʒ ß, *sacchari dissoluti in aqua bugloſſæ q. s.* fiant rotulæ. Ungatur etiam ventriculus oleo absynthij, masticis, cydoniorũ nardino, superspersis pulveribus diarrod. aromatici ros. corticis, thuris, ligni aloës, cariophyllorum, menthæ, aut applicetur hoc cerotum ℞ *ros. rub. masticis, coriandri præparati, coralli rubei, balaustiarum, bistortæ, corticum granat. an.* ʒii, *nucum cupressi* ʒiii, *pulveris sanguinis draconis, serici, boli armeni an* ʒi *olei masticis, cydoniorum an. parum, cum picis & ladani* 5. q. fiat cerotum. Aut ℞ *olei cydoniorum, masticini an.* ʒi, *pulveris coralli rubei, myrthi an.* ʒi, *ceræ parum*, fiat linimentum.

Vmbilico admovenda.

Quod si fœtus lentè & ægrè moveatur, umbilico adhibenda, quæ robur illi præstent, ut filtrum sericum gossypio repletum cum bastiturris, quo totus venter muniatur, aut sacculus ex serico, syndone cũ ambra, mosco, corallo, rosis, cariophyllis, semine angelicæ, mastice; aut reliqua quæ superiori c. in tertio auxiliorum genere dicta sunt; quinetiam ore assumatur parum conservæ, quæ recipit *succi pomorum dulcium despumati, succi bugloſſæ an.* ʒii ß, *doronici, corticum citri, florum borraginis, ros. rub. been albi, & rubei, coralli, limaturæ eboris an.* ʒi ß *spodij, nucis, & gallia moscatæ, succini, ossis de corde cervi, sand. rub. an.* ʒii, *seminis ocymi, florum myrti, melissæ, coriandri, cinnamomi, galangæ, zedoariæ, spicæ nardi, ligni aloës, serici minutim scissi an.* ʒi. *myrobolanorum* ʒi ß, *fragmentorum smaragdi, hyacinthorum, sapphirorum, granat: præparat: an.* ʒ ß. *margaritarum præp.* ʒi ß, *limaturæ auri, & argenti an.* ϑii, *ambræ g. x. mosci* ʒ ß fiat secundum artem confectio cum saccharo, dosis ʒii, ac superbibat parum vini destillati cum fœniculo, zinzibere, cinnamomo, & cariophyllis, quæ etiam præsidia cordi utilissima sunt. Aut ex prædictis speciebus, addito pulvere ros. seminis angelicæ, sanguinis draconis, boli armeni cum ladano, & cera emplastrum fiat, vel sequens. ℞ *tonsuræ ex panno coccineo* ʒiiii, *zinziberis, galangæ, cinnamomi, cubebarum an.* ʒii, *sanguinis draconis* ʒi *masticis* ʒ ß. *mosci g. vi. mellis aut terebinthinæ q. s.* fiat emplastrum.

Conserva.

Cordi præsidentia.

Cordi subinde providendũ, præsertim si ejus saltus sentit fœmina, siccis epithematibus ex florib. cord. & pulverib. diambræ, ac diamosci sacculo inclusis, aut inunctione ex oleo naphæ, & Jasminorũ; aut serico rubeo madido in vino odorato, aqua ros. naphæ, viol. melissæ

prædictis pulveribus: & capiat matutinis temporibus unam vel alteram tabellam electuarij de gemmis, lætitiæ Gal. diamargaritonis, diamoſci dulcis, diarrod. abb. triaſandali, ex quibus cum ſyrupo roſ. viol. bugloſſæ, borraginis fiat electuarium, aut cum conſerva earundem herbarum fiat conditum, vel parentur morſelli ex ijſdem, & ſaccharo diſſoluto in aqua borraginis.

Laxantia vsui & aperientia. Balneum.

Tertiò ubi aliquot jam dies noni menſis gravida ingreſſa fuerit, adſtringentia, tum emplaſtra, tum confectiones planè dimittat, & balneum ingrediatur ex decocto altheæ, cum radicibus malvæ, meliloti, camomillæ, anethi an. m j. lavendulæ m. j ß, ſeminis lini, fœnugræci, an. ʒi fiat decoctio in q. 5. aquæ, in qua ſedeat, quotidiè per ſemihoram; poſtea abſtergatur, & liniatur hoc linimento. ℞ *olei amygdal. dulcium, liliorum alb. an.* ʒ *i* ß, *pinguedinis gallinæ* ʒ ß, *muſcilaginis ſeminis althea* ʒ *ii, olei ſeminis lini* ʒ *i* miſce, ungatur ab umbilico uſq; ad pubem; tum deinde aſſumat vitellum ovi, cum pauco cinnamomo loco ſalis, & ſuperbibat modicum vini albi aut Hippocratici, totoque hoc tempore utendum juſculis pinguibus, & humidioribus cibis. Atq; hoc quidem vivendi ordine præſcripto, pleraſq; vidi, quæ cum antea difficulter, & ſummo cum dolore parerent, nullo poſtea negotio & breviſſimè pepererunt. At ſi nonum videatur tranſcendere menſem, nec partus ſequatur, non ſolum laxantibus utendum, ſed ijs etiam, quæ nonnihil moveant, ideo fiant inceſſiones ex decocto malvæ, adianthi, parietariæ, arthemiſiæ, foliorum lini, altheæ, lavendulæ, lauri an ʒ iii, poſtea abſtergatur, & inungatur ſequenti linimento. ℞ *olei de ſemine lini* ʒ *ij* ß *amygd. dulcium* ʒ *i. medullæ cruris vituli, pinguedinis gallinæ an* ʒ ß *muſcilaginis ficuum, aquæ arthemiſiæ extractæ, butyri recentis an.* ʒ *i* fiat linimentum, quo perfundantur renes, lumbi, ab umbilico uſque ad pubem; tegatur poſtea pannis calidis, & quieſcat, ſorbeatq; juſculum gallinæ cum ovi luteo, cinnamomo, & croco; aut ℞ *cinnamomi electi,* ʒ *i* ß, *peucedani* ʒ *i fiat pulvis, capiat* ϑ *i cum* juſculo gallinæ, aut vino, vel unam ex rotulis, quę recipiunt *cinnamomi electi* ʒ *i* ß, *corticis caſſiæ fiſtulæ* ϑ *iiii. conſervæ capil. ven.* ʒ *ii. ſaccharo albi in aqua ſabinæ aut arthemiſiæ diſſoluti q. 5.* fiant tabellæ, ſingulæ ponderantes ʒi, quod ſi magis arriſerit opiata, ſic concinnetur, ℔ *myrrhæ, caſtorei an* ʒ *i* ß, *ſtyracis, calaminthæ* ʒ *i, cinnamom. electi* ϑ *iiii, ſabinæ* ʒ *i. cum melle fiat electuarium,* doſis ʒ ii, cum tardat partus, aut difficulter procedit, & ſuperbibat hauſtum vini Hippocratici.

Si tranſcendant nonum menſem.

Pulvis.

Rotula.

Opiata.

RODE-

RODERICI à CASTRO LUSITANI

De Morbis Mulierum.

LIBER QUARTUS.

De puerperarum, & nutricum affectionibus.

SECTIO PRIMA.

De morbis puerperis peculiaribus.

De partu naturali, & ut regendæ parturientes ac puerperæ.

CAP. I.

PArtus est fœtus in lucem editio, naturalis verò partus, est consummati perfectique fœtus justo tempore, & figura, in lucem emissio. Quanquam autem inter morbos; quibus hoc opus dicavimus, partus non connumeretur, sed actio potius sit naturalis, per quam instar crisis, natura se exonerat, fuit tamen de eo hic agendum, ut servetur series affectionũ, quæ fœminis contingunt, & de quibus medici passim consuluntur; ideo autẽ brevior nunc ero, quia c. 7. & 8. lib. quarti de natura mul. ea de re prolixius jam scripsi. Ex quo loco constat ad naturalẽ partum quinq; requiri conditiones. Prima est, ut fiat perfecto jam fœtu; Secunda ut debito tempore; Tertia ut debita figura, Quarta

Definitiõ.

Naturalis partus conditiones quinque.

Quarta ut levibus ſymptomatibus; Quinta ut evacuationibus debitis. Perfectus eſt fœtus, cum habita ratione temporis formationis, videlicet 45. dierum ſpacio duplicato, motus accidit, ac triplicato tempore motus perficitur, & integritatem recipit: debito tempore fit, ſi à primo die menſis noni ad decimum uſq; decimi contingat: debita quidem figura, ſi in caput procedat, brachijs ſubſequentibus ſuper coxas extentis: debitis verò ſymptomatibus, ſi citra fœtus vel matris periculum moderatis doloribus, ac debito durantibus tempore in lucem veniat; fit tandem moderatis expurgationibus, ſi neque ſecundinæ, neq; lochia detineantur, aut immoderatè fluant.

Cauſa. Naturalis partus cauſæ ex utero ſunt, aut ex fœtu, ex utero quidem, quia circa id tempus, mole pondereve gravatus vi ſua expultrice ad propellendum fœtum inſurgit: fœtus verò, quia ob loci anguſtiam, & alimenti defectum exitum affectans, validè ſeſe agitat, calcitrat, & membranas diſrumpit, ac matura jam flaccidaque acetabula: ſicque vinculis exolutus, foras prodit, unde ex parte fœtus tres ſunt cauſæ, neceſſitas refrigerij, inopia alimenti, & loci anguſtia, ob quam tantum os uteri aperitur, quantum ſufficit fœtui facilem præbere exitum; hanc tamen actionem, & quare ipſe fœtus in figura decenti collo uteri appropinquet, abditam, & creatori ſoli notam habere cauſam, medici concedant neceſſe eſt.

Signa inſtantis partus. Porrò inſtantis partus ſigna ſunt, dolor acrior ſub umbilico, & ad inguina: indeq; ſe ad lumborum vertebras reflectens, ipſius uteri ad inferiores partes deſcenſus, & quod genitalia cũ dolore tument, & febrilis quidam veluti horror corpus invadit, ex naturæ ad excretionẽ accinctæ conatu; facies rubet, ſuperiores partes gracileſcunt, & loca ſupra pectinem extenduntur, immiſſoque digito ad magnitudinem ovi, in orificio uteri invenitur, & os uteri rectum apparet, ſicuti in conceptu, ut Galenus aſſerit, urinæ naſcitur deſiderium, frequens humor effertur, primò lentus, poſtmodum plurimus, ac demũ ſanguis, iſq; aquoſus, ſi fœmina naſcitura eſt; purus, ſi maſculus.

14. de uſu. part. 3.

Prognoſtica. Gravida, ſi torminibus vexetur, ocyſſimè parit, ſi lumbi doloribus, difficulter; quicunq; fœtus in 70. diebus movetur, is triplicato numero abſolvitur, fitque ſeptimeſtris, qui in nonaginta, triplicato etiam perficitur, & is nonimeſtris eſt. Si fœtus capite velato, veluti agnina membrana (quod fieri ſolet) prodeat, infantis, & ma-

& matris roboris, indicium est, nec restitisse in viæ, & genitalium angustijs.

Tria potissimum in parturientis gubernatione administranda, nonnulla ante partum; alia in partu; quædam etiam post partum. Igitur ante partum eligenda obstetrix prudens, muliebrium affectionum docta, & obstetricandi exercitatione perita, nam hæc ars viros dedecet. Obstetrix itaq; pro primo documento curet, ne instante partu alimentorum copia gravetur mulier, quod pleræque faciunt, ex quo tamen distrahitur calor pro conficiendis alimentis, ac dum retentioni alimentorum vacat, viriliter expellere nequit. Secundum documentum erit, ne obstetrix difficilè parientium uterum longo tempore dilaniet, sed leviter & placidè dulci oleo perfundendo contrectet. Pro tertio documento caveat diligentissimè, ne fœtam mulierem ante in partus labores conjiciat, quam imminentis partus commemorata signa apparuerint, præcipueq; uteri osculum rectum, ac hians prominuerit, ac prædictarum humiditatum effluxus conspiciatur. Tunc verò convenienti ac debita figura sic collocetur, ut nec penitus jaceat, nec sedeat, sed erecto, & nonnihil sublimi dorso, quo liberior sit respiratio, & inniti validius possit, curvatis ac divaricatis à se invicem cruribus, calcibus ad nates nonnihil reductis, elatis præterea aliquantulũ natibus, sic ad lecti latus transversum adnitatur. Sunt quæ stantes pariunt, manibus duntaxat nixæ, ad lecti spondam, aut sellam; aliæ ad focum, Gallicæ præsertim, & Germanæ mulieres, quæ in hunc usum sedilia quædam habent destinata, ab humo non altè distantia, ac ita in lunæ similtudinem excavata, ut facilè illuc infans, & reliqua, quæ debent, transmittantur, ac relinantem fœminam tergo accipiant, quorum formam Eucharius Rodion accuratè delineavit.

Vt regendæ parturientis

Documenta ad obstetrices.

1.

2.

3.

Situs.

Secundò cum partus jam instat, & toto parturitionis tempore aër sit temperatus, aut calidiusculus, nisi ætas vigeat, tunc enim ex animi calore defagitatur mulier, ac vires deficiunt, idcirco aërem difflare sæpè convenit, & fenestras aperire, quo facto dilectissima soror mea, quæ in maximo partus labore jam diu versabatur, resumptis viribus feliciter peperit, idque postea pluribus contigisse scio, sunt quæ fœmori alligant lapidem ætiten, & cavent ne in conclavi pyra sint, quia vulvam dilatari prohibent; Porrò debent jam dicta sedilia

In parturiendi tempore quid agendum.

Alia documenta ad obstetrices.

dilia à tergo pannis expleri, ipsa verò obstetrix ante prægnantẽ sedeat sella humiliori, ut ex superioribus partibus infantem possit adducere, & interea, quantum & quantenus se moveat fœtus, observet; parientem obstetrix doceat, atque confirmet, nec cibo ac potu solum recreet, sed etiam verbis consoletur cum bona spe felicis ac masculi partus, eo enim mulieres ferè gaudent, deinde membra parturientis, & orificium matricis ac totum ventrem, & inguina manibus perunctis oleo amygdal. dulc. & liliorum alb. regat, & quam commodissimè gubernet. Ne verò pariens præ verecundia se concludat, obstetrix faciem aversam habeat, ac digito sinistro eodem oleo peruncto, orificium matricis sensim aperiat, & linteum molle, ac tenue manibus gestet, ut partes tractando, an sanguis fluat, conspicere possit, aut exeuntem infantem molliter suscipere.

Documenta ad parturientem.

Ad hæc parturienti cuncta ligamina auferantur, & cum dolor occurrerit, ipsa quantum potest spiritum cohibeat, clauso ore & naribus, nec quicquam clamet, matrice autem se aperiente conetur, cum se concludit, conari abstineat, ne frustra lassetur, & fervor, ac sanguinis fluxio emergat, vel motu uterus, & fœtus invertantur, quod accidisse visum jam est. A lateribus etiam ministræ peritæ, & quæ sæpius pepererunt, aut ipse fœminæ maritus, sine quassatione, manibus apertis deorsum deducat fœtum, supra umbilicum manibus molliter comprimendo, & urgendo, ut fœtus ad inferiora depellatur, quod si vires deficiant odoribus, vino, & carnibus assis muniatur; si alvus sit suppressa, solis suppositorijs leniter ducatur.

Ad assistentes.

Tertiò cum infans exire cœperit, manibus, lino tenui, ac molli moderatè calefacto, & extenso, eum suscipiat obstetrix, observetque ne subitò simul cadat, ne quassetur caput, aut alia pars lædatur, & ut unâ secundinæ exeant, provideat diligenter, quæ si restiterint, aut alicui parti convolutæ adhæserint, manum sinistram calido oleo illitam infundum uteri immittat, ac secundam extrahat. Si verò sint fundo connexæ, leniter & placidè primo in obliquum deducantur huc, ac illuc circumagendo, deinde paulatim validius attrahantur, tuncque relicta obstetrici infantis cura, reliquæ fœminæ puerperæ rationem habeant, ac primum quidem in lecto componatur, cubiculo obscuro, cruribus modicè patentibus ne quid foras effluere promptum impediatur; ne autem nimio madore, & corro-

sione

sione humorum fluentium lædatur, spongia prius, deinde mundis linteis loca extergantur, ac pannis calefactis contegantur, sæpiusculeque mutentur, ne fœtorem contrahant, tunc deinde oleo cumini, modico vini admixto, venter & pecten perfundatur. Lusitanæ fœminæ puerperas ilico à partu supra umbilicum fascia, latitudine ferè duorum palmorum obligant, ut major fiat lochiorum compressio ad inferiora, præpediaturque ingressus frigidi aëris, qui inprimis nocere solet, nam vacuus tum temporis uterus ventositatibus repletur, quæ distentionem tumoresque pariunt, unde postea uteri suffocatio gignitur, dolores ventris, febres, & pleraque mala: Septentrionales ligaturam negligunt, ut liberiores ad fluxum partes sint. *Lusitanarum mos.* *Septentrionalium mos*

His jam peractis fœmina cibis reficiatur, primò quidem liquidioribus ac tenuissimis, ut verò vires recreentur, illicò exhiberi potest purum Hippocraticum, sed modicum, deinde succus amygdalarum dulcium saccharatus, aut vitelli ovorum cum vino rhenano, saccharo, cinnamomo, (*chaudeau*) Gallicæ vocant, si autem vinum sit Hispanum, aqua diluatur; Lusitanæ ex panis taleolis, cum ovis, cinnamomo, & melle vel saccharo suas concinnant, (*fatias*) quas etiam reliquas consanguineas, & assistentes gustare consuetudo est, quemadmodum in quibusdam Germaniæ locis vini mensuras aliquot ea ipsa hora insumere; vel etiam exhibeantur puerperæ consumpta, & jusculà gallinæ vel caponis, cum ciceribus & croco parata. Potus esto aqua cocta cum cinnamomo, adiantho, & corticibus citri, quæ etiam in cerevisia concoqui possunt. Germanæ cerevisia calida leviter cocta cum pane & saccharo utuntur, quo quidē cibo nullus alius majorem præstat copiam lactis, Belgæ vinum exhibent; sed si tormina adsint, aut lactis copia molestet, vitandum. Biduo à carne abstineat puerpera, & ijs quæ diximus sit contenta. Quippe, ut Hippocrati, & Galeno placuit, à conferta evacuatione, ad plenum victum non est properandum, postmodum de gallina, aut capone uberius accipiat. Molestum semper fuit tolerare fœminas, quibus enixam moderari curæ est, ni enim epulis, & vino liberalius indulgeant, nihil boni præstare existimant, habent etiam nescio, quas leges, & statuta, miserculis vehementer noxia, ipsis verò sacra, quibus neglectis prudens medicus, ea providere jubeat, quæ necessaria *Cibus primis diebus.* *Potus.* *2. accut. 13.* *Adverte.*

fore judicaverit. Si partus laborioſus fuit, oleo amyg. dulc. ilia & venter foveantur. Si cruciatus & labores à partu ſuboriantur, (quod etiam in naturali partu contingit) obſtetrix manum immittat in loca muliebria, ſic interdum concreti ſanguinis copia, interdum carnea quædam maſſa ejicitur, ibi detenta, ob facultatem expultricem laſſatam ac proſtratam, laborum priorum diuturnitate, qua tamen ejecta levatur puerpera; ſunt etiam, quæ adlevandos dolores ſecundas adhuc calidas umbilico applicant, aliæ circa renes & ventrem, pellem arietinam è vivo animali recenter extractam, involvunt. Si maſculum peperit 30. diebus lecto ſe contineat, ſi fœmellam 40. quanquam hęc regula non ita exactè ſervanda eſt, tamen toto hoc tempore à viro abſtineat: tametſi autem Hippocrates hoſce fere expurgandorum lochiorum terminos poſuerit, tamen robuſtæ mulieres, & quæ valde exercentur, ſæpè ad octiduum duntaxat, ſalubriter purgantur, & ſi quæ lochia poſtea habeant, non continuo fluunt, ſed per intervalla ſingulis videlicet quatuor diebus, aut circiter. Si poſthæc omnia ex ratione contigerint, naturæ & obſtetrici totum partus negotium committendum, quo pacto verò puellus recenter natus ſit tractandus, infra proprio c. dicendũ eſt.

Dolorum ſedatio.

2. de morb. mul. 89.

De fœtu mortuo.

CAP. II.

Cauſa. Cordæus in 2. de morb. mul. 6.

DE mortuum fœtum protinus cognoſcere expedit, ne corrupto, matri quoque immedicabile accidat damnum, quanquam ſint, qui ſcribant ad vigeſimum jam annum geſtatum vidiſſe. Moritur in utero ob alimenti defectum, vel ob malitiam, vel quia pletoria ſuffocatur, aut ſolutis acetabulis alimento defraudatur, ſolvuntur verò ictu, ſaltu, tuſſi, ſternutamento, animi pathematibus, vel laxantur nimio mucore: corrumpitur etiam fœtus exhibito medicamento, quod menſes provocet, aut ex potu amarorum, vel ex morbo acuto, æſtuoſo, & magno, ac demum ex partus difficultate.

Signa.

Cognoſces fœtum in utero mortuum eſſe, ſi admota manu amplius moveri non percipitur, ſed decumbente fœmina in latus, in id devolvitur etiam infans, veluti immobile quoddam ſaxum; ſed & mor-

mortuus jam ponderosior est matri, quia facultatibus, quibus antea regebatur, non sustinetur, & spiritus, quibus orbatur, addunt corpori levitatem; adhæc mortuo fœtu extenuantur mammæ, dextra quidem si mas, sinistra si fœmina corrumpatur, dolores fiunt circa umbilicum ac lumbos, quia vivæ partes mortuum fœtum, ut sibi maximè dissimilem, rejiciunt, quo fit, ut inferiores partes comprimantur, & stranguria ac tenesmus accidat; tactu frigida genitalia sentiuntur, ob extinctum fœtus calorem, quo antea duplicabatur: fœtida, aquosa, deinde etiam subrubea quædem ab utero manant, ipsius etiam fœminæ oculi concidunt, palpebræ inflantur, ipsa languet, segnis fit ac mollescit, color ejus in fuscum mutatur, visus adest tenebrositas, anorexia; aures, labia, nariumque extremitates pallent, ac frigent, facies rubet, & tumescit; crebris animi deliquijs, convulsionibus & horripilationibus corripitur; sitis vexat, turbulenta insomnia, dentium fremitus; quæ omnia ex elatis sursum ad cor & cerebrum à cadavere vaporibus fiunt, & sub secundum aut tertium à mortuo fœtu diem contingunt. Verum si fœminæ anhelitus fœteat, indicium est, jam quoque cœpisse putrefieri, tandemque omnia accidunt, quæ ex relictis secundinis. Periculosum valde malum est, præsertim si octavo mense contingat, ideo diligenter curandum, ut quam ocyssimè emortuus fœtus expellatur. Quod si ante exclusum fœtum secundina excluditur, mortuus in utero fœtus est, quia cum fœtus in utero non nisi per umbilicalem arteriam spiret, & per venã umbilicalem nutriatur, eadem excluſa nullus spiritus, nullumve nutrimentum ad ipsum commeare potest; Porrò, quæ lethargico sopore premuntur, resolutæ sunt, ac difficulter revocari possunt, lethaliter afficiuntur, & quæ ad maximas exclamationes revocatæ, debiliter respondentes, rursus in soporem deferuntur, quæve per convulsiones contrahuntur, aut nervis tremulæ fiunt, & quibus pulsus oppidò tumidus, verum obscurus, ac debilis deprehenditur, & languidæ sunt, ac membra ægrè attollunt, quæ autem nil talè patiuntur, servari posse, expulso fœtu, spes est.

Hipp. 5. aph. 38.

Putridi fœtus signa. Prognostica.

Curatur quinq; remediorum generibus, primò ijs, quæ uterum dilatent, in quem usum facit balneum ex emollientibus, ac inunctio ex oleo liliorum, camomillæ, amygdalarum dulcium; aut ℞ *succi marrubij, & apij an.* ℥ *ii. coletur, & adde olei ros.* ℥ *viij. adipis anserini* ℥ *iii.*

Curatio. Emollientia.

℥ iii. cujus tepidi medietas in sinum muliebrem infundatur; ac si fœtus jam intumuerit adde resinæ ℥ ii. Paratur etiam fotus ex diptamo, betonica, ac thymo Cretensi; & pessus ex galbano & oleo irino, vel cedrino, vel ex parietaria cum vino trita; aut cataplasma fit ex calamo odorato, cucumere sylvestri, & adipe anserino, aut croci triti ℥ i adipe anserino excipiatur, & in uterum indito; vel ℞ *pulveris conizæ, menthæ siccæ an ℥ i. mellis, & resinæ q. 5. fiat*; plures sunt, qui nullo alio remedio promptius fœtum expellunt, quam clystere per sedem indito, ex rebus emollientibus parato, cum multo oleo. Sed & per os assumitur ℥ i pulveris iridis florentinæ, cum jure pingui.

Proritantia. Secundò ijs, quæ vires habent proritandi, & excitandi facultatem expultricem, quam calcitratione suo mortuus fœtus non excitat, sumantur itaque per os ea omnia, quæ menses provocare valent, ac molam educere, de quibus proprijs capitibus, peculiariter tamen sternutamentum errinis provocetur, ac exhibeatur ℥ i hæmagogi Nicolai, aut theriacæ optimæ cum vino, vel aqua arthemisiæ: vel ℞ *sabinæ, aristolochiæ, trochiscorum de myrrha, castorei an. ℥ ii, cinnamomi ℥ i, croci ℥ ß.* fiat pulvis, dosis ℥ i cum aqua sabinæ vel cinnamomi, aut cum aqua ex decocto dactylorum; aut ℞ *theriacæ, diatessaron ℥ i, aquæ rutæ, fœnugræci an. ℥ iii, ficus aridæ num. iiij, origani ℥ ii, coquantur ad tertias colaturæ sumat ℥ ii*: aut ℞ *Aristolochiæ, gentianæ, baccarum lauri an. ℥ i. costi, casiæ, myrrhæ an. ℥ ß, cicerum rub. p. iij. coquantur in 5. q. aquæ ad lib. i. ß. & addito croci ℥ ß*, fiat potio; aut detur cinnamomi, & rubeæ an. ℥ ß, cum ℥ ii aquæ sabinæ. Quibus non proficientibus purgantia medicamenta exhibeantur, & altero à purgatione die capiat hoc remedium. ℞ *spicenardi, cinnamomi, rutæ an. ℥ i, myrrhæ ℥ ß, croci ℈ i* misce, fiat pulvis, sumat ℥ i cum decocto sabinæ, vel rubeæ; aut ℞ *pulveris sabinæ, assari, rubeæ myrrhæ an ℥ ß, detur ℥ i.* cum eodem decocto. Interea tamen exterius applicentur olea, unguenta, pessaria, & reliqua quæ menses provocare suo loco diximus.

Pulvis optimus.

Pulveres alij.

Fœtum corrumpentia. Tertiò si adhuc fœtus hæreat, utendum ijs, quæ ipsum corrumpere valeant, ut per partes expellatur, in quem usum, ℞ *aluminis scissilis ℥ i, myrrhæ ℥ i ß. ellebori nigri ℥ ß, trita cum vino in uterum immittantur*; aut ℞ *ellebori nigri, staphisagriæ, aristolochiæ rotundæ, colo-*

colochyntidis, ammoniaci an. ℥ *i, fellis taurini* ℥ *ij; ammoniacum in melle aut vino dissolvatur, reliqua terantur, ac mixtis cunctis* fiat pessus; aut ℞ *galbani, laseris sive bezoini an.* ℥ *i, olei irini q.* 5. fiat unguentum, quo pessus intingatur; sunt etiam quædam, quæ à proprietate fœtum expellere dicuntur, ut suffumigium ex ungula asini, per infundibulum instrumentum, quo suffitur uterus, cujus formam Paræus descripsit, aut suffitus ex piscibus salitis, aut evaporatio ex decocto foliorum citri, aut fel ovis suffitum, aut sequens emplastrum. ℞ *ciclaminis, arthemisiæ, elaterij an.* ℥ *v. absynthij, granorum gnidij an* ℥. *x. nitri* ℥ *viii, radicis cucumeris sylvestris* ℥*i. opoponacis* ℥. *x. lupinorum amarorum, radicis chelidoniæ, seminis violæ albæ an.* ℥ *vi. olei cyprini q.* 5. ad emplastri formam; idem præstat collyrium ex opoponace, & alijs corticibus, aut pili mulieris suffiti, aut folia cupressi ventri imposita, aut ℞ *succi cucumeris asinini, mellis an.* ℥ *i cum lana succida*, fiat pessus.

A proprietate fœtum expellentia.

Lib. de hominis generatione.

Quartò reliquis non proficientibus, ad optus chirurgicum deveniendum, quod tamen incipiendum non est, si certò perituram fœminam intellexeris, ne audaciæ, & errori nostro periculum imputetur: at, si ex prægressis indicijs salvam fore spes sit, opus sic commodè aggredietur. Mulier transverso lecto sic collocabitur, ut nec planè supina sit, nec omninò insidens & erecta, natibus subjecto pulvinari solito elatioribus, crurib. elevatis, ac divaricatis, teneatur utrinque à robustis, & peritis mulieribus, vel certè calces ejus ad nates fascijs à cervice decussatim deductis revinciantur, tunc duæ aut tres buccellæ panis vino imbutæ offerantur ad arcendum animi deliquium, deinde delibuto ore matricis oleis humidis, cum muscilaginibus altheæ, fœnugræci, ac seminis lini, chirurgus vel obstetrix unguibus resectis, & annulis, si qui digitis inseruntur, extractis, totam manum oleo sesamino, aut liliorum perunctam, leniter ac sensim in matricem inferat; pertentabitq; infantis situm, qui si in caput pronus se ad uteri ostium offerat, unco instrumento, cavitatibus oculorum aut ori, cruribus, vel sub mento affixo, aut occipiti attrahendus. Verum si caput molliſſimum naturâ sit grande, aut ex putredine tumefactum, vel hydrocæphalica affectione, forfice ad id parata, ab Albucasi descripta, cui dentes serræ insunt, confringendum, ac reliquæ corporis partes, si majores sint, quam ut commodè educi possint. Jdem exequendum fœtu hydropico exi-

Opus manuale.

stente, aut si magna sit thoracis moles. Quod si quando in utero caput duntaxat remāserit, alio instrumento, quod pes gryphij dicitur, ad molam extrahendam invento comprehendatur. Verum si alterutrum pedem foras proferat, latiuscula instita, supra calcē nodo laxo injecta, in uterum pedem restituat, institæ parte uni astantium tantisper tradita, moxque vestigatum alterum pedem ab utero proferat, similiterque vinciat, tunc ambobus junctis sensim, & blande ab utero fœtum extrahat, ut sit attractio æqualis alias mater plurimum læderetur, ideo autem prior pes in uterū retrudendus, ne si in uteri ostio stet, manui chirurgi ad alterum investigandum officiat. 10
Quod si manus protensa fuerit ab humero resecetur, sic ut humeri articulus exeratur, idemque faciendum, si ambæ manus se prodant, tunc chirurgi aut obstetricis conatus juvabunt ministræ, comprimendo matris abdomen, mater verò cohibito anhelitu, & ore, naribusque occlusis, magna vi ad excretionem juvandam, quod, ut commodius præstare possit, & ne in opere deficiat, facies vino assiduè respergatur, & panis vino intinctus offeratur. Extractus infans, ac penitus unco instrumento evulsus, adhuc tamen umbilico alligatus, uni astantium tradatur, quæ eum apertis manibus sustineat, chirurgus siniftra leviter umbilicum trahat, ita ut minimè abrumpatur, 20
dextra eum sequatur, usque ad secundas, sic venulas membranasque omnes ab utero educet. At si secundę subsequi recusant, filo diligenter umbilicus vinciatur, & fœmori deligetur, quoad tandem secunda egrediatur, nihilque in utero relictum comperiatur; ac tum demum fœmina lecto componatur; quod si clunibus vulvæ immineat fœtus, eadem erit operatio, quæ in partu laborioso, de quo infra. Si tamen uteri osculum ob inflammationem fuerit concluſum, nil violenter agendum, sed infusionibus, irrigationibus, incessionibusque pinguioribus largiter utendum, & cataplasmatis, quoad sedata inflammatione, & locis dilatatis, fœtus, ut dictum est, educatur. 30

Si inflammatio adsit

Restaurantia.

Quinto composita jam in lecto muliere, ijs utendum, quæ prostratas ex laborioso opere vires reficiant, & locos laceratos, ac dolentes foveant, ac roborent, frigus inprimis præcaventes, quo puerperæ (cui præsertim fœtus vi extractus est) oppido læduntur; quippe dum frigescit, uterus distenditur ac intumescit, hysterica superveniunt symptomata, suffocatio, tormina, febres ac pleraque alia mala;

Frigus puerperam ladit.

mala; crura igitur sic componantur, ut partes distractæ conveniant, constricto à parte superiori hypogastrio, fascia mediocriter lata, ut concluſum sanguinem exprimat, nec quicquam supervacuum in utero relinquatur; tunc alimenta sorbilia offerantur, ut jusculapi aut gallinæ cum ovis, & croco, aut ova lombardica, quæ ex vitellis parantur, cum vino, saccharo & cinnamomo, aut panis buccellæ, cum vino malvatico; & nonnunquam etiam species diamargaritonis, ac electuarij de gemmis cum vino, & aqua bugloſſæ, Germanæ fœminæ communiter utuntur cerevisia cum saccharo, butyro, & pane, qui cibus nostris panatellis respondet. Sed ut dolor mitigetur, decocto malvæ, & fœnugræci partes eluantur, & oleo calido perfundantur, eodemque lumbi, ac pubes, vel extracta secundina, vel recenter jugulati vervecis pellis calida uteri regioni apponatur, ac lumbis, sicque obserato conopœo feneſtris ac januis quieti se tradat, post horas quinque aut sex pellis, aut secundina eximatur, & tota ventris regio, & hypogastrium sequenti unguento liniatur, ℞ *Spermatis ceti* ℥ *ii, olei amygdalarum dulcium, hypericonis an.* ℥ ß *oleo myrtillorum, sevi hircini an.* ℥ *i ceræ novæ q. s.* fiat unguentum, quo liniatur bis in die, vel umbilico apponatur emplastrum de galbano, cum granis aliquot zibeti & mosci, cujus tamen odor ad nares non perveniat; aut sequens tela cerata toti ventri adhibeatur: ℞ *ceræ novæ* ℥ *iiii, spermatis ceti* ℥ *i* ß. *liquefiant simul & auferantur ab igne, in quo immerge telam cannabinam ad ventris magnitudinem*; quæ eadem remedia prohibent, ne corrugetur externa ventris regio. Verum si educto infante urina, aut alvi fex, quod frequenter accidit, involuntariè fluant, curatur ut paralysis earundem partium, sic absoluta purgatione fœmina sedeat in oleo ex decocto foliorum lauri, betonicæ, salviæ, libanotidis, origani, pulegij, florum camomillæ, roris marini, stœchados; moxque inungatur oleo lumbricorum, liliaceo, vulpino, in quo etiam coquatur catellus, quoad ossa à carne dissolvantur, & tunc facta colatura & expressione, adde styracis, calaminthæ, bezoini, opoponacis, thuris, masticis an. ℥ i. aqua vitæ modicum, adipis anserini, ceræ an. q. ʒ. fiat unguentum.

Localia.

Pelli ariet. tina.

Urina & faces fluxus involuntarius.

Quod si extractionis violentiâ, genitalia matris sint laniata, ita ut ani & vulvæ foramina in unũ coierint, vult Mercatus, sutura sarcien-

Laniata genitalia.

ciendum quidquid perinæi laniatum est, vulnusque exactè tractandum, sed quia cicatrix obducta partes in partu postea dilatari impedit, ita ut nunquam fœmina pariat, quantumvis parturiat, nisi partes denuò novacula sejungantur, ideo potius fovendas eas partes, sic consulo, lavacris adstringentibus, ut singula labia vulneris seorsim occalleant, plures enim vidi, quibus ea foramina coierant, & nihilominus bene habebant ac nullo inde incommodo acquisito, feliciter pariebant.

Hæmorrhagia & exulceratio.

At si post eductum infantem, aut hæmorrhogia sequatur, aut locorum exulceratio, aut tormina in ventre fiant, aut rugosus, vel tumidus venter evadat, curabis ea symptomata, ut propriis capp. infra dicendum est.

De partu Cæsareo.

Cap. III.

Definitio.

Cæsareus partus est scita ac dextra vivi aut mortui infâtis extractio ex utero matris, quæ fœtũ aliter excludere non potest, idq; citra vitæ discrimen amborum, aut alterius, servata etiam concipiendi facultate; hac arte Romanorum Primus Scipio Africanus ex matris utero sectus, Cæsaris nomine fuit insignitus, sed nece matris. Tunc autem Cæsarea sectio censetur necessaria, quando & mater & fœtus ita sunt debiles, ut aliter salvari nequeant. Duplex verò hujus sectionis usus, unus, ut vivus extrahatur fœtus; alter ut mater in vivis conservetur, licet dubia res sit, quia melior est spes in ancipiti, quam certa desperatio, ubi præsertim de hominum confœderatione periclitatur ob conjugiũ dissolutũ, aut de generis extinctione, ad quod pertinet vel nomen familiæ, vel dignitas aliqua, vel hæreditas ingens, aut principatus. Hac ratione in Hispaniæ annalibus Regem Navarræ Sanctium servatum legimus, hunc enim matre à Saracenis inter venandum trucidata, per vulnus in ventre acceptum exertam manum ostentantem, superveniens nobilis Govarra extraxit, ac clanculum enutrivit, eumque postea de principis electione disceptantibus proceribus obtrusit, controversiasque sedavit, à quo mirifico latrocinio nobilis latronum familia in Hispania nomen accepit.

Historia.

Porrò

Porrò causæ, propter quas sectio hæc administrari debet, sunt, si infans nimis crassus fuerit; aut gemini vel plures unà exitum affectent: Si mola carnea, aut monstrum sit conjunctum: Si non convenienti situ prodeat, ita, ut nec sui ipsius, nec aliorum ope in meliorem reduci queat; vel quia mortuus jam nec calcitrat, nec sibi ipsi auxilio esse possit: vel quia ex morbo adeò intumuerit, ut ipsi per locum consuetum exitus denegetur, tametsi hoc casu forcipe potius conterendus, ut ore uteri per partes exeat, sicuti superiori capite dictum est. Ex parte matris causæ sunt, si fortè viæ angustiores extiterint, vel quia meatus natura strictior, idq; ob ætatem, propterea quod nimis juvenis nupsit, vel quia senio jam confectæ uterus exaruit: aut quia ex cicatrice, vel callo obducto angustior factus, claususve sit, ut in atretis, de quibus dixit Avicenna, quibus uteri concluſi sunt, non concipiunt, aut si concipiant, in partu moriuntur, unde patet posse hac arte salvari, quæ ab antiquis pro deploratis fuerunt habitæ. Accedunt enarratis causis plerique tumores in utero, aut ejus osculo suborti, de quibus 2. libro copiosè dictum est, qui si eas vias ita coarctarint, ut fœmina parere nequaquam possit, non propterea partus, cujus tempus est præfinitum, differri tamdiu debet, donec tumores suppurentur, aut curentur, præsertim si lentè procedant. His de causis etsi periculo plenam, utilem tamen esse hanc sectionem, ac feliciter administrari quam plurimis experimentis comprobatum est, quæ apud Rousetum legere haud pigeat.

Causa. Ex parte infantu.

Ex parte matru.

Indicia pleraque omnia, quibus deprehenditur, hanc sectionem esse necessariam, ex sensibus desumuntur, præsertim si gemini sint, aut plures, aut si situ non naturali prodeant: at si crassus aut tumidus, ex ventris mole; si vero mortuus fuerit, signa petenda ex capite pręcedente, sicuti & tumorum signa ex lib. 2. Et angustiæ viarum ex 1. c. lib. 1. hujus operis; fœtus imbecillitatem, ex debili & remisso motu, matris verò languor, ex pulsu imbecillo, & impotentia ad motum ac reliquas actiones obeundas, deprehenditur.

Signa.

Ad curationem igitur accedentes prius considerandum, an possit faciliori alio modo fœtus extrahi per medicamenta, superiori c. descripta. Considerandū etiam an signa adsint lethalia, quo in casu opus non aggrediatur, ne si mulier pereat, sectioni ac temeritati tribuatur mors. At ubi cordatè omnia pensitaveris, si mulier robusta sit natura,

Curatio seu administratio partus Cæsarei.

Paranda

tura, quamquam ex morbo aut labore debilis, ad opus se accingat accersitus chirurgus, præsente etiam medico, & in proptu comparatis inprimis instrumentis ad id necessariis, novacula nimirum acuta, novacula globosæ cuspidis, acu cuspide triangulari filo trajecta, spongia molli, panno lineo, molli, ac veteri complicato, & imbuto decocto adstringenti calido, adsint etiam linteamina, quæ & mulieri substernantur, ac circumponantur, quibus contegatur sanguis, qui promanabit, ne, & mulieri, & assistentibus terrorem incutiat, fasciæ, præterea, linamenta, stuppa bene pexa, puluilli adstringentibus medicamentis respersi.

Posteaquam cuncta hæc fuerint in promptu, primò monenda fœmina, ut alvum, & vesicam exoneret, quo vacua deorsum concidant, ac minus impediant, tunc si viribus utcunque constet, situanda mulier est supra lecti marginem in dorsum inversa, ita ut tibiæ nonnihil propendeant, sed firmitere conjunctæ serventur, ipsa verò à robustis, & animosis familiaribus blandè sustineatur: aut, si vires sint prostratæ, semidecumbens continenda, ita tamen ut versus pedes aliquantulum propendeat tibiis æqualiter extensis. Sectio. Tunc latus, quod voles, colliges, vitato illo, in quo jecoris aut lenis fuerit affectio: Si vero hernia sit, in latere herniæ faciendasectio est, ne utrinque hernioſa maneat mulier, &, quia ibi intestinum non hæret, sed extra est, ideoque citius, quam in oppositum latus, uterus decumbit. Hoc facto optimo atramento locum inscindendum notabis, linea oblonga recta per abdominis longitudinem, cavendo ne caput vel cauda musculi lædatur, sed enim eodem atramento, in quatuor aut quinque distantibus locis, quatuor aut quinque parvas lineas transversaliter decussatas, super lineam primam rectam, notare oportebit, super quas futuræ puncta in vicem sibi respondentia ducantur, quo recta fiat gastroraphia. His peractis sactio cutis super lineam rectam fiat novacula acuta, quæ ad pinguedinem usque adigatur, esto autem vulnus longitudinis dimidii pedis, aut circiter, postea eodem sectionis tramite musculi Epigastrii cautè inscindendi, tunc, implorato divino auxilio, uterus ipse, cujus corpus tunc primum se offert, circumspectè secandus, ita ut alta sectio non fiat, ne fœtus, si fortè adhuc vivat, lædatur, sin mortuus sit, citius omnia peragi possunt, incipiatur verò sectio à summo

mo ipsius uteri, & deorsum ducenda, quo caveantur loca vasorum spermaticorum, & testiculorum, quod novacula acutissima exequetur, cujus tamen cuspis globulo æreo, aut plumbeo muniatur, ne acumine lædatur infans.

Fomentatio & sanguinis cohibitio.

Secundò post fœtus, & secundinæ extractionem, linteamine tenui blando, & veteri octies, aut sæpius complicato, & sequenti decocto quod in promptu debere esse diximus, madido, sanguis abstergendus, ita ut eadem opera moderato ejusdem decocti calore, foveantur partes, sanguis sistatur, & sanies abstergatur. Habet autem decoctum sic. ℞ *herbarum arthemisiæ, absinthii, agrimoniæ, betonicæ, altheæ, florum malvæ arboreæ, florum ac foliorum granatorum ros. rub. sic. m. 1. radicis aristolochiæ rotundæ, cyperi, squinanthi an.* ℥ ß. *fiat decoctio in lib. vi. vini crassi, rubei, austeri, ad tertias*, in quo madefiant linteamina, tunc uterus in locum convenientem reponatur, absque ipsius sutura, nam ipse in se concidit, vulneri verò ipsius abdominis sutura adhibeatur, commissis labiis, secundum decussatas, quas diximus, lineas idq; quam diligentissimè, ne frigore interiora afficiantur, adsit interea minister, qui intestina, quæ tum juxta vulnus occurrunt introducant, ne acu lædantur, aut inter suturæ puncta occludantur, nec tamen peritonæum, aut uterus, aut quippiam aliud quam cutis, & ea quidem paucis punctis consuenda est: post suturam, reliqua ex arte peragenda, sicuti in aliis recentibus vulneribus, unguentis, cataplasmatis, & fomentis, ad id dicatis, summopere frigus semper cavendo.

Decoctum adstringens

Ablutio, absterſio & solidatio.

Tertiò habenda est uteri ratio id quod fit pessariis, & inunctionibus, pessaria indantur effigiata in formam penicilli, pollicis crassitie, satis longa, quoad uteri usque cavitatem adigi possint, parantur ex linteo, ut cerea candela perforata in modum penicilli fistulati, seu cannulatæ tentæ, linteo aut bombace obducto, inunctoque butyro recenti, aut pinguedine gallinæ, aut oleo rosaceo cum vitello ovi, fit autem perforatus, ut saniei pateat transitus; longus, ut muniat collum, & os uteri, ne saniei acrimonia afficiatur, idcirco dixit Hippocrates, si cui uterus suppuratus fiat, huic conducit specillum unctorium in uteri os demittere: in eudem usum, clysteres uterini per menthencritam injiciantur, qui ipsum foveant, abluant, abstergant & consolident, parabuntur autem ex supradicto decocto additis singulis lib. ℥ii hydromelitis.

li. de supere foetatione. tex. 12.

Quartò victus ratio adhibenda ex cibis boni succi, non admodum exquisita, sicuti in reliquis vulneribus, sed mediocris, ex jusculis, ac rebus reficientibus, alvus interim respondeat, aut mollientibus clysteriis sollicitetur.

Scholium.

Quæst. an gastrorraphia tutò administrari possit. b. meth.

Musculi Epigastrii] *Posse hosce musculos, & peritonæum tutò secari, inde colligitur, quod sæpè abdominis vulnera, per quæ intestina exciderant, feliciter ac expeditè curari vidimus. Scribitur autem Galenus, mediocre foramen angustiori salutarius esse, ut liberè retrudantur intestina. Nec admodum formidanda hæmorrhagia erit, quia paucæ insignes venæ eò loci occurrunt, nec subinde spasmi periculum est, quia sectio fit in loco commodo, non in capite, aut in cauda, sed in medio musculi, ubi nulli exquisitæ nervosæ fibræ existunt, quæ propter rem infensam, ad suum principium cum violentia, ac dolorosa distentione retrahantur. Sed & finis extremitatum, qui est in interiori parte, multò est laxior, quam circa vertebras, ubi cohæret, quod singulari naturæ providentia fuit factum, ut possit abdomen liberè contrahi, vel distendi, jejuno aut pleno ventriculo; crasso aut macilento corpore: sano, aut hydropico; aut etiam in gravidis mulieribus.*

Occurritur primæ objectioni.

Secunda.

Tertia.

At si fortè hernia, seu ruptura, ob peritonæum dissectum, malè consolidatum, maneat, magni id boni loco haberi debet, siquidem tam exiguo malo declinantur duo alia summa, quæ aliter vitari non possent, matris, & fœtus præsentanea mors, quippe naturâ præferunt homines, ambiguæ & ancipiti valitudini, deformiorem, sed securam vitam. Nec insuper perterrere nos debet uteri inscissi magnitudo ulceris, quia ejus est uterus natura, ut confestim fœtu extracto, in se collapsus contrahatur, ita ut per primam (quod ajunt) intentionem consolidetur, adjutus præsertim à calore nativo, & humido radicali, & à circumjacentibus partibus suaviter munitus. Licet autem idem venas multas, & arterias habeat, non magis pertimescenda hæmorrhagia est, quam in naturali partu, in quo perinde omnes dilacerantur; sed facilè per ipsius os, si opus sit, injecto uterino clystere, evacuata prius debita copia, consolidatur, diligenter animadvertendo, ne quid præter naturam intus remaneat.

Quarta.

Quinta.

Roboratur sententia.

Cum igitur sectio vesicæ, ob ejusdem calculum feliciter sæpissime cedat; hæc uteri, quæ longè tutior, facilior, utilior, & urgentior, ac magis necessaria est, perquirenda omnino erit, & animosè administranda. Insuper cum uterus

tanto

tanto apostemate affici possit, ut interdum in hypogastrio eum aperire oporteat, periculosiori sæpè loco, quam ubi cæsarea sectio fit: Cumq; rursus adeò magno ulcere affici possit, ut integer fœtus mortuus, aut ipsius ossa, ad intestina usq; & abdomen perveniant, & inde per sedem, aut abdominis sectionem à natura rejiciantur, quidni uterus pari, aut majori necessitate confidenter secari poterit?

Admonitio prima.

Hoc tamen advertant medici, exercendam hanc sectionem non esse, nisi in desperatis omninò casibus; nam Hippocrate dicente, extrema, & admodum periculosa remedia, non nisi extremis morbis sunt adhibenda; præsertim a. à medico poterit exerceri, ubi à natura, vel casu, antea facta vel tentata fuerit.

Secunda.

Porrò servari pariendi faculiatem, post hanc læsuram, mihi perdifficile est, ne dicam impossibile, tametsi enim consolidatus uterus possit concipere, in partu tamen post ingentem cicatricem dilatari satis non poterit, nisi cicatrix denuò hiscat, expultrixq; uteri dispergatur, ac proinde infirmior evadat, idcirco aut periclitabitur mater, aut oportebit eandem cæsuram denuò reserare, ac per eam fœtum extrahere, ideo in definitione, ubi ab aliis additum fuerat, salva pariendi facultate, nos concipiendi virtute superstite, posuimus.

Tertia.

Advertant etiam medici id, quod ad successionem maximè interest, infantem supervivere non posse in utero, mortua matre, nisi in eodem ictu temporis, quo anima ex matris corpore migraverit, ab utero extrahatur, aut paulo ante, dum in agone puerpera est, præsentibus adhuc spiritibus vitalibus; hujus rei causa est, quia vita & motu puerperæ cessante, cessat etiam infantis vita, & motus cordis, qui in infante pendet ex distentione, & contractione duarum arteriarum umbilicalium, qui motus ubi cessat in matre, è vestigio cessat in infante, quia non ante umbilici scissionem spiritum per os trahit; nec in utero per os respirare potest, secundinis involutus, uteri parietibus occlusus, & tot mucoribus circumfusus; ideoq; quotquot cæsaris nomine fuerunt salutati, Scipio, Cæsar, Manlius, Sanctius ac reliqui, qui supervixere, palpitante, aut adhuc viva matre fuisse eductos, credendum est.

De abortu.

CAPUT IV.

ABortus quasi à naturali ortu remotus, dicitur imperfecti, & ante maturitatis tempus, fœtus exclusio. Hæc si intra septimũ diẽ contingat,

Definitio. Effluxio. contingat, effluxio nuncupatur, à quibusdam obstetricibus falsum germen: à die quadragesimo aborsus, sive abortus, nam inter hasce voculas plerique inutiliter distinguunt, aborsus nuncupantes, de-
Deperditio. perditiones, quæ primis mensibus conceptu exorso fiunt, abortus verò, quæ ultimis, & propè pariendi tempus eveniunt, quæ enim octavo contingit mense abortus vacari non consuevit, sed partus illegitimus,
Partus illegitimus. Species. Causa. quia vivunt, in Aegypto, & aliis in locis. Est affectio in genere excretorum præter naturam.

Porrò abortus, vel ab externis causis fit, vel ab internis: internarum aliæ ad corpus pertinent, aliæ ad animum; ad corpus quidem
Interna ex parte corporis. quatuor intemperies, nam calida humorem depopulatur, quo fœtus destitutus corrumpitur. Ex frigida, quia naturæ inimica parvum alimentum fœtui suggeritur: Ex humida ligamenta inprimis non solidescunt, & humore plenis acetabulis facilè fœtus suffocatur, & humore retentrix infirmior fit, quam ut possit fœtum ad debitum tempus continere; atq; ex nimia humiditate, orificii matricis amplitudo, patula & hians reditur. Sicca intemperies abortus causa est, quia ligamenta, veluti chordæ, exsiccata disrumpuntur, & fœtus nutrimento destituitur, subindeq; corrumpitur, haud secus ac planta in terra arida, & arenosa. Sunt etiam internæ causæ, fœtus mortuus, inutilis, ac
vitiosa fœtus moles; flatus: & uteri quilibet tumor præter naturam: aut ulcus; aut morbus acutus vel febris 5. aph. gracilitas & nimia fœminæ extenuatio: aut crassitudo, vel obesitas, crasa enim totum in se alimentum convertit, gracilis aurem sufficientem non habet, & utero est minus capaci, demum internæ etiam censentur causæ diarrhæa ingens, tormina acuta, stranguria cum ardote, & inflammatione con-
Ex parte animi. juncta. Ex parte animi sunt omnes ejus passiones, ut ira, gaudium immodicum, tristitia, risus, præsertim horror seu timor. Externæ sunt
Ex terna. horrendus objectus, aut repentina hominum dimicatio: mortuorum & laniatorum inspectio: latronum incursus, fulgur, tonitruum, ignis accensus in ædibus propriis, aut vicinarum; bombardarum & nolarum sonitus; constitutio australis inconstans & parum clemens: aër fœtidus cloacarum: frigidus etiam nimis, aut impense calidus, quippe nimia frigiditas fœtum perimit, caliditas halitum intercipit, & in utero suffocat: teter etiam odor lucernarum aut funalium extinctorum: vel venenata substantia, aut pestilens: ea insuper omnia, quæ

dissol-

dissolvunt uteri acetabula, per quæ fœtus alimentum capessebat, ut violenta exercitatio, saltus, equitatio dura, aut vectio: gravioris oneris gestatio, tussis, sternutatio, vomitus violentus, casus vehementer concutiens, aut ventris ictus fœtum contundens: balneum, quia laxat, nimia evacuatio, venæ sectio, hæmorrhagia, nam mulier sanguine misso abortit, idque magis, si fœtus sit grandior: immodicus, aut mali succi cibus, vel potus, inedia longa, & arcta jejunia: debilitas ipsius fœtus: coitus maximè post septimum mensem debilitat, & abortum provocat, quia vincula remolliuntur ac dissolvuntur, transitus per herbas, quæ abortum provocant, & menstrua, arcta alligatio, qua fœminæ plerumque utuntur, ut corpori venustatem concilient, in quem etiam usum assulas ligneas, seu eburneas, ac etiam ferreas Venetæ, Anglicæ, & Antverpienses ad sternum, & pubem, haut sine fœtus detrimento subjiciunt. Uteri præterea nimia magnitudo, vel exiguitas, abortus causa est, & vitia quælibet totius vel principis alicujus partis.

Signa.

Indicia, quæ futurum abortum portendunt, sunt lac sponte fluens è mammis, præsertim aquosum: mammillarum spontanea extenuatio; nam, si gemellos habenti, dextra mamma gracilescit, marem, si sinistra, fœmellam amittit: laterum ventrisque superioris coarctatio, lumborum, & coxarum gravitas, & ad motum segnities, capitis & oculorum dolor, ventriculi morsus, frigiditas extremorum, animi deliquia, febris, horror, convulsiones, quæ si retrorsum fiant, & veluti comitiali morbo afficiatur mulier, medicamentorum violentia, procuratum abortum accusat, ut retulit Aëtius: Quod si fœtus jam moveri cœperat, rarior languidiorque motus evadit, cumque abortiendi tempus instat, aqua primum sanioſa ab uteros profluit, loturæ carnis similis, deinde cruenta, hinc purus sanguis, postea grumi, ac demum fœtus ipse formatus, aut informis excluditur.

Hipp. 5. aph. 38.

lib. 16. cap. 19.

Prognostica.

Quæcunque præter naturam tenues utero gerunt, secundo mense abortiunt, priusquam crassescant: causa est alimenti penuria, vel humorum pravitas, & uteri imbecillitas, quæ nec trahere potest, nec habet unde trahat. Primis mensibus fœmellarum magis abortus contingunt, ultimis masculorum, rationem tradidimus capitulo *de morbis acutis prægnantium*. In abortu, quam

quam in legitimo partu longè gravius afficiuntur, & torquentur fœminæ, minus verò læduntur illæ, quæ firmiores sunt, quam quæ laxam habent alvum, & partes uteri debiles, minus etiam periclitantur, quæ ætate sunt provectiores, quam primiparæ, facilius tamen abortit, quæ fœtum, ad tolerandam famen minus dispositum gestat. Si hyems australis, aut pluviosa sit, ver siccum, & Aquilonium, inquit Hippocrates, mulieres, quibus partus ad ver instat, ex quavis occasione abortiunt, causa est, quia humida, ac mollia, & rara reddita corpora, per hyemem tepidam, ad intimas sui partes descendentem frigiditatem facilè admittunt, ac præsertim si subita mutatio fiat, quia imbecilla prægnantium corpora, repentinam inclementiam perferre nequeunt.

3. aph. 12.

Curatio.

Curatio tota sita est in præservatione, nam facto abortu, non differt à curatione ejus, quæ legitimè peperit. Si igitur ab aliqua intemperie abortus fieri consuevit, introductione contrarii curatur: si à morbo quovis, providendum ei debita ratione. Si ex assumpto pharmaco, ex relatione id dignosces, præcavebis verò iis, quæ hypercatharsin prohibent, vim nimirum, & acrimoniam medicamenti retundentibus, ut aqua tepida cum saccharo, amylo, syrup. viol. portulacæ, aqua hordei, & similibus; si ex sanguinis missione abortus impendeat, reficientibus omnino & roborantibus utendum, de quibus infra 4. remediorum genere: Si ex humoribus acribus & mordacibus, ex doloribus lumborum, & inguinum ac pudendi, cum erosionis, vel exulcerationis sensu id captabis, & ex reliquis quæ humoris prædominium demonstrant, quem ante conceptum purgabis, & cibis boni succi attemperabis. Si à tumore duro, mola, aut uteri hydrope, curatio ex propriis capitibus petenda; dignosces verò tumorem, ex dolore & tactu: molam, quia toto ferè gravidationis tempore sanguis aut virulentia aliqua ex utero instillat, hydropem, quia digiti tactu osculum uteri gracile, & obscuratum ac humidum persentitur circa initium: procedente verò tempore, cum fœtus movetur, venter intumescit, ad contactum dolet, febris adest, dentium stridor, & reliqua suo loco dicta. Si verò ab aliis causis fiat, curatur quatuor remediorum generibus: ac primo, si ab humorum copia fiat, dignoscitur ex pletoriæ signis, & quia juvenculis boni habitus primis præsertim mensibus, citra manifestam causam contingit, ac veluti

Hypercatharsin prohibentia.

Si ex humorum copia curatio.

varices

varices in cruribus & inguinibus fiunt, mammæ turgent, & sanguis è naribus fluit, aut per os cum vomitu, aut tussi, sæpè etiam per collum uteri. Curatur parco victu, modico exercitio diutino, sed lentè, & per intervalla facto, somnus sit paulò longior, aër temperatus, cubiculi fenestræ orientem, aut septentrionem respiciant, sanguinis missio fiat bis, aut ter ante conceptum, vel 1. 2. 3. 4. 5. aut etiam 6. à conceptione mense, quo potissimum abortire consueverit: sed in 5. & 6. cautè, & cum præmeditatione, urgenteque necessitate, & adhibitis interea umbilico, quæ 4. remed. genere dicenda sunt. Renibus verò, ad extinguendum sanguinis fervorem, adhibeatur unguentum refrigerans, sandalinum, cum oleo ros. aut viol.

Si ex laxitate.

Secundo si exlaxitate ligamentorum fiat, ob mucorum copiam proveniente, dignoscitur, quia menses fiunt pauciores ante conceptum, & post menstruam purgationem, per duos aut tres dies mucci ex utero prodeunt, sæpè etiam cum horore, & calore. Curatur purgatione ante conceptum facta, per pillullas de hiera mastichinas cum aromate, de agarico; de rhabarb. cum agarico, & mastice: advertentes, quod hæ uteri causæ morbosæ, prius quam mulier concipiat, tollendæ sunt, nam muliere jam gravida, difficilis est earum affectionum curatio. Sic post purgationem utendum iis, quæ pituitam ab utero deducant, ac discutiant, pessis, suffumigiis, unguentis, emplastris: ut ℞ *seminis fœniculi, arthemisiæ an.* ʒ ij *cinnamomi, cariophyllorum, mei an.* ʒ i, *radicis gentianæ pulverizatæ* ℈ iiij, *myrrhæ, & tragacanti an. q. s.* fiant pessaria; aut ℞ *medullæ colochyntidis, myrrhæ, nitri, cumini an.* ʒ i. *caricarum contusarum q. s.* fiant pessaria: hoc etiam oleum in uterum injectum mirifice prodest, accipe colochyntidem magnam, superne incidito, ejectis seminibus ac medulla, capacitatem reple oleo irino, cooperiatur cum dissecta particula, ac in cineribus calidissimis coquatur, oleum excolato, acin vulvam tepidum injicito. Suffumigia verò parantur, ex cinnamomo, cariophyllis, calamo aromatico, ladano, ligno aloës, bezoino, pipere, lavendula, calamentho, arthemisia, pulegio, alipta, & gallia moscata, junco odorato, moscho, & ambra; ut ℞ *ladani puri* ʒ ß *styracis, calaminthæ an.* ʒ i. *ligni aloës subinæ siccæ an.* ʒ ß, *ambræ* ℈ i. *moschi g.* iiij. *misce*, fiant trochisci pro suffumigio: aut ℞ *styracis* ʒ ß. *ligni aloës* ʒ ij. *balsami, & ambræ grisæ an.* ʒ i. *musci* ℈ i. *fiant ut supra*; aut linimenta hac ratione adhibeantur. ℞ *succi arthemisiæ, menthæ an*

Admonitio.

Pessi.

Oleum.

Suffitus.

Linimentū

thæ an ʒ ß, *olei anethini, rutacei an.* ʒ i. *vini optimi* ʒ iij, *bulliant in duplici vase ad vini consumptionem, & adde cinnamomi pulverizati, cariophyllorum, macis, piperis albi an.* ϑ ij. *moschi g. v. ceræ q. s.* pro linimento, quo inguina & pubes perfundantur. Aut fiat sequens emplastrum, quod iisdem partibus adhibeatur. ℞ *cariophyllorum, galangæ, zinziberis, ligni aloës an.* ʒ i. *nucis muscatæ, zedoariæ, seminis ocymi, spicæ, croci an.* ϑ ij. *rasuræ eboris, margaritarum an* ϑ ij. *ambræ g. x. moschi g.* iij. *styracis. ladani an.* ʒ ij, misce, fiat emplastrum, uterum exsiccat, calefacit, & roborat. Denique cuncta ferè conveniunt quæ utero humido utilia esse suo loco diximus, at reliquis non proficientibus sudare expedit ex decocto chinæ.

Emplastrum.

Si uterus parvus.

Tertiò si ex utero parvo denso, ac constricto abortus fiat, curatur ijs, quæ dicta sunt cap. de utero sicco, præsertim balneis, sed his cautè, si mulier gravida jam sit.

Si à causis procatharcticis.

Quartò si à causis externis fiat, à quibus plerumque accidit, eas ex relatione dignosces; fœtum autem omninò divulsum non esse, neque ligamenta disrupta deprehendes, quia sanguis nullus aut certè parcissimus instillat ex utero, ac tunc solum imbecillus est, & commotus, quia mater perterrita, defessa, dolens, percussa, vulnerata, aut aliter affecta fuit. Curatur roborantibus auxiliis, umbilico & dorso applicitis, imò etiam ventriculo, ut flatus discutiantur, feliciorique ibi facta concoctione, fœtui alimentum copiosius subministretur; valet in hunc usum sequens confectio *zedoariæ, doronici an.* ʒ ij, *margarit: bdellii, coralli rubei, succini, serici crudi an.* ʒ i. *castorei* ʒ i ß, *muschi super lapides in aqua nascentis, spicæ an.* ʒ ß, *cardamomi, croci, cariophyllorum an.* ʒ i *mellis aut sachari q. s.* dosis ʒ ij, cum vino; prodest confectio Alkermes de hyacintho, smaragdina, de citro, de gemmis, diamargariton, quæ omnia vires reficiunt, aut etiam diatrion pipereon, diagalanga, diacyminum. Extrinsecus ventriculo applicatur oleum nardinum, de mastice, de absynthio, cydoniorum; super inspersо pulvere aromatici ros. calami aromatici, diarrod. coralli, ros. rub. absynthii, menthæ ex quibus etiam cum cera fiat linimentum, additis g. v. aut viij moschi, capitur autem ʒ i. ceræ pro ʒ j olei. Umbilico ad fœtum roborandum applicatur, mica panis leviter torrefacta, ac vino & pulveribus aromaticis respersa; pomum odoriferum assum eodem vino & pulveribus involutum, aut carnis semiassæ frustum, cum iisdem speciebus;

Roboratio fœtus.

Ventriculo.

Umbilico.

Emplastra.

ciebus; emplastrum de corticibus castaneæ Montagnanæ, aut aliud dictum comitissæ à Varignana descriptum; vel emplastrum de rasura panni coccynei, positum suprà cap. de prægnantium moderamine: efficacius adhuc est id, quod recipit *Ladani* ʒ ij. *galangæ* ʒ i, *nucis muscatæ, nucis cupressi, boli armeni, terræ sigillatæ sanguinis draconis, balaustiarum an.* ʒß, *acaciæ, hypocystidis an.* ʒi, *masticis, myrrhæ an.* ʒ ii, *gummi arabici* ʒ i, *therebinthinæ venetæ* ʒ ii, *picis navalis* ʒ iß, *ceræ q. s.* fiat emplastrum, applicetur pubi, ac si pruritus supervenerit, remoto emplastro, locus inungatur unguento rosar. aut refrigerante Galeni. Facile paratu hoc est ℞ *olei myrthini, cydoniorum, masticis an.* ʒ i, *hypocystidis, acaciæ, boli armeni, sanguinis draconis an.* ʒ i. *sandali citrini* ʒ ß. *ceræ q. s.* fiat unguentum; plura alia reperies cap. de prægnante morbo acuto correpta.

Admonitio.

Animadversione dignum est, esse fœminas non paucas, quæ etsi ante gravidationem bene valeant, statim tamen à conceptu valetudinariæ fiunt, & ægrotant, quia habitu sunt bilioso, aut utcunque morboso, ideoque illico à menstruis retentis, mille symptomatum generibus corripiuntur, à quibus per alvi solutionem sponte, ac leni medicamento factam liberantur, prævenire tamen præstat ante gravidationis tempus, & pravum habitum in meliorem commutare, facta sanguinis missione, deinde purgatione ex diluto rhabarb. bis in septimana sumpto, si humores sunt biliosi; si vero adusti, decocto foliorum senæ, & post gravidationem à purgatione abstinere, nisi plurimi prædictorum succorum abundent, & certo fœtum perdituram constet, tunc enim modicum rhabarb. cum saccharo ros. porrigere licet, aut cydoniatum purgitivum, & ea quæ roborando sanguinem mundificant, de quibus c. de calida uteri intemperie, dictum abundè est.

Scholium.

Teter enim odor lucernarum] *Monet mortalium superbia, ut Plinii verba etiamsi invitus hoc loco inseram. Miseret, inquit, atque etiam pudet æstimantem, quam sit frivola animalis superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu, his principiis nascuntur tyranni, his carnifex animus: tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem ejus existimas, sed partum, tu cujus semper in victoria mens; tu, qui te Deum credis, aliquo suc-*

7. *nat. hist.* 7.

cessu tumens, tanti perire potuisti: atque etiam, hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente, aut etiam, ut Anacreon Poëta, acino uvæ passæ; aut, ut Fabius senator prætor in lactis haustu uno pilo strangulatus: is demum profecto vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Hæc Plinius. Sed eò etiam humana fragilitas, & miseria devenire soluta, ut & in utero matris, labores quoque experiatur homo, & mortem, ita ut fatigetur antequam indigeat, & nondum natus moriatur.

De partu vitioso.

Caput V.

CUm quatuor ad naturalem partum requirantur in genere conditiones, ut videlicet fiat tempore debito; debita figura; cum debitis symptomatibus; & moderatis expurgationibus; ubi erratum committitur in una, vel pluribus ex hisce conditionibus, non naturalis appellatur. Ac si in tempore error sit; aborsus dicitur, de quo superiori cap. si in figura, vitiosus partus; si cum sævis symptomatibus, difficilis; Secunda verò relicta, diminuta ac nimia lochia, ad expurgationes pertinent. Confundunt scriptores difficilem partum cum vitioso, nos clarioris doctrinæ gratia de vitioso hoc capite, de difficili in sequenti verba faciemus.

Differentia.

Tunc autem fit vitiosus partus, cum fœtus una è quatuor potissimum figuris exit, quippe aut pedibus promitur, aut manibus, & hoc dupliciter, quia interdum ambobus se præsentat, interdum uno: similiter nonnunquam ambabus manibus, plerumque una duntaxat. Tertia figura est, quando egreditur obliquus, id est, in latera, idque dupliciter, aut in alterum latus, aut in ventrem. Quarta duplicatus, quæ etiam figura gemina est, aut enim primitus natibus propinquat osculo uteri, aut capite, & plantis pedum simul junctis, quas omnes figuras Hipp. posuit, eas verò, ac plures ad easdem reducendas depinxit Eucharius Rodion.

1. de morb. mul. 47. Lib. de partib. hominis

Causa.

Contingit vitiosus partus duabus potissimum de causis, uteri videlicet spaciositate, vel quia mater in partus labore, dum acerbissimi ac extremi cruciatus parturiendo sæviunt, nullo loco conquiescit, sed modò sursum se jactat, modò deorsum, nunc in hanc, nunc in illam partem,

partem, his enim de causis fœtus non consistit, sed huc ac illuc labitur, eas posuit Hipp. quibus adde capitis infantis debilitatem, quo, quia ligamenta disrumpere nequit, manibus vel quavis alia parte id efficere conatur. Porro indicia vitiosi partus ferè omnia conjecturalia sunt: nam si vehemens dolor adsit, & mulier prædicto modo se verset, verendum omnino est, ne inversa figura fœtus exeat, cunctæ verò inversæ figuræ adeò periculosæ sunt, ut ipsæ mulieres sæpius pereant, sæpissime infantes, nonnunquam matres una cum fœtibus, vel si felix, & fortunatus fuerit partus, saltem difficillimi sint, inter hosce tamen minus periculosi censentur, qui in pedes exeunt, quos latini Agrippas proprerea dixêre, & malum omen portendere semper rati sunt, vel quoad corpus, vel quoad animum.

Lib. de nat. pueri. Signa.

Prognostica.

Agrippæ.

Curatio.

Curatur vel potius præcavetur vitiosus partus tribus remediorum generibus, ac primò quidem situ parturientis, & infantis. Satagendum itaq; ut mulier, dum parturit, semper quieta sit, ac debito modo collocata, uti cap. *de partu naturali* dictum est. Dolores, quoad fieri possit, patienter sustineat, quia sic minus agitabitur. Aër sit temperatus, sed neq; cibo impleatur, imò si fieri id possit, jejuna conservetur, aut saltem exhibeatur cibus exiguæ molis & plurimi nutrimenti, quippe ventriculo cibo pleno, dilatari uterus nequit, ac dum extenditur, magis mulier laborat; exhibeantur igitur ovorum vitelli cum vino, epata gallinarum, jusculæ earūdem, aut pasta sacchari cum ambra, mosco & aqua ros. Lusitani (*alcorsam*) vocant.

Partus facilitantia, & dolorem mitigantia.

Secundo iis medicamentis utendum, quæ partum facilitent & dolorem minuant, sic enim mulier minus agitabitur, ea conscripta reperies cap. sequenti, præsertim autem adhibeantur fotus, & linimenta blanda, itemq; pessaria, ex myrrha & castoreo, sic fœtus facilliorem ac leniorem exitum inveniet, & mater cum minori ærumna, & cruciatu pariet.

Obstetricis opus.

Tertiò ac præcipuè universa vitiosi partus providentia in eo consistit, si obstetrix suo ministerio curet, ut fœtus naturali figura prodeat, parturiens igitur, competenter in lecto locata, elevatum habeat corpus, ac si fœtus in dextrum latus infixus est, in sinistrum cubet, & vice versa: si verò matris positura infantis situm corrigere nequeat, tunc chirurgus, diligensve obstetrix, quæ natura molliusculas habeat manus, vel oleis & unguentis delibutas, unguibus præcisis, ne fœtus offenda-

Infantis reductio si impedes.

offendatur, ac in unum conductis digitis, primum curet, ut; si fœtus figura naturali appropinquat, in ea conserverur, quod qua ratione fiat, & quæ sit naturalis figura primo hujus lib. c. jam diximus. At si in ambos exeat pedes, non est mutanda hæc figura, sed tẽtandũ erit, ut manꝰ infantis in crura, & suras demissæ, una cum pedibus molliter prodeãt, nam difficulter fieri potest, ut pedes sursum versus iterum retrudantur, quo naturaliter exeat: sin autem manus pedum musculis non applicet, sed in sublime erectas habeat, periculosissimus fit partus, & brachia læduntur. At si in manus procidat ambas, oportet obstetricem humeris apprehensis partum eousq; intrò reducere; quoad manus lateribus applicet, ac deinde suo modo ad egerendum remittat; quod pariter intelligendum venit de manu vel pede singulari, utrumq; enim initiò reduci debet, ut pariter ducantur manus, &, si fieri id queat, in caput egrediatur. Consimilis diligentia adhibenda, si super genua, latus, aut quamvis aliam partem procubuerit, vel si complicatus exierit, pedibus capiti adjunctis, aut natibus primitus exeuntibus; quippe in hisce de reducendo fœtu habenda est cura; quod si non consequitur, tunc mulieris pedibus comprehensis, ipsam vehementer concutere opus est, donec fœtus aliam repræsentare figuram comperiamus, ut enim motio, & agitatio iis, quæ naturaliter pariunt, periculosa existit, quia naturalem figurã invertit; sic, ubi figura non naturalis est, conducit, quia eandem in naturalẽ convertit. Illlud semper observantes in prædictis reductionibus, ne manus aut tenella pueri brachia plurimum tractemus, ne fortè ob teneritudinem divellantur, laxentur, flectantur, & exarticulentur. Verum si partus simplex aut unus non fuerit, sed gemini, ijq; simul se promant, si in caput prodeant, obstetrix alterum post alterum deducat, ita tamen, ut posteriorem è manibus nõ emittat, & priorem debita figura conservet.

Sin manus

Si complicatus,

Geminus infans,

At, si non capite sed pedibus ambo exeant, danda etiam opera est, ut alterum quam commodissime, eo pacto, quo suprà in simplicibus docuimus, excipiatur. Si verò ita ad exitum tendant, ut alter capite, alter pedibus sese præsentent, elaborandum pari studio erit, ut qui prior ex iis fuerit, is prius educatur, ita tamẽ ut neutrum alterum inter exeũdum allidat; tamen si, qui posterius exit, in pedes converti denuo possit, ut caput foribus obvertatur, tutum id quidem foret, quod pariter in simplici intelligendum. Reliqua ad hanc operationem attinentia, videre licet c. de fœtu mortuo.

De

De partu difficili & laborioso.

CAPUT VI.

INter reliqua animantia sola mulier patitur difficilem partum, quippe quę sola maximos inter pariendum sustinet cruciatus cujus rei naturales causas assignant, debilitatem fœminarum nostri generis; earundem vitam otiosam, & magnitudinē capitis infantis, præcipua tamen ex divinis oraculis petenda, ac referenda in lapsum primæ mulieris, voluit enim altissimus sexum illum, qui tantarū ærumnarum causa fuit, huic subjici calamitati, ut scriptum est Genesis 3. Dicitur autem difficilis partus ille, qui cum fœtus vel matris periculo accidit, vel quia cum gravissimis sit symptomatibus, vel quia tardius procedit, ita ut longo tempore prematur mulier. Reponitur difficultas pariendi sub genere immodicè contentorum, nam etsi fœtus non sit res prętter naturam, nec pars utero gerentis; proportione tamen respondet iis, quæ nascuntur, & familiaria sunt, ut fructus, & ova,

Definitio.

Species.

Causa hujus rei, in universum aut externæ sunt, aut internæ. Externæ quidem quę partus difficultatem inferunt, sunt Aquilonaris constitutio, aut intemperata, veluti nimis calida, quæ vires dissolvit; frigida aut sicca, quæ uterum densat; moderate calida, & humida ad partum facilitandum valet. Sunt etiam externæ causæ omnes animi passiones, quæ distrahere possunt, quo minus mulier tota huic actioni sit intenta, ut ira, mœstitia, verecundia, timor, vehemens ipsius partus dolor, & inconveniens situs parituræ, ut si stet, aut sedeat.

Causa.

Internæ verò causæ sunt ex parte mulieris, ex parte fœtus, & ex parte membranarum, Ex parte mulieris, quia cum imbecilla sit, enixu seipsam juvare non potest: aut quia anhelosa est ita ut non valeat spiritum cohibere. His accedit vigilandi impotentia, doloris privatio, insensibilitas, mansuetudo, nimia pinguedo, & obesitas præcipue omenti vel nimia extenuatio, & siccitas, sic ut ligamenta dura extensaque partui non cedant, qualia plerumq; habent annosæ 40. annum excedentes; quia iis uteri musculi exsiccati sunt, ac minus extensibiles.

Interna.

Facit etiam difficultatem partus exigua vulva, aut tumor in locis genitalibus, vel caro iisdem adnata, vel obliquitas cervicis uteri; calculus vesicæ, aut urinę copia in eadem; aut excrementorum in intestinis

ſtinis multitudo; aut tumentes hæmorroides, nam qua ratione osuteri comprimendo, conceptum impediunt, eadem partum reddunt difficilem; adhæc uteri diſtentio, oris ipſius ſtrictura, & colli longitudo; aut ſi oſſa pubis nimium conſerta ſint, aut parturiens puella, necdum vigorem adepta, magis etiam primiparæ anguntur, & ob imperitiam corpus aptè præparare ignorant. *Ex parte fœtus.* Ex parte fœtus cauſæ ſunt, ſi inuſitatæ magnitudinis exiſtat, aut exiguus nimis, qui nec vincula diſrumpere queat: nec uterus ei adæquetur: aut ſi magni capitis, vel admodum exigui, hic enim non aperit vias, nec ab oſtetrice apprehendi poteſt; ille difficulter egreſſum invenit. Similiter ſi parvi ponderis aut debilis ſit, quia tunc ſeipſum adminiculantem non præſtat: fœmina inſuper majorem ſemper infert dolorem, quam mas, quippe quæ, debilior cum ſit, non ita ſibi inter exeundum auxiliatur; ſubinde ſi plures fœtus ſint, aut ſi mortuus, aut monſtroſus, aut ſi informem aliquam carnem ſecum junctam habuerit: aut ſi in figura aliqua, præter naturam, oſculo uteri appropinquet. *Ex parte membranarum.* Ex parte membranarum partus redditur difficilis, ſi aut non abrumpatur ſecundina ob craſſitudinem, aut ob tenuitatem priusquam eſt opus, dilaceretur, humore ſiquidem evacuato, infans præ ſiccitate debitè non devolvitur, nonnunquam etiam difficilis accidit partus, quia vaſa umbilicalia collo circumvoluntur, duobus aut pluribus interdum gyris, quod ſtolidis mulierculis vanæ prædictionis occaſionem ſæpe præbet infelicitatis nimirum, filiolus meus ſic natus 8. tamen ſupervixit menſes, matre pia inpuerperio deſiderata, ego utrumque feliciſſimum judico, qui meliori fruūtur vita. Si autem amnion membrana ſola hiſcat, antequam fœtus in utero volvatur, tunc lotii moleſtia totus afficitur. *Facilis partus cauſa.* Huc reducere oportet uteri imbecillam expultricem, & validam retentricem: nam mater abdominis muſculis, infans propriis viribus, uterus otiante retentrice, & irrita expultrice, partum facilem parant: difficulter tamē ſemper fœtus egreditur, ſi mortuus ſit, aut ſyderatus, aut duplicatus. *Signa.* Significant partum difficilem fore, primò conſuetudo difficulter pariendi: deinde præſentia cauſarum, potentium id efficere, quarum externas jam numeratas, ex laborantis & aſſiſtentium ſermonibus dignoſces: ſic etiam, ſi ſit tenella, aut nimis provecta, aut alias debilis, ob debilitatem matris partum fieri difficilem indicium eſt: ſi verò venter ſit magnus ex parte fœtus, quia aut totum corpus, aut membrum

aliquod

aliquod magnum est, ipsum autem debilem esse, ex languida & tarda motione percipitur, qui si mortuus sit, à motu prorsus cessat: ventris adest frigiditas, dolor circa umbilicum gravis, spiritum fœtidum mulier exhalat, color faciei mutatur, reliquaq; adsunt signa cap. *de fœtu mortuo* jam recensita.

Si ex parte ligamentorum, ex apparentibus, & ex defectu reliquorum signorum, id deprehendes, dolor etiam circa dorsum, aut ad clunes tendes, difficilem partum portendit, ac, ut Rasius scribit, multa ante partus tempus expuitio, quia inde contrahitur siccitas, qua nihil facilitati pariendi infensius est.

Prognostica.

Dolor verò pectinem, & partes anteriores prope vulvam occupans, in muliere robusta, facilem promittit partum, præsertim si mulier constanti sit ac bono animo, & anhelitum habeat laudabilem, spes est salutis, & matris, & fœtus, Utrumq; tamen sæpe periclitatur, si contraria adsunt, omnis enim partus difficilis, præter vitæ discimen, alia etiam incommoda affert, nam sæpè ex magno conatu peritonæum rumpitur, prope umbilicum & inguina, ac exeuntibus intestinis hernia fit. Aut frangitur vena pectoris seu uteri, unde phthisin incurrunt, sanguinis sputum & tussim, dilatatur interdum pupilla, ac visus offenditur, quod Avenzoar notavit. Magnus Albertus, in lid. de secretis mulierum, partum aliquano adeò fieri difficilem adstruit, ut omnia ossa frangantur, & fiat scissura continua ab ano ad uterum, quod ultimum sæpè vidimus, nec tamen ruptio est, sed dilaceratio cutis.

Curatio.

Curatur partus difficilis quatuor remediorum generibus, victu, situ, medicamentis tam externis, quam internis, & manus opera: Collocetur igitur mulier in conclavi non admodum calido, neq; frigido, ac in aëre temperato, per 20. dies circa partum degat, cibus utatur emollientibus, ut jusculis gallinarum pinguium, oleribus cum oleo, vel butyro paratis, vel cum jure pingui, conferunt caricæ, dactyli, uvæ maturæ pensiles, ova sorbilia, potus sit vinum dulce pauca dilutum aqua, aut cerevisia cum saccharo & butyro, demum esto cibus paucæ quantitatis, facilis concoctionis & optimi nutrimenti; potissimum autem instante jam partu, nec multa alimentorum copia nec varietate mulier gravetur, ne distractus calor ad alimenti concoctionem, minus sufficiat parturitionis operi: Exerceatur mulier motu ac levi deambulatione; idcirco ultra precum & divinitatis religionem mulieres,

Deambulationes.

Deambulationes. devotiones, quas Novenas vocant, ad longinquiora templa, circa hoc potissimum tempus instituisse crediderim; fiat igitur deambulatio recta, non flexuosa, cujus finis esto modica lassitudo, quæ fatigationem non attingat. Somnus sit vigilia longior, vitentur animi accidentia, lætamque & placidam vitam fœmina degat: partu adventante, frequentior admittitur coitus, alvus respondeat, sin minus, glandibus utendum potius, quam clysteriis, nisi jam in ipsa parturiendi actione mulier sit constituta, alias fiant potius incessiones ex decocto malvarum, altheæ, camæmali, seminis lini, capillorum Veneris, meliloti, capitis agni, aut vervecis, vel fomentationes & evaporationes ex eodem decocto, à quibus inguina, venter, perinæum, ac loci muliebres oleis perfundantur emollientibus, veluti irino, amygdalarum dulciũ, camomillæ, anethino, cum pinguedine anseris, gallina, & medullæ cruris vituli, ac muscilagine seminis lini, & fœnugræci, quibus etiam os sacrum liniatur, ut facilius cedat.

Incessiones.

Inunctiones

Collocatio. Secundò parturiens protinus in sella collocari non debet, sed obstetrix prius os uteri tangat, ac dum paululum apertum non invenit, ut lentè ac parum moveatur, jubeat: neque postea sedeat mulier, neque stet, sed manibus innitatur, contra lecti aut mensæ spondam, aut aliud quodvis sustentaculum, ita ut sit sufficiens spatium pro obstetrice susceptura infantulum; sustineatur verò à viris vel mulieribus, respiratiouem cohibeat, ac propellat ad anum & uterum, ut quæ alvum exonerare nititur. Interim obstetrix, & adstantes animum addant, & consolentur mulierem, ut in Theodecto Plato monet; & Galen. *Lib. 3. 6. 3.* in lib. de facultatibus natural. præsertim verò juvenculæ, & primiparæ bona alantur spe, moneanturque, ut dolores patienter ferant, neque importunè se exagitent, ne fœtus convertatur in pedes, aut situm alium, unde partus fiat non solum difficilior, sed vitiosus, maximè verò, si ob nimiam pinguedinem difficilis fiat partus, præcipua ejus facilitandi ratio consistit, in congruo parturientis situ, ob id collocanda in lecto, aut sella prona, genibus flexis ad fœmora: deinde ex arte tractanda lenientibus: & os uteri, obstetricis digitis, oleo sesamino, aut simili aliquo delibutis, sensim dilatetur, idq; pari pensu fiat, si os uteri, vel cervicis ejus ex siccitate adstricta fuerint, quo in casu mollibus clysteriis ex jusculis, & oleis uti licet.

Medicamenta. Tertiò medicamentis tum externis, tum etiam internis. Si itaq;

itaque intemperies adsit, & illa quidem frigida, inceſſiones fiant, fomentationes aut evaporationes ex ſequenti decocto, ℞ *foliorum malvæ, altheæ m. i. ſeminis lini* ℥ i. *ariſtolochiæ lib. i. coquantur in aqua, & oleo camomillæ*, poſt fotum inungatur ſequenti linimento, ℞ *muſcilaginis fœnugræci, & ſeminis lini extractæ cum vino albo an.* ℥ i. *ariſtolochiæ longæ & rotundæ pulverizatæ an.* ℥ i. *ſtyracis liquidæ* ℥ i. *propoleos* ℥ ii, *olei amygd. dulcium, lil. alb. an.* ℥ ii, reducantur ad formam linimenti; aut oleo ſambucino, & jhaſmino, vel etiam hydræleo partes humectentur. Peſſus etiam ſic fit. ℞ *œſypi, radicis lilii, origani calamenthi, an.* ℥ ß *therebinthinæ* ℥ iii, conquaſſentur, & cum lana fiat peſſus, fortior paratur ex æquis portionibus ellebori nigri, opoponacis, ac fellis taurini, aut fiat ſuffumigium ex ſtipite caulium, myrrha, & felle taurino, aut ex ungula muli, aut ex piſcibus ſalitis; aut reliquis non proficientibus, emplaſtrum ventri applicetur, ex ſucco rutæ cum ℥ i pulpæ colochyntidis.

Intrinſecus ſumenda.

Interius autem aſſumat parum vini, diluti aqua arthemiſiæ, aut micam panis vino Hippocratico intinctam, aut aquam cinnamomi cum aqua angelicæ, aut olei cinnamomi, vel macis guttas v i. cum jure pingui, & multo croco, mirificè prodeſt ſæpius in vino generoſo prębere trochiſcorum de myrrha, cinnamomi, croci an. ℥ ß aut guttas aliquot extracti de croco, vel ſuccini albi ℈ ii aut ℥ i in eodem vino, aut in aqua liliorum alborum, aut guttulas olei ejuſdem, cum quo etiam ſi umbilicus inungatur, partum accelerare ferunt: Et uſitatum eſt.

Pulveris.

Aut ℞ *corticum utriuſque caſſiæ an.* ℥ ß *cinnamomi* ℥ i, *croci* ℈ i, *aquæ arthemiſiæ* ℥ iiii, *miſce*, detur tepidum; hæ inſuper ſpecies partum maturant, *cinnamomi* ℥ ß, *croci, corticis caſſiæ fiſtulæ, an.* ℥ i *ſabinæ, capill. Ven. diptami, baccarum lauri an.* ℈ ij, *oſſis decordis cervi* ℥ ß, *ſacchari* ℥ j ß, *tenuiter cuncta pulverizentur ac miſceantur*, doſis ℥ i, aut ij in vino vel ovo ſorbili.

Pilulæ.

Pilulæ hæ partum etiam facilem reddunt: ℞ *cinnamomi* ℥ v, *florum camomillæ* ℥ iij, *caſſiæ ligneæ* ℥ iij ß, *ſtyracis, rubeæ, croci, radicis ſquinanthi an.* ℥ ß *cum ſyrupo de arthemiſia*, fiat maſſa, doſis ℥ j, ejuſdem aut majoris efficaciæ ſunt aliæ, quæ recipiunt *ſabinæ pulverizatæ* ℥ ii, *ammoniaci, aſæ fœtidæ an.* ℥ ß, *bdellii, myrrhæ an* ℈ ii, *conficiantur, corticis caſſiæ fiſtulæ* ℥ iii, *bulliant in ſ. q. vini albi ad medias colaturæ adde juris cicerum rub.* ℥ ii, *croci, ac ammoniaci an.* ℈ i. *vel* ℞ *cineris urachi infătis* ℥ ii *cinnamomi* ℥ ß *piperis lõgi, galãgæ an.* ℥ i, *ſeminis plãtaginis, endiviæ an.* ℥ i ß, *ſeminis lavẽdulæ* ℈ iiii, fiat pulvis ſumẽdꝰ

Pulveres alii.

cum aqua ſabinæ, aut arthemiſiæ; validior eſt, qui ℞ *pulveris præſcriptiv confectionis alkermes an* ℈ ii, *trochiſc. de myrrha* ʒ ß, *caſtorei* ℈ i, ſumatur in aqua arthemiſiæ, aut vino albo; fortiſſimus erit, ſi addantur ℈ ii boracis, ut Lobelius præcipit, tum ad aducendas ſecundinas, tum fœtum vivum aut mortuum. Eſt enim borax officinarum ex iis, quæ à proprietate fœtum educunt, ut idem ſcribit, Fallopius, Montuus, ac plerique alii, pro mirifico ſecreto. Dolorem etiam ſedat, & partus difficultatem mulcet ſequens elegma. ℞ *Carnis dactylorum* ℥ iii. *muſcilaginis pſyllii, ſeminis cydoniorum an.* ℥ ß, *ſeminis pœoniæ, cinnamomi an* ʒ i, *caſſiæ lignea, croci an.* ʒ ß, *pulveris peucedani* ℈ ii, *oſſis de corde cervi* g. vi, *cum ſaccharo diſſoluto in aqua ſabinæ*, fiat elegma, doſis cochleare, ac ſuperbibat mulier ℥ iii, hujus decocti. ℞ *radicis graminis, petroſelini an.* ℥ i, *arthemiſiæ, nepetæ, an. m.* ß, *ſeminis aniſi, fœniculi an.* ʒ i. *in q. ſ. aquæ*, fiat decoctum ad lib. 1. cum quo etiam, quæ ſuperius diximus, capi poſſunt, prodeſt hauſtus olei amygd. dulc. A proprietate verò juvant borax officinarum, de quo ſupra ad ℈ ii cum vino, fimi accipitris, vel falconis ʒ i, betonicæ, ſeu ſabinæ, ſcobes ʒ i, aut lavendulæ, aut ℥ iiii aquæ, in aqua ablutus fuerit nidus hirundinis, vel ℥ iiii ſucci gallitrici, vel decocti galli vetetis: ſed & partum maturare, primæ notæ ſcribunt autores, anguium ſenectam lumbis alligatam; idem præſtat corallus, aut anagallis dextro cruri appenſa, lapis apuilæ, ſtyrax, coriandrum viride, Jaſpis, polygonii radix, aut ariſtolochiæ, aut ciclaminis pudendi orificio, aut fœmori alligata, ex quibus ætites, ſeu aquilæ lapis brachio alligatus, fœtum continet, cruribus appoſitus, facit, ut brevi ac ſine dolore mulier pariat, ſed & magnes, manu ſiniſtra à parturiente detentus, ut Leonus ſcribit, fœtum expellit, aut diptamus, vel corrigia ex pelle cervi cuncta, demum ſmaragdus, radix ocimi, & polypodium tritum, quæ etiam plantis pedum alligata, fœtum cient.

Elegma.

Decoctum.

A proprietate partũ expellentia.

Manus opera.

Quartò manus opera, & obſtetricis, aut chirurgi miniſterio, ſi & ſecundinæ craſſities, ſoliditasve partum impediat, Aëtii conſilio cautè ipſa abrumpenda eſt, obſtetricis unguibus, aut ſcalpello. At ſi tenuitas tunicarum fecerit, ut, quia intempeſtivè abrumpuntur, humore fluente ante debitum tempus, uterus ſiccus evadat, infundatur muſcilago altheæ cum ptiſanæ cremore tepido, aut cum malvæ, aut fœnugræci decocto, aut, cum antea dictis medicamentis humectantibus,

bus, pudendum foveatur; haudquaquam tamen permittendum, ut vehementer uterus lanietur, ac etiamsi nulla medicamenta prosint, puer tamen vivus dissecari nulla ratione debet, quamvis Avicenna, Aëtius, & Moschio id præcipiant; *non enim licet unum interficere, alterius vitæ gratia*, sed implorato divino auxilio medicametis insistendum: Si tamen mater in partu moriatur, fœtu intus vivo superstite, quod ex motibus, & subsultationibus infantis conjicitur, tunc posthabita matris ratione, expedit ejusdem matris os, & genitalia patentia servare, ut per has vias anhelitum recipere infans possit, deinde hypochondrium sinistrum inscindere oportet, ea ratione, qua superius retulimus c. *de partu cæsareo*, quippe dextrum latus liberum ingressum non ita præbet, ob subjectum epar, prospiciendum tamen, ut dum extrahitur fœtus, spina toti obstetricis palmæ incumbat, ne exarticuletur. Si tandem levi occasione uterus laxetur, aut inter parturiendum promineat, quod sæpè fit, pariat mulier decumbens in lecto, quod etiam caveti potest, ano impositio panno, in modum pilæ oblongæ, quam in quolibet conatu obstetrix fortiter comprimat.

Admonitio

Infans vivus ex utero matris mortuæ.

De secunda relicta.

CAPUT VII.

SEcunda, quæ à latinis loculus etiam appellatur; à Græcis verò chorion seu deuterion; sic dicitur, autore Aëtio, quasi secundum ab utero fœtus domicilium, ac receptaculum, & est quasi radicatio multorum vasorum: hoc autem, quoniam umbilico infantis hæret, & umbilicus postremò ex utero exit; alias non accederet, peripsum puero nutrimentum: ideo fœtu exciso foras prodire necessum est; contingit tamen sæpius, ut fœtu in lucem edito, ipsa præter naturam detineatur; quæ affectio, etiamsi nos perturbare non oporteat, tamen contemnenda non est, nam cum diu detinetur, cerebro, cordi, & ventriculo, terribilia infert symptomata, & dolores, ac cruciatus intolerabiles, & vaporibus ab ea putrescente elevatis, interiora corrumpuntur, exquibus etiam uterus afficitur, morbus causatur in numero & excessu.

Porrò secunda cum detinetur, nonnunquam uteri fundo con- *Species.*

1. *de morb. mul.* 2. *Epid.* 18. juncta est: interdum sejuncta & instar pilæ convoluta, circa aliquam uteri partem consistit, Egit de hac affectione Hipp. in lib. de morbis & in Epidemiis.

Causa. Detinetur secunda plurimis de causis, ut ex quovis animi pathemate, aliove subito casu enixæ adveniente, aut si odoramenta suavia naribus adhibeantur, aut ex potu aquæ frigidæ; potissimũ verò, si uterus ocyssimè à partu claudatur; aut si umbilicus infantis, à quo ipsa pendet, ab inexercitata obstetrice resecetur, antequã ipsa propellatur.

Signa. Signis ad dignoscendum hanc affectionem opus non est; tamen secundâ relictâ, purgatio malè procedit: venter attollitur, & durescit, febris suboritur acuta; dolor per universum corpus, maximè infra umbilicum, gravitas ventris, tormina, suffocatio, ac tandem ipsa secunda, si diu detineatur putrefacta, ejicitur, aut in saniem dissoluta exit. Non solum autem detentam, sed uteri fundo alligatam comperies, si ante tempus puer emissus fuerit, & id quidem citra magnos

Prognosticũ dolores, nam præcedentes labores fiunt, dum vasa rumpuntur. Non violenter extrahenda secunda est, ne uterus procidat: nec ejus eductio parvi facienda, quia, quo magis retinetur, eò majorem concipit putrefactionem: periclitantur sæpe mulieres, ac moriuntur, si adhæreat secundina, & contineatur; vel ob usum acrium medicamentorum ulcus in utero fit, idcirco antequam putrefacientia aut corrosiva adhibeantur, id prædicendum ad vitandam calumniam.

Curatio. Curatur 4. remed. gener. primò provocatione tussis & sternutamenti, si vires non fuerint debiles, ex castoreo, elleboro, & pipere; per hęc enim mediæ corporis partes comprimuntur, extremæ verò exprimũtur, & subinde uterus. deinde etiam vomitoriis, si reliqua non prosint: juvat autem vomitus, non quatenus ad superiora movet, sed quatenus expulsivam facultatem membrorum inferiorum excitat. Naribus insuper applicentur suffumigia ex unguibus capræ, & plumis perdicis, ac reliquis jam dictis c. *de uteri suffocatione*, uti etiam ex fimo equi arido, columborum, aut aquilæ: ex semine porri, urticæ, allio, resina pini, elleboro albo, aristolochia, nigella, quia hæc omnia uterum deorsum fugant, & sternutamenta provocant; cum verò jam circa pectinem dolores senserit fœmina, spiritum vehementer cohibeat inferius comprimendo, manu etiam validè super ventrem appositâ.

Secun-

Secundò utendum iis medicamentis, quæ secundinam ejicere nata sunt, præsertim autem, si à frigore retineatur, aut si uterus à partu statim obseretur; sequens potus sæpiusculè exhibeatur, si febris absit: ℞ *sabinæ, arthemisiæ an. m. 1. fiat decoctio in aqua ad lib. ß. colaturæ adde vini optimi lib. 1. cinnamomi* ʒ i *iterum leviter bulliat*, laudatur etiam decoctum, vel aqua fabarum destillata, ut aqua florum croci, quæ detergit, secundas pellit, & dolores sedat, aut etiam ʒ i croci leviter triti, mirificè tamen sequens prodest. ℞ *trochiscorum de myrrha*, ʒ i *rubeæ* ʒ ß, *croci, & castoreian.* ℈ i. detur in vino albo, aut jure gallinæ, vel in prædicto decocto: valet ʒ i seminis panacis ex vino pota, aut cum melle appositæ; aut decoctum centaureæ majoris, diptami, aristolochiæ longæ, & eryngii: aut cunctorum simul, quæ etiam fœminibus apposita prosunt: vel talis confectio concinnetur: ℞ *sabinæ, aristolochiæ, acori an, partes æquales, melle excipiantur, dosis* ʒ ii, *cum decocti mentastri, aut lupinorum*: hoc insuper præsidium ut lissimum est. ℞ *opoponacis, galbani, fellis bovini an.* ʒ i. *castorei* ʒ ß, *detur cum aliquo ex prædictis decoctis*, si fœmina valdè periclitetur; ejusdem virtutis est hic pulvis: ℔ *lupinorum, sabinæ an.* ʒ i. *myrrhæ, opoponacis an.* ʒ ß *castorei q. x. in pulverem minutissimum reducantur*, dosis ʒ i. cum decocto pulegii aut brassicæ, aut cum melle, fiat confectio. Commendatur ovis, aut capræ secunda arefacta, & ex vino tenui hausta, aut in pessis subdita, aut collo appensa. Pessaria etiam fiunt ex mercuriali, arthemisia, salvia, iride, pæonia, tritis & unguento ros. exceptis, aut adipe anserino, quæ etiam in forma emplastri ventri applicentur: potiora concinantur ex allio, asphalto, bezoino, stercore accipitris, galbano, gentiana, sagapeno, brionia, scamonia, nitro, diptamo, quorum aut alicujus eorum accipe ʒ i, & cum succo, vel decocto, arthemisiæ, aut mercurialis excipiatur: œsypus etiam cum butyro & meliloto suppositum secundam extrahit: aut ℔ utriusq; aristolochiæ, sabinæ, nasturtii an. partes æquales, trita cum felle bovis excipiantur, ac fiant pessi: crocus itidem panno lineo involutus locellis apponitur; aut leporis coagulum illinitur, cum porri succo, & croco. At si res ferè sit desperata, ad efficaciora pessaria deveniendum, quæ comparantur ex decocto cucumeris silvestris cũ succo ejusdẽ, oleo irino, elleboro, staphysagria, & colochyntide, addito modico felle tauri. Suffit⁹ insu-

Secundam expellentia.

Pulvis.

Confectio.

Pulvis.

Pessi.

Suffitus.

insuper aromatum subtus adhibeantur, quales ex cassia, nardo, flore junci odorati, arthemisia, sabina, diptamo, pulegioq; conficiuntur, hos suffitus mulier suscipiat, undiq; vestimentis contecta. Utendum præterea encatismatis, perfusionibus ac fomentis actu calidis, ex prædictis herbis, quæ potissimum administranda sunt, si os uteri fuerit clausum. Deniq;, nisi magnus sit sanguinis fluxus, omnia conferunt, quæ menses movent, fœtum mortuum ac molam expellunt: de quibus omnibus suis locis sermo factus jam est,

Manus operatio.

Tertio manus operatione; ideoq; interea temporis, dum superius scripta adhibentur, obstetrix, si os uteri nonnihil aperiatur, manum sinistram calidam, & pingue factam in uterum immittat, ac secundam leviter extrahere tentet, quæ si alicui uteri parti convoluta inhæserit, facile educitur: si autem uteri fundo sit connexa, quod indicat fractam ac disruptam à vasis fuisse, umbilicumq; parum oportunè resecatum, tunc demissa similiter manu sinistra, oleo liliorum peruncta, comprehendere tentet, nec tamen in rectum deducat, ne vulva procidat, sed leniter primum hinc inde circumagat, deinde paulo validius attrahat, sic enim obedit, & à connexu dissolvitur. Quod si uteri os adhuc claudi, & connivere deprehendatur, crebris oleorum perfusionibus ac dictis jam evaporationibus insistendum. Ubi advertendū, haudquaquā expedire, ut umbilicus resecetur, antequam secundæ prodeant, contra quod faciunt Germanę ac Belgicę fœminæ, quæ ilico umbilicum rescindunt, & secundas medicamentis educere conantur; potius tamen aliquot ex prædictis auxiliis prius tentanda, quæ si non prosunt, per spatium iiii aut ad summum vi horarum, (quo tempore in sella excavata mulier sedeat, ut propendens infans pondere suo secundas secum deferat, providendo interea, ne ipsa periclitetur) tunc quia si diutius puer pendeat, in discrimine erit, aut morbosus evadet, ad resecationem umbilici veniendum, cujus caudex parturientis fœmori alligetur, quo minus in uteri fundum, commeare possit secunda: at si umbilici vasa mucore plena appareant, citius rescindi potest, quia fœtum morbosum indicat, postea rursus ad sternutamenta, & reliqua præsidia veniendum.

Admonitio.

Suppurantia.

Quartò si neq; prædictis medicamentis neque unguibus extrahi possit, suppurantia in uterum injici oportet, ut sic putrefacta à natura expellatur, ad id valet unguentum basilicon in multo oleo amygd. dulc.

dulc. & liliorum dissolutum, aut in decoctione, quæ recipit *radicis malvæ, viol. an.* ℥ ii, *radicis aristolochiæ* ℥ i, *seminis lini, fœnugræci an.* ℥ ß, *florum camomillæ, centaureæ minoris an. p. 1. tritici p.* ii, *fiat decoctio, in aqua & oleo, in cujus* ℥ iiii *dissolve unguenti basiliconis* ℥ iii, *ægyptiaci* ℥ ii, ad detersionem, arrodit enim, abstergit, & expultricem movet.

Tandem infanti, prædictis laboribus defatigato, providendum, calefaciendo ipsum eadem secundina, si juncta exeat, vino calido madida, aut certè calidis linteis, vel potius inter panes recenter coctos, calido vino, & aqua naphæ, vel lavendulæ irroratos, infans collocandus, atque halitu ejus fœminæ, quæ cuminum, anisum, cinnamomum, aut vinum ore detinuerit, tractato insuper infantis umbilico, calidis digitis modicè compressis, idipsum faciendum, si utcunque imbecillus, & sine ploratu, aut cum respiratione exigua exeat. *Pueri præsidentia.*

De mola post partum in utero relicta.

CAPUT VIII.

MOlæ causas, & differentias, suo loco adduximus, nunc autem expendendum est, plures ne sint, quæ post partum in utero relinquuntur, parvæ, & non adhærentes, an una duntaxat grandis, & adhærens. Cognosces autem, molam post partum in utero relinqui, quia toto gestationis tempore, fœminæ solito sunt graviores, dolet uteri regio, & inguina, ac reliqua adsunt molę indicia ibi recensita, præterea difficulter pariunt, & à partu nihil aut parum levantur, supersunt enim dolores circa umbilicum; in dorso, & in guinibus, grumosus profluit sanguis, multus, carnosus, niger cum torminibus, & anxietate, ab excretione nullum sequitur levamen, imò nausea, vomitus, inquietudo, anxietas: venter in tumorem per circuitus elevatur, dolores etiam per intervalla succrescunt, quasi nitente natura contractione expellere: Et si mola grandis sit, postquam semel ad imas partes descenderit, sursum iterum ad superiora revertitur, natura nequeunte tam grandem molem expellere, nec uteri collo capere. Pulsus fit parvus, frequens, debilis, febris subsequitur, urina supprimitur, aut guttatim excernitur, & plurima demortui fœtus symptoma- *Li. 3. c. de mola.* *Signa.* *Mola plures*

ta apparent: at si molæ plures sint, & parvæ, per intervalla post partum, succrescentibus doloribus, excernuntur.

Prognostica Li. de steril.

Porro si plures molæ sunt, & exiguæ, nec adhærescentes, periculi nihil adferunt, & fœminæ, dicente Hipp. facilè restituuntur, ut, quæ cum lochiis paulatim citra magnam noxam educantur: verum cum una, & grandis est, ac adhærescit, periculosissima existit, & plerumq; ex ea mulier perit, idcirco ejus eductionem, sicuti secundinæ, aut fœtus mortui, quam ocyssimè procurare oportet. Educetur autè iisdem plane remediis, quæ c. *de fœtu mortuo*, & *de retenta secundina* dicta sunt: Hipp. cit. tria potissima posuit præsidia, uteri & locorum ejus emollitionem, & apertionem, alvi purgationem per clysteres irritantes, & uteri infusiones, & cucurbitarum admotionem, quæ motus principium præstent ad inferiora. Reliqua sunt administranda ut c. *præcedenti, & de fœtu mortuo*.

Curatio.

De torminibus post partum.

Caput IX.

vide sup. c. de fœtu mortuo ferè in fine.

Acerbissimi dolores post partum, in ventre inferiori, & à renibus in laterum mollitudinem, & inguina puerperis succrescunt, qui duorum aut trium, sæpe etiam plurium dierum spatio per intervalla exacerbantur, sic ut fœminæ anhelitum comprimant, & videantur quasi, velle alterum fœtum ejicere. Sunt, qui negant primiparis hoc contingere, & causas afferre conantur, quod ex prima gravidatione, minus adhuc sit uterus defatigatus, subindeq; frigidum aërem minus admittat, quod insuper ex reiterato dolore magis offendatur, ac tandem quod sic Deus voluerit, quo minus fœmina abhorreret ab imprægnatione, quæ tamen omnia anicularia videntur, æque enim graviter primiparas, & eas, quæ sæpius pepererunt, hisce torminibus divexari, testantur multa experimenta, imò & fœminæ, ac virgines, citra puerperium ante mensium eruptionem, iisdem cruciari solent ex sanguine crasso, qui non ita facilè penetrare potest, ut foras evacuetur. Fiunt enim in puerperis hęc tormina, ex concreto grumoso; sanguine, quem natura per vias non assuetas, neq; satis patentes etrudere nititur. Fiunt etiam ex flatuosa substantia, ac suscepto à partu

partu frigore, ob enixæ & obstetricis imperitiam. In super ex acriori, mordacique sanguine; ac tandem ex uteri in aliquam partem inclinatione, ob laboriosum partum. A qua causa si fiat, cognoscitur, & curatur, ut c. *de uteri inclinatione dictum est*; si à frigiditate, ut c. *de uteri inflatione*: Si ab acriori sanguine, tenuitate dignosces, & quia partes inferiores calent, sæpè etiam febris adest, sitis & vigilia. Concretum crassum, & grumosum sanguinem, à quo plerumque accidit, accusant cruciatus per intervalla, ante sanguinis excretionem, quo excreto cessant, donec natura plus trudere satagit. Si ex mordacitate proveniant, & fœmina biliosa sit, curatur ferè ut colica, à causa calida: sic præstat bis, terve in die præbere hoc, ℞ *olei amygdalarum dulcium* ʒ iiii *syrupi viol.* ʒ i, *aquæ bugloss. aut scorzioneræ* ʒ ii *misce.* Non desunt audaculæ fœminæ, quæ illico à partu, frigidam aquam præbere audent, quod tamen cum maxima præmeditatione faciendum, ac non, nisi prius cognoveris, fœminam impensè biliosam esse, quo casu cum optimo successu fit.

Signa.

Si ex mordacitate.

Si verò ab aliis causis proveniat, crassitie videlicet, & flatibus, curatur duobus remediorum generibus, quæ simul valeant sanguinem attenuare, vias patentiores reddere, flatus discutere, ac dolores lenire. Hæc autem per os assumenda, aut extrinsecus applicanda sunt. Ex his, quæ intus sumuntur ʒ iiii olei amygd. dulc. dolorem sedant, eodem oleo per clysterem applicito, quidquid in utero est intestinorum, vicinitate linitur, & attenuatum facilius expellitur, ac viæ patentiores redduntur. Flatus etiam discutiunt, & vias aperiunt ʒ vi vini Rhenani, in quo incoxerint flores camomillæ, ac semen anisi; aut hic pulvis. ℞ *cinnamomi, nucis moscatæ, cardamomi an.* ʒ ß, *zinziberis* ʒ vi. *piperis longi* ʒ i *croci* ϑ ß, fiat pulvis, quo utatur in cunctis cibis. Idem præstat confectio diagalanga, diatrion pipereon, diacyminum, ac similes aliæ: aut alius pulvis sic concinnatus: ℞ *nucleorum dactylorum, persici an.* ʒ i, *nucis moscatæ* ϑ iiij, *spec: elect: diamargar: calid:* ʒ ß, *croci g.* vi, *anisi* ʒ i, *cinnamomi electi* ϑ ij. *sacchari ad pondus omnium*, dosis ʒ ij, cum vino aut jure gallinæ, bis in die; huic consimilis est alius pulvis, qui recipit *anisi* ʒ i. *nucis moscatæ, cornu cervi usti an.* ϑ iiii, *nucleorum persici, dactylorum an.* ϑ ii, *ligni aloes, cinnamomi an* ϑ ij, fiat pulvis, dosis ʒ i, cum vino alb. Hisp. Humores extenuantur decocto cinnamomi, adiathi, corticum citri, quorum æquales partes ut ʒ i. coquatur in l. 1. vini ad medias

Si ex crasso hum. & flatu.

Flatus discutientia.

Extenuantia.

ac præbeto; aut ℞ *corticis utriusq; cassiæ, cinnamomi, capill. Veneris, seminis anisi an* ʒ ii. fiat pulvis, cujus detur ʒ i, in vino albo.

Externa si ex grumo. Vnguentum

Secundò externis utendum, quibus flatus & grumus discutiantur, ac viæ patentiores fiant, in quem usum sequens cataplasma ventri admoveatur: ℞ *vitellos ovorum num.* v i, *conquassentur, & adde pulveris cymini* ʒ i, *coquantur in oleo jhasminorum, aut liliorum, aut lil. alb.* aut ℞ *ovorum vitellos coctos sub prunis quousq; indurentur numero* xii, *pulveris seminis lini, fœnugræci an.* ʒ i ß, *florum camomillæ, donec reducantur in formam unguenti,* quod ventri sæpius calidum applicetur, ac reiteretur; aut ℞ *farinæ camomillæ, roris marini an.* ʒ i, *seminis lini, anisi, fœnugræci, fabarum, cumini an.* ʒ i. *butyri recentis, adipis gallinæ an.* ʒ ii *cum oleo sambucino,* fiat cataplasma: ejusdem virtutis est hoc unguentum, *adipis anatis, butyri recentis an.* ʒ i, *succi sambuci,* ʒ i ß, *medullæ cervinæ, terebinthinæ, ac melli an.* ʒ ß *myrrhæ* ʒ ß, *corticis cassiæ, aloes an.* ʒ iii, *coquantur ad consumptionem succi, & adde ceræ q. s.* fiat unguentum, umbilico, ac genitalibus apponatur. Cepæ etiam sub cineribus coctæ, adde butyrum, oleum liliorum, & parum vini, ac fiat cataplasma; aut linteum madidum in

Inunctio.

oleo liliorum, camomillæ, amygdalarum dul: prædictis partibus apponito, prius tamen eadem loca foveantur decocto, ex florum camomillæ, anethi, roris marini an. p. i. seminis lini, anisi fœnicul. cumini an. ʒ ij. fiat decoctio, in pari quantitate vini, & aquæ, & cum spongia imbibita partes foveantur, aut ex herbis contusis fiat cataplasma,

Sacculus.

sacculus etiam paratur ex floribus camomillę, foliis ficci lini, aut cannabis, pulegii, origani, fœniculi, arthemisiæ, caryophyllis, quæ omnia trita, sacculo colligata, ac vino albo cocta, umbilico, & genitalibus apponantur: multa verò semina sacculis non commiscentur, quia fiunt ponderosi, ac molesti.

De immoderato sanguinis fluore post partum.

Caput X.

1. de morb. mul. 89. Lochiorum quãtitas & duratio.

Hippocrates assignans tempus, & quantitatem puerperii, seu purgationis lochiorum, durare, inquit, si fœmellam peperit mulier, per 42. dies, sed extra periculum esse, si 52. expurgetur: si verò masculum peperit, diuturnissimam fieri purgationem 30. diebus, peri-

periculo carere, si 40. contingat: quæ verò abortiunt, si juniores corrumpunt fœtus, paucioribus diebus, si adultiores, pluribus expurgari: sanguinis autem colorem, quasi ex sana victima esse, ac sine pravo odore; primoque sesquiheminæ mensuræ, aut paulo plura, postmodum indies pauciora, donec cessent. Moschio debitam purgationem ex eo metitur, quòd sanguis prius uberius, deinde fœculentus, & paucus, postremò purulentus egreditur. Hippocratis sententiam sequuntur Mercurialis, & Cordæus, ego verò universalem non esse existimo, ac prædictos viros longe aberrare, si cunctis fœminis eandem præfinire velint quantitatem, & tempus, nam Belgæ, & Germanæ, & quæcunq; in illis vivunt regionibus, ubi fœminæ validius exercentur, breviori multo tempore, & minori quantitate salubriter expurgantur, sæpe ad octiduum dunta xat, ut plurimum ad 15. dies, neque per id tempus perpetuò fluunt, sed per intervalla, quatuor, quinqueve plerumq; interpositis diebus: sed & in illis etiam plagis, in quibus, quia fœminæ in otio vivunt, diutius in lochiis detinentur, maximam reperies varietatem juxta fœminæ habitum, & vitæ institutum: quamobrem, ex conferentia, & tolerantia, potius conjectura facienda est.

Causa.

Causa immodici hujus purgamenti, est impetus sanguinis, & ejus tenuitas, laxitas viarum, vel dilaceratio vasorum: à quibus ultimis duabus causis fieri, indicium est, si statim à partu accidat, ac si semel incepta fluxio difficilius sistitur.

Signa.

Immoderatam verò esse lochiorum purgationem, significat pulsus debilis ac frequens, impotentia, cibi fastidium, visus tenebritas, aut imminutio, gravis auditus, aurium tinnitus, vires prosternuntur, calor minuitur, & si copiosior, vel diuturnior persistat, animi sequitur deliquium, vel convulsio, ut in aph. Hipp. scripsit. grumi plerumq; compacti excidunt, dolor adest in lumbis, & hypochondriis cum torsione ventris, ac duritie, & ad contactum renitentiâ, rigore, febre acuta, rubore faciei, & venarum duritie, ac sæpe mors sequitur: Prædicta tamen symptomata periculosiora sunt ex abortu, quam ex partu, ut etiam semper corruptiones, quam partus, graviores periculosioresq; existunt.

5. aph. 56.

Prognostica.

Curatur duplici remed. genere, & primo quidem, quamvis immodica sit evacuatio, statim cohibenda non est, sed solum victus ra-

Admonitio tione, ac leviusculis medicamentis, quæ laxas uteri partes firmare valeant utendum, diligenterq; pensitandum, quantum id, quod profunditur, naturalem puerperii purgationem excedat, quantumve vires prosternat; ac si immodica sit purgatio, quoad quantitatem, profusioni prius, quam affectui providendum; si verò duratione potius, quã conferta copia, debito copiosior sit, affectum prius curabis, deinde profusionem moderaberis. Esto igitur cibus ex gallina, asa, amylo, conserva ros. antiqua, carne cydoniorum, oryza, & reliquis dictis c. *de menstruis superfluis*, quies imperanda, somnus moderatus, aut paulò brevior: ne calor longiore auctus, in partibus internis, sanguinem ulterius attenuet, quod in omni sanguinis fluxione advertendum, at si ad quietem, & resumendas vires longior somnus concedatur, id fiat, aliquantulum prius sedato fluxu, verum si diu fluor duret, tunc frigidis & adstringentibus conciliandus, sed parcus, & à quo facilè excitari possit, nec sola permittatur dormire mulier, sed præsente altera, quæ pulsum & respirationem, per intervalla intueatur, & obrectet, ne in somno deficere contingat,

Cibus.

Admonitio altera.

Sanguinem sistentia.

Secundò si nimis copiosa sit profusio, arte cohibenda levioribus imprimis, quæ si satis non sint, ad fortiora veniendum: conveniens sirupus de rosis siccis, de portulaca, myrthinus cum aqua portulacæ, symphyti, cap. ros. aut in qua aurum ignitum sæpius fuerit extinctum, frictiones brachiorum; inunctiones ventris, cum oleo mastichino, myrthino, superspersо pulvere masticis, myrthillorum, trochiscorum de karabe; vel fiat fomentatio cum vino adstringenti: acetum super ventrem poni jubet Avicenna, quod in præsenti sanguinis fluore minus securum judico: deniq; prius moderetur, non in totum cohibeatur fluxio, ne erisypelas, tumoresve, & alia similia mala in utero concitentur, subindeq; difficilis respiratio, suffocatio, aut mors ipsa subsequatur, idcirco, nisi magna urgeat necessitas, adstringentibus, aut frigidis in puerperis utendum nunquam est. Si tamen nimium fit immoderata, & effrænis fluxio, omni, ut diximus, ratione cohibenda est: quippe satius fuerit, eorum malorum aliquod, utero aut corpori inferre, quam certam oppetere mortem, ideoq; tunc ad illa deveniendum, quę c. *de menstruis superfluis in 5. remed. genere* abundè scripsimus, quæ hic repetere supervacaneum fuerit, præter quæ etiam laudatur vinum, in quo suffocati sint cancri fluviatiles, stercus muli vel asini com-

2. 3. tract. 2. c. 33.

Adstringentia non nisi magna urgente necessitate adhibenda.

ni combustum, aut exsiccatum, & per cribrum extractum, ac vino dilutum; succus urticæ ebibitus ad ℥ iiij, aut ʒ i spongiæ combustæ ac tritæ, & vino exceptæ, & quæcunq; præterea siccant, & adstringunt, suffita, aut apposita.

De diminuto sanguinis fluxu post partum.

CAPUT XI.

PUerperæ, quibus à partu purgamenta supprimuntur, aut diminutè fiunt, in gravissimos incidunt morbos, quamquam enim gravis menstruorum suppressio oppidò offendit, non tamen perinde, ac si à partu naturali, vel difficili, vel etiam abortu supprimantur: nam, Gal. teste, lochia nō abundātia modò, sed insigni etiā pravitate, & vitio obsunt, quia laudabiliorem sanguinem, ad fœtus nutrimentum, uterus allicit, relinquitq; deteriorem: quod in causa est, ut prægnantes pravis humoribus repleantur, ideò non æqualis est multitudo, neq; æquale vitium in menstruis, ac in lochiis, neq; pari spacio purgantur: utplurimum autem melancholicus apparet sanguis, à puerperio evacuatus, idcircò conspiciuntur urinæ infectæ, ac si fuligo quædam in eas incidisset. *Lochia cur deteriora menstruis. 3. Epid. 34. 73.*

Suppressionis lochiorum causæ externæ sunt, vociferatio, splendor, risus, subita perturbatio, vel quodvis aliud subitaneum animi pathema, immoderati alimenti usus, labor nimius, incessio super nivem, intempestivus aquæ potus, aut frigidi aëris accessus, quo nihil deterius puerperis est, quia ex illo, vacuum uterum subeunte, distenditur, frigescit, ac intumescit ipse uterus, ejusq; orificia, uti sæpe diximus, occluduntur, unde hæc lochiorum suppressio, subindeq; gravissima symptoma & mors ipsa sępissimè contingit, ex quo affectu charissima & lectissima conjux mea Catharina Rodrigues piæ, ac fœlicis memoriæ, summo meo, & consanguineorum dolore in flore ætatis sublata est, priº alvi fluore initio puerperii correpta, deinde prę cōtracta debilitate lochiis ipsis ita suppressis, ut nullis potuerint mediis ad inferiora revocari. Internæ causæ sunt sanguinis crassities, & abundantia, quæ obstruit, viarum strictura, alicujus partis dolor, imbecillitasve, uteri angustum os, aut ejusdem distorsio. *Causæ.* *Internæ.*

Præ-

Signa. Præter signa, quæ c. *de suppressione menstruorum* relata sunt, peculiaria lochiorum retentorum desumuntur ex Hippoc. lib. de nat. mulieris, nam & puerperio retento tumet venter, & crura: rigor, & dolor imum ventrem, & lumbos tenet, qui quandoq; ad viscera ascendit: animo linquuntur, & progressu temporis cavæ faciei partes rubescunt; febricitant, & interdum etiam perfrigerantur: pulsus est debilis, celer, & acutus, aliàs deficit, & aliàs attollitur: dolor procedit ad articulos manuum, crurum, & lumborum, sic ad spinam, inguina, & collum: & corporis partes impotentes fiunt, ac postea calor quietus, ulterius manifestatur: urinæ fuliginosum quid præ se ferunt; uteri inflammantur, & quæ postea exeunt graveolentia, nigra, livida sunt, & si non exeant, periculum mortis est, pariter ac si citò nō curentur, eodem Hippocrat. teste. Fiunt autem ex hac puerperii suppressione febres acutæ: difficiles respirationes, anginæ: pleuritides, paraplexiæ, maniæ: melancholia, vigiliæ, sanguinis sputum, vomitus, dissenteria, hydrops, sæpissime vero, uti crebrò animadvertimus, jecoris inflammationes, & phrenitides, quæ omnia periculosissima sunt, nisi sudor aliquis copiosus erumpat, quo sæpe ab hisce periculis fœmnæ liberari solent.

Prognostic. 5. de morb. mul.

Curatio. Curatio perficitur triplici remed. genere. Primo tamen considerandum, an lochia supprimantur, eo quod sanguis ad mammas recurrat; quo in casu si mulier nutrix futura sit, non protinus sanguis mittendus est, sed inspecto prius naturæ impetu, si symptomata suboriantur, vena pedis tundatur, aut cucurbitulę fœmoribus applicentur, aut quapiam alia ratione sanguis evocetur, at utcunq; plenitudo in morbum degeneret, juxta morbi naturam, ex capitibus præcedentibus, curationem desumes; fuerit tamen operę pretium, si id pręsentias, præcavere, quod fiet, ut jam diximus, tribus remediorum generibus: primò quidem sanguinis missione, quæ præsertim conducit, quando causa suppressionis multitudo est, aut si sanguinem aliò confugere deprehendes, quod ex dolore vel quovis alio signo dignosces, quibus in casibus, adhibitis fœmoribus, ligaturis, frictionibus, & cucurbitulis, cum copiosa flamma, & scarificationibus, ac reliquis, quæ sanguinem ad uterum revocant illicò, si malum urget, venam pedis secabis, ac deinde juxta ea, quæ capitibus sequentibus sunt dicenda, recipienti membro providebis, hac adhibita admonitione, quod si in totum

Precautio.

Sang. missio

Admoniti

totum suppressa sit evacuatio, protinus ad sanguinis missionem confugies: si verò diminuta duntaxat, omni arte prius evacuatio sollicitetur, & causis plenitudinis obvietur.

Reseratio viarum.

Secundo utendum iis, quæ reserent, attenuent, ac emolliant, & vicinas partes laxent, quæ quidem potissimum conveniunt, cum ex sanguinis crassitie suppressio fit, quæ ex ipso sanguine deprehenditur: aut ex osculorum venarum strictura, quæ cognoscitur ex corporis siccitate, & constrictione reliquarum venarum: facta igitur sanguinis missione per latum foramen, aut per mariscas, aut cucurbitulas, cum magnis crurum scarificationibus: venter universus, pubes, & inguina perfundantur oleo de croco, de cinnamomo, liliorum alb. de napha, de spicanardi, de angelica, admixto modico theriacæ: si verò animus sit magis emollire ac laxare, utendum oleo amygd: dulc: sesamino cum dialthea, axungia gallinæ, medulla crurum vituli, & ante inunctionem eædem partes foveantur, decocto emollientium, ac attenuantium herbarum, quarum segetem reperies capite de *suppressione menstruorum* in 6. remed. genere: vel etiam fiat decoctum in vino & oleo, ex radice, & semine angelicæ, foliis hypericonis, & cinnamomo, in quo etiam decocto, fiant incessiones, & balnea, aut in oleo tepido suffumigia insuper administrentur ex bdellio, myrrha, cinnamomo, oculis, & capitibus piscium salitorum, vel ex ungula equi, asinę, aut capræ.

Fomentatio

Sanguinem fundentia. Interna.

Tertiò per os etiam assumantur, quæ sanguinem fundunt, & attenuant, quod mirificè præstat succi borraginis, porrorum, ac petroselini an. ℥ ß vel ℥ i, vini dulcis ℥ ij, capiat singulo mane: aut olei amygd. dulc. ℥ iiij vini albi ℥ ij, sacchari parum, misce; vel radicis graminis ℥ ij, foliorum adianthi, pimpinellæ, satureiæ an. m. j. cinnamomi, cassiæ ligneæ an. ℥ ß, fiat decoctio ad lib. j. in fine adde croci ℥ i. dosis ℥ iiij. Pessaria insuper fieri possunt, ac reliqua, quæ præcit, c. copiosius scripta sunt, ad quod omninò lectorem relegamus. In crassitie tamen sanguinis, attenuantibus magis: in strictura vasorum, reserantibus, in plenitudine evacuationibus pugnabis.

Sectio Secunda.

De morbis puerperarum communibus cum reliquis fœminis.

De morbis acutis in genere.

Caput XII.

Puerperis plura accidunt incommoda, eis duntaxat peculiaria, ſicuti ſecundæ retentio, tormina, ſeu dolores ventris, ac circa uterum, menſium diminuta, ſuppreſſa, vel immodica expurgatio, de quibus ſupra jam ſcripſimus; & ex lacte febres, de quibus in poſterum: alia verò eis cum aliis fœminis communia ſunt, uti convulſiones, paraplexiæ, inſomnia; febres ardentes, mania, melancholia, angina, difficultas anhelitus, pleuritis, peripneumonia, ſanguinis ſputum, alvi fluxio, dyſenteria, ſanguinis vomitio, hydrops, animi deliquia, ſyncope, ac pleriq; alii morbi acuti.

Cauſa. Horûin puerperis cauſa, aut eſt puerperii improſpera purgatio, diminuta, aut exuperans: aut præexiſtens in corpore morboſus apparatus, quem partus labores ſuſcitârunt: aut externa aliqua cauſa, quæ alterutram prædictarum duarum commovere nata ſit, ut frigus aut animi pathemata, ac reliquæ ſuperiori c. receſitæ.

Signa. Morbum quemlibet, ex propriis capitibus, poſitis ab iis, qui generales practicas ediderunt, dignoſces, verum ex qua cauſa originem trahat, deprehendes, quia ſi à puerperio, nihil aut diminutè fluit, cum torminibus, & graviſſimis ſymptomatibus, fœculentum, vel corruptum, vel calore ſuo partes pudendas exulcerat: vel ob admixtam alienam ſubſtantiam, uti molam, vel quippiam aliud, quod intus relinquitur, morbo materiam præſtat.

At ex præexiſtenti morboſo apparatu affectiones fieri aſſequeris,

ris, si partus laborioſus ſit fœmina primipara, corpus vitioſis ſuccis abundans: ſi vita præceſſit intemperata in cibo, ac potu, aut exercitiis, ſi aliquo morbo ante partum vexabatur, etiamſi probè à partu purgetur. Si ex puerperio morbi contingant, ab eo die initium morbi computari debet, quo lochia vitioſè fluere inceperunt: ſi verò ex morboſo apparatu, ab ipſo partus die initium ſumendum eſt. *Initiũ morbi a quo die computari debeat.*

Porrò iis, quæ abortiunt fœminis, graviora ab utraq; cauſa ſuboriuntur mala, quam iis, qui vitalem ediderunt partum, quippe in illis magis dilacerantur uteri acetabula, à quibus vi fœtus evellitur, quã à quibus naturaliter excidit, ut pomum nondum maturum difficilius arbore diſcerpas, quam ſi ſponte cedat, utcunq; tamen periculoſum eſt, fœminas à partu laborare, quia poſt tot labores vix poſſunt morbum alterum ſuſtinere. *Prognoſticũ*

Curatio inſtituetur deſumptis indicationibus à cauſis, & quidẽ, ſi ex ſuppreſſa evacuatione morbus oriatur, indicationes erunt, quantitatem, qualitatem, & impetum humoris ad partem fluentis compeſcere, diligenterque providere, ne membrum recipiat, itaque unus erit ſcopus copioſiorem excitare purgationem: vel ſi id nequeas, & plenitudo adſit, ſanguinem minuere, aut purgare, ſi cacochymiæ notæ ſuperent. *Curatio.*

Verum ſi ex morboſo apparatu fiat, majus periculum eſt, & res plane in ancipiti, quippe utero ſeſe bene expurgante, ſi præſidium morbo non adhibes, exacerbatur affectus, ſi id præſtas, natura à proprio munere diſtrahitur, ac præpeditur puerperium. Videndum igitur an mulier jam ſatis purgata ſit, quo in caſu affectui providebis, alterutra, prout morbus poſtulaverit, citata evacuatione. Si verò nondum ſatis ſit evacuata, tenui victu, & optimo vivendi genere affectum conterere ſatius eſt, ac ſi videas puerperium ſatis naturæ non eſſe, nullum majus reperies præſidium, quam ulterius provocare, aut evacuare, quoad conjunctis ambobus perficiatur naturalis menſura.

Si à cauſa procathartica proveniat, quia aliquam ex duabus antecedentibus movet, ex dictis liquet, quid agendum ſit. Illud etiam conſtare arbitror, tria remediorum genera in curatione horum morborum eſſe potiſſimum conſiderãda, victus rationem, ſanguinis miſſionem, ac purgationem, ſicuti in acutis gravidarum diximus.

Victus. Primum itaq; , quod ad victus rationem attinet, tenuis ille sit, maximè si primis à partu diebus afficiatur mulier, adhibeantur jusculapulli, & parum carnis ejusdem, ptisana probè concinnata, & exactè cocta, in jure pulli cum aniso, ne flatus generet; potus esto hordei aqua, parata cum passulis, aniso, & petroselino, quem utilissimum esse scio, maximè si puerpera sit benè constituta, & ventriculus robustus, vel utatur aqua cocta cum cinnamomo, corticibus citri, & aniso, aut cervisia secundaria. Jura caponum, eorundem caro, aromata, vina generosa, lutea ovorum, ac reliqua, quæ victum constituunt plenum, quibus mulierculæ puerperas, quantumcunq; acutis afficiantur, tractare contendunt, penitus vitanda sunt; nam ut Hipp. & Galenus prodiderunt, ab evacuatione conferta, ad victum pleniorem transeundum non est.

2. aeut. 13.

Sang. missio Secundò quod ad sanguinis missionem, considerandum. an acutus morbus initio puerperii, in medio, vel in fine contingat. Si initio,

9. meth. 5. Galenus fluentis sanguinis impetum considerare jubet, quo inspecto, si satis fore videbitur, totum opus naturæ relinquit, sin verò aut supprimatur, aut minuatur, tunc copiosè sanguinem mittit, tum ratione morbi, tum ad implendam evacuationem, quæ ex præscripto naturæ, copiosa esse debuerat. Si in medio tempore acutus morbus superveniat, considerandum prius, an pendeat à materia sparsa per corpus, uti febris, an à materia coacervata in alliquo loco, ut pleuritis, phrenesis, angina, & an mulier convenienti expurgetur mensura, an non; ac si materia sparsa fuerit, sive mulier minus sufficienter purgetur, sive copiosa sit evacuatio naturalis, nec tamen morbum minuat, confestim ad sectionem venarum pedis confugiendum est, sic enim humor minuitur, ac, si ita opus sit, sanguis per uterum evocatur.

Quæst. Quod si coacervata materia sit in particulari aliquo loco, ubi morbum acutum, gravem ac periculosum efficiat, qui sanguinis missionem requirat, sive mulier sufficienter purgetur, sive non, si morbus ingravescit, venas brachii è directo ilico secare quidam consulunt, sic enim facilius procedere revulsionem, derivationem, & simul evacuationem existimant, rationem adjungunt, quia inferiores venæ, nec à loco affecto evacuare, nec revellere |commodè possint, sanguine misso ex iisdem, vires labefactētur, & materia in loco conculcata maneat, vel totum sanguinem educes, priusquam revellas, & evacues

coacer-

coacervatam materiam, vel admodum tarda erit utilitas, & nimis periculosa procrastinatio. Sic Petrus Salius & alii sentiunt, verum cordatissimus Mercat⁹ in omni acuto puerperarum morbo, in quo humor coacervatus est, prius venas pedis non solum semel aut bis, verumetiam sæpius esse secandas existimat, quousq; satis factum sit puerperii fluxuri copiæ, & revulsioni impetus ad partem affectam, deinde urgente affectu ad venas brachii deveniendum, etiam fluente puerperio, quo sanguis ex vicinis partibus educatur: initio verò venas brachii neutiquam tundendas, ne ad locum affectum retrahatur puerperium, impediaturq; naturæ motus, quem procul dubio sequi necesse est. Si enim Avic. in omni pleuritide, nulla habita ratione sexus, partus aut puerperii, ex pede sanguinem mittit, cum majori multò ratione, in enixa, fluente puerperio, id esse servandum. Hæ sunt utriusq; opiniones in re ardua ac perdifficili, & in praxi maximi momenti. Mihi tamen securior multò apparet Mercati sententia, vel hac una ducto ratione quod medicorum debet esse inconcussa norma, morbis ut prosint, vel saltem non noceant; & quanquam dilatio sit animi periculum, tamen consulta tarditas celeri temeritati semper fuit præferenda, idcirco ubi morbus inducias præstiterit, etsi exiguas, nec urgentissimus fuerit, semper ex venis pedum sanguis prius mittendus erit. Alias hoc summè advertendum, ut antequam venæ superiores secentur, frictiones fiant crurum, & coxarum, & ligaturæ dolorosæ, interim dum sanguis fluit, quæ misso sanguine solvantur, ac cucurbitulæ coxarum parti interiori citra scarificationem applicentur: sic enim materia peccans minoratur, & loci affecti allevatio fit, & naturalis purgatio conservatur. Idem in febribus ardentissimis faciendum esse, consulit rei ratio, quia etsi incendium circa cor & viscera adeò sit magnum, tamen verendus semper raptus humorum, ad cerebrum; quâ eandem methodum servare oportet, non in puerperis duntaxat, sed in reliquis fœminis morbis acutis correptis, quibus menses fluunt, aut fluere debuerant, de qua re lege c. *de menstr. cum morb. complicatione.*

Lib. de affect. part. cap. 23.

In febri ardentissima quid faciendum.

Lib. 1. Puerpera qua magis distat à die partus tutius venæ superiores secantur.

Si autem in ultimis puerperii diebus hi morbi contingant, cum minori periculo brachiorum venæ secari poterunt, in urgentissimo morbo, hoc moniti, quod quò magis distant fœminæ, à die partus, vel menstrui, eo tutius superiores venæ aperiuntur, quo verò magis ei appropinquant etiam in medio tempore, eò cum majori præmeditatione

agendum esse, maximè si puerperia ritè fluant, quo tempore venas inferiores ad supplementum debitæ quantitatis inscindere securius fuerit, maximè si morbus non admodum ingraveſcat, etiamsi materia coacervata in loco aliquo sit.

Purgatio. Tertiò si qualitate humores peccent, & cacochymiæ adsint notæ, purgante medicamento utendum esse diximus, id tamen faciendum nō est, dum puerperia adhuc fluunt rubra, aut copiosa, sed finita jam purgatione aut in ejus fine, cum jam id quod instillat, albidum est, aut alterius coloris, cumque jam reliqua remedia morbo opportuna, frustra tentata fuerint, materiaque concocta, & transactis primis à partu diebus; nec quolibet, sed leviori pharmaco utendum, ut rhabarbaro, myrobalanis, foliis senæ, cassia, manna, tamarindis, sirup. ros. aut viol. solutivo, ac similibus, quæ benedicta nuncupantur, quæ tamen quantumvis benigna sint, interim dum mulier expurgatur nulla ratione exhibenda sunt, quippe per ea natura à proprio divertitur opere; tamen omni tempore contemperantia serapia, apozemata, & clysteres administrari possunt, & debent, ijsdemque sæpissimè usus sum quarto, quintove à partu die, felici cum experimento, non tamen sine mulierc ularum obmurmuratione, quibus religiosum est, ad nonum usque diem, nil quicquam in puerperis movere, tametsi graviter laborent, qui ex lacte ea proficiscimala, atque ad id temporis extendi sibi persuadent, postea ex se desinere, ex qua dilatione multas in graviſſima pericula crebrò deducunt.

Scholium.

Quæst. In puerperis morbo acuto correptis, à quo die sit facienda computatio criticorum. 1. *crit.* 6. 1. *epid. sect.* 3. *tex.* 4. 5. 11. 2. 4. *tract.* 2 *g.* 1.

Morbi initium computari debet] *Haud levis dubitatio est, in puerperis morbo acuto correptis, sine dierum criticorum computatio facienda, ab hora partus, an ab ea, qua morbus invasit. Galenus à morbi invasione initium sumere videtur, cui adstipulatur Hippocrates in historia uxoris Phylini, & in historia uxoris Epicratis, ac Dromeadis, & Avicennam idem sentire appareret, ac ratione videtur consentaneum, quia à principio morbi, cujus exspectatur crisis, facienda computatio est: partus verò naturalis, de quo agimus, morbus non est, & si quæ in iis accidat humoris agitatio, ea non sufficit, ita enim & à tempore displicentiæ, decretorij dies connumerarentur, quia cibi fastidium, vigilia, dolor capitis, quæ sunt præludia morbi, ex agitatione fiunt; & tamen morbum non constituunt, quia is non ex quacunque pendet mutatione, sed ex in-*

signi

signi duntaxat. Contrarius tamen huic sententiæ alibi Hippocrates ipse est, & Galenus, ubi non à febre, sed à partu initium sumunt, & in historia ejus mulieris, quæ degebat apud Pantimedem, & duabus sequentibus; quos sequitur Averroes; ratio additur, quia humoris motus à partu instat, cui ex proportione critici respondere debent, licet deliteſcat per aliquot tempus, sicuti de veneno canis rabidi dicitur, quod non per quadraginta solum dies, sed per semestre latitare solet. Quidam conciliare nituntur hæc loca dicentes à partu faciendam esse computationẽ, quando morbus accidit 2. 3. vel 4 ab ipso die, quia ab eo cœpit humoris motus, cui ex proportione respondet circuitus ille; si enim humor peccans pituitosus est, secunda die superveniet febris; si biliosus tertio; si melancholicus 4. nam primo die obscurabatur invasio, ob graviora partus symptomata; & quamquam hæc sententia non sit planè reijcienda, potius tamen cum Conciliatore dicendum est, duplicem esse partum, naturalem, ac præter naturam, quorum notas suis locis proposuimus; in partu igitur naturali, si febris, aut alius morbus supervenit, quia non est symptoma partus, sed morbus, per se, non à partu sed à febre, computationem faciendam esse; contra in partu præter naturam, & ubi jam præextiterat morbosus apparatus, quia morbus est symptoma partus, tunc non à morbo, sed à partu initium sumendum esse, quod idem est, ac si dicas, in morbis, qui ex præexistenti morboso apparatu oriuntur à partu, in illis verò, qui ex suppressis, aut impeditis lochijs ab ipso morbo numerandum, qua ratione intelligantur prædicti viri variis in locis, à nobis superius adductis, ac solvantur, quæcunque aliæ difficultates de hac re reperiuntur.

3 prægn 16. G. in com. 3. epid. 2 7. 4. collig. 40

Responsio quorundã.

Conclusio.

De febre puerperarum.

CAPUT XIII.

INter affectus, qui puerperis sæpissimè contingunt, primus ac communissimus se offert febris, de qua extant pleraque exempla apud Hip. in loc. super. c. cit. Suboritur autem febris hæc, aut ex suppressis lochiis, aut ex iisdem non suppressis solum, verum etiã suppuratis; quippe dum supprimuntur, aut diminutè fluunt, quia os uteri occluditur à partu, vel contorquetur ob sanguinis copiã ibi conclusã, grumescere necesse est, aut putrescere, dum autem putrescunt febres, ac ti-

Causæ

ac rigores magis fieri, quia ex putrescentibus in utero humoribus cor incalescit. Aut etim febris fit ex morboso apparatu præexistenti, difficilive partu, aut ex lactis abundantia, & ad nonum ut plurimum extenditur diem; nescio tamen, quo errore, mulierculæ febrem lactis appellare consuevere, omnem febrem, quæ difficilem sequitur partum, & humorum eam agitationem ac commotionem, quæ fieri solet cum natura humores aliunde ad ubera transmittit, ut in lucem editꝰ infans nutriatur. Et quia observarunt hanc ad nonum usque diem extendi, postea ex se desinere in reliquis similitudine deceptæ medicamenta non admittant, unde in plurima incurrunt mala, quæ tamen prudens & cordatus medicus vitare debet, quod rectius fiet, si prius à qua causa utraq; proveniat, accuratè dignoscat. Ac si ex lactis abundantia suboriatur, mammarũ adest durities, turgentia, & dolor, cum dorsi & scapularum gravitate, ac dolore, & tamen puerperium procedit: quod si supprimatur, ab eo febrem concitari indicium est. Putrescere autem in utero humores cognosces, quia, quæ ab eo per id temporis prodeũt, graveolentia sunt, fœtida, aquosa, saniosa, vel alia pessima qualitate affecta, inflatur venter, & à contactu dolet, ac totum corpus, cibi fastidium adest, vigiliæ ac punctiones, urina veluti asinina est, & quandoque septimo die turbatur venter, & si neq; à natura, nec ab arte purgetur mulier, magis affligitur & periclitatur, livida fit, & aquam patitur intercutem, ac umbilico circumcirca nigriori facto ad vigesimum diem, ut plurimum perit; quod si purgatio per alvum sponte procedat, eruperintq; graveolentia, ac nigra per uterum, melius habet ac si ritè curetur, restituiturr.

1. *de morb. mul.*

Signa. febris l. actis.

Febris ex alia causa indicia.

Prognostica

Curatio.

Igitur si ex lactis abundantia febris oriatur, curetur ut capitulo proprio infrà dicendum est, *de lactis redundantia*, & sequenti *de febre lactis*, & *pilo mammarum*. Si verò ex suppressis lochiis, morboso apparatu, & partus agitatione, curatio ferè tota petenda ex capitulo præcedenti, ideo si jam prorsus puerperium cessaverit, suppositа victus ratione ibi assignata, fiat sanguinis missio ex brachiorum venis, ad deponendam plenitudinem, si autem diminutè lochia fluant, venæ pedum aperiantur, sicuti etiam ubi humores in utero computruerint; at si ante debitum tempus, & quantitatem suppressa fuerint aliis etiam mediis provocentur, pessariis, inunctionibus, incessionibus, balneis, ac reliquis jam dictis c. *de menstruis diminutis post partum*.

Secundò

Secundo utendum attemperantibus, & coquentibus humores, qui, si crassi sint, ℞ *syrupi de endivia, capill. Ven. an.* ℥ i, *aquæ cich. fœniculi an.* ℥ i ß, si verò acres, vel putrescentes, acrimoniam retundentia sunt administranda, quæ simul putredinem compescant, ut ℞ *syrupi viol. cich. an.* ℥ j, *aquarum earundem herbarum an.* ℥ ii *misce*, semper tamen quæ attenuant, misceantur, ut ad expurgationem humores prōptiores fiant; acida verò & adstringentia penitus vitentur. Conferunt tamen clysteres sic parati: ℞ *juris gallinæ alterati cum foliis malvæ, & endiviæ, florib. viol. & hordeo* ℥ vi, *olei viol.* ℥ iii, *sacchari* ℥ i *vitellos ovorum num.* ii *misce.* *Concoctio.*

Tertiò urgente malo, purgantia conveniunt juxta humoris naturam, quibus tamen non utendum, nisi puerperium jam desierit, aut saltem, id quod fluit, exiguum fuerit, corruptum, fœculentum, & minimè sanguineum, ac magnitudinem morbi non imminuerit. Quibus limitationibus, si crassi sunt humores ℥ i. agarici trochiscati cum ℥ iii diaphœnici, & ℥ i rosati solutivi, in ℥ iiii decocti pituitosi exhiberi licet; si verò acres, purgatio minus erit ex usu, nisi per apozema hoc aut simile: ℞ *hordei mundi p.* iij, *prunorum numero 20. radicis cich. borraginis an.* ℥ i, *foliorum violarum, camedrios, agrimoniæ, scolopendriæ, cich. an. m. 1. florum cord. seminum frigid. an. p. 1. bulliant ad lib. 1. in fine adde foliorum sennæ* ℥ i, *ac post colaturam* ℥ iii *syrupi violarum solutivi, sacchari q. s.* fiat potio clara, aromatizetur ℥ i specie triasandali. *Purgatio.*

His ac reliquis jam dictis capite *de uteri intemperie.* cum à fluxu materiæ, humores in utero putrescentes purgandi sunt, præsertim ubi putredo reliquis totius corporis humoribus communis facta fuerit, quod cognosces, quia etsi copiosè putridi humores ab utero fluant, ob id tamen febris non minuitur, sed exacerbatur, quo casu universum purgabis corpus, nec te perterreat ab hoc opere, quod per regionem, cui natura innititur, per loca conferentia, evacuandum esse dixit Hippocrates, id enim intelligendum, quando evacuatio per eam regionem facta, sufficiens esse potest humoris peccantis redundantiæ, è converso verò ubi debita quantitas per eam regionem evacuari nequit, ideò quia uterus humoribus putridis in toto redundantibus (quos in hypothesi vacuare studemus) evacuandis non sufficit, idonea regio non est, & idcirco ob rusticum timorem, purgationem non differas, nec ita audacter *Putredinē uteri venis cōmunicari quo signo dignoscatur.* *4. Ep. 2, 20*

dacter aggrediaris, ut quicquam inconsideratè committas, quæ enim in sola vulva consistunt, purganda non sunt nisi per pessaria, ac reliqua, quæ uterum purgant.

Vias laxantia. Quartò iis, quæ uteri vias laxent, patentioresq; reddant, quorum materiam, ac formulas reperies capite de diminuto sanguinis fluxu post partum, & de menstruis suppressis, ex quibus tamen temperatiora seligenda, qualia verò sint, per quæ putrescentes in utero humores ab eo educi debeant c. *de epilepsia ex utero* abundè jam scripsimus.

De alvi fluxu in puerperis.

Caput XIV.

VIx ullum invenies morbum, in quo magis hæsitare soleant medici, & plus fœminæ periclitentur, quam alvi fluxū cum puerperio conjunctum, si enim sistas, detinentur lochia; si sinas, grave per se malum est, ideò vix quicquam tutum; sed in hac perplexitate distinguendum esse puto. *Diarrhæa.* Ac si alvi fluor, diarrhæa sit, per quam totum corpus exoneratur, fluxum non impedies; nec puerperia movebis, sed vires custodies, quo ad naturam se exoneravisse, & utriq; evacuationi satisfeciisse comperies; præsertim si conferat, & fœmina leviter ferat, quod si nec conferat, nec leviter toleret, considerandum, num puerperia satis fluxerint, aut jam suppressa sint, quo in casu optimis alimentis exhibitis, sistendus omninò alvi fluor adstringentibus medicamentis. At si diminutè adhuc fluant, optima instituta victus ratione, non adstringentibus quidem, sed lenioribus, & iis, quæ ad uterum, & vias urinæ derivare valeant, alvi fluorem sistere conaberis. *Lienteria.* Idipsum exequendum, si fluxus lientericus fuerit, habita ventriculi ratione, qui semper debilitatur in omni alvi fluxione, ex læsione tunicæ intestinorum, quæ ei continua est, potissimum in lienteria, ubi per se laborat, ideoque frigidis calidiuscula miscenda, ut cinnamomum, & anisum tostum: Et roborantia ventriculo etiam extrinsecus adhibenda, ut inunctiones, ex oleo mastichino, ac myrthillorum cum pulvere diarrod. masticis & similibus; neque erit ab re medicum diarrod. cum duplo rhabarbari per os exhibere, aut rhabar. tostum, quo ventriculus purgetur, illæso utero. Quod si in dissenteriam dege-

generaverit, Hippocratis consilio, posthabita uteri purgatione, ipsam statim compescs, quod efficies quatuor remediorum generibus. Primò purgantibus. 2. Abstergentibus, & laxativis. 3. Dolorem sedantibus, intestina contegentibus, & acrimoniam retundentibus. 4. Adstringentibus. Purgat rhab. tostum, aut ex secunda infusione, priori rejecta, myrobalanorum species omnes, tamarindi, syrupus ex 9. infus. rosar. siccarum, ut ℞ *rhab leviter ustulati, corticum myrobalanorum citr. parum tost. aa.* ʒ ii, *syrupi ex 9. infus. siccarum ros.* ℥ i, *pulpæ tamarind.* ℥ ß, *cum* ℥ iiij *aquæ rosarum vel plantaginis*, fiat potus, ante quem quatuor aut quinque continuos dies, sumat hunc, aut similem sirupum. ℣ *sirupi de rosis siccis, myrthini aa.* ℥ i. *aquæ symphyti, portulacæ aa.* ℥ iß. ac interim, dum sirupi capiuntur, fieri sanguinis missionem ex pede Mercatus consulit, quod equidem non auderem, veritus ne copiosius ad partem affectam fluat humor: nam etsi sanguinis missio ex pede, quemadmodum ab utero, ita ab intestinis divertere possit, id tamen intelligitur, dummodo corpus non sit repletum, & sufficienter evacuatum, alioqui procul dubio major fieret ad partes affluxus.

Dissenteria 1. de morb. mul.

Purgatio.

Secundò abstergentibus utendum, ut aqua lactis, mulsa, ptisana, sive aqua hordei, decocto altheæ, furfuris, tritici, cicerum, ligni Guaiaci cum melle rosaceo, aut saccharo; validius id tamen præstant lotiũ, lixivium, muria, ex quibus clysteres utiliter parantur.

Abstersio. Acrimoniæ compescentia.

Tertiò iis quæ acrimoniam compescunt, dolorem mitigant, & intestina contegunt, qualia inprimis sunt adeps caprinus, porcinus, hircinus, gallinaceus, anserinus, albumen ovi, ac vitellus ejusdem, amylũ, tragacantum, gummi arabicum; oleum rosarum, cera alba, lac coctum; quæ aut per os, aut inferius accipiuntur. Ac si dolor sit urgentissimus ad narcotica, & stupefacientia veniendum, qualia semen Josquiami, papaveris, opium; pilulæ de cynoglossa, philonium, athanasia, quæ in quos usus, & quibus cautelis sint adhibenda, vide lib. 1. in scholio ad cap. *de menstruis immodicis*, ea per clysteres injiciuntur ad ʒ i; aut ℣ *philonii Romani* ʒ ij, *aquæ rosarum* ℥ ij, *vini albi* ʒ i, exhibe hora somni, est miræ utilitatis, & ad sedandum fluxum, & ad somnum conciliandum. Fiunt insuper glandes ex iisdem, ut ℞ *sevi hircini, tragacanti aa.* ʒ ß *opii g.* v. fiat glans, quæ filo alligata immittatur.

Narcotica.

Quartò adstringentibus, quam vim habent polygonium, san-

Constringentium farrago.

guinaria, gnaphalium, plantago, burſa paſtoris, radix, & folia ſymphyti, ſalicis, rus coriariorum, roſa rubra ſicca, myrtus, ſuberis cortex, glandium capuli, mora acerba, ſemen uvæ, lapathi ſemen, malicorium aridum, rubi radix, balauſtiæ, equiſetum, hypocyſtis: ludanum, acacia, corallium, rhaponticum, ſanguis draconis, thus, maſtix, terra Lemnia, ſuccinum, cydonia mala, pyra agreſtia, meſpila, oryza toſta, lentes decorticatæ bis coctæ, cortices caſtanearum, cornu cervinum uſtulatum, aqua pluvialis chalybeata, vinum nigrum acerbum, cortex arboris Indicæ, quæ gargapaum dicitur; conſerva roſ. antiqua ex quibus fieri poſſunt potiones, conſervæ, clyſteres, unctiones, unguenta, emplaſtra, linimenta, & pleræque aliæ formæ. Galyopſis etiam herba cum ſale mixta, & in pilulis inter manus efformata, fluxũ ſedat quemcunque; ad illum verò qui provenit ex obſtructione vaſis, bilem deferentis à jecore ad veſicam fellis, mirificè confert ſequens mixtura. ℞ *conſervæ roſ. antiquæ* ʒ ß, *terræ ſigillatæ* ʒ i. *theriacæ antiquæ* ʒ ß miſce, capiat hora ſexta matutina, & tantundem veſperi, ad ingreſſum lecti. Summe tamen advertendum eſt in ſola diſſenteria ſiſtentibus utendum eſſe; in aliis alvi fluxionibus, quæ fluente ad huc puerperio contingunt, nequaquam.

Alvi ſuppreſſio in puerperio.

Si verò alvi purgamenta ſupprimantur, quod ſæpè contingit in puerperiis, quia natura aliò intenta eſt, levibus medicamentis ſollicitetur, & lenientibus clyſteriis, de quibus ſuperiori capite, pinguibus juſculis, in quibus malva, blitum, aut mercurialis incoxerint; crebra ventris inunctione, ex oleo amygdalino, aut leni aliquo apozemate, quale erit illud, quod ſuperiori c. deſcripſimus; plura in hoſce uſus vide lib. 3. c. *de alvo ſuppreſſa*, & *de fluxu eiuſdem in prægnantibus*, nam is affectus minus aut nihil ferè periculi habet.

Scholium.

Quia alvi fluxus in puerperis plerumque ſymptomaticus eſt, ut curandi ratio amplius innoteſcat, de evacuationibus ſymptomaticis opportunè ſermo hic fiet, qua in re quid ſtatuendum ſit, tunc demum in medium proferam, cum hujuſce rei partes diligenter fuerint examinatæ, ita enim methodo quadam, ceu Theſei filo, ex hac tractatione, uti labyrintho, me extricabo.

Quatuor igitur occurrunt perveſtiganda: 1. Quanam illæ ſint. 2. an omnis mala. 3. an à medico adjuvanda. 4. an cohibenda. Eſt quidem evacuatio ſympto-

ſymptomaticà ſpeciei præternaturalis evacuationis, nam hæc quatuor fit modis aut enim toto genere præter naturam eſt; Quia per inconvenientem regionem fit, ut ſanguinis profluvium ex naribus: aut multitudine duntaxat, ut nimius ſudor, aut menſium fluxus immodicus: aut qualitate, de qua Hipp. dixit, ſi qualia oportet purgare, purgentur, confert & leniter ferunt, ſin minus, difficulter: aut tempore, de quibus idem autor decretoria, quæ non decernunt, aut lethaliter aut difficulter judicant. Et Galenus in com. ejuſdem ſententiæ, ante ſigna concoctionis nil utiliter evacuari ſcripſit. Eſt porrò præter naturam evacuatio, quæ vel retentricis facultatis imbecillitate fit: vel humorum copia: aut acrimonia, eam etiam validam irritante. Naturalis verò, quæ à natura benè valente, & munera ſua optimè obeunte citra vim ullam perficitur: at ſymptomaticam dicimus, vel ut contraria eſt naturali, ut fluxus ſanguinis ex alvo: vel ut criticæ opponitur, id eſt ei quæ concoctioni ſuccedit. Cum igitur critica ſit, & cocti humoris, & in debita quantitate, & per convenientem regionem, & juſto tempore; de illa, quæ quovis modo ab his deficit, potiſſimum quæ ante cõcoctionis tempus contingit, ſermo noſter inſtitutus eſt, quæ etiam intempeſtiva criſis ab antiquis fuit appellata.

1. aph.

4. aph. 22. Evacuatio præter naturam. Naturalis. Symptomatica. Critica.

Hanc quidem ſemper malam eſſe, plerique ſibi perſuadent. Primum, quia fiunt hæ expulſiones natura irritata, quæ ante humorum concoctionem cogitur expellere, dum adhuc cum vitioſo humore bonum ſimul permiſcetur, cujus boni evacuatio virtutem debilitat, iccircò Galenum dixiſſe ſymptomaticam evacuationẽ copioſam, eſſe malã, ut causã, & ut ſignũ: parciorẽ ut ſignũ duntaxat, & humoribus crudis exiſtentibus nil utiliter evacuari, ut paulò ante diximus: Et Hippoc. concocta tantummodò medicari juſſiſſe. Eſt tamen ex altera parte, quod plerique per febres acutas & malignas, mortem ab initio minantes, ſanguine è naribus effuſo, aut alvo turbata, melius ſolent habere, ac paulatim reſtitui: ſicuti etiam quam celerrimè per febres peſtilentes bubone apparente: 2. Quia ſi pituita initio pituitoſi morbi excernatur, per vomitum, ventrem, aut aliter, quod nil vetat, procul dubio ſublevabitur natura. 3. Quia humorem turgentem ſtatim ab initio morbi nulla exſpectata coctione, Hipp. evacuari jubet; ſi igitur idipſum à natura fiat, utile certè erit, alias rem nòxiam medicus moliretur. 4. Quia dicente Galeno, omnes malæ excretiones, ſi commodè prodeunt, ad bonum poſſunt pervenire: in quem ſenſum Paulus evacuationem ambiguã modo bonã modò malã cõtingere ſcripſerat, Et Actuarius judicium ſymptomaticum bonum nonnunquam exitum habere. 5. Experientia videtur id confirmare, hiſtoria Metonis, quem Hip. liberatum fuiſſe ſcribit ſudore &

Dubium. An ſympiomatica excretiones ſemper ſint malæ. 1. opinio. 2. opinio: Cal. 1. pr. 1. 4. aph. 22 & 22. 1. aph. 22. 1. aph. 22. 4. aph 10. 4. aph. 47. P. lib. 2. c 8 Act. 2. met.

sanguinis fluxu è naribus, nullis præcedentibus concoctionis indiciis. Hæc tanti in praxi momenti, ac verè medicam dubitationem, ut solveret Victor Trincavelius, tertiam quandam excogitavit evacuationum differentiam, quæ neque omninò critica esset, nec symptomatica; sed media; utque critica semper est util, symptomatica noxia, ita hanc ambiguam modò in bonum terminari, interdum in perniciem: cujus tamen sententia ex eo corruit, quia motum ex contrariis partibus constare, naturæ repugnat, & Philosophus eas non admittit, etiam in diversis partibus motus. Alii totam hanc controversiam definiunt, dicentes, symptomaticas illas evacuationes, quæ fiunt natura operante & expellente, utiles esse posse: alias verò, quæ fiunt natura nil efficiente, sed otiante, tantum sinente effluere, Et quasi evicta, ob languorem non potentem retinere quod gravat, semper nocere. Rectius tamen atque apertius idipsum alii exprimunt, dicentes: evacuationes symptomaticas utiles esse, si vires constant, quia per eas minuitur morbi causa: at dies, minuitur quidem, sed ager nil proficit, quia plus debilitatur virtus, ex evacuatione boni, quod simul effunditur; fatemur nos quidem majorem fieri virium jacturam, quando humor, qui evacuatur est copiosus, & virtus languida nimis, ac tunc fieri naturæ evicta, & sinente, perpetuoque nocere. Quod etsi sæpè accidat, quo in casu vix possunt patientes servari: tamen hoc perpetuum non est, imò contrarium sæpius evenire compertum habemus, quando nimirum non tam ex languore virtutis, quam ex copia humorum aut acrimonia hæ expulsiones proficiscuntur. At dices, qui fieri potest, ut symptomatica evacuatio sua natura mala, utilius fiat? id ex nuperrimè dictis colligere potuisti, nam ob id damnantur, quia educitur bonum simul cum malo, ideoque viribus obsunt, si igitur adeò vires constent, ut quantumvis lædantur, residuum superare valeant, juvamentum attulisse certum est: imò si semper vires essent robustæ, semper symptomaticæ evacuationes profuissent, id tamen ita intelligendum est, ut morbus inde minuatur, & vires non admodum infringantur, quod sanè cognosci minimè poterit, nisi à generoso, prudenti ac perito medico, doctrinaque Hippocratica digno, qui & futurum statum præcognoscat, & mensurare morbi vehementiam cum ægri facultate apprimè noverit. Verum neque aliis id penitus erit impossibile, nam proprium signum earum evacuationum, quæ prosunt, est tolerantia, & conferentia, quarum conferentia ex pulsu, tolerantia ex patientis levamine deprehenditur.

Tertia sententia Trincavelii.

1. phys. 10.

4. sententia emenda.

Nunc, sintne à medico promovendæ expulsione, hæ determinandum est, is enim fuerat tertius disputationis articulus Et quidem ratio ipsa id confir-

Dubium An evacua

confirmare videtur, nam utiles sunt, ut probatum relinquimus, & à natura fiunt, medicus autem naturæ minister est, & imitator, nec rationi deest magnorum virorum autoritas, & experimentum. Id enim visus est significare Hippocrates dicens, exeuntem verò una effundere, & Galenus naturæ imperfectè evacuanti opem esse ferendam, ut ex conjunctis evacuationibus perficiatur, quod postulamus sæpissimè jussit, & contendentibus ad ventrem excrementis, clysteriis succurrendum: in quem finem Hippocrates Metonis, cui sanguis è naribus effluebat, capitis lotionibus auxilio fuit: & communiter exanthematibus erumptibus cucurbitulæ, & buboni pestilenti, attrahentia medicamenta applicantur. Hæc tamen omnia verisimilia potius, quam vera & speciosa magis, quam firma existimant alii, quod medicus quidem minister sit, & imitator naturæ rectè operantis, non symptomaticè, neque dum invita agit, & proritata, exeuntem verò humorem una effundere, quod dixit Hippocrates sic interpretantur, ut impedimenta auferri debeant, quæ ritè naturam per crisin excernentem, remorantur, quod naturæ est auxiliari, non eandem ulterius proritare, multoque minus per symptomaticos motus id exequendum esse. Quod si Galenus, dum tempore mittendi sanguinis, menses moventur, aut hæmorrois recluditur, fluentis sanguinis impetum inspicit, & si satis fore videtur, naturæ rem permittit, sin minus, tantum detrahendum jubet, ut ex conjunctis ambobus intentio perficiatur, id quidem, non ut eadem die fiat, intelligendum esse, sed sequenti, ubi jam à motu natura cessaverit, quem per convenientem regionem tentaverat, idque similiter de cucurbitulis, in erumpentibus exanthematibus & clysteriis in alvi fluxu pronunciandum esse ac simili quovis alio casu, sic Avicennam dixisse, Si natura non moverit, move tu hora motus ejus, id est, si natura non movet hora motus ejus move, tu exspectato motus fine, sed dum adhuc conjecturâ cognoveris, neque vias esse occlusas, neque humorem quietum, neque naturam ipsam aliò intentam. Vnde tertia eorum sententia pullulavit, qui non prius nos debere auxilio ipsi naturæ expellenti esse affirmârunt, quam opus ipsum eam derelicturam fore certò præcognoverimus; nec tamen actionis finem exspectandum, quod facilius sit vias reseratis, naturaque adhuc operante, commotum expellere humorem. Sed neque hanc sententiam constare putant, quia nil est, quod æquè artem medicam conjecturalem faciat, ac ipsa remedii quantitas: Et insuper quia inutio interdum segniter natura agit, & paulò post impetum accipit.

tiones symptomatum sint promovendæ.

6. Ep. sect. 2 textu 9.

9. meth. 5. Gom. in 8. de hum.

Quarta fuit opinio aliorum, qui à bonæ crisis conditionibus hac in re consilium

consilium capiendum arbitrantur, nimirum à qualitate humorum, quantitate, loco à quo, in quem, & per quem evacuatio fit, ac tandem à tolerantia & conferentia, ita si in pituitoso morbo sanguis fluat, immutandam censent excretionem; si quantitas diminuta sit, supplendum defectum: si per regionem fiat inconvenientem, revellendum ad commodiorem; si confert & patiens leviter fert, omninò promovendam. Verum quia non de criticis evacuationibus, sed symptomaticis quæstio est, hæc respondendi ratio inutilis planè videtur. Quemadmodum etiam quinta Trincavelii existimantis medios illos suos motus duntaxat promovendos, quia uti superius jam monstravimus, luxatis pedamentis insistit. Quæ cum ita sint, in re ardua & perdifficili duabus propositionibus respondendum censeo. Prima, naturæ motus symptomatici nulla ratione sunt concitandi, ratio est, quia facile natura præcipitaretur, & corrueret, id quod Galenus apertè docuit in opere ad Glauc. sic scribens, sed neque si fuerit febris cum alvi profluvio, alia est opus evacuatione, imò hæc sola sufficit, quamvis non sit pro multitudinis ratione, quicunque enim his plus adimere necessarium fore putantes, aut sanguinem mittere, aut ventrem movere tentaverunt, in graviora pericula duxerunt, quam sententiam de alvi fluore symptomatico, intelligendam esse constat, quia in illo capite de febre cum symptomatibus Galenus edisserit. Secunda propositio, quando natura tentat aliquam evacuationem symptomaticam per convenientem regionem pigrè tamen procedit, aut propter humoris copiam, aut propter ejusdem crudi adhuc inobedientiam, aut ob viarum obstacula, licet medico impedimenta removere, ut si febricuans aut certè puerpera, de qua potissimum hic agimus, assidua ejiciendi per alvum cupiditate tentaretur, manum naturæ porrigere levi clystere, aut glande vel decocto prunorum conveniens erit, medicamentum tamen purgans, tametsi leve, per os exhibere minimè suadeo, veritus majorem commotionem, quæ aut compesci nequeat, aut à natura ferri non possit, confirmatur hæc doctrina ex Hip. dicente, revellere, si quo non oportet, vergat: sin, quo oportet, aperire, quemadmodum singula vergunt, neque contrariatur Galeno cit. ad Glauc. quia ibi posuit vocem (profluvium) quæ ferè semper denotat copiam, nos verò de stillicidio tantum aut diminuto fluxu verba facimus; Et ratio est, quia ex assidua illa molestia vires debilitantur, & materia morbi non evacuatur: fuerit igitur multò utilius, humoris partem deponere, quia sic, quæ nostrum corpus natura gubernat adjuta & levata, residuum facilius superabit. Ea præterea quæ adversus primam propositionem adfert Iohannes Baptista Sylvaticus, quia hanc sententiam minimè evertunt, quippe quæ in solo statu morbi & crisis tempore

1. ad Glauc 14. Decisio. 1. propositio

2. propositio

Hip. 6 Epid sect. 29.

10 20 30

pore locum habent, ut legenti planum fiet, à quo ipse ad symptomaticas evacuationes, non aliter quam ab angulo ad parietem rationem transfert, minimè advertens ex hypothesi per id temporis naturam esse superiorem, noxium humorem jam evictum, & viarum impedimenta à natura aut medico semota: frustra etiam contra secundam nostram propositionem, subsidia postulat ab Hip. dicente, quæ judicantur & iudicata sunt integrè, neque movere, neque novare oportet, sed sinere. Fortè quia adverbium integrè non consideravit, ex quo vel idiotis ipsis planum est, de integris duntaxat iudicijs Hip. verba facere. Sane vero si & sudores, & exanthematum apparitiones, & dejectiones, & sanguinis eruptiones per nares vel in mulieribus per uterum omnes deteriores iis sunt, quæ nullo apparent pacto, si ubi caperint, cessant, quia absolutiss. morbi malitiam vel potius abundantiam humoris, & virium imbecilliatem significant, ut Galenus monet in proreticis, satius multo fuerit easdem evacuationes adiuvare, & anceps experiri remedium, quam permittere, ut ager certo pereat, præsertim si virtus per aggravationem potius, quam per essentiam sit imbecilla. Quarta fuerat disputationis pars, an medicus teneatur symptomaticas expulsiones statim ab initio cohibere omnes; cui negativè respondemus. Et ratio est, quia quemadmodum easdem non debemus proritare, ob boni mixtionem, quod una effunditur; ita etiam non debemus cohibere, præsertim si vires constant, ob mali miscellam, quod retineretur. Nam & in bona militia præceptis fugienti hosti argenteum pontem sternere consultum est. 1. aph. 20.

Tandem ut ad alvi fluxum puerperarum sermonem convertamus, illum sanè sistere periculosum semper fuit, quoniam verò periculum etiam minatur, nisi cesset, antequam nimius fiat, & vires collabantur, iccircò cautè & prudenter considerare oportet, quid sit agendum, an sistendum, an movendum, an verò permittendum; & quidem in universa hac contemplatione scopi sunt, conferentia & tolerantia, ac modus fluendi: Vt igitur in epilogum redigamus quæ fusius dicta sunt, si humor cum conferentia, & tolerantia bene fluit, hoc est moderatè, & per convenientem regionem, patiensque se levari sentit, permittendum tantum: si cum illis tamen lentè fluit, movendum, aut saltem removenda obstacula: si sine illis, sistendum, quam doctrinam ad omnes alios symptomaticos motus licet transcendenter accommodare.

De vomitu puerperarum.

Caput XV.

Causa. VOmitus puerperis accidit, interdum cibi, interdum crudorum humorum, nonnunquam etiam sanguinis. Si cibus evomatur, id quidem fit ex ventriculi debilitate, aut ex nimia repletione, vel ex ipsius cibi, & potus inordinata assumptione, præsertim nauseabunda & fastidiente fœmina; si humores per vomitum reijciuntur, id accidit ex pravitate ipsorum, aut redundantia ob ventriculi debilitatem, vel quia alia membra per eum exonerantur; sanguis verò evomitur, ob ipsius ubertatem, errabundæ naturæ impetum; ex vena sauciata in jecore, aut in ipso ventriculo, aut ex retentione hæmorrhoidum; & quanquam etiam ex hirudine devorata, ex casu, aut mutilato membro contingat, id rarò puerperis accidit, & alterius loci est.

Signa. Si cibi fiat vomitus, ipsa alimẽta cruda in vomitu apparẽt, si verò crudi humores ex aliis mẽbris demãdentur, ex affectione eorundẽ dignoscitur; si à ventriculo ipso, ex ejusdem gravitate, & pravitate affectuũ cæterorum; & quia affectio est continua, cum tamen ab alijs membris per intervalla recurrat; ac si pituita sit, quod excernitur album est, viscosum cum aciditate, humiditate, privatione sitis; si à bile vomitus proveniat, cum siti accidit, calore, amaritudine, colore citrino, aut viridi. Si ex melancholia, nigra excernuntur, saporis pontici, ac periculosum semper id est. Sanguis rubedine sua satis est notus, deprehenditur autem pars mandans ex gravitate ipsius uti diximus, ac ferè per rupturam vel anastomosin venarum in ventriculum defluit, & ab eo vomitione reiicitur. Futurum vomitum designat nausea, tremor labii inferioris, tenebrositas visus, tensio hypochondriorum.

Vomitus futuri indicia

Curatio. Vomitus in puerperis illico cõpescendus est, ne puerperium sistat, & ad superiora evocet; ille igitur, qui ex alimentis fit, curatur adhibita optima victus ratione, ac roborata retentrice ventriculi, per ea, quæ simul coctionẽ promoveant, & vitium humorum corrigant, caloreq́; ac viscera confirment, qualia reperies c. *de ventriculi affect. ex utero.* Si ex vitio humorum præter jam dicta, captata occasione purgabis per ea, quæ c. superiori jã retulimus. At si sanguinis sit vomitus, ipsum ocyssimè ad uterum revocabis, vena scissa in pede, si vires tolerent, sin minus

nus cucurbitulis, suris ac fœmoribus affixis, ac si ex ubertate, & impetu naturæ fiat nullis aliis utendū medicamentis, præter ea quæ naturā exonerent, & ad uterū omni arte evocent, quorum seges c. *de suppressis menstruis* posita est. Si ex rupta in jecore aut vētriculo vena, exterius applicāda, quæ mēstrua evocēt, intrinsecus verò quæ vim emplastricā, & agglutinatoriā possideāt, intēti semper ad id, quod magis urget, horū materiā c. *de immodicis menstruis* abundé reperies. Nos n. methodū duntaxat tradere instituimus, in hisce affectibus qui aliis fœminis sunt cōmunes, at medicamētorū materia, vel ex iis, qui practicas scribūt generales, vel ex superior. c. mutuanda est, ne sæpius inutiliter repetatur.

De puerperarum pleuritide, jecoris inflammatione, phrenitide, angina, ac tussi.

CAPUT XVI.

PUerperis, & maximè primiparis incautis, hæc omnia mala contingunt, ob suppressam ex frigore purgationē, vel ob morbosum apparatum. Cognoscūtur ex signis uniuscujusq; affectis propriis, ac eorundē syndrome. Periculosi semper hi morbi sunt in puerperis, & mali, uti signa, quia superiora membra partus purgamentis vitiari significant, & uti causa, quia præ dolore, & calore inflammationis, ac difficili respiratione, humor puerperii ad illas amplius attrahitur. *Pleuritis*

In una itaq; pleuritide, proposito paradigmate, methodū ad reliquas affectiones curādas, facile dignoscēs. Fit a. pleuritis, ob lochiorum ad thoracē & pleurā recursum, quia sanguis per uterū effluxurus, prom. ptè ex frigore regurgitat per venas, quas non paucas communes uterus habet cū thorace. Curatur primò sāguinis missione, initio facta ex pede, semel, bis, aut ter, quousq; puerperio, ac revulsioni fit satisfactū, deinde urgēte malo ex venis brachii, sed id cū magna præmeditatione prout à nobis satis jā dictum est c. *de morb. puerp. 2. remed. genere.* Quod idē exequendum est in jecoris inflammatione, angina, phrenitide, ac reliquis superiorum partium inflammationibus puerperarum.

Secundò ne dolore aut tussi, si fortè cum morbo adsint, puerperium ad superiora recurrat, divertentib. utendum erit, ut cucurbitulis suris & fœmorib. cū scarificatione applicatis, ligaturis earundem partium, pessariis ex mercuriali, cum pauco agarico, & aloe, vel hoc clyster *Diversio.*

ſtere: ℞ *malvæ, althææ, mercurialis, bliti, brancæ urſinæ, foliorum caulium rub. an. m.* j *florum camæmali, melilloti an. p.* j. *ſeminis lini, althææ, fenugræci, conquaſſatorum an.* ℥ i. *fiat decoctio in ſ. q. aquæ ad lib.* j *colatur & adde olei viol. vel communis* ℥ ij, *diacatholici, aut pulpæ caſſiæ, prout calor major vel minor fuerit* ℥ i fiat clyſter, ac ſi flatus adſint, nec calor ſit magnus, adde in decoctione ſeminis lini, fœniculi an. ℥ß.

Expectorantia. Tertiò utendum expectorantibus, veluti ſirupo capill. Ven. jujubini, de hyſſopo, fœniculi cum aquis earundem herbarum, vel cum decocto pectorali, ex quibus etiam apozemata fieri poſſunt. At in *Iecoris inflammatio.* inflammatione jecoris, ex refrigerantibus fiant, quarum partes ſint tenues ne lochia præpediantur, ut ℞ *ſirupi cich. capill. Ven. viol. an.* ℥ ij *aquæ endiviæ, agrimoniæ, fumariæ an.* ℥ v i miſce, utiliſſimum interea eſſe ſcio, jecoris regioni applicare ſantalinum unguentum, cum roſaceo commixtum, & hoc mirificum cataplaſma, *Cataplaſma.* ℞ *foliorum viol. abſynthij an. m.* j. *florum camæmali p.* j. *coquantur in ſuff. q. aquæ, contundantur, per cetaceum extrahantur, & adde farinæ hordei* ℥ iij. *ſandalorum omnium an.* ℥ i. *ſpicænardi* ℥ ß, *olei roſ. & abſynthii an.* miſce, fiat cataplaſma.

Phrenitis. Angina. Eadem ferè ratione curatur phrenitis, & angina, præſertim quod ad ſanguinis miſſionem attinet, ſemper enim ſatagendum ad inferiora naturam evocare, ac ſuperfluum evacuare. Quod ſimiliter *Tuſſis.* obſervabimus in puerperarum tuſſi, humorem craſſum inſcindentes, tenuem incraſſantes, & adverſus unamquamq; qualitatem generoſè pugnantes, prout apud ſcriptores, c. *de tuſſi* reperies, exhibtis interea tuſſim lenientibus, quæ ſola malum hoc ſæpiſſime ſedare ſolent, caventes ne ſuperiores partes nimium concalefiant, ac ſubinde calor ad eas evocet puerperium.

Elegma. Inter ea, quæ tuſſim ab humore frigido, & craſſo ſenire valent, hæc mihi inprimis experta ſunt: glycyrrhizæ ℥ x hyſſopi ſicci, capill. Ven. ſeminis urticæ, radicis iridis, cardamomi, ariſtolochiæ rotundæ, piperis, amygd. amararum, ſeminis naſturtii an ℥ v. cuncta tenuiſſime pulverizentur, & cum melle deſpumato, aut ſaccharo clarificato *Aliud.* fiat electuarium, doſis inſtar nucis. Ejuſdem eſt efficaciæ aliud, quod recipit *ſucci liquiritiæ* ℥ v, *piperis, myrrhæ, cardamomi, amygd. amararum an.* ℥ ij, *aſæ fœtidæ* ℥ i *cum melle*, fiant pilulæ ſub lingua tenendæ, valet diaireos ſirupus de hyſſopo, & capill. Ven. Si verò tuſſis

à te-

à tenui & calido humore originem ducat, adhibenda sunt ea, quæ lib. 3. cap. *de præg. tussi 2. remed. gene.* dicta sunt, duo præsertim electuaria ibi descripta.

De melancholia, mania, delirio, & epilepsia puerperarum.

CAPUT XVII.

FIt etiam in puerperis melancholia, mania, & epilepsia, idque ex defectu congruæ evacuationis, vel ex vitio sanguinis fluentis, suppressioneve ejusdem, quæ crassior, propter remorationem & adustionem, efficitur: aut etiam ob nimiam evacuationem, qua tenue expurgat, crassiori relicto: ex adusti etiam per febres humoris in caput irruentis tetro halitu, qui sæpissime, ex sola humoris in partu commotione, caput ferit, cujus rei exemplum est apud Lusitanum, elegantis cujusdam fœminæ, quæ alias optime valebat, illicò tamen à partu melancholia morbo afficiebatur, & per mensem insana erat, paucis verò adhibitis præsidiis, ad pristinam valetudinem revertebatur, & nos etiam sæpe curavimus conjugem præcipui cujusdam Belgæ & mercatoris insignis, quæ idem malum post partum sæpissime patiebatur. *Historia.*

Distinguuntur hi affectus, quod melancholia delirium est sine febre, ex melancholico humore mentis sedem occupante, hoc est, cerebrum ipsum, secundum quod est similaris pars. Mania verò est, melancholiæ ad majorem feritatem intensio, & quia hæc jam non cujuslibet atræ bilis, sed ejus, quæ terram fermentat, soboles est, ideò in ea adest calida cerebri intemperies, quæ in melancholia frigida erat. Epilepsia verò est convulsio omnium corporis partium non perpetua, sed quæ temporum accidit intervallis, cum mentis ac sensuum oblæsione, in qua crassus humor cerebrum invadit, ut partem instrumentalem, quippe quod secundum ventriculos afficitur, & potissimum secundum medium, contra quam in apoplexia, in qua & omnes, & magis obstruuntur cerebri ventriculi ipsi. Denique delirium, quod *subeth* Arabes vocant, est mentis alienatio, cum inquietudine, sine cerebri apostemate, & insequitur plerumque sanguineam, & biliosam febrem, in hisce enim aridi vapores ad mentis *Distinctio.*

arcem ascendunt, unde spiritus animales haud leviter perturbantur: ac non morbus est, sed morbi symptoma. Ita hosce affectus ex uniuscujusq; notione distingues, signa autem, & curationes eorundem petendæ ex lib. 1. hujus operis c. cuiq; affectui dicato.

Signa.

Causa.

Generales tamen erunt indicationes, ut si ex immodico fiant fluxu, compescatur, vires reficiantur, corrigatur intemperies frigida vel sicca: si ex suppressione puerperii, evocetur sicuti superioribus capitibus dictum jam est. Si ex vitio, emendetur iis, quæ c. *de melancholia virg. & viduarum* adversus adustos, fœculentos, & crassos humores scripta reperies: præsertim verò aversionibus, & maximè per hæmorrhoidas, hoc casu utendum est, & lavacris crurum, ac paulatinis purgationibus cessante jam puerperio, sanguinem à spurcitia vindicabis: at si ex malignitate aliqua, aut venenositate, quod potissimum in epilepsia fieri solet, ea etiam administrabis, quæ *prædicto* lib. scripta sunt cap. *de epilepsia 3. remed. genere.*

Aversio.

Vigiliæ remedia.

Solet tamen vigilia immodica, quod gravissimum symptoma est, hosce cunctos affectus concomitari, cui medeberis, capiti adhibito sequenti oxyrrhodino: ℞ *aquæ ros. plantaginis an.* ℥ iiij *olei rosarum* ℥ iij, *aceti ros.* ℥ j *pulveris sandalorum rub.* ʒ i. *misce*, in linteo temporibus sæpe applicetur, aut solum lac tepidum, vel unguentum populeon. cum rosaceo mixtum additis g. iij opii, & ℈ i croci, ac pauco oleo papaveris, si affectio, & insomnia urgeant, cum quo etiam pulsus inungantur, & plantæ pedum; & hora somni capiat ℥ iij sirupi de papavere: vel abrasis capillis embrocha, seu capitis irrigatio per quartã ferè horæ partem fiat, ex decocto malvæ, viol. Josquiami, capitum papaveris, florum Nympheæ, viol. camomillæ, cui percolato adde tertiam partem olei nympheæ, papaveris, & ros. ac postea catulus, vel columbus vivus per spinam dissectus, adhuc palpitans, capiti applicetur, & procibo exhibeatur, cremor ptisanæ cum semine papaveris. Quibus non proficientibus ʒ i requiei magnæ, aut phylonii in aqua lactuca, cum pauco vino propinari potest, idipsum in phrenitide exequendum. In epilepsia verò non adeo convenit oxyrrhodinum, quia caput impensè refrigerat, in melancholia addenda, quæ magis humectent, quam quæ refrigerandi vim obtinent, quia somnus à siccitate potissimum impeditur.

Oxyrrhod.

Embrocha.

De

De pedum, ventris, ac totius corporis inflatione à partu.

CAPUT XVIII.

INflatio pedum, ventris, vel totius corporis in puerperis provenit, aut ex improbo vitæ instituto, quo gestationis tempore usæ fuerunt, aut ex immodico potu post partum, aut ex copioso sanguine, quem fœtus absumere non valuit, nec fœmina in partu purgare, idcirco superabundans recrudescit, & in tumorem elevat hasce partes, qui affectus cessare ut plurimum solet, copiosiore purgatione per uterum, aut ventrem.

Curatio.

Si igitur ex potu fiat, potus prohibeatur, cureturque affectus calefactoriis, & resolventibus, qualia reperies cap. *de uteri hydrope*. Si ex copioso sanguine, cibum parcius assumat, ac copiosius puerperium evocetur, sicuti superioribus capitibus sæpius ad nauseam repetitum est. Si ex depravato vitæ instituto, corpus per epicrasin evacuetur, puerperio jam finito, aut diminuto, & albidiori jam fluente, reliqua, sicuti in uteri hydrope, sunt exequenda, solet tamen singulariter hasce inflationes sedare decoctum caulium, & camæmali in vino & aceto, quo partes foveantur, aut gypsum aqua ferrata mixtum, vel cum pauco aceto, aut ventri ad moveatur sequens pulticula: ℞ *caricarum lib 1. farinæ hordei, fabarum an.* ℥ ß, *farinæ oryzæ* ℥ ij. *gallarum, nucis cupressi an* ℥ ij. ß, *masticis* ℥ ii *seminis fœniculi* ℥ i. *bulliant cuncta in aqua fabrorum ferrariorum, aut ex extinctione candentis ferri, donec spissum evadat*, calidum ventri applicetur: Hippocrat. hepar ovillum, aut caprinum in cineribus assum, & cum vino assumptum omni inflationi post partum convenire scribit.

Topica.

Lib. de nat. mul.

De uteri inflammatione à partu.

CAPUT XIX.

INflammatio uteri à partu contingit, vel quia fœtu grandiori existente, uterus angusti est oris, vel quia aliter ex laborioso partu sive abortu

Causæ.

ortu ad ipsum uterum sanguinis effluxus sit, aut extractionis violentia ipse uterus laniatur.

Signa. Cognoscitur, quia adest in ventre calor ingens, febricula, sitis, caligo, dolor in coxis, imus venter plurimum intumescit, calor est vehemens, alvus turbatur, & quæ ejiciuntur calida sunt, & pessima, cibi fastidium adest, ac dolor juxta synciput, nausea, debilitas ventriculi, quæ omnia signa ex Hippocrat. desumpta sunt, hoc vitium sterilitatis, aut alterius majoris mali causa esse solet, sæpe etiam mortis, nam ulcera saltem relinquuntur, quæ ut plurimum maligna fiunt, & temperiem, compositionem, ac unitatem pervertunt, quæ ad concipiendum sunt necessaria.

Prognostica.

Curatio. Curatur primò sanguinis missione ex pede, deinde lavacris, fomentis, ac reliquis, quæ dolorem leniant, ac ventrem molliant, eadem demum curatio est, quam c. *de uteri inflammatione*, superius adduximus, cavendo, ne si nimis frigida utero adhibeantur, puerperium supprimatur.

De uteri ulceribus à partu.

Caput XIX.

Causa. Ulcus fit in utero, ab iisdem causis, à quibus inflammatio, aut ab ipsa inflammatione, aut copia mordacis humoris in corpore præexistente, aut ob difficilem partum, vel abortum, uti superiori c. diximus, quia nimirum extractionis vi laniatur uterus. Cognoscitur, quia sanguis, pus, aut serosa sanies ab utero effluit, dolor in ventre gravis est, quasi parturientis, crura & pedes intumescunt, & morbus hydropis speciem refert, cum tamen non sit: si uterus primario afficitur, aut ejus purgatio purulenta exit, & compacta, si per consensum, tenuis ac saniosa. Ocyssimè curandum uteri ulcus, ne depascens evadat, aut malignum.

Nota.

Prognostica.

Curatio. Ac siquidem per consensum totius fiat, Primum habito respectu ad totum vomitu, ac purgatione per alvum medeberis, modo puerperium jam substiterit, deinde iis, quæ ulcus sanent. Si verò ulcus

prima-

primaria fiat uteri affectione, ex partus difficultate, vel dilacerante grandiori fœtu, nulla habita totius ratione, ea sunt adhibenda, quæ ulcus curent, de quibus abunde 2. lib. c. *de uteri ulceribus* 2. 3. & 4. *remed. genere*: dilaceratas tamen partes non adstringentibus, sed modicè siccantibus, ac adglutinantibus reficies, ne cohibeatur puerperium, quo adhuc fluente, curatio difficilior est, si enim sistis, impediuntur lochia, quæ plurima mala inferre solent, si finis, solidari non potest ulcus, quãquam enim ab ulcere non prodeant, tamen humectatur sanguine ulcus. At utcunq; sit, compescendum nulla ratione puerperium est, sed ulceris curatio posthabenda, quoad cesset, si modò intra consuetos terminos finiatur.

De rugis, quæ post partum in ventre fiunt, & in mammis.

CAPUT XX.

QUando fœtus in utero ad tantam magnitudinem crescit, ut ventris cutem densam reddat, aut etiam scissuris non levibus findat, tunc à partu, tensis partibus in se concidentibus, rugæ in ventre manere solent, quod malum fœminis indecorum est, & molestum, ac viris ingratum; mammæ etiam gracilescunt, posteaquam lac evanuit, ob eandem rationem. Porrò præcaventur scissuræ, si à quarto gravidationis mense, ventri imponatur linteum oleo amygdalarum dulc. madidum, aut sesamino, quo mollior fiat cutis, & magis cedat. Rugæ verò à partu relictæ curantur, duplici remed. genere, quæ in hoc conspirent, ut cutem pinguiorem reddant, ac solidiorem, ut enim gracilia, & laxa corpora in se concidunt, sic pinguia tenduntur, ac pellucent. *Causa.* *Scissura.* *Ruga.*

Primum igitur si puerperis tempus nondum sit præterlapsum, ventri admoveatur sequens unguentum: ℞ *spermatis ceta* ℥ ij, *olei amygdalarum dulc. & hypericonis an.* ℥ i ß, *sævi hircini* ℥ i, *ceræ novæ q. s.* fiat unguentum, aut ℞ *ceræ novæ* ℥ iij. *spermatis ceta* ℥ i ß, *terebinthinæ Venetæ aquæ rosarum lotæ* ℥ ij, *olei amygda. dulc. Hypericonis an.* ℥ i, *axungiæ cervi* ℥ i ß *liquefiant simul*, & aufer ab igne, tunc immerge telam *Vnguenta cutem impinguantia*

canabinã ad ventris magnitudinẽ, quibus compositionibus, si lochia jã subsiterint, addi potest olei mastichini & myrthini an. ℥ i, inprimis autem prodest id, quod recipit limaciorum lib. i. florum anthos p. iij. concisa conijciantur in vas figulinum, plumbo oblitum, ac fideliter obturatum, demergatur in fimum equinum, ibique sit per dies 40: deinde expressus liquor in ampulla vitrea obturata servetur, ac per triduum soli exponatur, quo deinde liniatur venter, facilius tamen conficitur hoc aliud: ℞ *succi radicis liliorum alborum, mellis, & ceræ an. partes æquales ad ignem fiat unguentum*; aut pinguedinis cujusvis ℥ i, ceræ rubeæ ℥ ß. prodest ventri imponere mesenteriũ vervecis, aut capræ vel corium oleo madidum, vel oleum nucis Indicæ: vel ℞ *adipis extracti ex vulva balenæ* ℥ iii, *liquetur in fictili, & cum pulvere cornu cervi* fiat unguentum, valet etiam aqua ex albumine ovorum destillata, aut solus adeps, aut cinis testudinis cum ovi albumine, & lacte, quibus venter bis in die inungatur.

Constringentia. Secundò si puerperia jam desierint, addenda etiam sunt, quæ leviter constringant, solident, firment, ac planam reddant cutem, in quẽ usum inprimis utilis hic stillatitius liquor: ℞ *aquæ destillatæ ex floribus altheæ, & malvæ lib.* ii, *aquæ ros. lib.* i. ß, *limones duos, remota cuticula exteriori minutim scissos, prunorum sylvestrium immaturorum lib.* i. *omnia per biduum infundantur simul, deinde lento igne vitreo alembico destillentur*, ac venter inungatur; magis tamen solidat hoc, ℞ *ficuum lib.* i *farinæ hordei, fabarum an.* ℥ ß, *farinæ orizæ* ℥ ii *gallarum, nucis cupressi an.* ℥ i, *mastichis, myrrhæ an.* ℥ i ß *seminis fœniculi* ℥ i *bulliant cuncta, in aqua fabrorum, vel ex chalybis extinctione, donec inspissentur nonnihil*, tunc ventri adhibeantur; vel post balneum ex decocto prædictarum rerum, ventri hæ pultes applicentur: ℞ *farinæ fab. orizæ, glandium, amygdalarum an.* ℥ ii, *lateris pulverizati* ℥ i. *boli armeni* ℥ ii. *sanguinis draconis* ℥ i. *nucum cupressi* ℥ ß, *granorum tinct.* ℥ iii, *gallarum* ℥ ß, *olei myrthini* ℥ vi, *aquarum mespilorum, prunorum sylvestrium an. lib.* i *aquæ ros. lib.* i. ß *coquantur ad crassitudinem pultis*, ac ventri applicentur, mammas etiam solidant.

Myrrha. Ne autem frigiditate & adstrictione offendatur pectus & viscera, addantur mastichis ℥ ii, nucis moscatæ ℥ iii, rid. Florentinæ ℥ ß; myrrha his admixta, vel decoctum ejus, aut quavis alia ratione adhibita, illæsis visceribus, ventrem planum ac firmum reddit, mammas efficit

Mastix. duras, compactas, & minores illæso pectore, pudendum arctius citra

uteri

uteri noxam, idque pro maximo in hisce rebus secreto habendum est; mastix etiam utilissima.

De virginali adstrictione à partu comparanda.

CAPUT XXII.

A Partu laxa manent muliebria, quod causa est aut sterilitatis; aut uteri procidentis, quorum etsi neutrum contingat, saltem fœminæ propriis viris ingratiores fiunt. De remediis quibus hoc vitium curetur, nisi justæ causæ urgerent, silendum omninò foret, ne, quod sæpè faciunt sceleratæ & veneficæ vetulæ, aut incauti & parum prudentes medici, subdolis, & fallacioſis juvenculis ea communicent, quo & liberius vitiari audeant, & comprimi facilius sinant, & post multos concubitus, virgines appareant. Nam ne nihil lenarum maleficio desit, posteaquam hasce partes medicamentis coarctarunt, tunc ea etiam adhibent media, quibus etsi falsissima, speciosa tamen certæ virginitatis adsint documenta, atque ita sæpiusculè eandem fœminam, lascivis juvenibus, virginem esse venditant, quo profusius ab incautis & rudioribus pecunia extorqueatur, quæ quidem media à cunctis bonis penitus reticenda sunt, quia ut ait quidam, quæ scire nefas, nescire necesse est; & teste Galeno duorum alterum evenire oportet, aut, qui scribit, expertum non esse, atque ita ea prodere, quæ ipse ignorat, aut expertum quidem, viri boni aliquando partes non gessisse, tametsi à sapientibus multa quasi per manus tradantur, & nos à doctissimo Roderico de Sorea viro optimo ac honestissimo, & in Salmanticensi academia Professore primario, nunc totius Hispaniæ archiatro, pleraque accepimus, quæ apud insignes meretrices celebria ibi sunt, & usitata, ideoque fide digna, & quæ experimentum facilè promittunt, sed levioribus ingeniis omninò celanda, ne minus constantes aut prece aut precio eis abutantur. Nam ut Ovidius inquit:

Omnia perversas possunt corrumpere mentes
Stant tamen illa suis omnia tuta locis.

2. *Trist.*

Et latro, & cautus præcingitur enſe viator
Ille ſed inſidias : hic ſibi portat opem.

Ideoque media tantummodo, quibus fucata virginitas deprehendatur, ſcire oportebit : inter quæ illud primum locum indicium tenet. Collum menſura filo circundato ; poſtero die iterum menſura, ſi latius, quam ut filo comprehendatur invenitur, tunc primum vitiatam fuiſſe certum erit, ſi verò nihilo majus evaſit, antea defloratam fuiſſe, indicium eſt: aut certe ſi adhuc integra erat, integra permanſit. cujus rei cauſam & pleraque alia hujus rei ſigna vide in noſtro *medico politico*. Proditis igitur duntaxat lenarum artibus maleficis, idque in genere, tacitis mediis, ac magiſtratibus, quibus earũ puniendarum curapropria eſſe debet, relictis, ad inſtitutum repedemus, ac quibus mediis laxitas uteri emendetur, & reparetur virginalis adſtrictio, iis fæminis, quæ pacis domeſticæ, & amoris conjugalis ſunt ſollicitæ, præſcribamus, non iis, quæ vaga vita delectantur.

lib. 4. c. 11.

Id autem fit duobus remediorum generibus. Primum ſi vulva nimis ſit humida, utendum iis, quæ exſiccare valeant, de quibus capite, *de uteri intemperie humida* ; maximè autem prodeſt hunc in uterum clyſterem injicere. ℞ *gallar. num* iiii, *ſpodii cochlearia* ii. *pulverizatis tenuiſſimè adde vini ſtiptici* ℥ v i *poſtea vulvæ imponatur* hic peſſulus *corticum pini* ℥ ii, *alumnis ſciſſilis* ℥ i, *cyperi p.* i. coquantur in vino ad formam pultis, & cum linteo ſupponantur ſæpiuſculè ; aut infunde gallas in aqua pluviali per octiduum, deinde lana mollis ſulphure reſperſa in eadem aqua madefiat, ac non expreſſa ſiccetur, & pro peſſario ſupponatur.

Adſtrictio.

Secundò ac præcipuè adſtringentibus utendum eſt ; foveantur igitur genitalia aqua ſeu decocto glandium, ſorborum ſylveſtrium immaturorum, prunellorum agreſtium, caudæ equinæ, quibus ſi moſchus aut pulvis ſchordii miſceatur, philtri rationem habebit. Aut foveantur partes ex aqua aluminoſa, vel ex vino ſtiptico, quod fit, ſi rubrum & auſterum coquatur cum gallis, foliis myrthi, roſis rubris, corticibus mali granati, balauſtiis ac nucibus cupreſſi ; aut ℞ *nucum cupreſſ. gallar. an.* lb. i *aluminis, rochæ, ſcoriæ ferri præparatæ in aceto an.* lb. ß. *bulliant in ſ. q. aquæ gallarum*, qua utuntur coriarii, primum omnia confracta, & cum ſpongia in ea aqua madida locelli foveantur. ℞ *gallar. ſumach. ſeminis plantaginis, conſol. major, aluminis, cimoliæ, cameleæ, an* ℥ i, *coquan-*

Fomenta.

Vinum ſtipticum.

coquantur in aqua pluviali, vel chalybeata, & foveantur loca, quibus addi possunt folia olivæ, vitis, quercus, balaustiæ, nucis cupress. malicor. scoria ferri, karabe, corallum, bolus armenus, sanguis draconis, ex quibus etiam decoctis encatismata fieri possunt & methencritæ: sed & in eosdem usus destillatio sequens mirifica censetur. ℞ *gallar. nucis cupress. an.* lb. ß. *aluminis* ʒ v i *boli armeni* lb. ß, *farinæ glandium ac fabarum veterum an.* lb. ß, *albumina ovorum* xii, *lateris usti pulverizati* lb. i, *omnia in pulverem redigantur & per triduum, quia compacta sunt substantiæ, macerentur in aqua fabrorum ferrariorum, vel in aqua, vel decocto prunorum sylvestrium, mespilorum, caudæ equinæ cum* lb. ß *acet. rosacei, tunc per alembicum plumbeum lento igne destillentur, liquori adde pulveris masticis, myrrhæ, sanguinis draconis an.* ʒ ii, *soli æstivo per decem dies exponantur.* Uteri partes constringit, ventrem reddit planum & mammas solidas. Subinde ex sequentibus pulticulis emplastra locis applicentur, aut ex gossypio iisdem madido, pessaria fiant. ℞ *cassiæ lignea, cyperi, gallar. an. part. æquales, trita leviter coquantur in vino veteri ad mellis consistentiam, & linteo prius madido aqua aluminosa excipiantur,* ac fiat pessus. Consimile hoc est, ℞ *sangu. drac. boli armen. cortic. citri, mali granati, aluminis, masticis, gallar. an.* ʒ ß, *pulverizentur, & cum aqua chalybeata fiant pultes,* in dictos usus; cuncta hæc etiam mammis apposita, uti diximus, solidiores reddunt. Verum hæc iam cosmeticam artem potius, quam curativam attingere videntur. Caveant tamen iterum ac sæpius medici, ne ea suspectis consulant mulierculis, & iis, quæ fucatam venditant virginitatem, & vaga utuntur venere, sed honestis ac probis matronis in eos, quos jam retulimus, honestos usus.

Encatismata.
Methencritæ.
Emplastra. Pessi.
Mammas solidiores quæ reddãt
Admonitio

SECTIO TERTIA.

De iis quæ circa fœtum alendum contingere solent.

De nutrice eligenda ac moderanda.

Caput XXIII.

CUm lac nihil aliud sit quam dealbatus in mammis sanguis ille, quo antea in utero fœtus alebatur, inde fit, ut lac matris longè præstantius alimentum fœtui sit, quam cujusvis alterius fœminę: ideoq; quantumvis nutricis lac laudabile existat, semper tamen maternum præfertur, etsi non ita bonum, quia similius est pueris alimentum. Si tamen nutrix justis de causis sit admittenda, vel quia lac matris integrum non est, vel etiam quia ipsa mater vieta, languida, nobilis, aut admodum delicioſa, vel ob regionis consuetudinem, ob quam ferè video Germanas vel mediocris conditionis fœminas rarò liberos suos lactare, tunc in eligenda nutrice decem sunt expendenda.

Nutrix quibus de causis admittenda.

Decem conditiones in nutrice expendenda.

ÆEtas.

Primum ætas, quæ sit intra 20. ac 30. annum, in eo enim, quod interiacet, tempore, juventus viget, in qua sanguis & lac magis abundant, & excrementitii humores redundant minus.

Habitus corporis.

Secundò habitudo, ut nimirum sit corpore quadrato, ac bene constituto, vividi coloris, pectoroſa, & musculoſa, duræ ac multæ carnis, non obesa nimis, nec gracilis, sed robusta, ac vigiliarum & laborum circa infantem tolerantissima, coloris candidi: non verò fusca, ut aliqui autumarunt, quod nos alibi rejecimus, sed candidi potius sit coloris, ruboresuffusi, qui idcirco roseus dicitur. Tales enim alimentum in sanguinem melius convertunt, sed nec dentes carioſi sint, nec anhelitus olidus, nec cutis ulceribus fœda, nec Venereo morbo, arthritico, elephantico, phthisi, nec quovis alio afficiatur, aut aliter valetudinaria sit.

4. Phys. cult.

Mores.

Tertiò considerandi mores, quippe hi una cum lacte in corpus adeunt infantium; quocirca nutrix laudatorum morũ sit, nec ocyssimè animi passionibus afficiatur, nec penitus obtusi sit sensus, aut stolidi ingenii, lusca non sit, quia non, nisi transversim, puerum intueri potest, qui propterea, ne eandem inspiciendi consuetudinem contrahat, verendum est; casta sit, & viro non accedat, ne aut menses prosiliant, quod sanguinem conturbat, proinde lac ipsum, aut prægnans fiat, unde lac imminuatur, ac vitioſum evadat, quia à conceptu laudabilior sanguis, circa locos ad nutritionem fœtus subsistit, impurior facessit

in

in mammas, unde lac inquinatum redditur; sunt tamen, qui modicam purgationem menstruam, lactationis tempore, lac minime vitiare posse putent, quin potius reliquum sanguinem perpurgare: & matri proprium partum alenti, si ab eodem viro concipiat, lac non corrumpi Bonacciolus refert ex quodam Nigidio.

Tempus à partu.

Quartò considerandum est tempus à partu, id est, ne nutrix partui sit vicina, nec multum à partu remota, & saltem sit jam â lochiis libera; ideo secundo à partu mense, usq; ad sextum probatur magis, & quæ secundum alit fœtum.

Mammæ.

Quintò considerandæ veniunt mammæ, quæ mediocriter sint tumentes, non laxæ nequè pendentes, sed solidæ ac firmæ, mediam magnitudinem, mediamq; duritiem obtinentes, per quas venæ lividæ, tanquam in multiplices rivos deriventur, mediocriter elevatæ, ut sint lactis capaciores, non densæ, ne lac in eis constrictum quasi suffocetur, & à sugente puellulo minus facilè alliciantur, qui à mamma duriori offensus discedat, aut si pergat, eliditur nasus ac simus evadit.

Papillæ.

Sextò papillæ, quæ nec sic latitent, ut pueri labellis comprehendi nequeant, nec ita longæ, crassæve sint, ut totum infantis os impleãt, ita ut lingua ad suctum & deglutitionem uti expeditè nequeant.

Lactis probatio.

Septimò consideratur lactis ipsius natura, quod, præter candorem, ac dulcedinem, quæ inprimis requiruntur, odoratum sit oportet, æquabile, necadmodum crassum nec tenue nimis, quod probatur, si supra vitreum umbonem, nec prorsus fluat, neq; reclinatum omnino constet, quidam etiam pilo probitatem lactis experiuntur: nam si pilus lacte madens suspendatur, & lac delabitur, reprobandum est: si verò totum pilum circumsidet, optimum esse censet Aëtius; lactis itidem boni portio, si in vasculo emulgeatur, myrrhæ tantillo adjecto, sero pariter, atq; caseo pars æqua datur; improbatur verò, si ejus gutta in politum ac mundum digiti unguem instillata, immoto ungue defluit, quia aquositatis indicium est: si verò depresso & cõmoto hæreat, coagulati & crassioris signum existit, medium verò inter crassum & tenue laudabile censetur.

Infantis sexus. Consuetudo. Status. Nutricis cibus.

Octavò eligatur nutrix, quæ marem justo tempore peperit. Nonò quæ abortire non est assueta. Decimo quæ gravida non sit. Hæc ita descripta nutrix, diebus primis, quibus lactare incipit, simplicem accipiat cibum, ne lactis copia tenellum obruat infantem. Postea probatis

batis vescatur cibariis, & non inebrietur. Abstineat à vino & à cibis salsis, acutis, adstringentibus, nec porris, cæpis, allio, eruca, vel aromatibus utatur, nisi modicis, si fortè regio vel constitutio aëris vehemēter id postulet; vitet animi perturbationes, concubitum vitet, utatur exercitio mediocri brachiorum, & partium superiorum; demum talis sit victus ratio, qualem postulat infantis natura & conditio, ac parentis dignitas, ut si puer fervidiore sit sanguine, nutrix refrigerante utatur diæta, in aëre degat moderato, à vino & aromatibus planè abstineat, somno indulgeat longiori. Si verò infans frigidioris sit constitutionis, & vini & aromatum nonnihil conceditur, exercitiumq; validius: quibus si minus bene valeat nutrix, purgetur, & victus ratio mutetur juxta lactis vitium, ac infantis indigentiam. In reliquis, & in ratione lactandi pueruli se gerat nutrix uti à nobis præscriptum jam est supra c. 12. lib. 4. *de nat. mul.* ex quo etiam loco pleraq;, quæ ad nutricis electionem pertinent, hûc transferantur.

De lactis defectu.

Caput XXIV.

AD fœtus alimoniam, dum utero geritur, uteri venas comparavit natura, ac cum jam in lucem prodit, mammas, unde certus quidam respectus inter has partes reperitur. Ex toto enim corpore sanguis in uterum delabitur, toto gravidationis tempore, post partum ex utero, ac reliquis partibus recurrit ad mammas, quæ adenes quasdam sortitæ sunt vim habentes alterandi, ad se confluens alimentum; quum igitur plus ad ipsas defertur, quam ad nutritionem sit necesse, lac efficitur, quod ex mente Miletii, sanguis est futurus menstruus, coctus in mammis ac dealbatus. Ut verò aliis visum est superfluitas nutrimenti, partis ipsum generantis similis, ipsius naturæ: Cum igitur superfluitas seu humor ille parcus est, vel omninò deficit eo tempore, quo abundare debuerat, id est, post partum, lactis defectus nuncupatur, & est symptoma de genere excrementi mutati, quod sequitur, aut malam mammarum conformationem, aut intemperiem, aut solutam unitatem.

Lac quid.

Affectionis descriptio.

Species.

Cau-

Causæ

Causæ hujus affectionis sunt, vitium sanguinis, qui ob id non tra- *Interna.*
hitur, parca ejusdem quantitas; corporis imbecillitas, aut ipsius infantis, qui propterea lac sugere nequit; ad suctionē enim sequitur tractio; fœminei corporis ariditas, ob quam quælibet particula avidè amplectitur alimentum, ad sui nutritionem, sic ut nihil sit residuum, quod in febribus ardentibus potissimum accidit: adhæc parvitas māmarum, angustia vasorum, debilitas virtutis tractricis: aut immodica vacuatio per aliam partem, ut per os, per menses, per nares, per hæmorrhoidas. Sunt etiam aliæ causæ externæ, ut immodicum frigus, quia coarctat, *Externæ.*
& eadem ratione adstringentium usus; cibi pravitas, jejunium, abstinentia, nimius labor, mœror, curæ, sollicitudines, perturbationes animi: subitus aliquis casus, maximè dolor, quia sanguis, & humores ad partem dolorosam alliciuntur, subindeque lac minuitur: medicamenta etiam, quæ impensè calefaciunt, exsiccant aut refrigerant.

Signa.

Si graciles, rugosæ, & contractæ sint mammæ, ob earum fieri defectum credendum est. Si ex vitio sanguinis, id distinguitur ex indiciis, quæ ipsum bilio sum, pituitosum melancholicumve esse testantur, quæ jam à nobis posita sunt, cap. *de menstruis suppreß.* Item ex lactis colore, substantia & sapore, quippe bilio sum, serosum est, tenue, flavum, amarum, & nutrix jecoris intemperatura calida laborat: Pituitosum, crassum, album, acidum lac est, & intemperies ac habitus nutricis, pituitosus: melancholicum est spissum, paucum, obscurum, fuscum, ac cætera in nutrice melancholiā accusant. Causæ externæ si inquirantur, facilè deprehēdūtur, breviter si puer clamat, emaciatur, non proficit, ac si panni quibus involvitur, madidi non reperiantur, deficientis lactis indicium est.

Curatio.

Universa ferè curatio in victus ratione consistit: si igitur ex sanguinis defectu, aut ex sicca intemperie lac deficiat, à qua potissimum causa contingit, curatur primò victu calido & humido, citra excessum, *5. simpl.*
Galeno authore. Esto igitur aer humidus, ac moderatè tepidus; nam calore nimio extenuantur corpora, ac dissipantur humores; Idcirco *Aer.*
Arist. in Epiro; Albertus magnus in Hollandia & Frisia maximam gigni lactis copiam asseruerunt, non ex pascuis duntaxat, verum etiam propter huic rei commodum aerem. Somnus conducit magis, quam immodica vigilia, panis bene fermentatus, triticeus, lac caprinum aut ovilum ex sanis animalibus sumptum, aut coctum cum vitellis ovorū,

& ſaccharo; oryza cocta cũ lacte & melle, ova ſorbilia, præſertim perdicis ſumpta aut illita mãmis, cum adipe anſeris: farrũ cum jure carniũ gallinarum noſtratum, vel Indicarũ, caponũ, phaſianorũ, hæduli, vervecis, vituli, aut junioris bovis, aut caro ipſa cum ſalſamentis ex eruca, & melle paratis, ubera animalium cocta; reijciendæ verò carnes ſylveſtres. *Piſces.* Ex piſcibus conveniunt troctæ, triglæ, quas Hiſpani *Salmonetes* vocant, lupus, beſucus; ſalmo, bugloſus, ſoleæ, paſſeres, lucii & id genus alii. Et in ſecunda menſa leucophagus, qui cibus albus dicitur, à nobis alibi deſcriptus, amygdalæ dulces, uvæ paſſæ, aut penſiles, piſtacea, pinei nuclei, eruca, paſtinaca cocta ſub cineribus, aut cum melle parata, vel illa confectio ex ſeſamo, & melle, quæ Hiſpanis dicitur *gergelada*, & abundantiſſimè lac gignit, aut alia ex lini ſemine cum melle, aut ptiſana cum multo aniſo & fœniculo cocta, vel ebibantur ʒii ſeminis aniſi, cum juſculo caulium. Dioſcoride & Avicenna authoribus fœniculum & apium lac gignunt, quia non intensè calefaciunt, ſed lac movent ad mammas, & vias aperiunt. Lactuca verò lactis proventum facit, quia ſanguinem contemperat, & aridita-tem emendat; lac etiam generant braſſica, ſerpillum, ſeſamum, porrum, eruca, fœniculum, bulbi, ſi veri inveniantur, qua ratione ſperma, eadem etiam lac gignunt. *Potus.* Potus ſit vinum nigrum, dulce, minimè auſterum aut album, tenue, vel certè aqua hordei, cum ſemine fœniculi, vel cereviſia, præſertim Hamburgenſis, cui ſi butyrum, ſaccharum & panem addas, ac leviter coquas, vix ullum, reperies cibum, ex quo tantus fiat lactis proventus; quocirca non immeritò Germanis fœminis toto ferè lactationis tempore pro cibo ſimul ac potu eſt. Vitanda acida, acria, amara, acerba, valdè calefacientia, cruda omnia, & ſalſa; modicus tamen ſalitorum uſus, ut ad impinguationem facit, ita ad lactis generationem, quoniam ſal vehiculum eſt alimenti, & cibum reddit jucundiorem; unde inſulſus homo, inutilis & injucundus dicitur; quocirca moderato ſalitorum eſu Apollonius homines impinguare ſolebat, & Arabes, Moſchio, Aetius ac plerique alii ſalitorum piſcium capita, ad lactis generationẽ commendant, quod qua ratione, cum impensè exſiccent, fiat, non video, niſi, quia ſitim movent, & faciunt, ut nutrices majorem hauriant potus copiam, qua eadem ratione exiſtimo Septentrionales nutrices halecibus uti, ut majorem poſtea ingurgitantes cereviſiæ quantitatem, lactis fiat proventus, quod tamen lac inutile, falſum, mordax ac ſeroſum eſt. Secun-

Si ex calore

Secundò, si ex caloris & flavæ bilis abundantia, lactis defectus fiat, ex supra dictis frigidiora seliges, ac corpus præpurgabis juxta humoris naturam; At si ariditas ex febre fiat, hæc prius curetur. Si verò ex vitio sanguinis pituitosi, aut ex vasorum obstructione lac deficiat, deobstruere & attenuare oportet. Idcircò ex supradictis calidiora administrentur, & quæ lenium sint partium, ut apium, anethũ, pulegium cum vino, aut porrum tritum, aqua dilutum in potu detur, aut aqua & oleo coctum, quod album jus à Galeno dicitur. Cavendum tamen, ne redundante pituita remedia exhibeantur nimis calida & ficca, quia lac consumunt, & quemadmodum, quæ moderatè menses provocant, lac gignunt, sic, quæ impensè proliciunt, lactis copiam minuunt.

Ius album. Admonitio

Sanguis nunquam mittendus, nec valida purgantia exhibenda, quia venæ sectio materiam lactis demit, cathartica, ut corpus purgant, sic sanguinem liquant, & minuunt. Verum si ob vitium humorum omninò purganda sit nutrix, semper miscenda, quæ lac promoveant, ita prius per quatriduum hunc capiat syrupum: ℞ *folior. fœnicul. smirnii, pulegii, rapæ an. m. ß. fiat decoctio ad* lb. i, *cui adde mellis ros. syrup. de hyssopo. de eupat. an* ʒ ii. misce, pro quatuor dosibus, deinde purgetur sic, ℞ *elect. lenitivi* ʒ vi, *mellis aut syr. ros solut. pro natura humoris peccantis* ʒ iii, *decoctionis fl. cordialium q. sufficit*, fiat potio, sumatur per horam ante prandiũ, in quo vescatur iis, quæ valeant lac prolicere, de quib. supra.

Purgatio.

Tertiò, exhibenda medicamenta alimentosa, quæ lac gignant, in quorum numero primum locum tenent, quæ sequuntur. ℞ *seminis fœniculi, porri, eruca an* ʒ ii *macis* ʒ i. *fol. malvæ m. ß. bulliant in jure pulli de quo sumat* ʒ vi, & cum eodem abluantur mammæ, aut fiat hæc confectio ℞ *nucleor. pini, amygdalar. dulc. an.* ʒ i *seminis petroselini fœniculi, rapæ an* ʒ i. *sacchari dissolut. in aqua fœniculi q. s.* fiant rotulæ dosis ʒ ii, & superbibat vinum dulce.

Medicamenta.

Si ex mammarum fiat gracilitate, fomententur cum nuper dicto jure, aut cum decocto fœnugræci, sesami aut camomillæ, quæ in vino bulliant, vel cerevisia calida cum butyro. Quibus non proficientibus aut si ex connaturali causa lactis defectus fiat, ultimum erit præsidium nutricem mutare, cunctis tamen prius tentatis, quia mutatio lactis puellulo semper gravis existit.

Si ex mammarum gracilitate.

De Lactis redundantia.

Caput XXV.

Species. Lactis abundantia in fœminis, quæ pepererunt, interdum tanta est, ut mammæ eam sustinere nequeant, ac præ copia distendantur, & incredibiles excitet cruciatus, quod morbi in excessu causa est. At si (uti aliquando evenit) copia, non tantum per papillas, verum etiam per tota ubera, & aliquando per alas effluat, non amplius causa morbi, sed symptoma erit, contentum sub genere immodicè excretorum. *Causa.* Fit hoc malum ex copia boni sanguinis à cibo & potu plurimum nutriente conflata, quæ in venis, mammis & utero communibus abundat, vel quia fœmina lactare desinit mortuo aut grandiori facto infante aut alteri nutrici commisso.

Signa. Affectus facilè percipitur tum visu & tactu, tum ipsius mulieris sermone. Contingit hoc malum sæpius puerperis, haud raro etiam reliquis lactantibus. *Prognostic.* Ac si abundans effluat, nihil est periculi, si verò detineatur verendum, ne inflammationem in mammis pariat, aut instar caseï cogatur; seu in grumosum lac concrescat aut aliter vitietur.

Curatio. Ideò quamcitissimè hæc affectio curanda, ac si ex suppressis menstruis fiat, omni arte proliciantur vena pedis scissa, & cucurbitulis *Si ex plenitudine.* cruribus affixis, ut Galenus monet. Si verò ex plenitudine totius contingat, curatur quinque remed. generibus.

Victus. Primò victu tenuissimo ex herbis, aut carnibus sicciosibus, aut avicularum. Potus sit aqua cocta per se, aut cum semine agni casti. Aer calidus & siccus, vigilia & exercitium conducunt, & frictiones ac ligaturæ partium inferiorum; ac, ut verbo dicam, ea omnia sunt interdicenda, quæ copiosorem & optimum sanguinẽ generare valent.

Diversio. Secundò iis, quæ sanguinem divertunt & evacuant, quod etiam fit frictionibus & ligaturis tibiarum, deinde sanguinis missione ex vena communi, si modò fœmina partui proxima non sit; nam si puerperia adhuc fluunt, aut fœmina à partu non distat per 15. dies, ex pede mittendus est sanguis.

Repellentia. Tertiò repellentia mammis sunt adhibenda, & ut scribit Aetius, leviter reprimentia; in principio igitur applicetur spongia posca imbuta

buta, aut palmulæ cum pane & posca tritæ: deinde vincire, ac moderatè adstringere mammas oportet: aut spongiam madidam aceto acerrimo, in quo cuminum incoxerit, admovebis, quod sec reti loco habendum est, aut suffumigium ex ipso aceto acerrimo, super ignitos lateres abjecto: aut portulacæ folia cum aceto trita, vel apium cum aceto & oleo rosaceo, aut petroselinum cum posca tritum, aut aqua marina, in qua myrthi baccæ coxerint, & farina lentium; aut emplastrum quod recipit *farinæ lentium, fabarum an.* ℥ i *succi plantag. aut meth.* ℥ iii *olei rosacei* ℥ ii, *aceti* ℥ i. misce. At si animus sit lac penitus restinguere, hoc aliud adhibebis emplastrum. ℞ *pulver. myrthillor.* ℥ ij, *aluminis, psyllii an.* ℥ ij, *succi coriandri viridis* ℥ ß. *Olei ros.* ℥ i. *acet. acerrimi* ℥ i ß. Valet fex ipsius aceti in forma Emplastri applicata.

Quartò digerentibus utendum est potionibus, fomentis, ablutionibus, inunctionibus, suffumigiis, & Emplastris, inter quæ primum locum tenet hæc potio. ℞ *lactis vaccini* ℥ iii. *muriæ* ℥ i, *croci subtiliter pulverizati* ℥ i, *misce:* bibat fœmina summo mane per plures dies, aut ammoniacum vino dissolutum ad ℥ i ß, aut radices caulium exterius applicentur cum rosaceo, aut pauco aceto aut ℞ *farin. fabar. lentium an.* ℥ j ß *croci* ℥ i, *olei ros. q. s.* fiat Emplastrum, cui adde (si velis) parum therebinthinæ ad consistentiam. ℞ *seminis althea, fœnugraci lini an.* ℥ ß. *coquantur in sufficienti q. aquæ ad* lb. ß *& adde farinæ hordei, lentium an.* ℥ iii *succi coriand. portulac. an* ℥ ß, *olei rosacei* ℥ i. *Croci* ϑ ß *aut* ℞ *apii viridis, rutæ, menthæ an. m.* ß. *terantur & adde farinæ fœnugraci, lentium an* ℥ i. *olei rosacei & poscæ an. q. s.* fiat Emplastrum. Validius adhuc id digerit, quod recipit folior. fœnicul. apii. petrosel. malvæ, altheæ, cum radicibus an. m. 1. folior. lauri, florum camomillæ an. p. ß. coquantur simul in aqua, ex quo decocto fomententur & abluantur mammæ, ac postea superponatur rosaceum, omphacinum, in linteo crudo, vel ex æquis portionibus therebinthinæ lotæ in aq. rosac. & vino albo olei laurini & omphacini, fiat emplastrum; aut ex oleo raphani cum pinguedine gallinæ & cera, quæ omnia emplastra, dum mammillis apponuntur, juxta papillas perforentur, aut adhibeatur ovum totum cum rosaceo agitatum, cui lapidis pyritis triti tantillum admisceatur. Paulus lactis suctionem prohibet, ne major tractio citetur: Aëtius quem perperam pro contraria parte Mercurialis citat, eam admittit, dum inquit, à peritis, & adultis mulieribus leviter mammæ exsugantur, di-

Digerentia

Emplastra

Dubium. Suctio an conveniat. lib. 3. c. 35. lib. 13. c. 34.

ſtinguendum ſic, ſi fœmina inſueta ſit lactare, dolor magnus & copia moderata, de qua ſperandum, poſſe ſolis medicamentis areſcere, neq; ab infantibus, neq; ab adultis exſugi debet. At ſi quantitas lactis immodica ſit, mammæ tumidæ, nec admodum dolentes: ac fœmina aſſueta, tunc ab expertis, & adultis mulieribus, ut ait Aëtius, exſugatur per longa intervalla, ne frequenti ſuctione tantum trahatur, quantum medicamento appoſito exſiccatur.

Lac minuentia ſicca.

Quintò iis, quæ lac atterere apta ſunt, in quorum numero conſtituuntur omnia exſiccantia, ſive intus ſumantur, ſive extra applicentur, ex calidis inſuper lac minuit ocymum, cariophyllata, piper, caſtoreum, ſinapi, ruta ſylveſtris. Ex frigidis joſchiamus, lactuca, intemperamento frigido, & humido, nam in calido & ſicco auget lac; ſolanum, papaver nigrum, mandragora, opium. Et humidis ſuccus pſilii, coriandrum, Nymphæa, muſcilago ſeminis portulacæ, umbilicus Veneris. Nam nimis frigida nativum calorem extinguũt, quo mediante ubera lac efficiunt: humida quantum pituitæ, ac crudæ humiditatis pariunt, tantũ de ſanguine minuunt, quæcunq; verò ſanguinem, & ſemen conterunt, eadem lac deſtruunt. Avicenna à proprietate, lac minuere ſcribit illitus mammarum, cum cancro marino in aceto trito, aut cum cancro fluviali aduſto.

Calida.
Frigida.
Humida.

Inflammatio.

Quod ſi contingat mammas inflammari, curentur initiò infrigidantibus, ac repellentibus ut foliis lactucæ, ſempervivi, papaveris vel nympheæ, quæ per ſe vel in lacte cocta, mammis apponantur, ut lib. 1. dictum eſt. Nunc ſolum reſtat admonere mitioribus ex ſupradictis, uti oportere, ſi in animo ſit lac in totum non exſiccare, ſed exceſſum minuere. Si verò planè reſtinguere volueris, conſiderandum erit, an fœmina ſit partui proxima, tuncq; à repellentibus penitus abſtinebis.

Lac penitus exſiccantia.

Exſiccant verò lac in totum exſupradictis fortiora, vel ſi infanti mater lac ſugendum non præbeat, aut ſi linteamina frigida aqua madefacta mammillis apponantur. Sunt etiam mulieres ſatis bene valentes, nec plurimo lacte abundantes, quæ tamen, quia ob laſciviam aut luxum lactis moleſtias vitare cupiunt, remedia poſtulant, quibus exſiccetur, quibus etiam leviora dunta xat ſunt adhibenda. At ubiq; purgãtia vitanda, quia hæc alios humores à ſanguine educunt, hic verò ſolus ſanguis redundat,

De

De lactis concretione, morbo pilari, seu febre lactis.
CAPUT XXVI.

CONcrescit lac duplicitèr in mammis, interdum enim grumosum evadit, quod malum trombosis Græcis dicitur, Latinis grumefactio. Arabibus congelatio, & affectio est, quæ fit à frigido positivè, aut saltem ex defectu requisiti caloris, ut in nostra speculatione accuratius dictum est: interdum etiam lac in caseum convertitur, quod à calore semper fit; aut naturali, aut præter naturam; utroque modo est morbus in numero, seu magnitudine, alii ad excrementum mutatũ reducunt. Dicitur à plerisque febris lactis, vel malum pili, aut pilaris morbus, quarum appellationum origo ex infra dicendis apparebit.

Trombosis grumefact. 3 lib. 4. c. 11

Caseatio. Species.

Nomina.

Hujus mali internæ causæ sunt, lactis vel mammarum intemperantia calida, vel frigida, prout citato loco satis enodatum est: Caliditas enim exsiccando aut segregando id, quod tenue & serosum est, caseationem efficit: Frigiditas cogendo, & adstringendo facit, ut universa ejus substantia in grumos concrescat. Externæ verò causæ sunt edulia, quæ copiosè nutriunt, viscidum crassumq; sanguinem progignũt, & insuper cuncta ea, quæ naturali quadam vi, sanguinem cogere, & condensare valent, ut omne coaguli genus, cnicus, cinara, guttur gallinæ, flos cardui, ac devoratus pilus, qui si non concretionem lactis, saltem mammarum dolorem excitare, contemplatores animadvertisse scribunt, unde & nomen apud mulierculas retinuit Pilaris morbi, uni rariori causæ tribuentes id, quod à pluribus frequentius fit. Vocant etiam mulieres malum pili, & febrem lactis, cum ob lactis abũdantiam recentes puerperæ febres subeunt ac cruciatus.

Causæ.

Cognoscitur hic affectus, quia concretione mammę in trombosas quasdam durities, easque inæquales cum dolore tument, extenduntur ac turgent, facte nullo nec etiam suctu ab eis instillante: Durities verò illæ variis in locis elevantur, quia mammilla spongiosa cum sit & cavernosa, materia in ea contenta non potest liberè à loco ad locum fluere, quo fit ut variis in locis emineat. Quod si malum à causa frigida contingat, tumor adest gravis, dolor obtusus, sensus frigoris in mammis, præcessit victus ratio, temperatura, aut aëris constitutio infri-

Signa.

infrigidans; si à calida febris oritur, unde febris lactis etiam à fœminis nuncupatur, inflammatio adest, dolor major, tumor acutior, fervor papillarum, & partium circumstantium ac capitis cruciatus.

Prognostica Periculum est ne ex hoc malo inflammationes, dolores, tumores, & ulcera fiant, ut sæpe contingere animadvertimus: sed & insaniam ex lacte in uberibus concreto Hippocrates fieri scribit, quod Galenus, ut ipse in commentario refert, accidisse nunquam vidit, fieri tamen posse non negat, & rationem reddit: tamen versatissimus Andreas Alcacer Magister noster; & in Salmaticensi Academia publicus chirurgiæ Professor id vidisse mihi sæpius ore referebat, quod postea animadverti in sororia Simonis de Kœning Belgæ. Unde illud Guidonis prædictus Alcacer sæpissimè decantabat, pueri sumus in collo Gigantis, qui vidimus, quæcunq; ille videt, & aliquid amplius. Bracheli* etiam mulierem vidisse refert, quę quotiescunq; puerum lactabat, propemodum desipiebat, & alteram, quæ eo tempore semper capitis dolore affligebatur, quod certè fieri potest, quia lactis suctus reliquos etiam humores sæpe sursum avocat, si calidiores sint.

Historia.

Curatio. Curatur primò hoc malum victu modico, parum nutriente, tẽperato, & qui sanguinem minuere valeat, vel minimè augere: Ita in caseatione frigida vel parum calida conveniunt, in grumefactione verò ea, quæ moderati sint caloris, non intensi, ne major fiat attractio, nam ut alibi ex Aristotele cudimus, *quæ concrescunt à frigido, dissolvuntur à calido. & quæ concrescunt à calido, solvuntur à frigido.*

Victus.

Diversio. Secundò iis utendum quæ sanguinis cursum avocent, pro qua complenda operatione, sanguinis missio fiat ex pede, cucurbitulæ cum sacrificationibus applicentur, & crurum fiant ligaturæ ac frictiones.

Lac contrectum dissolventia. Tertiò ac præcipuè, præmissis evacuationibus universalibus, si corpus plenum sit, aut cacochymum, utendum iis, quæ ipsum affectum respiciant, hoc est, quæ materiam in mammis concretam dissolvant, ea autem, aut per os sumuntur, aut exterius applicantur. Simplicia igitur quæ lac grumosum solvunt, sunt mel, sal, crocus, myrrha, semẽ fœniculi, cymini, apii, radix fœniculi, eryngii, raphanus, fœnugræcum, althea, ex quibus sic fiat pulvis. *℞ seminis fœniculi ℥ i aniſi ℥ ß, apii, petroselini, agni casti an. ℥ i, coralli rubei, cornu cervi usti an. ∋ ij, sacchari duplum:* Potest addi pulvis salviæ siccæ, mentæ, virgæ pastoris, quo

Pulvis.

pul-

pulvere utatur in juſculis, & reliquis cibis, aut capiat mane ʒ i & ſuperbibat ʒ v ſyrupi, qui recipit *radicis Eryngii, fœniculi an.* ʒ i ß, *ſeminis apii* ʒ. i, *fol. malvæ, fœniculi an. m.* ß. *coquantur in lib.* ij *aquæ ad medias, colaturæ adde ſyrupi de quinque radicibus, oxymelitis an.* ʒ iii. miſce. Exterius adhibetur *mammis fotus ex decocto camamali. meliloti, fœniculi, anethi, fœnugræci,* ſeminis lini & abrotani; aut foveantur ex ſolo calido oleo, & ſuperponatur hoc. ℞ *farinæ, ſeminis lini, fœnugræci an.* ʒ ß, *olei ſeſamini, lini, anethi an.* ʒ i, *axungiæ gallinæ* ʒ i ß, *cum hydromelite,* fiat emplaſtrum. *Aut* ℞ *foliorum malvæ m. i. lentium p. i. coquantur, contundantur, & per cribrum extrahantur per ſe, aut addito ole. roſ. & axungia gallinæ, mammis* applicentur informa emplaſtri: majoris efficaciæ ſunt betæ folia oleo cocta, quoad contabuerint, præſertim ſi addatur farina fabarum cum oleo ſeſamino, vel violar. Mirificè etiam prodeſt apium hortenſe tritum & mammis impoſitum, aut farina lentium muria vel aqua marina cocta: Aut ℞ *mellis* ʒ ß, *ſtyracis, calaminthæ,* ʒ iii, *fellis bubuli* ʒ ii, *olei camomillæ* ʒ i, *myrrhæ, thuris an.* ʒ i. *miſce,* fiat emplaſtrum mammis imponendum: cui conſimile eſt aliud, quod recipit *aniſi calaminthæ, ſeminis apii, cumini, farinæ cicerum, betæ nigellæ, foliorum lauri an.* ʒ i, *myrrhæ* ʒ ß, *pulverizentur, & cum ſucco betæ* fiat emplaſtrum. Utile eſt etiam id quod paratur ex pulvere lapidis pyritis, ſeu marchaſitæ cum oleo roſ. & ovi albumine.

Topicæ.

Caſeationis curatio.

Quartò. Ubi in caſeum à calore lac convertitur, mammmæ foveantur poſca cum ſpongia vel filtro applicita, vel apponatur ſuccus ſolani, aut portulacę cum aceto, aut acetum cum oleo roſaceo vel violaceo agitatum, quibus addi poteſt farina fœnugræci, vel furfuris, deinde applicetur muſcilago fœnugræci cum cera: Aut hoc, ℞ *ſucci caulium, ſolani, coriandri an.* ʒ ij, *in quibus tepefactis linteum madefiat* & applicetur: Aliud conficitur ex foliis caulium contuſis, aut ſucco caulis cum myrrha & croco: Valent etiam furfures cocti cum aceto & foliis mentæ, braſſicæ vel halicacabi, aut cereviſia cum butyro calida admoveatur. Coagulum leporis cum aceto in cauſa calida, aut cum oleo tepido in frigida lac ex quavis cauſa concretum mirè diſſolvit, ac ſuccus herbæ, quam vocant morſum galli cum aceto & oleo. At ſi ob lactis copiam concretio fiat, ſenſim à perita aliqua fœmina ſugatur, poſtea jam dicta localia adhibeantur. Mamarum verò rugæ & flaccidi-tas curantur, ut rugæ ventris; *de quibus ſuprà egimus proprio* cap.

Quinto. Si mammæ in tumorem magnum attollantur, inflammentur ac doleant, admoveatur medicamentum quod recipit *unguenti rosacei, cerotti, santalini an.* ℥ i, *olei rosacei, camomillæ, an* ℥ ii, *misce*, deinde apponatur sequens cataplasma. ℞ *fabarum farinæ, orobi an.* ℥ ß, *succi chelidonii majoris, menthæ an.* ℥ ii, *olei liliorum, menthæ an.* ℥ ii, fiat cataplasma. Quod si dolor sit pungitivuus, argilla cum aceto mixta dolorē lenit ac dissolvit, aut ℔ *furfuris p.* ii, *florum camomillæ, meliloti an p.* i, ß, *farinæ fabarum* ℥ iii, *pinguedinis gallinæ* ℥ x, *croci*, ϑ ii *olei rosar. anethini an.* ℥ ii, *olei viol.* ℥ i. misce. Demum si ad suppurationem tendat, fiat cataplasma ex malvis coctis & contusis, addito butyro recenti, oleo ros. vitello ovi & croco, deinde curetur, ut cap. *de mammarum inflammat.* dictum est.

Scholium.

Et devoratus pilus] *Aristoteles ubera sic fungosa esse scribit, ut si in poculo pilum fortè hauserit mulier, dolor moveatur in mammis, nec cesset, donec pilus pressus sponte exeat, aut cum lacte exsugatur. Adstipulatur Plinius, qui cancrum fluviatilem marinumve illitum in mamma, vel carnes muricum appositas pilos tollere prodidit. Alzaravius idipsum non solum confirmat, verum etiam vidisse testatur, ejusque rei sensum esse dolorem ac ruborem mammillæ, febrem & capitis cruciatum, quæ omnia cessent, ubi pilus egreditur. Hanc fabulam prorsus commentitiam non esse credit Lusitanus Veiga, neque planè absurdum, vel epotum, vel cum cibo sumtum pilum ob sanguinis ad ubera confluxum & suctum continuum, ac partis laxitatem eò confluere. Vocatur hic affectus Græcis trichiasis, Latinis pilaris morbus, vel malum pili aut pilare, Hispanis fœminis* (Pelo) *quo nil in earum ore frequentius est: Atque his in totum Cardanus suffragatur. Rondeletius, tamen malum hoc ex pilo hausto nulla ratione fieri posse contendit, ac per meseraicas, epatis exiguos ductus, venam cavam, & axillares, ac denique per tot angiportus tenuesque anfractus ab ore ad mammillas pilum nequaquam duci, quin potius si devoretur, per inferiora cum fecibus alvi facilè delabi: Ab eadem parte stat Christophorus Veiga, & Mercurialis ubi hanc appellationem, in hominum opinionem, vacuam falsam ac superstitiosam irrepsisse sentiunt.*

Alexander Benedictus aliâ incedit viâ, & quanquam negat haustum pilum ad mammas devenire, tamen in ipsis mammis pilum gigni non inficiatur, haud aliter, ac in veteratis abscessibus ob varias humorum qualitates materiam

Quæstio. An pilo hausto lac concrescat, & mamma doleant.
1. Opinio. 7. de hist. an. 11. Lib 31. c. 10 14. pract. 8. 4. de locis 3.
2. Opinio. De variet. 44. De hist. as quat. c. de cantro.
5. varia, lect. 4.
3. Opinio. Lib. 1. c. 4.

riam in calculum, arenam, ligna, carbones, amurcam, & setas porcinis similes converti constat. Vnde Vesalius non verum pilum in mammis gigni, sed quippiam pilo persimile, sicuti in renibus, urinariisque meatibus filamenta gignuntur. Ego verò mulieres initio deceptas fuisse conjector, quia lac à fibris sicuti sanguis concrescit, & fibræ hæ pilos referunt, ideoque sibi persuasisse, à pilo concretionem fieri. Neque difficile fuit Aristotelem ab aliqua istarum mulierculârum, quæ id perperam retulit, circumventum esse, subindeque connumeratos viros doctos rei specie & viri autoritate ludificatos, in eandem credulitatem incidisse. (Nam & bonis medicis similitudines pariunt errores ac difficultates, inquit Hippocrat.) *Vnde vere Perseus dixit, nil tam absonum somniasse unquam febriculosum senem, quod Philosophorum aliquis non dixerit, neque ullum esse tam absonum mendacium, ut teste careat,* Plinius *affirmat. Cum his tamen haustum pilum ad mammas pervenire posse penitus non negamus, vidimus enim aciculam à puero 6. annorum devoratam, post decimum octavum cum 24. jam ageret annum per crus rubigine obsitam pullulare. Erat autem is Henricus Alvarus filius Francisci Lopezij Brandani, ad quem à matre consternata vocatus avunculus meus Emanuel Vazaus insignis medicus ac chirurgus Regius, quo temporis momento aciculam hauserat, quia vidit nullum inde symptoma aut malum suboriri, rem naturæ commisit sperans fore, ut per alvum rejiceretur, sed uti dixi post 18. annum cum jam res planè esset oblivioni tradita in crure apparuit: Verum hæc si quando eveniant, ex ijs sunt, quæ rarò eveniunt: Idcircò errat insana credulitas, quæ ubi malum mammarum in puerperis videt, pilum appellat, unicæ causæ eique rarissimæ tribuens, quod frequentius ab aliis provenit.*

4. Opinio Autoris sententia.

5. de fab. 18

6. Epid. circa fin.

Historia mira.

De lactis vitiosi emendatione.

CAPUT XXVII.

CUm lac quatuor qualitatibus præditum esse debeat, candore, dulcedine, odore, & substantiæ mediocritate, à quacunque earum deficiat, vitiosum judicatur, tametsi Belgicæ fœminæ, lividum præ cæteris commendant, tantum abest ut damnent. Dedit errori occasionē Arist. locus malè intellectus in lib. de hist. animal. quem nos alibi exposuimus. Laudant etiam in substantia tenue, quod inde

3. de hist. an Species.

desumptum existimo, quia fuscas nutrices, quibus subinde lac tenue est, cæteris præponunt. Est autem vitiosum lac symptoma in genere mutati excrementi.

Causa. Causa est vitiosus sanguis, jecoris, ventriculi, aut totius corporis intemperatura: prava victus ratio, aut animi motus vehementes, corporis nimiæ exercitationes, immodica Venus, potus aquæ aut cerevisiæ depravatæ, immodicus vini usus, cibi pravi, carnes putridæ, salitæ, infumatæ, porrum, allium, cæpe, corrupta olera, aromatum copia.

Signa ex lacte. Lactis probatio. Proditur lactis vitium ex ipso lacte, ex nutrice aut infante. Ex lacte, quia si linteum candidissimum in eo immergatur ac siccetur umbra, vitium refert, nam si fuerit lac biliosum, flavescit linteum, si melancholicum, nigrescit, si pituitosum, sanie inficitur. Exodore etiam, quia si lac calidum naribus applicetur, virus aut pravum nidorem percipies. Sapores etiam ut salsedinem, amaritudinem, acorem & insipiditatem gustus prodit: crassitiem & tenuitatem, lubricitatem & lentorem ungue & vitro probabis, prout cap. *de eligenda nutrice* dictum est: Si enim gutta ejus ungui instillata non defluat, nec veluti mel aut gluten adhæreat, lac bonum esse judicamus; sed & in hunc etiam modum probari potest, infuso lacti in vas vitreum, coaguli tantillum admiscetur, digitisque agitatur, ac postquam concreverit inspiciatur, num casei portio, quam seri minor sit, hoc enim lac inutile est, contrarium huic concoctu contumax, probatissimum quod utraque hæc habet mediocria. *Ex infante.* Jam verò ex infante cognoscitur lactis vitium, si in ipsius ore ulcuscula generantur, aut quantumvis uberrimè sugat non proficit, imò emaciatur, plorat ac vigilat. *Ex nutrice.* Ex nutrice, quia mammæ exulcerantur, & nomæ, sive depascentia ac serpentia ulcera in illis fiunt. *Prognostica.* Ipsa præterea nutrix intemperie aliqua afficitur, libidinosa, iracunda, aut ebriosa est: Itaque cum hoc malum nutricibus scabim, panos, & papularum eruptiones producat, ac mammarum exulcerationes, ut lachrymæ oculum mordent, & acria excrementa intestina: Infantibus etiam exitiosum est, quos in extremam sæpè perniciem ducit.

Curatio. Curatur sanguinis emendatione, quod fit primò optima victus ratione contraria humori peccanti, & in ea copia cibi adhibeantur, *Victus.* quæ probè conficiatur, ac nutrici & puero sufficiat, abstineat verò à suprà dictis cibis. Utatur carnibus, & sorbitionibus seu ferculis tempera-

peratis, ac cibis dulcibus. Potus sit vinum mediocre & odoratum, nam ut Paulus & Aetius prodiderunt, pravus lactis odor hujuscemodi vini potu emendatur. *Lic. 1. c. 41. Lib. 13. c. 36*

Secundò attemperentur humores iis medicamentis, quæ contrariam peccandi qualitatem sortita sint, quorum materiam, per genera reperies c. *de uteri intemperaturis*. Si acrius tenuiusque evaserit lac multis laboribus & exercitiis nutricem levare oportet, quæ non nisi emulso prius omni vitioso lacte, acri, crasso, vel fœtido, puero papillam præbeat. Potissimum verò acre jejunio infanti neutiquam exhibeatur, & nutrix balneis utatur aquæ tepidæ. Crassum verò ac pituitosum laboribus cibum præcedentibus extenuetur, & oxymelitis in potu usu, cum cibis verò conducunt origanum, hyssopus, satureia, thymus, & raphani modicus usus. *Attemperatio.*

Tertiò purgandum est corpus nutricis. Primum pleniori cathartico, benigno tamen, secundum humoris peccantis redundantiam, & qualitatem: Deinde per epicrasin ter quaterve in anno, medicamento, quod vel humorem seligat, vel leniendo vias abstergat, ut si quid crudum aut pravè elaboratum juxta jecur ac venas ejus consistat, excernatur, antequam majores venas conspurcare valeat. Paulus & Aetius purgationes in hoc casu prorsus reijciunt, præsertim si nutrices semper eo vitio laborent, dum lactant, quia cathartica amovent sanguinem à mammis, & minuunt, ac violentius consumunt lac. Conatur hosce autores interpretari Mercurialis dicens, si humores pravi lac vitient, excernendos esse, ac expurgandos; si tamen multi non fuerint abstinendum esse purgatione, quæ quidem interpretatio frivola omninò est, nam prædicti viri de lacte ab ipsis humoribus jam vitiato ibi loquuntur, potius igitur interpretandi de iis fœminis quæ intemperiem aliquam connaturalem habent, quæ humores pravos gignit, qui quantumvis expurgentur, denuò succrescunt, & tamen lac consumitur. At reliquæ quibus ascititia est intemperies, & humoris casu aliquo redundant, pugnanda sunt pro natura humoris, cassia, manna, sirupo, è rosaceo, aut violar. solutivo, aut conserva rosacea aut viol. rhab. agarico aut certè apozemate, ad humoris naturam concinnato, sicuti cap. cit. abundè reperies. *Purgatio. Quæstio an purgatio conveniat ad expurgationem lactis vitiosi.*

Qua ratione tractandus infans recens natus.

Caput XXVIII.

AD obstetricem etiam seu potius nutricem ac puerperam scire pertinet, qualiter nuper natus puellus sit tractandus, quo cibo alēdus, & quibus remediis, infantilibus ægritudinibus, iis nimirū, quibus jam affecti in lucem veniunt, aut illico à partu corripiuntur, sit obviandum, quod propterea ultimo loco docendum fuit; ad hæc enim rarò medici accersuntur, & si de iis consulantur hæsitant; indignum autem fuerit, ut quos ipsi curare non audent, à mulierculis sæpissimè curatos videas, aut si nullā opem à medicis consecutæ puerperæ mu- 10
liercularum consilio ductæ, suos partus in perniciem crebrò deducant.

Vmbilici sectio. Igitur edito in lucem infante, illicò umbilicus resecandus spacio trium digitorum à corpore, deinde obligandus in parte inferiori, in superiori verò, ubi resectus fuerat inspergendus æquis portionibus pulveris de bolo arm. sanguinis Draconis, sarcocollæ, myrrhæ, & cumini; tunc lana molli oleo olivarum intincta obligetur, deinde à nutrice, vel obstetrice, cujus ungues sint præsecti, aqua tepida totus abluatur, & oleo prædicto ungatur, ut cutis firmetur contra frigus, fumum & similia.

Partium contrectatio. Nares etiam leniter aperiendæ & inspiciendum, num virgæ foramen sit apertum. Vesica etiam demulcenda, ut minori negotio urinam reddat, aut oleo amydgal. dulcium pubes perungenda. Oculi insuper tenerimo linteo aut serico abstergendi. Anus contrectandus, quo citius ad egerendum alvus provocetur, quod maximi interest, quia in pueris recenter natis manet in ventriculo portio sanguinis mēstrui, à quo in utero alebatur, quæ inposterum epilepsiam, variolas, & alia funesta mala generare solet, & à fœminis Hispanis dicitur (*ferrado*) Italis impropriè (*colloſtro.*) Et ut expurgetur, ubi primum in lucem veniunt, antequam lac gustent illis exhibendum est pauxillum mellis favi aut virginei, aut mixturæ quæ recipit prædicti mellis ℥ ß butyri recentis ℥ ij myrrhę ℈ ß misce ac detur infanti, non verò theriaca aut mithridatium, quod pleriq; faciunt medici, ac obstetrices, quia horum fortiores vires tenellus non circa nocumentum tolerat, ut nos

ali-

alibi notavimus ex Aldereto, atq; hæc causa est, ob quam Paulus infantem recens natum melle primum nutrit, deinde lacte, aliæ per integrũ diem à partu solam exhibent mixturam ex syrupo viol. & ol. amygd. dulc aut butyro recenti. Quod si fortè non adsit nutrix, nec alia fœmina, quæ puerum tribus diebus primis lactet, satius est quam à matre sugere prædicta mixtura cibari à partu toto triduo aut quatriduo, quo tempore jam lac purum censetur: nam si cõtingat infantem ante hoc tempus lac matris suxisse, colloſtratus fit puer, & curatur eadem mixtura. Est autem colloſtrum impropriè sive ferrado, uti jam diximus, excrementum illud cruentum, piceum vel nigrum, quod experimento constat in ventriculo pueri recenter nati reperiri, & illicò cum nascitur, aut saltem intra diem naturalem emitti aut alias perire, aut epileptico morbo affici: sed experimento etiam compertum est, si ante partum eijciatur certissimum esse abortus indicium. Colloſtrum verò propriè dictum, est lac puerperæ tribus primis diebus confectum ex menstruo futuro sanguine, non tamen adhuc bene repurgato. *Colloſtrum*

Sed jam ad puerum revertendo custodiatur inprimis ab immodico calore vel frigore. Et postquam umbilici pars deciderit, id quod plerunque à tertio aut quarto die fieri solet, conspergi residuum debet cinere cochlearum, aut plumbi usti, aut ex unguibus vituli, deinde molliſſimis ac leviter calefactis linteis involvendus, molliſſimeque ejus membra contrectanda & unumquodque suo loco rectè ac non cõfusè neque distorte collocandum, idque non semel in die sed sæpius: Quemadmodum enim tenellæ arbores, prout rectæ aut contortæ educantur, sic eandem formam adultæ tenent, ita etiam infantes si rectè ac legitimè involvantur rectis membris ac recto corpore crescunt, contrà, si curvati aut contorti. *Similitudo*

Sunt igitur membra tepida ac temperata manu explicanda, extendendaque crura & brachia, & utrinque juxta latera deorsum versus usque ad summos pedis digitos deducenda, ut roborentur magis hæ partes, & rectæ jacere consueſcant, imò multis in locis, quo id melius consequatur, manus & brachia infantis per 15. ferè dies intra linteamina involvuntur ac subligantur, ut suis contineantur locis, ne dũ tenellus eas partes movet, dislocentur. Lavari debet infans bis aut ter quotidie, hyeme aqua calida, æstate tepida, nec diutius in aqua retinẽdus quam dum corpus incalescat, & incipiat rubefieri, curandumque *Extenſio membr.* *Lotio.*

est

Convolutio est, ne inter lavandum aquam naribus accipiat, quia auditui nocet. Lotus infans, & abstersus, linteis mollissimis, ut diximus, excipiatur, ac pronus in gremium inclinetur, tergumque usque ad pedis digitos nutrix mulceat, ac ut supra dictum est involvat, ac guttam unam vel alteram ol. amygd. dulc. naribus instillet; tunc exhibita mammilla parum lact'is sugat, ac interim cantilenis & hilari vultu, somnum ei conciliet, ac tandem in cunis sic infantem nutrix collocet, ut caput sit reliquo corpore altius quo excremētitii humores à cerebro in subjectos canales facilius deriventur.

Decubitus. Cubiculum sit temperatum ad calidum tendens, quamdiu verò lactatur, nec cibo utitur solidiori, in dorsum recumbat, quo tutò quiescere possit infans: Est enim dorsum tanquam in navi carina totius corporis basis ac fundamentum. In latera enim si decumbat periculum est ne ossa mollia adhuc, & laxioribus vinculis nexa sub reliquo corpore extorqueantur, ac gibbosus evadat. At cū jam dētire incipit, simulque solidiori vesci cibo, quo tempore ossium compago solidescit, tunc sensim nunc in hoc, nunc in illud latus decumbere assuescat. In cunis verò dum jacet, supra caput vimineum arcum, aut aliam materiam pannis velatam, aut exiguum conopæum subtendere oportet, quæ vagos & incertos puerilium oculorum motus contineat, stabiliat, & dirigat, ne aut visus adhuc debilis defatigetur, aut puer anxius in hanc & illam partem oculis lumen quærat; quippe sic, si in unam solum partem pertinaciter diu oculos contorserit, luscus evadet, vel oculis tremulis & assiduè nictantibus, si in multas & varias partes oculos vibret: Frequens enim contorsio vibratorum oculorum in naturam abit, & habitum contrahit: Idcircò cunabula in plerisq; locis viminea parantur ad hāc formā Subinde lusca nutrice, solet etiā alumnus luscus evadere. Nam utubiq; corpore ita oculus humidus & mollis infans est, qui continuo inspectu facilè contrahit illam inspiciendi consuetudinem, quam postea mutare nequit, roboratis jam musculis duobus, qui ad hirquos, hoc est, majorem & minorem angulum oculos adducunt, qui motum antagonistarum musculorum facilè vincunt. Sic pueri scævolæ evadunt, dum inertia dextram manum languere sinunt, sinistram usu roborant, nec inficiamur parentum hæreditario vitio id sæpè fieri, utcunque tamen contingat emendatur ligatione sinistræ manus. Porrò initio infantulo bis in die aut ad summum ter papilla exhibeatur quoad expeditius & alacrius sugat.

Cunabula qualia.

Scævolæ.

Quam-

Quam diu lactandus puer, & quæ ratio parandæ pulticulæ.

CAPUT XXIX.

LActe vescuntur infantes octodecim mensibus, alii viginti, communiter autem abundè fuerit biennio lacte nutriri, inde ad cibos solidiores transgredi, tunc enim fetè omnes dentibus instructi sunt, ac videtur natura solidius alimentum expetere, ideoque tunc temporis cibo communiter delectantur infantes, oblatoque vescuntur avidius. Exertorum igitur dentium terminus, oblationis initium esto, qui tamen omnibus idem non est, nam aliis tardius, aliis temporius exeruntur, non in alium finem nisi ad mandendum, antea verò si solidiori utantur infantes alimento, multis à cruditatibus morbis fiunt obnoxii, quia infirmus eorum adhuc ventriculus debita caret ciborum præparatione, quæ in ore fit, qua nec viri citra noxam carere possunt. Itaque biennio transacto, dentibus proruptis, & puero appetente, solidiori cibo incipiat vesci, sine quo appetitu, etiamsi dentes & anni adsint, ablactandus non erit, nam quæ citra appetitum ingeruntur, ne viris quidem proficua sunt: Subinde si imbecillus sit, & tenera ac debili valitudine, ablactari non debet. At ubi tandem ablactandi tempus fuerit, nutrix illum ad papillam rarius admittat, quo sensim dissuescat, tunc amaris acribusve oblinatur papilla, aloe, absynthio, sinapi & similibus, ab eorum tamen immodico usu cavendum, ne labia & gingivæ inflammentur, quod interdum fit; Vidimus etiam quosdam, qui melle potius ac dulcibus, mammillis admotis, quam amaris ablactati fuerunt. Cæterum interim dum lactatur, pulticula concinnetur, quæ viribus & consistentia lacti non sit dissimilis, nec coctu aut distributione difficilis, qualis est quæ paratur ex frumentacea farina, quæ reposita in fictili olla nova prius fuerit, ac in clibanum immissa, ibique tantisper relicta, donec panis, qui una immissus fuerit, coctus extrahatur, sic enim visciditatem deponit, & minimè cruda est: probatur tamen magis quæ conficitur ex medulla albissimi panis tyrocneste probè scofinati, ac deinde aqua cocti superaddito oleo vel butyro, pulvisculo anisi, & saccharo in æstate, melle in hyeme, quæ coquitur ad aquæ consumptionem:

Ablactandi ratio.

Pulticula.

Sufficienter autem cocta esse, cognoscitur, cum oleum vel butyrum supernatare videtur, atque hæc per Hispaniam totam est in usu. Septentrionales cerevisia utuntur, quæ leviter bullierit cum panis frustulis, butyro & saccharo, vocant (warm Bier) qua sanè pulticula pueri bene nutriuntur, obesi evadunt & rubicundi. At quæ ex cruda paratur farina obstrictiones gignit, tormina, vermes & calculum. Quamdiu verò lac nutrici abundat, utilius fuerit eo solo infantem nutrire, imò multi visuntur, qui lacte contenti pulticulam respuunt, nec ante trimestre admittunt. Et é converso alii, qui post semestre non pultibus solum, sed solidioribus etiam cibis vescuntur, Imò Belgæ mulieres cõ- 10
muniter per annum duntaxat lactant infantes, plures etiam per novem menses.

Belgarum mos in lactandis infantulis.

De morbis qui recenter natis contingere solent.

Caput XXX.

Scabies.

Qui capite & toto corpore scabiosi sunt infantes, qui multam ore & naribus pituitam fundunt, qui alvo abundè dejiciunt, nisi id ex abundantia alimenti proficiscatur, sani & validi futuri

Repletio.

sunt, ideoque nihil adhibendum. Verum si id ex nutrimenti copia proveniat, cuius rei notæ sunt, quod somniculosior statim & segnior evadit, venter intumescit, inflaturq;, suspiria hypochondriis distentis tra- 20
hit, urinæ sunt aquosiores, quod malum Hispanæ vocant (ahito) Germanæ (Hertzspan) nihil exhibere oportet, donec cibos prius ingestos consumpserit; tunc verò pulticula paranda ex recenti butyro, saccharo & pulvere sesamino, aut pæoniæ; quod si una alvuus sit suppressa

Alvus suppressa.

suppositorium adhibeatur ex melle, per os verò assumat sirupum ex pluribus infus. viól. aut pauxillum mannæ; Venter perungatur oleo amygdalarum dulcium, aut super umbilicum hoc cataplasma apponatur, quod recipit aloes ʒ i. Ellebori albi & nigri an. g. xv. cum felle bubulo incorporentur, ac super gossypium magnitudinis volæ manus umbilico applicetur calidum, quod etiam vermes necat. Aut ℥ *fermenti* ʒ ii, *oleiro sacci* ʒ i, *vitellos ovorum numero* 2. probè omnia misceantur, & cum lana aut gossypio pars una umbilico, altera dorso è regione ventriculi applicetur, mirificum esse scio contra hasce repletiones, 30

& et-

& etiam bimulis tutò applicari. Contingunt etiam pueris clamosa tormina ex cruditate, his medendum imposita ventri lana succida oleo camæmali calido imbuta, & lingat infantulus superius scriptam pulticulam. *Tormina.*

At ejulantes pueri quatuor placantur modis, papilla exhibita, agitatione in cunis, cantilenis, & linteaminum mutatione. Non sunt tamen vehementius agitandi ne lac recenter suctum corrumpatur, neque quavis alia ratione volubiliter concutiendi, aut curru vehendi, quia ex evectione periclitantur multi ob prædictam causam, quin etiam à violenta concussione aut casu, sæpe muti evadunt, quod cognoscitur, si, qui antea ad ea quæ dicebantur moveri solebant, quasi audirent, ab externa voce aut sono non amplius afficiuntur, qua quidem ratione muti à casu distinguuntur à mutis à natura. Cæterum à clamore pueri in totum arcendi non sunt, nam sic pulmones & pectus dilatantur magis, calor nativus fit vegetior, cerebrum, nares, oculi, & os fusis lachrymis expurgantur, non tamen diutius aut contentiosius clamare sinantur, ne ramex intestini in scrotum decidentis fiat, quæ enterocele dicitur, aut ipsius omenti quæ vocatur epiplocele: quod si ex ploratu circa inguinũ partes interiores tumores fiant aut tale quippiam, curatur appositione cataplasmatis ex semine ameos & luteo ovi, aut ex farina lupinorum vino macerata cum myrrha, aut ℞ *aluminis* ʒ x. *gallarum* ʒ v. *cum vino rubeo coquantur ad spissitudinem*, & applicetur. Vermes in infantium intestinis ante solidioris cibi usum rarò enascuntur. Si tamen nasci contingat exhibeantur, gran. iij. lapidis bezoartici, aut cornu cervi usti, vel ʒ ii confectionis smaragdinæ, vel de hyacintho in uncia aquæ portulacæ, vel tãtillum aloes, sive rhabarbari in cochleari lactis nutricis, podex verò inungatur lacte & melle; & nutrix caveat à cibis, qui facile corrumpuntur. *Ejulatio.* *Muti.* *Admonitio.* *Tumores inguinum.* *Vermes.*

Inspiciendum præterea est num lingua pueri inferiori maxillæ adhæreat interventu adstrictioris pelliculæ quod vitium frænum appellatur, & virili etiam glandi contingere solet, Latinis in lingua ligatio dicitur, Græcis ancinogloſſon, Neotericis filum seu ligamentum, ac recenter natis si arctius sit non solum loquelam impedit, verum etiam suctum. Curatur à principio incisione aut lanceola aut ungue acutiori seu nummi alicujus acie, cavendo tamen à venis ac musculis ibi latitantibus, postea mellis rosacei adhibitione, securius tamen fuerit diffuere quam repentè præscindere. *Frænum.*

Vlcera seu fissura.

Porrò ex acrimonia urinæ vel sudoris ulcera fiunt, seu fissuræ inter coxas & sub axillis ac in aliis juncturis à parte interiori, vel in collo, quæ facile curantur unguento ex æquis portionibus cerussæ & olei rosar. aut alio concinnato ex albo lithargyrii ac de tucia. Phlogosis verò seu rubedo partium, quæ ab eadem causa fit, solo lactis aut ptisanæ cremoris illitu sanatur.

Rubedo.

Vlcera alia

Sed & alia ulcera rubea vel livida quæ per totum infantis corpusculum paulò, post quam in lucem veniunt, interdum visuntur, contracta ex matris calore aut nutrimento calido, foveantur decocto rosar. myrthi, fumarię & tamarisci, deinde curentur præfatis nuper unguentis, & lac maternum corrigatur. Contra postulas & ulcuscula oris, quæ aphthæ dicuntur, & ex acrimonia lactis contrahuntur, valet succus mori austeri, lactucæ, solatri, vel portulacæ cum paxillo myrrhæ, & corticis thuris, vel cum sumach & alumine, quorum tamen nihil deglutiat infans, sed cum penicillo intincto partes tangantur, addito interdum melle rosar.

Vlcera oris.

Insomnia terrifica.

Terrifica insomnia ex abundantia alimenti proveniunt. Curantur attenuatione lactis, nec statim à cibo in cunis reponantur, sed exhibeatur lingendum tantillum sirupi viol. mellis virginii, aut electuarii diamusci, confectionis liberantis, pliriscarcoticon, aut theriacæ smaragdinæ, & fronti applicetur oleum violar. cum aqua lactucæ & croco, naribus instilletur oleum violar. cum pauco aceto.

Mater puerorum.

Eodem planè modo curatur illud aliud malum, quod mater puerorum vulgò dicitur, simile epilepsiæ & fit ex cruditate & imperfecta concoctione cum plus lactis infans assumit, quam possit concoquere. Cognoscitur ex frequenti inter dormiendum ploratu, vigilia, calore ac fœtente halitu, unde multi vermes subesse autumant, cui malo occurritur, si præter ea, quę diximus, emendetur etiam nutricis lac. Item contra epilepsiam collo appendenda radix pæoniæ, & corallum rubeum: In nares instillandum oleum de castoreo aut de costo: Per os exhibenda pulticula ex butyro recenti, melle virgineo, pulvere radicis pæoniæ & coralli; vel tantillum confectionis smaragdinæ aut diamusci, aut electuarii pliriscarcotici, vel g. v. lapidis Bezoartici orientalis cum aqua pæoniæ, aut ʒ ß coaguli leporis cum mulsa, quo die lac non sugat.

Epilepsia.

Ani prodidentia.

Sedis procidentiam curat fomentum ex decocto myrthi, ros. rub.

rub. cornu cervini, aluminis, balaustiarum, nucum cupressi, gallarum, tapsi barbati. Pro tremore artuum tota spina dorsi inungatur linimento, quod recipit olei nardini ℥ i ß, olei rosar. ℥ ß misce. Pro difficultate mingendi, inguina & venter liniantur juxta ignem oleo lumbricorum & amygdalar. dulcium. Debilia membra roborat ablutio ex lotura vasis in quo panis fuerat pistus, aut decoctione rosar. masticis, fœnugræci, valerianæ, mentastri ac similium.

Artuum tremor.
Difficultas mingendi.
Artuum debilitas.

Quoniam tamen hic non instituimus singulos puerorum morbos fusius percurrere, his duntaxat præmonstratis, adversus vitia recenter natis obvenientia, quorum ad nutricem curatio pertinere videtur, de reliquis Deo bene juvante, tractationem seorsim cogitamus.

FINIS LIBRI QVARTI.

INDEX EORVM QVAE NOTABILIORA CONTINENTVR IN HAC SECUNDA PARTE.

Pag. Lin.

Abortus qua affectio 461. 31.
Abortus causa 462. 9.
Abortus cura in præservatione tota sita est 464. 13.
Abortus etymologia 461. 31.
Abortum facit coitus post 7. mensem 463. 8.
Abortus futuri indicia & prognostica lb. 17.
Abortus fœminarum primis mensibus, marium ulterioribus magis accidunt lb. 34.
in Abortu magis, quam in legitimo partu periclitantur fœmina 464. 1.
Abortus qui minorem projecit infantem salubrior est matri 433. 17.
Abortus, efflxuio, deperditio, falsum germen, & partus illegitimus qui differant 462. 1.
Abortus si ex humorum copia proveniat signa, & præservatio. 464. 34.
Si ex laxitate ligamentorum 465. 12.
Si ex causis morbosis ante conceptionem adhibenda præservatio 464. 14.
Si ex causis externis fiat 466. 15.
Acetum topica scyrrhi medicamenta ingrediatur 131. 16.
Aceti evaporatio super lapidem pyritem, aut molarem ad quid conferat 132. 26.
Acetum uterum ac nervosas partes offendit 173. 22.
Aceti vapor lienosis utilis 213. 7.
Acetum fœmineis ac rheumaticis capitis doloribus non convenit 230. 7.
Acetum ventri puerperæ cui multus fluit sanguis non applicetur 486. 24.
Aceti fax apposita lac exsiccat 525. 11.
Acicula devorata post 18. annum per crus rejecta 531. 14.
Acrem humorem attemperantia 64. 4.
Acrocordones 321. 24.
Actio quælibet tripliciter vitiatur 13. 3.
Acuti morbi definitio 432. 18.
Acutus morbus non semper cũ febre est lb. 21.
Acuti morbi in prægnante causa ibid. 23.
Acutus morbus gravidis nunquam sine periculo Ibid. 21.
Admonitiones in curatione profluvii menstruorum observandæ 51. 36.
Admonitio ad magistratus de puniendis lenis 368. 8.
Adstringens decoctum 459. 10.
Adstringentibus frigidis nisi magna urgeat necessitas in puerperis non utendũ 486. 30.
Adstringentia medicamenta 500. 1.
Aeris præparandi ratio in calidis affectibus 202. 23.
Aer frigidus utero semper inimicus 275. 11.
Aetii lapsus & Alloeuresis 165. 35. & 321. 14.
Æstiomenon 342. 19.
Ægyptii quo remedio post vehementem pestilentiam multos produxêre fœtus 353. 5.
Ætites lapis sive aquilæ partũ accelerat cruri alligatus, brachio verò, retinet 476. 23.
Africus sive australis ventus monstrorum causa. 399. 2.

Africa

INDEX.

Pagin. Lin.

Africa semper nobis aliquid mali adfert 1b. 3.
Agrippæ dicuntur qui in pedes prodeunt, & malum portendunt omen 469. 10.
Agnacæ ad venerem mira vis 394. 25.
Albatara sive farfus quid 277. 8.
Alba purgamenta ex utero prægnantis 431. 2
Albarum humiditatum fluor sive alba uteri purgamenta 85. 10.
Alcorsa quid 165. 16.
Aldereti bolus celeberrimus quod medicamentum per totam Hispaniam dicatur 191. 31.
Alderetus celebris Salmanticæ professor Ibid. 32.
Alderetus quo experimento ad sterilitatem deprehendendam utebatur 352. 13.
Aldereti contra sterilitatem remedium 351. 6
Allium hortense mirè uterum reficit, menses ciet, & conceptum juvat. 24. 33.
Allii hortensis pessus Ibid. 34.
Aloia qualis potus 377. 20.
Alratica, sive ratica quid 1. 4.
Alteratricis facultatis debilitas ab humida intemperie sæpe fit 37. 35.
Alvus suppressa infantium 538. 24.
Alvi suppressæ causæ, & curatio 422. 24.
Alvus suppressa in prægnantibus periculum minatur ib. 25.
Amatorius ardor melancholiæ symptoma auget 187. 3
Amor genituram conciliat 360. 17. & 387. 13.
Amygdalæ facilè incenduntur 202. 10.
Amygdalatum ex seminibus frigidis Ibid. 9.
Andreas Valcacer medicus & chirurgus insignis 115. 24.
Angusta redduntur uteri vasa sex modis 13. 35.
Anguium senecta partum maturat 476. 20.
Anime gummi 118. 30.
Aneurysma quid 199. 3.
Anodina in mensium difficultate 60. 15.
Anodina in ulceribus uteri 61. 20.
Anodina frigidam affectionem calefaciunt calidam refrigerant 74 16.
Anodinorum medicamentorum historia 235 14.
Anodina quovis tempore adhiberi possunt Ib. 27.
Anodinorum naturæ, vires, & encomia ibid. 31.
Anodina in corpore pletorico distentionem & dolorem augent ibid. 30.
Anodina acrimoniam retundunt, & materiam discutiunt, si pauca est. ibid. 35.
Anodinorum externorum leges, & formulæ variæ 236. 8.
Anodina intus sumenda 237. 27.
Antillus autor 53. 19.
Apozemata Græcis & Latinis cognita fuerunt 73. 16.
Apozema singulare in epilepsia 180. 4.
Apozema sumendum ijs, qui fistulas aut ulcera patiuntur 335. 5.
Apnœa uterina ab uterina strangulatione qui differat 172. 18.
Appetitus rerum extranearum unde 224. 5
Appetitus minor æstate quam hyeme 414. 28
Appetitus rerum similium & dissimilium qui cognoscatur 412. 19.

Ap-

Pag. Lin.

Appetitum destruit calor & humiditas 414. 26.

Aquæ aluminosæ utilitas 146. 19.

Aqua fortis *Ib.* 22.

Aqua hirundinum ad epilepsiam 182. 9.

Aqua Langii ad epilepticos *Ib.* 12.

Aqua cotis magnos curat lienes 218. 13.

Aqua cinnamomi 237. 31.

Aquæ vitæ seu theriacalis diversæ descriptiones ad flatus discutiendos, & sedandos dolores *ibid.* 33.

Aqua quæ ab amputatis vitibus stillat, ad quid utilis 243. 26.

Aqua marina, salita, aluminosa, aut lixivio ulcera abluantur 330. 25.

Aqua lanphranci qua ratione paretur 325. 32.

Aqua frigidæ potus 203. 16.

Aqua destillata ad ulcera, & mundum muliebrem 336. 9.

Aqua caponis stillatitia 407. 21.

Aquæ frigidæ coctæ haustus in calida ventriculi intemp. utilis. 416. 24.

Aquæ simplicis coctæ, & postea infrigidatæ haustus calidam ventriculi intemperiem curat 126. 27.

Aquæ ante partum profusio unde 430. 25.

Aqua profluentis ex utero prægnantis causæ ibid. 28. *signa ibid.* 32. *& curatio* 431. 6.

Aquæ frigidæ potionem septem impediunt 205. 16.

Arabum error de uteri inflammatione 290. 25.

Arcta membrana non semper ad divortium satis est 366. 8.

Pag. Lin

Ardor & caliditas uteri à medicamentis contractæ quibus mitigetur 25. 10.

Aretei optimo de pulsatione arteriæ dorsi 199. 4.

Aromata omnia deobstruunt, & menses ciēt 19. 10.

Armilla ad continendum uterum in sua sede 272. 30.

Ascensus uteri 273. 14.

Ascensus uteri ab ipsius uteri strangulatione quid differat *ib.* 25.

Ascachilon 342. 20.

Atrabilis fœci vinariæ similis 143. 29.

Atretæ sive velatæ 1. 10.

Attenuantia qualia 70. 1.

Attenuati humores ut dignoscantur 209. 14.

Auditu illæso reliqui sensus externi in suffocatis vitiantur 170. 1.

Avicennæ error 198. 6.

Avicennæ lapsus in cauda & nympha curatione 278. 23.

Avicennæ, Aetii, & Moschionis error magnus de exsecando vivo infante 477. 3.

Aurelianus medicus 242. 20.

B.

Balanum 52. 34.

Balneum extenuatis utile 263. 16.

Balneorum genera tria *ibid.* 23.

Balnea naturalia exsiccantia in diversis regionibus Europæ 379. 8.

Balsamum Indicum 94. 13.

Bangua semen, & folia Indi edunt, ut fiant salaciores 394. 28.

Brachelii lapsus de bilis attenuatione 69. 29.

Bellaria omnia nocent siccæ uteri intemperaturæ

INDEX.

	Pag.	Lin.
cura	262.	29.
Belgæ mulieres lividum lac laudant, & fuscas nutrices	518.	19.
Bilis vitellinæ quibus medicamentis purganda	42.	21.
Bilis tenuis cum sit, cur initio non expellatur	74.	7.
Bilis preparatio & purgatio	265.	11.
Bolus Aldereti	191.	31.
Boli ex terebinthina	102.	15.
Borax officinarum à proprietate partum facilitat	476.	5.
Brodium Italorum	202.	6.
Bulbi venerem proritant	390.	7.

C.

Cephalea, Hemicrania, & Clavi sive monopagiæ differentia	229.	30.
Cæsaris nomine Scipio Africanus primus insignitus	456.	18.
Cæsareus partus, vide Partum Cæsareum,		
Cæsarei partus definitio & indicia	456.	15.
Calida ne an frigida in gonorrhœa conveniant	109.	25.
Calculi uteri quales, eorum causæ, figuræ, curatio	348.	5.
Calculus à frigido efficiente non fit, tametsi à calido juvetur	ibid.	21.
Calculi uteri manuali opere extrahendi modus	349.	5.
Calculus vesicæ rarius fœminis quã viris contingit, & quare: Eius curandi modus	ib.	20.
Calida sunt in secundo gradu quæ sensibiliter corpus humanum calefaciunt	258.	11.
Calidæ uteri intemperiei signa, & curatio	6. 26. & 264.	10.
Calida cur nigriora	ib.	14.
Calidus humor clementissimis medicamentis expurgetur ne excandescat	265.	28.
Caloris nativi proprietas	73.	13.
Calli illisio fit medicamento, ferro, aut igne	335.	18.
Camphora venerem extinguit	103.	10.
Cancer emollientia & scissionem respuit	134. 244.	
Cancri futuri signa	135.	10.
Cancros curare quidam gloriabatur, cum potius zaratanos curaverit	138.	36.
Cancer, sive carcinoma mammarum	ibi.	8.
Cancer tumor cur sic dicatur	ibid.	12.
Cancer cum dolore est	ib.	17.
Cancri occulti qui dicantur	ibid.	24.
Cancer occultus curationẽ non admittit	ib.	30
Cancer verus paleativis medicamentis duntaxat gaudet	143.	14.
Cancri definitio, causæ, signa, curatio	142.	8.
in Cancro ulcerato topica	146.	1.
in non ulcerato	145.	17.
Cancri & carbunculi differentia	144.	5.
Cancri materia est humor melancholicus qui jam efferbuit, & iterum refervet	ibid.	3.
Cancri paleativa medicamenta	145.	16.
Cancri animalis pulvis cancro tumori prodest	146.	17.
Cancri curandi variæ rationes & modi	ib.	3.
Cancri materia, quis humor	148.	33.
Cancri non ulcerati definitio	307.	30.
ulcerati	ibid.	32.
Cancri uteri causæ,	308.	10.
signa	ibi.	20.
prognostica	ibid.	35.

	Pag.	Lin.
& curatio	309.	11.
in Cancro uteri topica	310.	11.
Cancri uteri ulcerati remedia	16.	35.
Cancer tumor an sit contagiosus	149.	25.
Cancro ulcerato pinguia non conducunt quia putrefaciunt	311.	8.
Candenti ferro in mammis cur non utendum	126.	24.
Capitis dolores ex utero	229.	7.
Caput humano corpori est veluti tectum domicilio	229.	14.
Capitis doloris ex utero causæ, signa & curatio	ib.	10.
Capitalis pileus	230.	15.
Capitis dolor ex usu lixivii	228.	11.
ejus curatio	230.	23.
Capitis dolori habituali roborantia potissimum conveniunt	231.	7.
Capitis doloris reumatici, & habitualis curatio	ibid.	20.
Cephalea, hemicrania, & clavi sive monopagæ differerentiæ	229.	30.
Capparorum conditorum usus	211.	19.
Cardiacus morbus sive cardialgia	224.	16
Caranna gummi	94	14.
Casei tremuli usus	262.	16.
in Casibus fortuitis viri fœminam, & fœmina maritum participes esse decet	366.	16.
Castoreum semen extinguit	103.	8.
Catharina Rodriguez authoris coniux	487.	27.
Cataplasma frigidum adstringens, & calidum	65.	1.
Cataplasma mirificum in inflammatione jecoris ac ventriculi	508.	14.
Catulus, columbusve, aut pullus vivus per spinam dissectus, ac cerebro appositus delirium sedat, & somnum prolicit	510.	17.
Cauda & Nympha differunt	278.	2.
Caumarefrigerantia	204.	11.
Causticum ad mammarum strumas	126	33.
Causticum juxta positum	320.	22.
Caustica citra dolorem carnem exedentia	279.	1.
Cauteria actualia tutiora	183	1.
Cauteria aurea, & argentea, æreis ac ferreis præferenda	ibid.	2.
Cauterii usus quinque	ibid.	7.
Cauterium	ibi.	1.
Cauterium actuale qui fiat	ibid.	30.
Cauterium potentiale ex quibus continetur	184.	10.
Cauterii apud Italos frequens usus	ib.	22.
Cauterium quincuspe	183.	21.
Cauteria actualia locum roborant	ibid.	8.
Celsi lapsus de capitis futuris	227.	17.
Cerebri corpus exanime est, & insensibile	229.	18.
Cerebella passerum & columborum Venerem cient	389.	15.
Cerevisia cum pane, saccharo, & butyro nostris respondet panatellis	445.	5.
Cerevisia Hamburgensis hic gignit	522.	22.
Chalybis usus, & eius præparationes variæ	215.	31.
Chalybis assumendi modus	316.	18.
Chalybs in se duplicem habet sulphurem ac Mercurium	ibid.	10.

Pag. Lin.

Chalybis trochisci ib. 16.
Chalybis sirupus simplex & compositus ibid. 35.
Chalybis confectiones 219. 20.
Chalybis usus utilis virginibus, quæ extraneis cibis delectantur 218. 2.
Chalybs potabilis 16. 12.
Chalybs in pulvere ib. 14.
in Chalybis assumptione admonitiones ibid. 30.
Chalybs quo tempore anni sumendus ibid. 32.
& quo dierum termino 219. 31.
Chalybs nimis minuta trituratione in argentum vivum transit ib. 13.
Chalybis ritè triturati indicia ibid. 15.
Chalybis completæ operationis signa ibid. 32.
Chalybis & ferri historia naturalis 220. 9.
Chalybis virtutes ibid. 27.
Chirurgia modi tres in strumis mammarum 126. 9.
Chirurgia in zaratano sive non exquisito scyrrho 139. 12.
Chirurgia in Nymphæa 279. 15.
Christophorus de honestis 220. 26.
Chymica auxilia cancro ulcerato reliquis non proficientibus solent esse utilia 311. 26.
Cibi fastidium parit calor, & humiditas 414. 27.
Cibi fastidium in prægnantibus unde ibid 33.
Cibi fastidium prægnantibus magis accidit cum fœtus capillum germinat 415. 4.

Pag. Lin.

Cibi fastidii in prægnantibus causa, 414. 25.
signa 415. 7.
& curatio ib. 14.
Cinis cranei humani, & hirudinis epilepticis prodest 181. 25.
Citta, quis affectus 411. 1.
Clavus verruca species
Clyster nocturnus sive de meioada 204. 5.
Clysterium nimius usus in prægnantibus vitandus 424. 14.
Clausura uteri, eius differentiæ, causæ, signa, & curatio 1
Coctio triplex 71. 34.
Coctio an procedat attenuando ibid. 22.
Coctio, maturatio, suppuratio quibus in locis fiant 72. 14.
Coctionem perfectam crassi humores non admittunt 309. 13.
Coctio naturalis à quibus juvatur 73. 5.
Coctio humoris peccantis quibus perficiatur 72. 32.
Coctio, maturatio, præparatio, digestio, quid differant 73. 30.
Coctio secundum quosdam incrassando procedit 75. 10.
Cochlearum cinis aperit tumores 114. 5.
Coitus post assumptionem medicamenti purgantis non solum sterilis, sed sæpe lethalis 387. 21.
Colochyntidis laus 21. 24.
Colopus quid 52. 29.
Collostrum sive ferrado quid 534. 27

Pag. Lin.

Conceptus naturalis causæ, signa, & an masculus vel fœmineus sit fœtus, ubi ab autore traditum 395. 27.

Conceptus qui in materia & forma generali assimilantur naturales sunt 396. 8.

Conceptum tribus in casibus authores impediunt 366. 28.

Conceptus qui vel in materia, vel forma à generante deficit, monstrosus 396. 9.

Conclave obscurum quibus morbis utile 202. 31.

Concumbentes juvenes nondum adhuc confirmato judicio libidini habenas laxant 245. 20.

Condylomatis definitio 312. 3.

etymologia ibid. 12.

distinctio ab aliis uteri tumoribus ibid. 14.

causa Ibid. 19.

signa Ibid. 22.

curatio ibid. 25.

in Condylomate quæ pars afficiatur Ibid. 19.

Condylomati prodest unguentum de melongena 313. 21.

Condylomata uteri secanda non sunt, nec urenda Ibid. 26.

Confectio singularis contra sterilitatem 363. 25.

Confectio ex sesamo lac gignit 521. 11.

Confectiones impinguantes 262. 31.

A conferta evacuatione ad plenum victum properandum non est 449. 30.

Conjuges non nisi gravissimis de causis separandi 362. 17.

Coniuges ante matrimonium jam debitum solvere nequeuntes legitimè non contrahunt 365. 23.

Pag. Lin.

Consensu ventriculi quæ fiant symptomata 169. 24.

Consensus uteri quibus modis accidat ib. 18.

Consensus reliquorum viscerum ibid. 28.

Conservæ de scoria ferri parandi ratio 43. 18.

Contagiosi morbi sunt corporis universi 149. 28.

Convulsi omnes iuxta mortem frigidum exsudant & ventre inflantur 242. 28.

Cordis roboratio in gravidis 443. 34.

Corrosiva applicandi ratio 323. 21.

Corium cervi, vel capreoli ambrâ paratum ad quid utile 420. 9.

Cornua quæ verrucæ species 322. 6.

Corpora pinguia tenduntur ac pellucent 513. 25.

Corruptio in animantibus tanta esse potest, ut venenum aquet 170. 22.

Corruptiones, quam partus periculosiores semper sunt 485. 32.

Crassa dupliciter attenuantur 74. 28.

Crassius venter non parit subtilem intellectum 377. 1.

Crato medicus 148. 6.

Crocus Martis quid 221. 5.

Cucurbitulæ inguinibus affixæ uterum deorsum trahunt 160. 33.

Cucurbitæ cum multa flamma usus 237. 6. & 288. 12.

Cucurbita jecori, aut lieni affixa profluvium cohibet 41. 26.

D

Damonis signa 198. 11.

Deambu-

Pagin. Lin.

Deambulatio gravidis qualis esse debeat 473. 35

Debilitatis uteri causæ, signa & curatio 247. 4

Debilitas uteri ab intemperie fit, spirituum resolutione aut laxiore substantia 247. 26.

Debilitati ex spirituum resolutione qua ratione medendum 248. 36.

Decoctum chynæ, & sarsæ, & ligni qua ratione paretur 255. 23.

Non solum contra luem Veneream prodest ibid. 26.

Democritus cur ridebat 198. 15.

Dentium dolores in prægnantibus 431. 26.

Dentium dolor gravidationis signum est ibid. 28.

Dentium dolorum curatio, & selectiora remedia ibid. 32.

Deperditiones quæ dicantur 402. 29. & 462. 3.

Diassari parandi modus ad vomitum procreandum 251. 28.

Digestio quid 73. 30.

Dilatio est animi periculum 493. 17.

Diogenis libido 108. 27.

Dionysium emplastrum 113 14.

Dioptra sive matricis speculum 2. 24.

Distinctio inter mensium suppressionem, & gravidationem 16. 5.

Distinctio inter melancholiam, maniam, delirium, apoplexiam, & epilepsiam 509. 19.

Dissimilitudinis causæ in fœtibus 397 13.

Dissenteriæ curatio in puerperis 499. 1.

Dissenteria detergentibus, acrimoniam compescentibus & adstringentibus curatur ib. 3.

Diversio ab utero 7. 25.

Pag. Lin.

Diuretieum medicamentum 92. 12.

Diuretica qua ratione menses interdum moveant 96. 5.

Diuretica ab utero derivant 96. 13.

Dolor capitis ex utero 229. 1.

Doloris natura varia, varios humores, & partes affectas monstrat 228. 25.

Doloris intra calvariam, aut extra, signa 229. 1.

& de ea re Fernelii opinio ibid. 10.

Dolor in cruribus, ac lumbis ex utero 231. 30.

Doloris cuiusvis causa duplex intemperies, & soluta unitas 234. 6.

Dolores uteri potissimum ex flatu sunt ibid. 21.

Dolor sæpe totius affectionis curationem ad se attrahit 235. 10.

Dolor vires prosternit, & auget fluxiones ib. 11.

Dolorem sedantia medicamenta ibid. 14. & 275. 36 & 445. 10.

Doloris in cancro uteri sedatio 311. 10.

in inflammatione uteri 294. 20.

Dolor abortus causa est 424 13.

Dolores in partu fiunt dum vasa rumpuntur 478. 16.

Dolor partis in puerperis sanguinem eo confugere significat 488. 30

Durantibus menstruis purgatio per cacartica exercenda non est. 80. 34.

E

Effluxio quid 462. 1.

Elegmata ad tussim ex frigida causa 508. 28.

Elleborismus Matthioli 190. 30.

Ellebori extractum 195. 2.

Pag. Lin.

Elleborí pomum ibid. 3.
Emanuel Vaeseus autoris avunculus quatuor Lusitaniæ regum successivè medicus 48. 8.
Embryo continetur in genere hominis 402. 22.
Embrocha qui fiat 192. 21.
Emplastrum ad resolvendam omnem ventositatem 118. 18.
Emplastrum de limacibus 126. 3.
Emplastrum gummi elemi, tacamacæ, carānæ 164. 17.
Emplastrum de ciceribus 137. 27
Emplastri pro matrice forma, & quo loco applicandum, eiusque variæ descriptiones 164. 16, & 249. 2.
Emplastrum de oxymelyte ad gangrænam 343 33.
Emplastrum ad omnia ulcera mirificum 332. 3.
Emplastrum nigrum ad emolliendum 125. 14.
Encatisma quid 54. 10.
Epar ovile aut caprinum ad quid prosit 511. 24.
Epigastrii sectio an sit administranda 460. 6.
Epilepsia quid 174. 27.
Epilepticis graviter olentia nox conveniunt 161. 20.
in Epilepsia mentis læsio adest 174. 30.
Epilepsia symptoma est actionis læsæ ibid. 31.
in Epilepsia duplex symptoma 175. 10.
Epilepsia per consensum ibid. 13.

Pag. Lin.

Epilepsia quomodo ab aura fieri possit ibid. 16.
Epilepsiæ distinctio ab aliis morbis ibid. 24.
Epilepsiæ species tres ibid. 31.
Epilepsia ex utero ib. 36.
in Epilepsia aura venenatæ causa 176. 2.
Epilepsia ex utero quibus fœminis potissimum accidat ibid. 9.
Epilepsiæ ex utero signa, & causæ, ibid. 13.
Epilepsiæ ex utero unde varia accidentia 177. 6.
in Epilepsia ex utero semen ac menstruum variè corrumpuntur 176. 36.
Epilepsiæ per consensum uteri signa 177. 28.
in Epilepsia per consensum uteri auditus manet ibi. 23.
Epilepticas ex utero vulgus judicat immundo teneri spiritu ib. 26.
Epilepsiæ ex utero per consensum alterius mẽbri signa ibid. 28.
Epilepsiæ ex semine corrupto signa 178. 3.
Epilepsiæ prognostica ibid. 4.
curatio in accessione ibid. 10.
extra accessionem 179. 1.
Epilepticarum concussio non planè debet prohiberi 178. 13.
Epilepsiam concitant odores graves, concitatam curant ibid. 17.
Epilepticas magna luminaria aut faces excitant ibid. 27.
Epileptica prægnans 179. 3.
in Epilepsia non convenit oxyrrhodinum 510. 32.
Epinyctides malignæ sunt uteri pustulæ 314 19
Erisimon herba sive saramago 138. 12.

Pag.Lin.

Esdræ locus 398. 36.
Eunuchorum modi tres 385. 13.
Eunuchion cur lactuca dicatur 102. 30.
Evacuare ex utero, aut per uterum qui differant 34. 17
Evacuatio præter naturam 4. fit modis 501. 1.
Evacuatio præter naturam, quæ dicatur ib. 8.
Evacuatio naturalis ib. 10.
Evacuatio symptomatica ibid. 12.
Evacuatio critica ib. 13.
Evacuationes symptomaticæ an semper sint malæ ibid. 18.
Evacuationes symptomaticæ an sint promovendæ 502. 34.
Evacuationes symptomaticæ sint ne cohibendæ 505. 15.
Excrementum quæ uterum exulcerant signa 328. 10.
Excrementorum in utero triplex, ichor, sordes, pus 333. 3.
Exercitatio propriimuneris auget partis robur 387. 33.
Exercitium obstructiones aperit, qua hora diei utile, quis eius terminus 215. 3.
Expectorantia medicamenta 508. 7.
Expultrix uteri vis, qua ratione proritetur 57. 25.
Exorcismus & adiurationes 373. 28.
Erisypelas quid 297. 28.
Erisypelatis uteri causæ, & signa 298. 12.
Erisypelatis uteri prognostica 299. 10.
distinctio ab aliis tumoribus ibid. 13.
curatio ib. 22.
Erisypelatis uteri in gravida curatio 438. 15.

Pagin.Lin.

Facultas à frigido & humido potissimum infringitur 65. 25. & 88. 3.
Facultatis retentricis debilitas ab humido potissimum fit 88. 6.
Facultatem expultricem proritantia 452. 12.
Facultates naturales à quibus qualitatibus primis perficiantur 247. 28
Fœminæ quibus mensibus nunquam fluxere, eius rei causæ & signa 5. 7.
Fœminæ viro utentes magis resolvuntur 9. 24.
Fœminæ obæsitatis pertæsæ acetum ingurgitant 11. 29.
Fœminæ sunt præcones laudum medicorum 150. 2.
Fœminæ conditio specialis consideranda 276. 30.
Fœminis non est monstrandus modus, quo conceptus impediatur 367. 18.
Fœmina ineptæ formæ sterilitatis causa est, elegantis fœcunditatis 360. 20.
Fœmellam quæ concepit facilius incidit in morbos acutos, ac facilius liberatur 433. 9
Fœmellæ rarò excidunt, nisi initio gravidationis, mares ubi moveri incipiunt ibid. 14.
Fœminæ ut venustatem concilient corpori, assulis ligneis, eburneis, ac ferreis utuntur 463. 11.
Falsum germen quid 462. 1.
Fames quid 414. 20.
in Fame quinque ordine symptomata ibid. 17.
Fames est symptoma ablatæ functionis ib. 24.
Febris alba 205. 15.

Pag. Lin.

Febris amatoria ibid. 27.
Febris rubra, pallida, livida ibid. 23.
Febris albæ definitio 206. 6.
Causa 207. 12.
Signa 208. 8.
Prognostica ibid. 24.
Curatio ib. 29.
Febris alba pertinet ad morbos in via 206. 22.
Febris albæ cur elegantioris formæ virginibus magis accidat ibid. 29
Febris alba cur viris non contingat ibid. 34.
Febris albæ distinctio à reliquis morbis 207. 1.
Febris cum horrore non intermittens 291. 18.
Febris in gravidis curatio 438. 20.
Febris lactis 527. 10.
Febrem lactis appellant mulieres omnem febrem à partu 469. 4.
Febris lactis quæ sit, & eius signa ibid. 12.
Febrem albam virgines ante menstruationem sæpe patiuntur 208. 23.
Femorum distentio, dolor, aut prefrigeratio prægnantibus, & reliquis fœminis cur accidat 274. 24.
Ferro candenti in mammis non utendum 133. 15.
Ferri & chalybis historia naturalis 220. 9.
Ferri scoria, spuma ib. 13.
Fervorem compescentia medicamenta 42. 26.
Fervor uteri 242. 7.
Ficus quis morbus 321. 35.
Filamẽta cannabina menses provocant 23. 35
Filipẽdulæ radicis laus in omni profluvio 47. 3
Fissuræ uteri, sive rhagades, earum causæ, signa, & curatio 337. 19.
Fissuræ cur in extremitatibus magis fiant 341. 25.
Fissuræ labiorum in febribus bonæ, linguæ verò malæ 342. 4.
Fistula quid, causæ, signa, prognostica, curatio 333. 35.
Fistularum genera plura ib. 27.
Fistula orificii dilatatio 335. 11.
ad Fistulam mirabilis liquor ib. 22.
Flatuosi tumoris mammarum causæ, signa, curatio 116. 1.
Flatuosi tumoris ab aliis distinctio ibid. 22.
Flatuosus tumor mammarum tempore menstrui aut noviluni recurrit ibid. 32.
Flatuosus mammarum tumor malignitate non caret 117. 7.
in Flatuoso tumore topica 118. 5.
Flatus discutientia medicamenta 180. 23. 191. 36: 230. 25: 287. 21. 410. 8.
Flatuum signa 59. 17. & 234. 33.
Flatus semper iunguntur cum strangulatione ex utero 163. 11.
Flatus neque ab omnimoda fiunt frigiditate, neque à vehementi calore 285. 20.
Fatus quibus de causis in corpore detineantur ibid. 28.
Flatus in melancholia semper abundant 191. 36.
Flatus uteri à flatibus intestinorum qui distinguantur 286. 13.
Flatus discutientes potiones, & confectiones 288. 30.

Pagin. Lin.

Flatus qui excitari possint vigente calore 196. 6.
Fluor muliebris, eius appellationes, ac definitio 86. 7.
Fluoris muliebris à gonorrhœa, & aliis morbis distinctio ibid. 16.
de Fluore muliebri Mercurialis lapsus ibid. 30.
Fluor muliebris fœminam corruptam esse non arguit contra multorum sententias 87. 20.
Fluoris muliebris causa ibid. 32.
signa 88. 29.
Prognostica 90. 15.
& curatio ibid. 34.
Fluor muliebris sæpe fit ex consensu jecoris, lienis, ventriculi, vesicæ, aut capitis 88. 10.
in Fluore muliebri uterus sæpe excidit 89. 1.
Fluor muliebris fit interdum ex intempestivo conjugio 90. 2.
Fluore muliebri affectæ concipiunt & ad justum tempus fœtum gestant, pleramque tamen puellas ibid. 25.
in Fluore muliebri adstringentia quando conveniant 95. 33.
Fluxus alvi prægnantibus periculosus, & cur 423. 21.
Fluxus diarrhœa gravidis haud temerè sistendus ibid. 25.
Fluxus dissenterici in gravidis curatio ib. 31.
Lienterici, ac cœliaci 424. 19.
Fluxum quemlibet sistens conserva ibid. 24.
Fluxus alvi in gravidis curatio 423 31.
Fluxus alvi in puerperis 498. 9.
diarrhœa si sit ibid. 15.
si lienteria ibid. 25.

Pag. Lin.

si dissenteria. ibid. 33.
in Fluxione alvi omni ventriculus debilitatur ibid. 26.
Fœtus corruptio omnis homicidium est imperfectum & matri periculosa 367. 6.
Fœtum corrumpere non licet ib. 10.
Fœtum roborantia 429. 32. 437. 32: 443. 13: 466. 20.
Fœtus in utero quo tempore magis periclitetur 433. 20.
Fœtus in utero gravi onere tenuissimis gestatur filis 440. 33.
Fœtus capite velato prodiens, infantis & matris roboris indicium est 446. 35.
Fœtus mortui causa 450. 24.
signa ibid. 30.
prognostica 451. 19.
& curatio ibid. 33.
Fœtus putridi signa 451. 17.
Fœtum mortuum expellentia 453. 4.
Fœtum mortuum corrumpentia 452. 33.
Fœtus mortuus qua ratione per opus chirurgicum extrahatur 453. 15.
Fœtus mortuus si pede uno egrediatur quid faciendum 454. 4.
Quid si manu una ibid. 11.
Quid si ambabus ibid. 12.
Fœtor putredinem arguit 330. 13.
Fomenta sicca 237. 7. & 254. 17.
Fomentum per arundinem 376. 6.
Fonticulus epilepticis quo loco aperiendus 180. 17.
Fonticuli quibus in locis fiant 183. 16.
Fonticuli in uteri vitiis qua parte fieri debeant ibid. 28.

Pag. Lin.

Fonticuli quo anni tempore aperiendi & quã diu servandi 184. 4.
in Fonticulis aperiendis, & apertis servandis documenta ibid. 24
Forfex ad confringendum fœtus caput 453. 33.
Forma magis est natura, quam materia 396. 10.
Formatrici facultati imaginatio dominatur 398. 14.
Formatricis facultatis benignas vires omnes superat sanguinis menstrui vitium 399. 32.
Formatricem facultatem roborantia 401. 13.
Frœni inf. nt's curatio 539. 30.
Frœnuli membri virilis curãtio 388. 15.
Fragilitatis humanæ recordatio unde possit accipi 467. 29.
Fraudes plurimæ sæpissimè in divortiis committuntur 365. 8.
Frictio lævis evocat ab internis ad extima 93. 21.
Frigida actu non sunt utero sæpè admovenda 52 5.
Frigiditas fluxum auget 41. 17.
Frigiditatis uteri signa, & curatio 249. 29.
Frigida nimis dorsi spina non adhibeantur 268. 9.
Frigidus ac spissus uterus non concipit 259. 9.
Fructus febrientibus cur noceant 202. 14.
Furor uterinus quid, & quale symptoma 242. 10.
in Furore uterino quænam pars afficiatur 16. 19.
Furor uterinus maligna, & fœda mentis passio est ibid. 18.
Furor uterinus quid differat ab aliis sibi similibus affectibus ib. 25.
Furor uterinus priapismo respondet ibid. 31.
Furor uterinus virginibus, pruritus annosis magis accidit ib. 33.
Furor uterinus delirium est 245. 3.
in Furore uterino cerebrum compatitur ib. 11
Furoris uterini causæ ibid. 13.
signa ibid. 35
prognostica 246. 4.
curatio ibid. 13.
Fuchsii cancrorum medici dicti pulvis contra cancrum ex quibus paratur 148. 23.

G

Galeni & Pauli conciliatio circa venæsectionem in provocatione menstruorum 33. 30.
Galeni loci de tempore mittendi sanguinis interpretatio, ac ipse à calumnia vindicatur 82. 10.
Galeni locus de cancro explicatur 149. 1.
Galeni locus de uteri strangulatione explicatur 172. 24.
Galenus solis humectantibus curavit melancholicum 195. 9.
Galli caro qua ratione ad Venerem proritandam paretur 395. 1.
Gallorum testiculi ad Venerem faciunt ib. 9.
Galli gallinacei decoctum 180. 24.
Gallinæ intestinorũ cinis ad quid utilis 103. 6.
Gangræna quid, quo differat à sideratione, & sphacelo 342. 11.
Gangræna media est inter magnam inflammationem & sphacelum ibid. 17.
Gangræna causæ ibid. 23
signa

Pag. Lin.

signa 343. 5.
prognostica ibid. 11.
curatio ibid. 14.
Gangræna collo pudenti plerumque contingit ibid. 1.
ad Gangrænam emplastrum de oxymelite ib. 34.
Garcias ab horto Lusitanus 39. 27.
Gargapaum arbor 500. 9.
Gasshacho Hispanis quis cibus 377. 19.
Gastroraphia 460. 6.
Genitalia roborantia medicamenta interna & externa 393. 25.
Germanorum fœmina, rarò filios lactant 518. 11.
Germanorum vulgus plerumque iudicat strangulatas ab utero, aut melancholicas à spiritu immundo teneri 188. 8.
Grumefactio lactis 527. 4.
Gesnerus author 395. 13.
Gestationes in curru aut navi suffocatis non conveniunt 165. 35.
Gestationis uteri descriptio 440. 27.
Glandulæ quid 123. 9.
Glandulæ causæ ibid. 26.
signa 124. 1.
& curatio ibid. 12.
Gonorrhœa definitio 97. 26.
Causæ 99. 16.
Signa 100. 7.
Prognostica ibid. 25
Curatio ibid. 35.
Gonorrhœa distinguitur à pollutione nocturna 98. 3.
er Gonorrhœam semen spiritibus orbatum est ibid. 9.
Gonorrhœa viris & fœminis commune malum, Fœminis tamen peculiare ibid. 17.
Gonorrhœa cum fluore muliebri maximam habet similitudinem ibid. 22
Gonorrhœa prægnantibus accidit ibid. 32.
Gonorrhœa venerea 99. 2.
Gonorrhœa symptoma in genere excrementi immodicè fluentis ibid. 10.
in Gonorrhœa vasa seminaria potissimum afficiuntur non pudenda ibid. 12.
Gonorrhœa laborant qui temporius ac petulantius se Veneri emanciparunt 100. 1.
Gonorrhœa ad consumptionem disponit 98. 28. & 100. 28.
Gonorrhœam sistentia medicamenta 103. 21.
ad Gonorrhœam confectiones 104. 8.
unguenta ad id 105. 12.
Gonorrhœa ex mollitie vasorum externis potissimum curatur 104. 32.
de Gonorrhœa affectis historiæ 107. 21.
Graciles impinguare difficile est 379. 16.
Grati odores suffocatis ex utero nocent 156. 14
Gradus perfectionis in rebus quatuor, esse, vivere, sentire, & intelligere 408. 22.
Gravidatio falsa ibid. 12.
eius descriptio ibid. 15.
differentiæ ib. 28.
causæ 409. 1.
signa ib 18.
prognostica ibid. 27.
& curatio ibid. 29.
Gravidæ, quæ crurum tumores patiuntur pleraque pariunt fœmellas 426. 1.

Pag. Lin.

Gravidationis prioribus mensibus vomitiones ultimis crurũ tumores cur fiant ib. 28
Gravida, vide prægnans
Gravidæ habitudo imbecilla est 433. 4.
Gravida morbo etiam acuto correpta abstineat à diureticis & acribus clyst. 434. 1.
Gravidis morbo acuto correptis qualis conveniat victus ibid. 7.
Gravidis morbo acuto correptis sanguinis missio an competat ib. 28
an medicamentum purgans 435. 35
Gravidæ ægrotanti morbo acuto ex materia firmata purgatio non competit 436. 25.
Gravidis non conveniunt cathartica amara, nec laxantia nimis, nec valida ibid 32
Gravidæ morbo lethali correptæ purgans medicamentum exhibendum non est 437. 27.
Nec morbo ex sua natura salubri, sed dubio ibid. 30.
Gravidis quæ vitanda 441. 5.
Gravida nimia Venere ne utatur ibid. 7.
nec lucernarum fumum sentiat ibid. 21.
nec hortos frequentet ibid. 23.
nec arcte nimis cingatur ibid. 28.
Gravidarum cibus & potus qui esse debeat 342. 4.
Gravida caput lavare solito modo potest ibid. 12.
Gravidæ singulis ordine gestationis mensibus, quæ servanda sunt ib. 19.
Gravidarum vestes quales ibid. 33.
Gravidas quæ roborent ib. 36.
Gravidæ in nono mense jam constitutæ tractatio 442. 25: 444. 7.

Pag. Lin.

Gravidis quando conveniant laxantia, & aperientia ibid. 9.
Gravidæ si nonum transcendunt mensem quibus utendum ib. 20.
Gravidæ deambulatio qualis esse debeat 473. 35. & 474. 2.
Gravidæ adstrictæ alvo glandes potius conveniunt, quam clysteres 474. 6.
Grumi sanguinis signa 59. 13. & 234 34.
Gingipedium quid 306. 34.

H

Hæmorrhagiæ curatio post molam 407. 25
Hæmorrhoidalis fluxus uteri quis dicatur 37. 12.
Hæmorrhois quid significet 314. 13.
Hæmorrhoides uteri in qua parte consistant ibid. 17.
Hæmorrhoides quis morbus ib. 22.
Hæmorrhoidum differentiæ morales, verrucales, uvales, seu vesicales, 315. 1.
Hæmorrhoides an fiant in pudendo muliebri ibid. 8.
Hæmorrhoidum uteri causa ibid. 18.
signa ibi. 29.
prognostica 316 9.
Curatio ibid 18.
Hæmorrhoides moderate fluentes quos morbos curent ibid. 8.
Hæmorrhoidibus affecti, à quibus morbis immunes ibid. 11.
Hæmorrhoidibus quæ anodina conveniant 317. 19.
Hæmorrhoidum cunctis speciebus remedia communia ibid. 21.

Pag. Lin.

Hæmorrhoides intempestivè cohibitæ morbos pariunt 316. 14.
Hæmorrhoidum moralium remedia 318. 7.
Hæmorrhoidum tumentium remedia ib. 27.
Hæmorrhoides ferro nunquam sunt aperiendæ 319. 5.
Hæmorrhoidum inflammatarũ curatio ib. 14
in Hæmorrhoidibus repellentia ibid. 16.
Hæmorrhoidum suppuratarum curatio ibid. 27.
Hæmorrhoidalis uteri fluxus in quo differat à menstruis immodicis 320. 30.
Henricus Alvarus Brandanus aciculam devoratam post 18. annum per crus expulit 331. 16.
Herbas sparragadas quas vocent Lusitani 202. 4.
Herpetem quidam Gangranam vocant 342. 21.
Hercules medicamentum 191. 30.
Hiatus uteri causæ 229. 15.
Hiatum uteri curantia 249. 26.
Hieronymus Gabuscinus medicus de lumbricis feliciter scripsit 347. 8.
Hippocratis & Celsi textus de furore explicatur 115 2.
Hippocratis aph. concocta medicare exponitur 73. 37.
Hippocratis locus de cancro occulto 142. 31
Hippocratis aphorismus utero gerentes medicandæ sunt &c. explicatur 435. 35.
Hippocratis locus de evacuatione per locum convenientem explicatur 497. 30.
Hippocratis textus de menstruis per loca varia erumpentibus explicatur 11, 1

Pag. Lin.

Hippocrates de mẽstruis ultra sex menses suppressis explicatur 33. 19.
Hippomanes philtrum esse ex quorundam sententia, ac quid illud sit 393. 18.
Hirudines venis ad lienem nigricantibus applicantur 211. 31.
Hirudinum usus, & applicandi modus 195. 21.
Historia viri nobilis qui 18. annos gonorrhæa laboravit 107. 23.
Historia alterius gonorrhæa affecti ibid. 35.
Historia tertia de gonorrhæa affecto 108. 8.
Historia de uteri hydrope 281. 1.
Historia de obesis 378. 8.
Historia mulieris quæ marito dedit in cœna testiculos gallorum 389. 17,
Historia de virgine, cui uterus intumescebat propter membranam obtentam 409. 12.
Historia de muliere gravida morbo acuto correpta cui in octavo quater sanguis fuit missus 435. 6.
Historia mulieris quæ semper à partu mania corripiebatur 509. 13.
Hominum frequentia in calidis morbis fugienda 202. 27.
Homicidium imperfectum dicitur omnis fatus corruptio 367. 7.
Hordeoli Indici pulveris utilitas 146. 16.
Humectandi quam exsiccandi tempus longius 379. 19.
Humidi uteri signa 253. 19.
& curatio ibid. 27.
Humorum signa 16. 16. & 53. 32.
Humorum natura linteo aut arena explora-

Pag. Lin.

tur 17. 9. & 39. 17.
Humoris in profluvio sanguinis substantia liquida, qualitas acris & mordax 38. 12.
Humores in propriis etiam & naturalibus vasis computrescunt 154. 13.
Humor ad renes trahitur, ad uterum trauditur 96. 12.
Humiditates prolixas sudorifica exsiccant 255. 10.
Humor qui infantis ventriculo continetur pleraque gignit mala ni illico à partu expurgetur 534. 25.
ab Hispanis ferrado dicitur, ab Italis collostrum ib. 27.
Qua mixtura expurgetur ibid. 29
Hydrops uteri 280. 10.
de Hydrope uteri Aetii sententia ibid. 13.
in Hydrope uteri pars affecta ib. 12.
de Hydrope uteri Mercati ac Mercurialis Sententia ibid. 15
Hydrops falsus uteri ibid. 26.
Hydrops uteri quis morbus 281. 6.
Hydropis uteri causa ibid. 8.
signa ibid. 37.
& curatio 282. 31.
Hydropis generales causæ 281. 8.
Hydrops uteri à gravidatione qui dignoscatur 282. 7.
à verâ hydrope ibid. 9.
ab inflammatione ibid. 16.
à scyrrho ibid. 21.
Hydropem conceptus non sequitur, legitimus partus rarò ibid. 23.
Hydrops uteri in gravidis raro curatur ib. 31.
Hydropicis diuretica conveniunt 284. 15

Pag. Lin.

de Hypogastrii sectione admonitiones 461. 6.
Hypercatharsin prohibentia 464. 18.
Hypospadii qui 384. 28.

I

Ichor, sordes, & pus, quid sint, & eorum differentia 333. 2.
Ictericia alba 205. 30.
Iecori prodest absynthium & eupatorium 212. 9.
Ignis S. Antonii, aut S. Martialis 342. 20.
Impotentia duplex naturalis & accidentalis 365. 11.
perpetua & temporaria ibid. 17.
Impotentia quale vitium ibid. 24.
Impinguantia medicamenta
Incomprehensibile quid in arte medica vocaverit Avicenna
Indicatio à menstruis remotis levem affectum superat ibid. 19.
Indicatio morbi acuti, & urgentis superat eã, quæ à menstruis sumitur 85. 28.
Indicatio à menstruis antecellit indicationes quæ desumuntur ad purgationem vomitum & sudores ib. 30.
Indignum est eos affectus à medicis non curari, quæ sæpe à mulierculis curantur 534. 8.
Induratio inflammationis prepedienda 113. 6.
Indusia munda faciunt sæpe ut menses fluant 45. 27.
Infans ex utero per sectionem cæsaream extractus, vivere non potest, nisi extrahatur eodem puncto temporis, quo mater obiit, aut paulò

Pag. Lin.

paulò ante 461. 18.
Infans si in pedes ex utero exeat quid faciendum 470. 4.
Quid si in manus ibid. 7.
Quid si in manu aut pede uno duntaxat exeat ibid. 12.
Quid si in genua ib. 14.
Quid si complicatus ibid. 15.
Quid si geminus ib. 25.
Infans vivus in utero matris mortuæ qui cognoscatur 477. 6.
per quod latus extrahendus ib. 10.
Infantis si debilis exeat providentia 481. 6.
Infans recenter editus qua ratione tractandus 534. 1.
Infantis umbilici resecatio, eius ablutio, partium ipsius contrectatio ibid. 12.
Infans recens natus melle primum nutriatur, deinde lacte ib. 29.
Infans hyeme aqua calida lavetur, æstate tepida 535. 34.
Infans quam diu lactatur, in dorsum decumbat 536. 10.
Infantes ne lusci evadant, qua ratione procurandum ibid. 17.
Infanti quam diu papilla exhibenda 537. 4.
Infantis ablactandi ratio ibid. 19.
Infantes lactant Belgæ fœmina per annum duntaxat 538. 19.
Infantum recenter natorum morbi, & eorum curatio ibid. 13.
Infantes mutos esse ut dignoscatur 539. 10.
Infantes à vehementi concussione muti sæpè evadunt ibid.
Infantium repletiones vocant Hispana abito, Germanæ Hertzspannen. 535. 2.
Infantes à clamore non planè urceantur, nec tamen diu plorare sinantur 539. 13.
in Infantibus tumores, inguinum qui curentur. ibid. 19.
Infantis scissura in juncturis, ulcera, rubedo partis alicuius frænum 540. 1.
Inflammationis mammarum definitio 110. 33.
causæ 111. 4.
signa ibid. 13.
curatio ib. 26.
Inflammatio mammarum à lacte etiam fit ibid. 5.
Inflammationni mammarum validè repellentia non conveniunt 112. 18.
Inflammatio uteri 289. 28.
Qui fiat ib. 32.
Duplex est 290. 6.
Inflammatio uteri qui differat ab uteri suffocatione & gravidatione ibid. 13.
Inflammationis uteri causæ ibid. 15.
& signa ibid. 32.
Inflammatio à semine non fit contra quam Arabes existimant ib. 25.
Inflammationis temporum indicia 291. 14.
Inflammationis terminationum signa ibid. 25.
Prognostica 292. 16.
in Inflammatione affectæ partis signa ibid. 34.
Inflammatio in cervice uteri, quam in ipso utero frequentius fit, & curatur facilius ib. 17.

Inflamma-

Pag. Lin.

Inflammationes interna à somno augentur 293. 7.
Inflammationi uteri cathartica non conveniunt ibid. 20.
Inflammatio uteri à partu ejus causa 513.
signa 513. 29.
prognostica ibid. 7.
curatio ibid. 12.
Inflammatio à partu aut lethalis est aut conceptionem inposterum impedit ibid. 8.
Inflatio uteri quid 285. 4.
Inflatio uteri tympaniti proportione respondet ibid. 3.
Inflationis uteri distinctio ab hydrope ipsius & ab œdemate ibid. 7.
Inflatio uteri quis morbus ib. 13.
eius causæ ib.
signa ib. 32.
prognostica 286. 21.
& curatio ib. 27.
Inflatio uteri malum lethale non est ibid. 21.
Inflatio pedum, ventris, ac totius corporis in puerperis 511. 1.
Eorum affectuum causæ ibid. 5.
Inflationes pedum ac ventris sedantia ibid. 11.
In levioribus affectibus non ab ipsis duntaxat sed à menstruis etiam sumenda indicatio 85. 9.
Insania seu mania ex lactis concretione 528. 5.
Impingnantia medicamenta 379. 20.
Instrumentum argenteum ad exitum purgamentorum uteri 4. 3.
Insulsus homo quis dicatur 522. 29.
Intinctus ad condiendos pisces 389. 26.

Pag. Lin.

Intemperiei incumenta 169. 4.
Intemperies præter naturam contraria, naturalis similia expedit 224. 7.
Iohannes Bokelius & alii 371. 17
Iohannes Lebon male choreas & diuretica 9. mense gravidis consulit 442. 30.
Iohannes Austriacus ex incisione hæmorroidis obiit 319. 11.
Iurisconsultorum de frigidis & maleficiatis placitum non constans 365. 28.
Ius album Galeni 523. 8.
Iusculi ex ciceribus laus 19. 13.

L

Lac acetosum ad quid utile 103. 7.
Lac an corrumpant menstrua 518. 31.
Lactis copiam præstat cibus ex cerevisia paratus 522. 22
Lac matri non corrumpitur, si ab eodem viro concipiat 519. 4.
Lac est sanguis dealbatus 518. 3.
Lac maternum præstantius est ibid. 4.
Lactis definitiones 520. 5.
Lactis probatio 519. 20.
Lactis defectus 520. 16.
Lactis defectus qua affectio 520. 26.
eius causa 521. 1.
signa ibid. 15.
& curatio ibid. 27
Lactis defectus in febribus ardentibus potissimum accidit ibid 6.
Lactis proventus in Epiro & Hollandia cur maior ibid 32
Lac gignentes cibi ibid. 35.
Lac gignunt quæcunque menses moderatè proliciunt, quæ verò impense menses provocant

Pagin.Lin.

vocant, iac minuunt 523. 10.
in Lactis defectu qualia purgantia conveniant ibid. 130.
Lac gignentia medicamenta alimentosa ib. 23.
Lactis abundantia est morbus in excessu 524 5.
Lactis abundantis causa ibid. 9.
signa ibid. 13
curatio ibid. 15.
Lactis abundantia ob menstrua suppressa curatio ibid. 19.
Lac à mammis repellentia & digerentia ib. 32.
Lac repellens ac digerens emplastrum 525. 8
Lac exsiccat aceti fex si apponatur ibid. 12.
Lac an sactio minuat ibid. 34.
Lac minuentia & exsiccantia 526. 8.
Lac penitus exsiccantia ib. 27.
in Lactis copia purgatio vitanda ibid. 33.
Lac dupliciter in mammis concrescit 527. 3.
Lactis grumefactio ib. 4.
Lactis congelatio ibid. 5.
Lactis caseatio ibid. 7.
Lactis concretio est morbus in magnitudine ib. 9.
Lactis febris ib. 10.
Lactis concretionis causa ibid. 13.
signa ibid. 27
prognostica 528. 4.
curatio 528. 18.
Lac & sanguinem, qua valeant condensare, & caseum efficere 527. 19.
Lactis febrem quam vocent mulieres ib. 25.

Pag.Lin.

Lac in mammis concretum insaniam facit 528. 5.
Lactantibus mania accidit, quia sucto humores ad superiora feruntur ibid. 14.
Lac dissolventia ibid. 28
Lac concretum resolventia emplastra 529. 5.
Lactis caseationis remedia ibid. 22.
Lac dissolvit coagulum leporis ib. 31.
Lac bonum quatuor qualitatibus praditum esse oportet, candore, dulcedine, odore & mediocritate substantia 531. 27
Lac lividum ac fuscas nutrices Belgæ praferunt ibid. 29.
Lac vitiosum symptoma est in genere mutati excrementi 532. 2.
Lactis vitiosi causa ibid. 4.
signa ib. 9.
curatio ibid. 33.
Lacte vescantur infantes biennio 537. 5.
Lactis nutricis probatio 519. 20.
Lactis copia infanti exhibenda
Lactuca silvestris cancrum curat 147. 3.
Lactuca lac gignit 522. 16
Lactuca in frigido & humido temperamento lac siccat, in contrario auget 526. 11.
Ladanum mercuriale 191. 29.
Ladanum opiatum, & eius descriptio 239. 33.
Lapis Bezoarticus malignis ulceribus prodest 146. 15.
Lapidis Bezoartici utilitas, boni probatio, exhibendi modus 215. 10.
Latronum familia nobilis in Hispania 456. 33.

Pagin. Lin.

Laniata genitalia post fœtus extractionem 445. 34.
Laxantia & aperientia quando gravidis conveniant 444. 7.
Laxitatem uteri emendantia remedia 516. 16.
Lectiones lasciva vitentur 101. 10.
Lenarum scelerata artes graviter punienda à magistratibus 367. 25.
Lena imprudentiorum medicorum consilio abutentes infanticidia dant ib. 33.
Lenarum artificium in fingenda virginitate 515. 13.
Lenarum artes à magistratibus puniantur severè 516. 10
Leodii fons vesicæ ac renum dolores lenit 107. 25.
Leucophagum, seu albus cibus 379. 24
Lien cur frequenter obstruatur 211. 10.
ex Lienis obstructione menses crassi & nigri ibid. 14.
Lienis obstructi signa, & curatio ib.
ad Lienem nigricantibus venis hirudines applicantur ibid. 31.
Lieni prosunt scolopendria, & cortex cappa-rinus 212. 6.
Lienis scyrrhi curatio ibid. 20.
Lienosis utilis est vapor aceti 213. 7.
Lienis rugitus post plenilunium magis accidit ibid. 16.
Lien facile aqua repletur & cur 281. 27.
Lienes magni Hippocratis quis morbus 306 19.
Lienteria medicamentis calidis semper miscenda 498. 28.

Pag. Lin.

Lignum Indicum robustioribus convenit naturis, radix china delicatis 257. 37.
Lignum Indicum duplex ibid 38.
Ligni Indici descriptio, temperamentum, electio, ac parandi modus ibid 39.
Ligni Indici secundarius potus 258. 24
Lignum Indicum, & sarsa vini usum respuunt ibid. 33.
Ligni decoctum assumentibus competentis victus rigorem septentrionales non tolerant 259. 1.
Limatura ferri seu chalybis qua ratione menses prolicit 23. 9
Limones cum sale, vehementer extenuant 377. 21
Liquor singularis ad pustulas & fistulam 335. 22.
Lingua avis quis fructus 391. 21.
Livida & inflata pregnantium crura 424. 30.
eius rei causæ ibid. 32.
signa 425. 22.
prognostica ib. 29
curatio 426 4.
Localia infrigidantia 8. 15.
Lochiorum expurgandorum terminus 450. 13.
Lochiorum quantitas & duratio 484. 30
Lochia non sunt metienda ex numero dierũ, sed ex conferentia, & tolerantia 485. 8.
in Lochiis retentis maius vitium, quam in menstruis suppressis 487. 7.
Lochia ut plurimum melancholica, ideo urina fuliginosa 487. 17.

Lochia

Pag. Lin.

Lochiorum diminutè fluentium causæ ibid. 19.
signa 488. 1.
prognostica ibid. 13.
curatio ibid 20.
Lochiorum suppressio quos morbos facit ibid. 13.
ex Lochiis suppressis morbi sudore solvuntur ib. 18.
Locutio cur intercipiatur in strangulatione uteri 156. 23.
Lucernæ extinctæ odor abortum facit 462. 35.
Lumbrici generantur in omnibus ferè corporis partibus exceptis vitalibus 345. 13.
Lumbrici ascarides in utero generantur ibid. 21.
Lucii piscis mandibula ad quid utilis 103. 6.
Lumbrici ex recto intestino in uterum per peritonæum irrepunt 345. 26.
Lumbricorum uteri causa ibid. 31.
signa 346. 8.
curatio ibid. 17.
de Lumbricis scripsit Hieronymus Gabucinus 347. 8.
ad Lumbricos uteri clysteres injiciantur non per sedem, sed per uterum ipsum ibid. 9.
ad Lumbricos uteri pessus ibid. 16.
ad Lumbricos unguenta & cataplasmata ib. 19.
Luminaria seu faces magnæ epilepticos excitant 178. 27.
Lupia tumor 308. 6.
Lusci ne evadant infantes qua ratione procurandum 536. 20.

Pag. Lin.

Lusitani experimentum ad sterilitatem cognoscendam 352. 10.
Lydorum libido 108. 26.

M.

Macer author 102. 33.
Magnes lapis, & corrigia ex pelle cervi partum facilem reddunt 476. 25.
Mala non sunt facienda, ut eveniant bona 440. 10.
Malactica scyrrho conveniunt 129. 19.
Malactica medicamenta, quomodo differant à suppurantibus 130. 27.
Malacia quid 411. 1.
Maleficium & infrigidatio, qui differant 361. 29: & 365. 13.
de Maleficiatis & frigidis textus in iure canonico 379. 16.
Maleficiorum quibus fœmina ligantur differentia ibid. 17.
Maleficium quatuor modis contingit ibid. 18
Maleficium ex fabis, acu, & nuce secundum aliquos ibid. 19
Maleficium arcentia 374. 6.
Mammarum inflammatio 111. 1.
Mammarum inflammatio à lacte etiam fit ibid. 5.
ad Mammas collectus sanguis maniam portendit ibid. 23. & 115. 2.
Mammarum inflammationi valdè repellentia non conveniunt 112. 19.
Mammæ sæpe in pluribus partibus veniunt ad suppurationem 114. 23.
Mammilla affecta rarò sanescit ni alterius lac siccetur ibid 30.

Pag. Lin.

Mammarum tumor flatuosus 116. 2.
eius causa ibid. 11.
signa ib. 16.
& curatio 117. 10.
Mammæ cum quibus partibus colligantiam habeant 116. 20.
Mammarum tumor flatuosus tempore menstrui, aut Lunæ recurrit ibid. 32.
Mammarum tumor flatuosus malignitate non caret 17. 7.
in mammis sex tumorum differentiæ præter inflammationem 119. 2.
Mammis rarò accidit erysipelas ibid. 22.
Mammarum œdematosus tumor 120. 14.
causa eius ibid. 17
signa ibid. 20.
curatio 121. 1.
Mammillæ cancro plurimũ infestantur 143. 36
Mammæ grandiores 149. 33.
Mammæ fortiter non comprimantur 151. 18.
Mammam dextram cur secabant Amazones 150. 8.
Mammarum pendularum causæ ibid. 18.
signa ibid. 21.
& curatio ibid. 24.
Mammas solidiores quæ reddant ib. 27, & 517. 13.
Mammarum inflammatio ex lactis copia, aut concretione lactis 526. 21.
Mammarum rugæ, qui curentur 529. 35.
Maniæ curatio 194. 18.
Mantega de flor. sive de azahar qua ratione paretur 193. 28
Margareta ab Alefeld nobilis Holsata 162. 3.
Marcellus author 102. 27.

Pag. Lin.

Mariscæ 321. 35.
Marchasitarũ pulvis in topicis scyrrhi 132. 3.
Masturbatores qui dicantur 108. 20.
Maturio quid 73. 31.
Matthias Carnarius Medicus ducis Holsatiæ 197. 3.
Mater puerorum est similis epilepsiæ 540. 23.
Matrimonium non dirimunt morbi, qui recipiunt curationem 366. 9.
Mechoacanæ radix 125. 1.
Medicamenta ad consumendam membranam uterò obtentam 4. 9.
Medicamentum idem sub varia forma purgat aut adstringit 222. 2.
Medicamentum idem pro diversitate mixtionis urinas aut menses movet, sudorem, lac, vel semen 36. 12.
in Medicamentis tertia facultas, quæ partem hanc vel illam respiciunt ibid 9.
Medicamentum, lac, & semen augens calidum est & humidum, quod urinas, & sudores movet siccum ib. 13.
inter medicamenta lac, semen, urinas, sudorem, & menses cientia differentia ib. 14.
Medicamenta sanguinem sistentia, simplicia, ac composita 47. 6.
Medicamenta, menses, fœtum, molam, ac secundinas prolicientia, & uteri suffocationi utilia 28. 11.
Medici consilium ad id quod magis urget debet collimare 165. 22.
Medici officium est tuto, celeriter, ac jocundè curare 241. 4.
Medicus neque crudelis sit, neque adulator ibid. 5.

Pag. Lin.

Medicum dextro oculo ad virtutem, sinistro ad ægritudinem collimare decet 256. 18.
Medicamenta attenuantia corpora 378. 13.
Medicamenta Venerem excitantia, intriplici sunt differentiæ 391. 15.
Medicorum inconcussa regula sit, morbis ut prosint, vel saltem non noceant 493. 16.
Medicis etiam bonis similitudines pariunt difficultates, & errores 531. 9.
Melancholiæ definitio 185. 23
Melancholiæ symptomata sunt metus, & mœstitia ibid. 32.
Melancholia virginum & viduarum definitio 186 3.
causæ ib. 23
signa 187 19.
si in maniam vergat curatio 194. 18
Melancholia cuius morbi symptoma sit 186. 7.
Melancholia puerperis fit 187. 5.
Melancholia initio calida, successu temporis evadit frigida ib. 15.
Melancholicæ præstigias sibi ab aliis paratas imaginantur 188. 21.
Melancholicarum tres gradus sive stationes ibid. 27.
Melancholicæ vigiliis valdè infestantur 192. 14.
Melancholiam educens sirupus 190. 22.
Melancholiam educens mirifica potio 191. 12.
Melancholici cur plurimum expuant 196. 23.
Melancholiam an possit generare sicca & frigida intemperies ibid 35.
Melancholiæ morbus est longus 194. 15.
Melancholicum sanguinem gignentia edulia 129. 5. & 309. 20.

Pag. Lin.

Melancholici sapientes 197. 33.
Melancholia balneum Ciaboli 198. 1.
Melancholicæ cur rideant ibid. 13.
Melancholicarum urina qualis 214. 20
Melicrati parandi ratio 211. 37.
Membri amputatio qui fiat 344. 30.
Membrana utero adnascens sterilitatis causa est 351. 9.
Membra præcipua roborantia 394. 3.
Mendacium nullum est tam absonum ut teste careat 531. 12.
Meretrices cur non concipiunt 359 15.
Mensium suppressionem febris non semper concomitatur contra Aetium 15. 36.
inter mensium suppressionem, & gravidationem signa ib. 5.
Mensium suppuratorum signa 16. 8.
Menses moventia medicamenta calida sunt & sicca 28. 14.
Menses moventes sirupi cur in magna quantitate exhibeantur 20. 18.
Menses cientia medicamenta varia 21. 31.
Menses cientia apozemata, & melicratum ib. 33.
Menses provocant filamenta cannabina 23. 35
Menses provocat conserva borraginis 26. 4.
Menstruorum suppressionis curatio 18. 35.
Mensium suppressionis à bile signa, & curatio 26. 11.
Menses moventia simplicia medicamenta varii ordinis 28. 9.
Menses moventia medicamenta composita 29. 10.
aquæ theriacales ad idem 30. 2.

Pag. Lin.

Menses movet pastinaca melle condita 30. 34.
Menses moventes pessi varii 31. 15.
uterini clysteres ad idem 32. 1.
inunctiones ad idem ibid. 14.
Menses qui possint supprimi à caliditate quæ ad expulsionem facit 33. 4.
Menses moventia medicamenta, an debeant præcedere evacuationem 35. 16.
Menses moventia, qui differant à diureticis 35. 28.
Menses moventia medicamenta in duplici sunt differentia 35. 37.
Menses moventia sanguinem fundunt & liquant 35. 38.
Mensium fluoris immodici descriptio 36. 23.
Symptoma est, de genere excretorum immodicè non tamen toto genere præter naturam ib. 34.
Mensium profluvium exquisitum, aut nothum 37. 11.
Menses crassi, ac nigri ob lienis obstructionem 38 17.
Mensium profluvium ex humoris qualitate plerunque evenit 41. 2.
Menses pituitosi qui superfluè fluant 38. 19.
Menses diminuti 54. 23.
Mensium stillicidium ibid. 24.
Mensium stillicidii causa 55. 2.
signa ib. 25.
curatio 56. 37.
Menses difficiles dysuriæ respondent 58. 9
Mensium difficilium differentia 58. 18.
causa ibid. 22.
signa 59. 6.
curatio ibid. 29
Menses difficiles virginibus ac viduis magis accidunt, quam iis, quæ pepererunt ibid. 25.
Menses antevertentes 62. 17.
eorum causæ ibid 30.
signa 63. 6.
curatio ibid. 29.
Menses remorantes 65. 11.
eorum causæ ibid. 22.
signa ibid. 29.
curatio 66. 9.
Menses suppurati, & corrupti differunt ab albis purgamentis 67. 27.
Menses pallidi, lividi, virides, nigri, pellicosi, fibrosi, membranosi, arenulenti, verminosi 68. 11.
Menses cum morbo coincidentes 79 30
Menses stillantes significant naturæ oppressionem 86. 5.
Menses in morbis à quatuor causis remorantur 84. 16
Menses deficientes tempore morbi 85. 30.
Menses instillantes morbo præsente 86. 1.
Mensium appellatione alii etiam humores sæpe intelliguntur 153. 4.
Menstrua per loca varia erumpentia symptomata sunt in excretrice vitiata 10. 26.
de iis textus Hippocratis explicatur 11. 1.
eorum causæ ibid. 12.
signa ib. 31
& curatio 12. 10.
Menstruorum retentio quæ affectio 13. 3.
eorum

INDEX.

Pag. Lin.

eorum causa interna, & externa ibid. 20.
eorum signa 15. 22.
Menstruorum nimia copia, aut vitium qui suppressionem pariat 13. 30.
Menstruis cur careant cantatrices, saltatrices, viragines, ac lotrices 15 2. & 16.
Menstruorum suppressionis curatio 17. 36
Menstrua quibus non sunt promovenda 18. 2.
Menstruorum suppressio fere fit ex sanguine pituitoso & crasso ibid. 35
Menstrui ab atra bile suppressi curatio 25. 14.
Menstruis albidioribus jam fluentibus purgatio exerceri potest 82. 31.
Menstrua, vide menses,
Menstruorum corruptorum differentiæ 68. 14.
Menstruorum corruptorum causæ ibid. 18.
signa ibid. 25.
curatio 69. 24.
Menstruorum suppuratorum signa 69. 24.
Menstrua adusta 76. 22.
eorum causæ ibid. 28.
signa ibid. 29.
& curatio 77. 4.
Menstrua cum morbis sex modis complicantur 80. 2.
Menstruorum tempore sudor non proliciendus 80 35
Menstruorum in morbis antevertentium curatio 81. 14
Menstrua in morbis antevertentia rationem habent symptomatica evacuationis ib. 23.
Menstruorum in statu morbi proruptio utilis 81. 29.
Menstruorum in morbis anticipationis causæ ibid. 35
Mentam in bello nec edito, nec scrito 110. 4.
Mercati lapsus 123. 13: & 174 5.
Mercatus inutiliter zaratanum distinguit à cancroso scyrrho 141. 4
Mercati lapsus de cancro occulto ibid. 10.
Mercati opinio de pulsatione in arteriis dorsi 199. 5.
Mercurialis lapsus circa menstruorum à multitudine suppressionem 32. 28.
Mercurialis lapsus de fluore muliebri 86. 30.
Mercurialis de corruptione seminis lapsus 170. 9.
Mercurialis lapsus 98. 32 & 290. 25
Metencrita quid 54. 7.
Methodus & admonitiones de curatione suppressionis menstruorum 27. 8.
Mineralia scyrrho conveniunt 131. 36.
Milesiæ virgines quomodo curatæ 246. 20.
Mola quid 402. 3.
de Mola scriptorum sententiæ ib. 13.
Mola plantarum more nutritur ibid. 19.
Mola in genere carnis humanæ continetur ib. 21.
Molæ pellicosa & membranosa ibid. 22.
Mola morbus est in numero 403. 4.
Molæ causæ ibid. 10.
Molæ generatio est similis generationi ovi subventanei ibid. 22.

ad

Pag. Lin.

ad Molæ generationem non sufficiunt sola menstrua, & calor intensus 404. 1.
Molæ signa, & prognostica ibid. 8.
Molæ ac uteri fœtus gestationes ut distinguantur ibid. 12.
Mola ab hydrope qui discernatur 405. 3.
Mola antiqua non nisi cum prædictione curanda ibid. 15.
in Molæ curatione an competat exercitium 407. 32.
Molæ carnosæ curatio 405 18.
Mola aquosa Arabum, & hydrops uteri idem sunt ibid. 19.
Molam expellendi ratio 406. 4.
Molæ extrahendæ ratio 407. 5.
in Molæ extrahendæ ratio 407. 5.
in Molæ extractione roborantia ib. 16.
ad Molæ generationem an requiratur virile semen 403. 24.
Molæ post partum relictæ signa 481. 19.
prognostica 482. 3
curatio ibid. 8.
Molæ plures ibid. 1.
Monstrorum differentiæ quinque 396. 23.
Monstrorum causa generalis & specialis 397. 10.
Monstrum tribus modis à parentibus dissidet 396. 6.
Monstra generantur ob iram Dei 398. 31.
Monstrorum signa 399. 6.
de Monstris mulierc ularum figmentum ib. 12
Monstri curatio, seu potius præcautio ibid. 17.
Montani lapsus 87. 20.
Morbo invadente imminentibus menstruis ex qua parte mittendus sanguis 80. 13.

Pag. Lin.

Morbi quibus affectus naturales occasionem præbent non sunt adeò periculosi 425. 30
Morborum acutorum in gravidis prognostica, 432. 27.
& curatio 433. 31.
Morbosum apparatum emendantia ante & post gravidationem 467. 14
Morbi acuti puerperis, aut ex puerperio contingunt aut ex præexistenti morboso apparatu 490. 16.
Mors oritur unde vita 154. 11.
Mortui ex apoplexia, & epilepsia, aut suffocatione cur triduo asserventur 160. 3.
Motio & agitatio fœminæ naturaliter parturienti nocet, at cum fœtus non debita figura egrediatur juvat 470. 19.
Motus animi qua ratione aborsum provocent 462. 27.
Muliebris fluor 86. 7.
Muliebris fluor corruptam esse fœminam non arguit 87. 20.
Muliebris fluor, vide Fluorem muliebrem.
Mulieres septentrionales cur plurimum abortiant, & fœminas pariant 361. 22.
Mulierc ularum error circa puerperarum victum 446. 32.
Mulier sola inter reliqua animantia difficulter parit 471. 3.
Mulieris primæ lapsus causa est difficilis partus ibid. 7.
Mundificativum de apio 330. 16.
Musculi epigastrii nervosæ extremitates laxiores sunt, quam juxta vertebras, & cur 460. 14.
Myrrha ventrem fœminæ firmum reddit, &

Pag.Lin

dit, & pudendum arctius, & mammas firmiores ac duriores illæso pectore. 514.33.
Myrmecia. 321.27.

N.

Narcotica medicamenta in menstr. profluvio. 43.27.
Narcotica medicamenta. 54.14.
in Narcoticis tria sunt animadvertenda. Ibid. 17.
Narcotica per 5. vel 6. horas à cœna sumantur. 241.14
Narcotica medicamenta, eorum natura & usus. 239.18.
Narcoticis non utendum nisi post semestre à compositione. 240.8.
Narcotica quanto vetustiora, tanto minus stupefaciunt. Ibid. 12.
Narcotica qua ratione stupefaciant. Ibid. 20.
Narcotica frigida sunt in quarto vel ad minimum tertio gradu. Ibid. 25.
Narcotica quibus in casibus, & quibus limitationibus adhibenda. Ibid. 32.
Narcoticorum duplex differentia. 241.7.
Narotica qua hora exhibenda. Ibid. 15.
Narcotica frigidis an calidis affectibus magis conveniant. Ibid. 20
Narcoticis cur calida admisceantur. Ibid. 34.
Nascale quid. 54.1.
inter Nascale & pessium differentia. Ibid. 5.
Natta quis tumor. 127.5.
Natura nostra neque calido contrariatur neque frigido. 235.32.
Natura morbos demolitur calidos & frigidos. Ibid. 33.
Natura semper ad id tendit, quod melius est, sed subsistit in eo quod potest. 398.5.
Natura simplicem affectum facilius fert. 433.8.
Noli mè tangere curandi ratio. 147.2.
Nomæ, quæ ulcera sint. 327.7.
Nutrix, quibus de causis admittenda. 518.8.
in Nutrice decem requiruntur conditiones. Ibid. 12.
Nutrix quæ masculum peperit præferenda. 519.33.
Nutrix abortire non sit assueta. Ibid. 34.
Nutricis purgatio. 533.14.
Nutrix gravida non sit. 519.34.
Nutricis ætas, 518.13. mores. Ibi. 26. tempus à partu, 519.6. mammæ, Ibid. 10. papillæ, Ibid. 17. lac, Ibid. 20. cibus. 518. 13. Ibid. 36.
Nymphæa quid. Ibid. 10
Nymphæa insigne impudicitiæ argumentum. 277.5.
Nymphæ quæ dicantur. Ibid. 28.
Nymphææ causæ, 278.5. signa, Ibid. 14. & curatio. Ibid. 15.
in Nymphæa curatione Avicennæ lapsus. Ibid. 23.

O.

Obesa corpora fortia medicamenta non tolerant, quia viribus non constant. 377.29.
Obesitas duplex, naturalis, & adventitia. 376.35.
Obesitatem non tollit sanguinis missio. 377.31.
Obesitatis curatio. 376.35.
Obstetrix qualis eligenda. 447.5.
Obstetricandi ars viros dedecet. Ibid. 6.
ad obstetrices documenta. Ibid. 7.

Pag. Lin.

Obstructio sine sanguine crasso reperitur, non tamen sanguis crassus sine obstructione. 19.2.
Obstructionis uteri signa, & curatio. 208.29.
Obstructionis jecoris signa, & curatio. Ibid.34.
Obstructionis meseraicarum signa, & curatio. 214.13.
Obstructionibus cunctis communia auxilia. Ibid.35.
Oculi cur doleant, ac tumeant per uteri affectus. 95.13.
Oculi cur caventur per acutos morbos. Ibid.32.
Odorifera devorandis pro epilepticis non misceantur. 181.30.
Oedema quid. 120.14.
Oedematosi tumoris ab inflammatione mammarum distinctio. Ibid.6.
Oedematosi tumoris terminationes. Ibid.30.
Oedematoso tumori repercutientia non conveniunt. 121.29.
Oleum ex bufone. 125.22. & 137.1.
Oleum ex viperis. Ibid.
Olei de colochyntide usus. 465.26.
Olei anisi aut cariophyllorũ usus. 252.36.
Ova perdicis ad quid conducunt. 151.1.
ad Venerem proritant. 389.20.
Ova lombardica quæ dicantur. 445.5.
Ova sub gallina fracta ad uteri reductionem utilia. 271.34.
Oxyrrhodinum in capitis affectu an conveniat. 232.2.
Oxyrrhodinum tepidum applicetur. Ibid.10.
Oxyrrhodino non utendum ubi cum dolore catarrhus infestat. Ibid.17.
Oxyrrhodinum cur syncipiti applicetur. Ibid.25.

Pag. Lin.

P.

Paleativa medicamenta in cancro. 145.18.
Palmus in febre alba cur fiat. 207.33.
Palpitatio cordis in prægnantibus. 419.25.
Panatellam Lusitanam parandi modus. 41.10.
Paredæ lapsus de profluvio à sanguine crasso. 38.22.
Partium principum lesionis signa. 387.3.
Partus naturalis definitio. 445.12.
ad Partum naturalem 5. requiruntur conditiones. Ibid.21.
Partus naturalis causæ, 446.11. *signa,* Ib. 22. & *prognostica.* Ibid.32.
Partus numerosi. 397.25.
Partus tempore fœtus in debita figura appropinquat ori uteri, & id abditam habet causam, ac soli creatori notam. 446.20.
Parturientes ut regendæ. 447.3.
Parturiens ante tempus in partus labores non conijciatur, nec cibis gravetur. Ibid.8.
nec uterus longo tempore lanietur. Ibid.11.
Parturientis situs, ac sellæ descriptio. Ibid.17.
Partu masculo ut plurimum fœmina gaudent. 448.6.
Partus cæsarei definitio, 456.15. *causæ, & usus,* 457.1. *necessitatis indicia.* Ibid.24.
administratio. Ibid.32.
Partus illegitimus. 462.6.
Partum vitiosum, ac difficilem perperam scriptores confundunt, 468.17.

Pag.Lin.

Partus vitiosi differentiæ, Ibid.20. causæ, Ibid.30. signa, 469.4. prognostica, Ibi. 6. ac curatio sive præcautio. Ib.13.
Partus difficilis definitio, 471.10. causæ divinæ. Ibid.7. naturales, Ibid.16. signa. 472.30. prognostica, 473.11. & curatio. Ibid.24.
Partus difficilis quis affectus. 471.12.
Partus difficilis causæ sunt ex parte mulieris, fœtus, aut membranarum. Ib.24.
Partus fœmineus majorem infert dolorem, quam masculus. 472.11.
Partum difficilem portendit longa expuitio, & dolor ad clunes. 473.9.
Partus difficilis herniæ causa plerumque est, phtisis, aut dilatationis, papillæ. Ibid.16.
Parturienti clyster convenit. 474.7.
Partus facilis causæ. 472.28.
Parturientis difficulter situs qualis esse debeat. 474.16.
Partum facilitantia medicamenta, 475.1.
Partum, quæ à proprietate juvent. 476.15.
Partus difficilis manus operatione ut adjuvandus. Ibid.30
Pasta in varios usus contra sterilitatem naturalem. 357.16.
Pasta regia. 106.15.
Passulæ purgativæ quomodo parentur. 400.9.
Paulus & Aetius taxantur in curatione profluvij menstruorum. 46.11.
Pellis arietina recenter abstracta dolores puerperæ sedat. 445.13.
Perfectionis gradus in rebus quatuor, esse, vivere, sentire, ac intelligere. 408.22
Pes gryphius quod instrumentum. 407.11. & 454.2.
Pessi appellationes. 52.18.
Pessus quid. Ib.20.

Pag. Lin

Pessi materia, & variæ figuræ. Ibid.22.
Pessus ovatus. Ibid.35.
Pessus communis qualis. 53.14
Pessus ex allio hortensi conceptum juvat. 364.13.
Pessi & acria medicamenta diu in utero non immorentur. 27.34.
Pessaria & metencrita nuptis duntaxat conveniunt, nascalia virginibus. 28.6.
Pessi, nascalia, & metencrita non nisi re prius cum matre aut seniori assidente communicata applicetur.
Pessorũ differẽtiæ ex parte materiæ 53.18
Pessi emollientes. 53.20.
Pessus aureus. Ibid. 24. & 237.9.
Pessi aperientes. 53.28.
Pessi adstringentes. Ibid.37.
Pessus ex aloë. 56.34
Pessi odorati. 164.10.
Pessus flatus discutiens. 288.17.
Pessus perforatus, ut saniei uteri pateat transitus. 459.25.
Petri Salij lapsus. 493.2.
Philagrij cerotum. 136.29.
Philtra. 361.32.
Philtra prætexũt libidinosiores. 245.32.
Phlogosis quid. 290.8.
Phymosis. 1.5.
Pica quis affectus. 411.1.
in Pica mirabiles appetitus, & carum exempla varia. Ibid.3.
Pica est symptoma in actione depravata. Ibid.22.
Pica magis accidit gravidis optimi temperamenti. Ibid.27.
Picæ causæ Ib.32 signa, 412.6. & curatio. Ibid.30.
Pica quadragesimo die à cõceptu incipit, & adquartũ usq; mensẽ durat. Ibid.2.
Picæ convenientes cibi. Ib.30.
Picæ vomitus prodest. 413.15.

Pag. Lin.

Pilo devorato an lac concrescat, & dolores fiant. 530.14.
Pilarem morbum, quem vocent mulierculæ. 527.10.
Pileus medicatus. 94.22:182.25:230.15.
Pilulæ exsiccant, & calfaciunt. 190.4.
Pilulæ exhibentur variis temporibus ad diversos usus. 232.33.
Pilulæ ad caput purgandum, qua hora noctis exhibendæ. 233.2.
Pilulæ ad purgandum universum corpus matutino tempore exhibeantur. Ib.15.
Pilulæ acuuntur diagridio pro morbis biliosis, trochiscis, aladali pro pituitosis, lapide Lazuli pro melancholicis. Ibid.22.
Pilulæ ac morselli cur impari numero exhibeantur. 233.24.
Pilulæ Nicolai contra fluxum. 239.34.
Pilulæ aliæ contra dolores & fluxus. 240.4.
Pinguedo duplex. 376.35.
Pira si sint in cubiculo parturientis vulvã nõ dilatari scribunt aliqui. 447.36.
Pisces in mari mortuo cur non generentur. 345.20.
Pinguedinis ac seminis eadem est materia. 385.32.
Pituitæ coctio. 20.19.
Pituitæ purgatio. 21.1.
Pituita dulcis & acida duntaxat vere cruda dicitur. 76.8.
Pituitam ac frigidos humores quæ purgent. 251.10.
Placenta ex ovis ad flatus discutiendos. 287.34:216.32.
Platina librum scripsit de honesta voluptate, sive de arte coquinaria. 390.6.
Plenitudinem moderatam solvit crurum scarificatio, & venæ sectio ex pede. 33.37.
Plenitudinis signa. 55.27.
Plenitudini inter alas, & inguina conducit etiã sanguinis missio ex pede. 55.27.
Plenitudinis morbi. 169.2.
Ploratus uteri. 54.25.
Plumbeæ lamiæ usus. 105.8.
Pomada unguentum. 339.26.
Pomum insanum, sive melongena quis fructus, & a quid utilis. 314.1.
Potio frigida i profluvio menstruorum 42.3.
Præcepta artis urgente necessitate evertere interdum licet. 84.10.
Præcipitatio matricis. 269.6.
Prægnantibus utilia cathartica. 267.10.
Præparatio humoris quid. 73.34.
Priapismus à satyriasi quid differat. 242.20.
Principia morborum tria. 75.5.
Procidentia uteri. 269.5.
in Procidentia uteri à suis ligamentis non dissolvitur. Ibid.13.
Procidentia uteri morbus est in depravato situ. Ibid.18.
Procidentiæ uteri differentiæ tres. Ib.20.
Procidentiæ uteri causæ. Ibid.24 *signa.* 270.10. *Prognostica.* Ibid.20. *curatio* Ibid.30.
in Procidentia uteri cathartica raro conveniunt. Ibid.39.
in Procidentia uteri vomitus utilis Ibid.40.
Procidentia sed in infante. 540.6.
Profluvium muliebre nothum quid sit. 37.16.
Profluvij menstrui causa, Ib.18 *signa* 38.33. *& curatio.* 40.22.
in Profluvio sanguinis humoris substantia liquida, est qualitas acris, & mordax. 38.11.
in Profluvio sanguinis cur prius floridus postea crassus, & fœculentus exit. Ib.14

Profluvi-

Pag. Lin.

Profluvium menstr. ex humoris alienæ qualitate plerumq; evenit. 41.2.
Profluvium omne sistētia emplastra ad id & potus expertus sirupus. 45.7.& 28.
Profluvij menstr. ex pituita curatio. Ibid.28.
Profluvium menstr. ex seroso sanguine. 46.1.
Profluvium menstr. sedant sudores. Ibid. 22.
Profluvij menstr. ex apertione venæ fit aut ab erodente humore. Ibid.27.
Prolapsus & descensus uteri differentia.
Prosper Alpinus autor. 394.27.
Pruna senæ, qui parentur. 190.10. & 266.24.
Pruritus uteri, 242.1. eius definitio, Ib.9. causæ, Ib.14. signa, Ib.16. prognostieum Ib.26. curatio. Ibid.33.
Pruritus uteri quod symptoma. Ibid.31.
Puerperium vide Lochia.
Puerperas ligant fœminæ Lusitanæ, septentrionales vero non. 441.4.
Puerperæ cibus & potus. Ibid.13.
Puerperæ biduo à carne abstineāt. Ib.28.
Puerperarum dolores sedantia. 450.2.
Puerpera quamdiu in lecto sit continenda. 450.10.
Puerperæ à frigore valde læduntur. 454.33.
Puerperarum morbi acuti, 490.7. eorum causæ, Ibid.16. signa, Ibid.21. prognostica, 491.7. curatio. Ibid.14.
Puerperis morbi acuti fiunt aut ex puerperio, aut ex præexistenti morboso apparatu. 490.16.
in Puerperis initium morbi à quo die debeat computari. 491.4.
Puerperis ex morboso apparatu, quam ex detento puerperio periculosiores morbi fiunt. Ibid.21.

Pag. Lin.

Puerperæ morbo acuto correptæ victus. 492.1.
Puerperæ morbo acuto correptæ, quando & ex qua parte sit mittendus sanguis. Ibid.14.
Puerpera quo magis distat à die partus, eò tutius venæ superiores secantur. 493.32.
Puerpera etiam levissimis catarticis interim dum lochia fluunt non utatur etsi morbo corripiatur acuto. 494.7.
Puerperis ante nonum à partu diem medicamentum exhibere, etsi contemperans mulierculis piaculum videtur. Ibid.19.
à tempore displicentiæ criticorum supputatio facienda non est. Ibid.33.
in Puerperis morbo correptis à quo die sit facienda cōputatio criticorū. Ib.26.
Puerperarum febris. 495.25. ejus causa Ibid.27. signa, 496.12. prognosticū. Ib. 20. curatio. Ibid.26.
Puerperæ dysenteria correptæ, qua limitatione sanguis ex pede mittendus. 499.12.
Puerperarum vomitus causa 506.3. signa, Ibid.14. & curatio. Ibid.27.
Puerperarum mania, melancholia, delirium, epilepsia. 509.4.
Puerperarum pleuritis, jecoris inflammatio, phrenitis, angina, ac tussis mala ut signa, & ut causa. 507.11.
Pulsatio circa dorsum fœminis melancholicis perpetuum est symptoma. 187.19.
Pulsatio arteriæ dorsi viris interdum accidit. 198.33.
Pulsatio arteriæ dorsi à quo morbo fiat. 19[illegible].
in Pulsatione arteriæ dorsi pulsatio quando utilis. 203.28. de Pul-

de Pulsatione in arteria dorsi Mercati opinio. 199.5.
ejus causæ Ib.26.& signa. 200.16.
Prognostica. Ibid.29.
Curatio. 201.10.
Pulsatio in arteriis dorsi cum causone aut jecoris inflammatione sæpe confunditur. 200.34.
In ea purgatio non convenit. 201.21.
Curatio ejus eadẽ, quæ causonis. Ib.28.
Pulticulæ pro infantibus parandi ratio. 537.25.
Pulvis astringens.3.31: 271.17: & 280.1.
Pulvis capitalis. 94.22. & 182.18.
Pulvis sarsæ. 94.26.
Pulvis contra gonorrhæam. 103.12.
Pulveris Iohannis de Vigo usus. 191.24.
Pulvis celebris ad purgandam melancholiam. 194.34.
Pulveres stomachales. 226.18.
Pulvis lac concretum dissolvens. 528.30.
Purgatio per epicrasin. 70.29.
Purgatio humorum qui fiat. 76.15.
Purgatio per catharticũ quatriduo ante mensium tempus exerceri potest. 81.8.
Purgatio paulatina potius, quam conferta in gonorrhæa convenit. 102.8.
Purgantia cibis commiscenda non sunt. 233.10.
Purgantium medicamentorum clandestine pro ijs, quæ à medicamentis abhorrent plures modi. 266.10
Purgatio gravidis cur magis conveniat mediis mensibus, quam primis, & ulterioribus. 436.8.
Purgatiuncula pro gravidis. 429.10.
Purgatio non convenit gravidæ ægrotanti morbo acuto ex materia firmata. 436.25.
Purgantis medicamenti in gravidis limitationes. Ibid.30.
Purgatio an conveniat ad emendandum lac. 533.18.
Purgãtia, quæ roborãdo evacuãt. 437.5.
Purgans medicamentum exhibendu non est gravidæ, morbo lethali correptæ, nec in morbo sua natura salubri, sed dubio. Ibid.26.
Purgatio an sanguinis missio in gravidis periculosior. 438.33.
Puris confecti notæ. 114.10. & 295.20.
Puris ex utero eductio. 296.13.
Pus collectum intra intestina, ac peritonæum. Ibid.27.
Pustulæ uteri, 324.15. causæ, Ibid.25. notæ, Ibid.28. curatio. Ibid.30
Putredinem uteri, venis communicari quo signo dignoscatur. 497.23.
Putredo quibus inhibetur. 73.4.

Q.

Qualitates primæ ad quas facultates naturales obeundas quæq; conducant magis. 33.8.
Qualitatis pernitiosæ indicium. 234.32.
Quæ concrescunt à frigido à calido dissolvuntur, & è converso. 528.22.

R.

Radicis chinæ electio, parandi & exhibendi ratio. 255.28.
Radicis chinæ decoctum abstergit & lubricat. 256.22.
Radicis chinæ assumentibus conveniens victus. Ibid.23.
Radicis chinæ decocto quo anni tempore utendum. 257.16.
Radicis chinæ temperamentum, & vires Ibid.23.
Radix chinæ quos morbos curet. Ib.29.
Radicis chinæ siruptus. 431.11.
Radicis cujusdam mira vis in excitanda Venere. 394.18.
Rectũ ex errore nõ est imitandũ. 440.17.
Recrementum in ulcere triplex, ichor, sordes, & pus. 333.2.

Pag. Lin.

Recursus uteri morbus est in depravata figura & situ. 273.22.
*Recursus uteri Ibid.16. causæ.Ibid.29.signa,*274.14.*differentiæ,Ib.16.prognosticum.*275.5. *Curatio.* *Ibid.8.*
Recursus uteri quibus fœminis magis accidat. *Ibid.5.*
Regulæ ad fœcundum concubitum observandæ quo loco traduntur ab autore. 353.11.
Remedia magna tria sunt, diæta, sanguinis missio; & purgatio. 433.33.
Respiratio cum vita dicitur ad convertentiam. 171.24.
Respirationi inservientia instrumenta valde læduntur in uteri strangulatu. 156.19.
Restaurantia medicamenta. 105.32.
Restaurantia præsertim fœminam à qua fœtus mortuus chirurgia fuit extractus. 454.31.
Retentrix uteri facultas quibus medicamentis roboretur. 57.31.
Rhiada quid. 279.30.
Risus falsus sive Sardonius. 198.50.
Roborantia uterum & caput. 181.8.
Roborantia cor, cerebrum, & uterum. 193.13.
Roborantia jecur. 210.11.
Rodericus de Sorea primarius Salmanticensis professor. 515.24.
*Rõdeetij error de uteri strãgulatu.*171.11
Ros cœlestis emaciat. 378.5.
Rosacea conserva haud facile in bilem vertitur. 267.33.
*Rousetus scripsit de partu cæsareo.*457.22
Rotulæ elect. de succo ros. 91.34.
Rubigo ferri impense exsiccat. 220.16.
Rugæ post partum in ventre & mammis, earum causæ. 513.15.
Rugæ à partu fœminis molestiæ sunt, quia eas viris suis ingratas reddunt.Ibid.28.

Pag. Lin.

Rugitus lienis. 89.28.
Rugitus lienis per febres albas qui fiat, ejus signa. 208.13.
Rugitus lienis post plenilunium magis accidit. 213.16.

S.

Sacculus cordialis. 193.31.
Sacculus capitalis. 94.18.
Sacculi pro utero. 253.7.
Sacculi tritico elixo pleni sudorem provocant. 257.5.
Sal sacerdotale quid. 353.24.
Sal multum si prægnantes comedant fœtus editur sine unguibus. 412.22.
*Salitorum usus moderatus ad impinguationem facit, & lactis proventũ.*522.27
Salvia ebibita menses evocat, suffita eosdem sistit. 47.30.
Salvatellæ phlebotomia totum ventilat corpus. 267.20.
Sambajon quis cibus. 389.23.
Sanctij Regis Navarræ hist. 456.28.
Sanguinis missio in causa frigida an conveniat. 19.17.
Sanguinis missio paulatina, seu diversiva qua ratione fiat. 41.23.
Sanguinis missio initio morbi, purgatio in statu aut declinatione magis conveniunt. 83.2.
Sanguinis missio bis in die quibus in morbis facienda. *Ibid.24.*
Sanguinis missio ex salvatella ubi à Galeno posita. 129.17.
*Sanguinis missio magis convenit semine superabundante quã corrupto.*167.33.
Sanguis uno è tribus locis in gravidis prosilit. 427.17.
Sanguinis fluoris ex utero prægnãtis causæ, Ibid.22.signa. Ibid.32.prognostica, 428.10.*curatio.* 429.1.

Pag. Lin.

Sanguis ex utero gravidæ, aut fœtum imbecillum pronunciat, aut aborsus præludium est. 428.10.
Sanguis ex utero gravidæ pletoricæ utiliter statis temporibus profluit. Ibi.22.
Sanguinis copia potest tenellum fœtum repente suffocare. Ibid.27.
Sanguis quibusdam gravidis utiliter per intervalla mittitur. Ibid.25.
de Sanguine fluente ex utero prægnantis Hippoc. textus exponitur. Ibid.30.
Sanguinis missiones antiqui copiosiores quam nos faciebant. 434.35.
Sanguinis missionis in gravidis moderationes. 435.14.
Sanguinis immoderatè fluens post partum, vide Lochia.
Sanguinis immoderati à partu causæ, 486.20. *signa,* Ibid. 24. *Prognosticon,* Ibid.32. *curatio.* Ibid. 35.
Sanguis diminutè fluens post partum 487.7. *ejus causæ,* Ibid.19. *signa,* 488.1. *prognostica,* Ib.13. *curatio,* Ib.20.
Sanguinem fundentia & attenuantia. 489.23.
Sanies & ichor an idem sit. 333.15.
Sarsæ parellæ pulvis. 94.26.
Sarsæ parellæ descriptio, temperamentum, electio, vires, propinandi modus. 259.5.
Sarsa parella majores habet vires, quã lignum Indicum, & radix chinæ. Ib.7.
Quo numero dierum sumenda. 260.2.
Quibus morbis prosit. 259.17.
Sarsæ potus secundarius. Ibid.29.
Sarsæ potionem parandi modus alter. Ibid.32.
Sarsæ, ligni, & radicis chinæ decoctiones, qua ratione tolerent permixtiones aliorum simplicium. 260.12.
Sarsæ pulvis. Ibid.34.
ex sarsa, & ligno theriacales aquæ. 261.3.

Pag. Lin.

ex Sarsa, & ligno potq quotidiãus. Ib.17.
Sasafras lignum suppressioni menstruorum opitulatur. 19.16.
Satyriasis à priapismo qui differat, estq; acutum malum. 242.21.
Scabies infantis. 538.15.
Scaliger autor. 394.23.
Scalpellum ad aperiendos internos abscessus.
Scarificationes crurum & brachiorum cur magis quam sanguinis missio per venæ sectionem conveniant. 19.32.
Scarificandi modus ab autore alibi traditur. 20.12.
Scarotica medicamenta uterus non sustinet. 331.16.
Sceleroma quid. 301.31.
Scævolæ qui dicantur. 536.33.
Sceletyrbe. 306.8.
Scyrrhi sive sephyri, sive sclirotici apostematis definitio. 127.11.
Scyrrhus exquisitus à quo humore. Ib.13.
Scyrrhus non exquisitus dolore non absolvitur. Ibid.17.
Scyrrhi definitio altera, Ibid.24. *causæ,* Ibid.28. *signa,* 128.16. *prognostica,* Ib.23. *& curatio.* Ibid.31.
Scyrrhus sæpe fit ob medicorum imperitiam. 128.4.
Scyrrhus insensilis medicamentis non curatur, sed manus opera. 128.23.
Scyrrhus pilosus curationem non admittit. Ibid.26.
Scyrrhus ad maturationem nunquam venit. Ibid.28.
Scyrrhus ex nimia resolutione genitus humidis curatur. 132.9.
Scyrrhũ amputare quando liceat. Ib.32.
Scyrrho repercutientia non conveniunt. 133.21.
Scyrrhus cancrosus. 134.1.

Pag. Lin.

Scyrrhi cancrosi à vero scirrho, & à reliquis humoribus distinctio Ibid. 17.
Scyrrhi cancrosi causa, Ibid. 30. signa, 135. 10. & curatio Ibid. 25.
Scyrrhi lienis curatio 134. 1. & 212. 20.
Scyrrhus uteri, 301. 3. quis morbus, Ibid. 13. ejus causæ, Ibid 14. & signa 302. 3. distinctio à reliquis morbis, maxime à mola, Ibid. 28. prognostica Ibid. 34. curatio 303. 3.
Scyrrhosis quid 302. 2.
Scyrrhi in cancrum degenerantis indicia 308. 20.
Scissura labij inferioris quid significat 262. 2.
Scissuræ in ventre prægnantis qua ratione cavendum ne fiant 513. 20.
Scoriæ ferri parandi ratio 43. 21.
Scolimi, & cinara, ejus fructus ad Venerem faciunt 389. 34.
Scorbutus quis morbus, & ejus causæ 306. 28.
Scorbuto Lusitani in Indiam navigantes correpti 307. 7.
Scorbuti remedia Ibid. 27.
Scorsionera radicis utilitas 215. 25.
Scoticæ fœmina gravidationis tempore simplici utuntur pallio, & sine obstetrice pariunt 442. 34.
Scytharum fœminæ plures steriles 369. 8.
Scytharum ancillæ felicius, quam conjuges concipiunt, & cur 381. 22.
Secundina ante fœtum emissa ipsum esse mortuum indicat 451. 22.
Secunda relicta difficilia infert symptomata 477. 28.
Secunda retenta quis morbus Ibid. 33.
Secundæ retentæ causæ, 478. signa 4. Ibid. 9. prognostica, Ibid. 16. curatio Ibid. 23.
Secundæ alligatæ uteri fundo 480. 13.
Secundam expellentia medicamẽta 479. 1.
Secundæ ovis aut capræ aridæ, & epotæ ad quid conferat 479. 21.
Secundæ qua ratione manus opera educatur 480 9.

Pag. Lin.

Secundam relictam suppurantia Ibid. 34.
Semen in gonorrhæa fluens spiritibus orbatum est 98. 9.
Semen natura propter generationem resarcire properat 100. 30.
Semen discutientia medicamenta 102. 19.
Semen vitiatum majora quam menstruum vitiatum infert symptomata 157. 36. & 172. 6.
Semine superabundante purgatio non convenit 167. 34.
Semini purgando utiles boli 168. 9.
Semen in utero an possit deleteriam concipere qualitatem 170. 8.
Semen cur deterius putreat Ibid. 18.
Semen bonum quale 359. 4.
Semen emendantia medicamenta 380. 9.
Semen crassum attenuantia medicamenta, tenue incrassantia 400. 20.
Seminis vitium 384. 32.
Seminis inæqualis rectificatio 410. 3.
Sena pruna ut parentur 190. 10.
Sena dilutum Ibid. 15.
Senes ex pituita salsa pruritu vexantur 24332.
Sensus hebes fit ex abundante humiditate: ejus signa 65. 28.
Sentiendi vis à spiritu animali est 128. 15.
Septimestres partus cur interdum edantur 431. 2.
Sessionis in frigido loco nocumenta 269. 25.
Sevatum unguentum 383. 16.
Siccæ intemperiei curatio 8. 33.
Siccæ uteri intemperaturæ signa 261. 31. & curatio 262. 5.
Siccis naturis & morbis evacuationes non conveniunt 262. 28.
Sideratio 342. 17.
Signa sanguinis aut menstrui putrescentis in utero 157. 35.
Signa indicantia in quam partem uterus incumbat 158. 6.
Signa prognostica strangulatus uteri Ibid. 31.
Signa discussionis humorum 295. 1.

INDEX

Pag. Lin.

Signa discernentia inter mortuam & præfocatam 159. 27.
Signa distinguentia inter melancholicas & maniacas 188. 16.
Similitudo à materia, & forma proficiscitur 387. 11.
Similitudo triplex est, in specie, & in individuo, & in sexu Ibid. 12.
Sitis & ardoris linguæ remedia 205. 4.
Situmus ad Venerem facit 394. 32.
Solidantes ventrem, & mammas liquores 514. 16.
Somnum provocantia 192. 14.
Somnus longus sanguinem attenuat, & fluxiones auget 486. 9.
Somnus à siccitate maxime impeditur 510. 35.
Soporifera in fine cœnæ capienda ut major fiat evaporatio 193. 4.
Spadonum sterilitas non curatur 387. 24.
Sphadelus 342. 17.
Spiritus corporeus majoris est efficaciæ quã genitivus 398. 19.
Spiritus addunt corpori levitatem 451. 2.
Splendonius pessus 52. 31.
Stercoris asinini facultas 48. 13.
Stephan. Athenensis scripsit in primum ad Glauc. 172. 28.
Sterilitas quid 350. 13.
Sterilitatis species, sterilitas ad tempus quæ dicatur, vitium est in actione læsa Ibid. 21.
Sterilitatis naturalis causæ, 351. 1. signa, Ibid. 11. experimenta quibus cognoscitur Ibid. 21.
an curationem admittat 352. 23.
ejus curatio Ibid. 33.
Sterilitatem quæ remedia à proprietate curant Ibid. 36.
Contra Sterilitatem externa medicamenta 354. 3.
Sterilitatis naturalis curandi methodi insignes 355. 3.
Sterilis sit fœmina an vir quibus notis exploratur 358. 9.

Pag. Lin.

Sterilitatis causæ ex parte feminis Ibid. 31.
Sterilitatis causæ ex parte uteri 359. 16.
Sterilis inprimis est frigidus ac densus uterus Ibid. 25.
Sterilitatis causæ ex parte principiorũ 360. 8.
Sterilitas à commisso errore Ibid. 10.
Sterilitatis per collationem signa Ibid. 23.
Prognostica 361. 27.
Sterilitas magis fit ex parte fœminæ, infrigidatio, & maleficiũ ex parte viri Ibid. 28.
Sterilitas in viris senioribus curanda, in fœminis non Ibid. 36.
Sterilitatis ob calorem curatio 362. 21.
Sterilũ conjugũ examinandi ratio 364. 33.
ad Sterilitatem ex debilitate membrorum dignoscendam statuitur triennij tempus 366. 1.
Sterilitatem inducere an liceat, aut abortum provocare Ibid. 17.
Sterilitas morbosa, ejus causæ externæ, internæ 368. 13.
Sterilitatis causæ abditæ, sunt divina voluntas, maleficia, carmina, incantiones, nodi, ac vincula, sive nexus 370. 12.
Sterilitatis causæ pinguedo, gracilitas, flatus, feminis ac menstrui vitium 368. 32.
Sterilitatis causæ censentur à plerisq; quædã superstitiosa medicamenta, 370. 26. & aspectus astrorum 371. 14.
Sterilitatis morbosæ signa Ibid. 28.
Sterilitatis ab uteri lubricitate curatio 374. 17.
Sterilitatis ex uteri hiatu curatio 375. 15.
ex duritie Ibid. 31.
ex pinguedine, 376. 35. gracilitate, 379. 16. ex vitio feminis 380. 9.
Steriles fœminas reddit inprimis siccitas 375. 33.
Sterilitatis ex superabundante, aut deficiente semine, curatio 380. 7.
Sterilitas ad tempus dupliciter fœminis contingit 380. 32.
Sterilitatis ad tempus causæ 381. 2.
Steriles ad tempus sæpe evadunt, quæ nubunt ante 14. annum Ibid. 3.

Item

Pag. Lin.

Item quæ jam seniores *Ibid. 11.*
Sterilitatis ad tempus curatio *382. 1.*
Sterilitatis ob delicatam naturam curatio *383. 1.*
Steriles sunt Viri perinde ac fœminæ *384. 3.*
Sterilitatis in Viro quatuor modi *Ibid. 9.*
Sterilitatem facit penis Vitiata figura *Ibid. 15.*
Sterilitatem parit occupatio in rebus arduis *385. 24.*
Sterilitatis causa magna est obesitas, & lues Venerea *Ibid. 30.*
Sterilitatis Viri signa *386. 4.*
Stibij usus *130. 3. & 180. 2.*
Stillicidij menstr. differentia *54. 28.*
Stillicidij menstrui causæ, 55. 3. signa, Ibid. 25. prognostica, 56. 19. curatio *Ibid. 27.*
Stillicidium menstr. longæVis etiam accidit *55. 20.*
Stillatitius liquor ex Cassia fistula *267. 15.*
Stincorum Virtus, & quæ eorum partes sint usurpanda *395. 9.*
Stiptica medicamenta calida *47. 27.*
Stobæus autor *102. 24.*
Stomomma quid *220. 11.*
Stomomma est acies ferri, non æris *Ibid. 23.*
Stomachachexia quid *306. 8.*
Strangulatio ex utero, sive suffocatio *152. 12.*
Strangulationem uteri excitans humor Veneni induit naturam *153. 8.*
Strangulationem humor excitare non potest nisi in utero commoVeatur *Ibid. 10.*
in Strangulatione aliquid per lienem ad cor & guttur transfertur *Ibid. 16.*
in Strangulatione cur, & quid cerebrum ac cor patiantur *Ibid. 18.*
Strangulatio ad frigidos affectus refertur *Ibid. 23.*
Strangulatio ex utero ad morbos in situ etiam reducitur *Ibid. 27.*
in Strangulatione uterus est pars affecta *154. 1.*
Strangulatio ex utero Viduis, & Virginibus grandioribus potissimum accidit *Ibid. 21.*
Strangulatio ex utero quibus anni tempori-

Pag. Lin.

bus magis accidit *Ibid. 30.*
Strangulationis gradus tres sive differentiæ *Ibid. 32.*
Strangulatio ex utero qua ratione ab alijs morbis discernatur *155. 3.*
Strangulationis causæ antecedentes conjunctæ, signa, curatio, in accessione, extra accessionem *Ibid. 26. & seq.*
Strangulatio ex utero cur epilepsiæ similis *157. 5.*
Strangulationis instantis aut jam præsentis signa *Ibid. 11.*
in Strangulatis curandis capitis habēda est ratio *192. 24.*
Strumæ signa 124. & curatio *Ibid. 12.*
Struma qui differat à glandula *123. 15.*
Strangulatis acetum non conVenit *173. 21.*
Strangulatis an Vinum conVeniat *Ibid. 33.*
Strangulatis an competat sanguinis missio *174. 10.*
Strutiocameli adeps ad quid utilis *214. 11.*
Sudor sedat profluVium menstr. *46. 22.*
Sudorifica medicamenta *71. 8.*
Sudor menstrui tempore non proliciendus *80. 35.*
Sudorem prolicientia *162. 25. & 255. 19.*
Sudare nequeuntibus quid faciendum ut sudor proliciatur *257. 4.*
Sudores per somnum felicius prorumpunt *Ibid. 20.*
Sudantes carbones accensos non habeant in cubiculo *Ibid. 21.*
Suffitus aromatum pituitosis, Evaporationes melancholicis, & biliosis magis conVeniunt *25. 1. & 27. 24.*
Suffitus pro utero *25. 3. & 253. 2.*
Suffitus injocundi *161. 10.*
jocundi *162. 7.*
in Suffocatione uteri illæsus spiritus bonum signum *159. 2.*
Suffocatio ex utero raro graVidas exercet *159. &*

INDEX

Pag. Lin.

Signa discernentia inter mortuam & præfocatam 159. 27.
Signa distinguentia inter melancholicas & maniacas 188. 16.
Similitudo à materia, & forma proficiscitur 387. 11.
Similitudo triplex est, in specie, & in individuo, & in sexu Ibid. 12.
Sitis & ardoris linguæ remedia 205. 4.
Sitamus ad Venerem facit 394. 32.
Solidantes ventrem, & mammas liquores 514. 16.
Somnum provocantia 192. 14.
Somnus longus sanguinem attenuat, & fluxiones auget 486. 9.
Somnus à siccitate maxime impeditur 510. 35.
Soporifera in fine cœnæ capienda aut major fiat vaporatio 193. 4.
Spadonum sterilitas non curatur 387. 24.
Sphadelus 342. 17.
Spiritus corporeus majoris est efficaciæ quã genitivus 398. 19.
Spiritus addunt corpori lenitatem 451. 2.
Splendonius pessus 52. 31.
Stercoris asinini facultas 48. 13.
Stephan. Atheniensis scripsit in primum ad Glauc. 172. 28.
Sterilitas quid 350. 13.
Sterilitatis species, sterilitas ad tempus quæ dicatur, vitium est in actione læsa Ibid. 21.
Sterilitatis naturalis causæ, 351. 1. signa, Ibid. 11. *experimenta quibus cognoscitur Ibid.* 21.
an curationem admittat 352. 23.
ejus curatio Ibid. 33.
Sterilitatem quæ remedia à proprietate curant Ibid. 36.
Contra Sterilitatem externa medicamenta 354. 3.
Sterilitatis naturalis curandi methodi insignes 355. 3.
Sterilis sit fœmina an vir quibus notis exploratur 358. 9.

Pag. Lin.

Sterilitatis causæ ex parte seminis Ibid. 31.
Sterilitatis causæ ex parte uteri 359. 16.
Sterilis inprimis est frigidus ac densus uterus Ibid. 25.
Sterilitatis causæ ex parte principiorũ 360. 8.
Sterilitas à commisso errore Ibid. 10.
Sterilitatis per collationem signa Ibid. 23.
Prognostica 361. 27.
Sterilitas magis fit ex parte fœminæ, infrigidatio, & maleficiũ ex parte viri Ibid. 28.
Sterilitas in viris senioribus curanda, in fœminis non Ibid. 36.
Sterilitatis ob calorem curatio 362. 21.
Steriliũ conjugũ examinandi ratio 364. 33.
ad Sterilitatem ex debilitate membrorum dignoscendam statuitur triennij tempus 366. 1.
Sterilitatem inducere an liceat, aut abortum provocare Ibid. 17.
Sterilitas morbosa, ejus causæ externæ, interna 368. 13.
Sterilitatis causæ abditæ, sunt divina voluntas, maleficia, carmina, incantiones, nodi, ac vincula, sive nexus 370. 12.
Sterilitatis causæ pinguedo, gracilitas, status, seminis ac menstrui vitium 368. 32.
Sterilitatis causæ censentur à plerisq; quadã superstitiosa medicamenta, 370. 26. *& aspectus astrorum* 371. 14.
Sterilitatis morbosa signa Ibid. 28.
Sterilitatis ab uteri lubricitate curatio 374. 17.
Sterilitatis ex uteri hiatu curatio 375. 15.
ex duritie Ibid. 31.
ex pinguedine, 376. 35. *gracilitate*, 379. 16. *ex vitio seminis* 380. 9.
Steriles fœminas reddit inprimis siccitas 375. 33.
Sterilitatis ex superabundante, aut deficiente semine, curatio 380. 7.
Sterilitas ad tempus dupliciter fœminis contingit 380. 32.
Sterilitatis ad tempus causæ 381. 2.
Steriles ad tempus sæpe evadunt, quæ nubunt ante 14. annum Ibid. 3.

Item

Pag. Lin.

Item quæ jam seniores Ibid. 11.
Sterilitatis ad tempus curatio 382. 1.
Sterilitatis ob delicatam naturam curatio 383. 1.
Steriles sunt viri perinde ac fœminæ 384. 3.
Sterilitatis in viro quatuor modi Ibid. 9.
Sterilitatem facit penis vitiata figura Ibid. 15.
Sterilitatem parit occupatio in rebus arduis 385. 24.
Sterilitatis causa magna est obesitas, & lues Venerea Ibid. 30.
Sterilitatis viri signa 386. 4.
Stibij usus 130. 3. & 180. 2.
Stillicidij menstr. differentia 54. 28.
Stillicidij menstrui causæ, 55. 3. *signa*, Ibid. 25. *prognostica*, 56. 19. *curatio* Ibid. 27.
Stillicidium menstr. longævis etiam accidit 55. 20.
Stillatitius liquor ex Cassia fistula 267. 15.
Stincorum virtus, & quæ eorum partes sint usurpanda 395. 9.
Stiptica medicamenta calida 47. 27.
Stobæus autor 102. 24.
Stomomma quid 220. 11.
Stomomma est acies ferri, non æris Ibid. 23.
Stomachachexia quid 306. 8.
Strangulatio ex utero, sive suffocatio 152. 12.
Strangulationem uteri excitans humor veneni induit naturam 153. 8.
Strangulationem humor excitare non potest nisi in utero commoveatur Ibid. 10.
in Strangulatione aliquid per lienem ad cor & guttur transfertur Ibid. 16.
in Strangulatione cur, & quid cerebrum ac cor patiantur Ibid. 18.
Strangulatio ad frigidos affectus refertur Ibid. 23.
Strangulatio ex utero ad morbos in situ etiam reducitur Ibid. 27.
in Strangulatione uterus est pars affecta 154. 1.
Strangulatio ex utero viduis, & virginibus grandioribus potissimum accidit Ibid. 21.
Strangulatio ex utero quibus anni temporibus magis accidit Ibid. 30.
Strangulationis gradus tres sive differentiæ Ibid. 32.
Strangulatio ex utero qua ratione ab alijs morbis discernatur 155. 3.
Strangulationis causæ antecedentes conjunctæ, signa, curatio, in accessione, extra accessionem Ibid. 26. & seq.
Strangulatio ex utero cur epilepsiæ similis 157. 5.
Strangulationis instantis aut jam præsentis signa Ibid. 11.
in Strangulatis curandis capitis habēda est ratio 192. 24.
Strumæ signa 124. & *curatio* Ibid. 12.
Struma qui differat à glandula 123. 15.
Strangulatis acetum non convenit 173. 21.
Strangulatis an vinum conveniat Ibid. 33.
Strangulatis an competat sanguinis missio 174. 10.
Strutiocameli adeps ad quid utilis 214. 11.
Sudor sedat profluvium menstr. 46. 22.
Sudorifica medicamenta 71. 8.
Sudor menstrui tempore non prolicitendus 80. 35.
Sudorem prolicientia 162. 25. & 255. 19.
Sudare nequeuntibus quid faciendum ut sudor proliciatur 257. 4.
Sudores per somnum felicius prorumpunt Ibid. 20.
Sudantes carbones accensos non habeant in cubiculo Ibid. 21.
Suffitus aromatum pituitosis, evaporationes melancholicis, & biliosis magis conveniunt 25. 1. & 27. 24.
Suffitus pro utero 25. 3. & 253. 2.
Suffitus injocundi 161. 19.
jocundi 162. 7.
in Suffocatione uteri illæsus spiritus bonum signum 159. 2.
Suffocatio ex utero raro gravidas exercet 159. 8.

Pag. Lin.

Suffocatio grandioribus 45. annis fœminis raro contingit. 159. 15.
Suffocatio circa annos quib. menses cessant, aut etiam cessut, aut interficit Ibid. 18.
Suffocatio per circuitus invadit Ibid. 26.
Suffocatas ex utero ab immundo spiritu teneri vulgus dicit 160. 11.
Suffocatio ex utero, vide strangulationem uteri.
Suffocatis illicò ab accessione vinum non est dandum 165. 14
Suffocationis ex utero curatio extra accessionem Ibid. 23.
Suffocationem ex retento semine cur potius fœmina quam viri patiantur 172. 11.
Suffumigia ex capitibus & oculis piscium salitorum 489. 21.
Superstitio veterum de sectione venarum retro aures 211. 28.
Suppressio menstruorũ fere semper fit à sanguine pituitoso & crasso 18. 35.
Suppressionis menstr. à bile, signa, & curatio 26. 11.
Suppressio menstruorum, causæ, signa, & curatio, vide menstr. suppressionem.
Suppressio alvi in puerperis 500. 20.
Suppurans sive digestivum medicamentum 3. 28.
Suppuratorum menstr. signa 68. 25.
Suppurationis signa 113. 19.
Suppurantia vim habent humidam & emplastricam Ibid. 22.
Suppurantia medicamenta calorem, & spiritum cohibent 295. 27.
Symptomatum varietas in strangulatis unde proveniat 169. 9.
Symptomatum in febribus curatio 205. 1.
Symptomatum omnium triplex est medendi ratio. 235. 6.
Synciput cur magis dolet, quam reliqua corporis partes 229. 10.
cur Syncipiti applicetur oxyrhod. 232. 24.
in Syncipite rarissimum est cranium Ibid. 26.
Syrupi ex sarsa & ligno 260. 19.

Pag. Lin.

Syrupus de muscilaginibus 57. 19.
Syruporum usus utilis contra Manardum 73. 9.
Systrema quid 271. 19.
Syrupi ad movendos menses in quantitate magna exhibeantur 20. 18.
ad Suffocatas accedentes medici, chirothecas & poma odorata deponant 162. 9.

T.

Tabes dorsalis 106. 36.
Taccamaca gummi 94. 14.
Tarditas consulta celeri temeritati semper præferenda 493. 18.
à Tempore dissplicentia criticorum computatio non est facienda 494. 25.
Tentigo, quæ affectio 277. 17.
Tertia facultas est in medicamentis quæ partem hanc, aut illam respiciunt 36. 9.
Testium intemperatura tam simplicium quam compositorum signa 386. 13.
Theriaca, & mithridatium infantulis non exhibeantur 534. 31.
Theriaca cancro affectis exhibenda 310. 8.
Tymius verrucæ species 312. 15.
Tyridon quid 52. 29.
Topica in scyrro qualia esse oporteat 304. 5.
Toxmina post partum 482. 17.
Torminum post partum causæ, Ibid. 31. *& signa* 483. 3.
Tormina post partam à sanguinis grumo plerumq; fiunt Ibid. 482. 31.
in Torminibus à mordacitate; fœmina aquam frigidã puerperis exhibent 483. 10.
Tormina sedantia Ibid. 17.
Tragea purgativa 125. 2.
Trallianı lapsus 133. 32.
Tromboſis quid 527. 4.
Tremor artuum infantis 541. 2.
Trochisci soliginem in ulcere generantes 331. 1.
Trochisci molam ac menses, & fœtum mortum expellentes 406. 28.
Trincavelij sententia de evacuatione symptomat. 502. 2.

Tuber-

INDEX.

Pag. Lin.

Tubercula in mammis cancri sunt initia 115. 29.
Turbith minerale 191. 29.
Turpitudinis symptoma 277. 17.
Tussis quid 420. 16.
Tussis prægnantium causa, Ibid. 19. *signa*, Ibid. 25. *prognosticum* 421. 4. *& curatio* Ibid. 11.
Tussim levat aqua calidissima potus 421. 16.
Tussi opitulatur farina fabarum cum melle Ibid. 25.
ad Tussim ex causa calida electuarum Ibid. 27.
ad Tussim ex frigida causa Ibid. 35.
Tussis ex defluxu à capite 422. 8.

V.

Vacuationes hecticis, ac frigidis temperaturis non conveniunt 9. 10.
Valcacer autoris præceptor 272. 6.
Valcaceris lapsus 258. 9.
Vallesij error 198. 6.
Vaporem nec summa frigiditas elevat, nec exuperans calor 116. 8.
Vasa repleta quantum in latum, & profundum extenduntur, tantum in longitudine breviora fiunt 155. 28.
Vasa umbilicalia collo infantis circumvoluta fœminis quid prænuncient 472. 20.
Velata, vel atreta fœmina 1. 10.
Vena qua parte pedis secanda 20. 6.
Vena sectio ex pede ab utero derivat 33 38.
Vena sectio ex pede semper à supernis ad inferiora sanguinem evocat 34 10.
Venarũ apertio tripliciter contingit 37. 6.
Vena sectio inter minimum & annularem, in quibus usus à Galeno & Paulo administretur 342. 3.
Veneni assumptio sterilitatis causa 370. 25.
Veneris usus libidinem auget 246. 24.
Veneris usus moderatus libidinem mitigat Ibid. 25.
Venerem cur septentrionales viri minus appetant 386. 7.

Pag. Lin.

Venerem excitantia medicamenta in triplici sunt differentia 388. 19.
Venerem excitantes cibi 390. 15.
Venerem excitatia medicamenta 391. 15.
Venerem excitantes, & fœcunditatem inducentes conserva, & pulveres ac medicamenta alia simplicia, alia composita Ibid. 26.
Venerẽ qua juvãt à tota substantia 394. 12.
Venus vaga sterilis 360. 21.
Venerem Excitant mentha, & ruta virides, sicca extingunt 389. 32.
Ventriculi habenda ratio in epilepsia 179. 29.
Ventriculi accidentia ex utero 222. 23.
Ventriculi varias partes affectas, qua signa demonstrent 223. 7.
Ventriculi affecti ex utero causa, Ibid. 14. *signa*, 224. 4. *curatio* Ibid. 21.
Vẽtriculi os veteres cor appellarũt 224. 17.
Ventriculũ roborantia 122. 15. & 225. 26.
Ventriculi flatus discutientia Ibid. 31.
Ventriculo conducens inunctio fomentum; sacculus Ibid. 31.
Ventriculi calidi remedia 226. 26.
Vẽtriculi superioris partis operatio appetitio est, inferioris retentio, & concoctio 416. 1.
Ventriculum roborant odorata omnia, gravolentia subvertunt 416. 33.
Ventriculi dolores in prægnantibus sedantia 417. 33.
Ventris inferioris dolores in prægnantibus sedantia 418. 28.
Ventris dolores prægnantibus plerumq; à flatibus fiunt Ibid. 22.
Ventriculi roboratio in gravidis 442. 36.
Ventriculus debilitatur in omni alvi fluxione 498. 25.
Venter ne corrugetur remedia 445. 24.
Vermiculi quis cibus 390. 27.
Vermes uteri 345. 13.
Verruca ad quam speciem tumorum præter naturam sint reducenda 322. 12.
Verrucarum differretia 321. 24.
Verrucarum causa, 322. 12. *signa*, Ibid. 15. *progno-*

Pag. Lin.

prognostica, Ibid. 19. curatio Ibid. 25.
Vesalij & Angerij error de radice china 256. 5.
Viarum uteri angustia quibus medeatur 57. 35.
Victus frigidus 7. 10. & 201. 36. & 264. 25.
Victus tenuis qua ratione coctioni opituletur 73. 21.
Victus in acutis usq; ad vigorem attenuandus 202. 22
Victus calidus 250. 17.
Victus siccus 253. 29.
Victus competentis assumentibus ligni decoctum, rigorem septentrionales non tolerant 258. 36.
Victus humidus 262. 6.
Victus attenuans & discutiens 287. 3.
ad Victum pleniorem ex conferta evacuatione non est transeundum 492. 12.
Vigilia immodica gravissimum est symptoma 510. 16.
Vigilia immodica remedia Ibid. 17.
Vinum purgativum parandi ratio 21. 12.
Vinum in quo profluvio concedatur 46. 7.
Vinum Hispanicum in affectibus ventriculi Rhenano præfertur 224. 28.
Vini usum respuunt lignum Indicum & sarsa 258. 33.
Vini stiptici descriptio 279. 34.
Vinum hystericis an conveniat 173. 34
Viragines 5. 20.
Virgineus morbus, vide Febris alba
Virginibus valetudinarijs non semper utile viro conjungi contra communem opinionem 382. 15.
Virginitatem fucatam lena conciliant 515. 10.
Virginitatis conciliandæ remedia lenibus ingenijs calanda sunt Ibid. 28.
Virtutis expulsivæ debilitas sequitur ad intemper. frigidam & siccam 14. 18.
Virtus major in majori quanto 258. 14.

Pag. Lin.

Vita secura, & deformior, ancipiti valetudini præferenda 143. 12. & 460. 22.
Vitali calore & spiritu, pars triplici de causa destituitur 342. 23.
Vlcus in utero magnum sterilem reddit mulierem 69. 10.
Vlcus & vulnus in quo differant 326. 28.
Vlcerum differentiæ Ibid. 30.
Vlcera in utero qualia 327. 4.
Vlcus carnosioros partes facilius depascitur Ibid. 14.
Vlcerum uteri causæ, Ibid. 16. signa, Ibid. 27. prognostica 328. 28. curatio 329. 10.
Vlcerum specialia indicia 328. 2.
Vlceris symptomatum in utero signa, & eorum curatio 328. 16.
Vlceris cum intemperie curatio 329. 33.
Vlceris sordidi curatio 330. 6.
Vlceris putridi curatio Ibid. 13.
Vlceris cum acrimonia curatio Ibid. 31.
Vlceris depascentis curatio 331. 5.
Vlceris cum carne supercrescentis cura Ibid. 17.
Vlceris simplicis curatio Ibid. 21.
Vlceris ablutio 332. 20.
Vlcera uteri cicatrizantia medicamenta 332. 27.
Vlceribus uteri medicamenta conveniunt valde siccantia Ibid. 35.
Vlceris uterini curatio puerperio adhuc fluente difficilima est, & quare 328. 28.
Vlcera infantis 540. 7.
Vlcuscula in ore infantis aphtha dicta Ibid.
Vmbilico gravida qua admovenda 443. 13.
Vmbilici resecatio 480. 21. & 534. 12.
Vncum instrumentum 453. 30.
Vnctiones refrigerantes 268. 4.
Vndimia quid 120. 5.
Vnguentum de ranis 137. 12.
Vnguentum de cancris fluviatilibus Ibid. 17.
Vnguentum de conchulis marinis Ibid. 19.

INDEX.

Pag. Lin.

Vnguentum ex floribus aurantiorum Hispanis dicitur mantegade azahar 160. 29.
Vnguentum mirificum ad febres 204. 29.
Vnguenta deobstruentia 210. 23.
Vnguentum deoppilativũ oleorum & succorum Ibid. 31.
Vnguentum enulatum 243. 34.
Vnguenta extenuatis ac siccis naturis utilia 263. 37.
Vnguento de melongena, utebatur Dux Complutensis adversus condylomata 313. 21.
Vnguentũ de scarabeis contra hæmorrhoides 318. 19.
Vnguentum mirificum ad pustulas, & scabiem 325. 17.
Vnguenta varia ad fissuras mites vel malignas 339. 37.
Vnguenta cutem impinguantia 513. 28.
Vomitus menstrui tempore non ciendus 80. 34.
Vomitus strangulatis convenit 162. 30.
Vomitus ore ventriculi affecto, purgato fundo magis convenit 225. 22.
Vomitus in uteri intemperie frigida 251. 27.
Vomitus quæ affectio 416. 6.
Vomitus prægnantium causa 415. 33.
Vomitus instantis signa, & cura 416. 9.
in Vomitu prægnantium purgantia non adhibeantur 417. 1.
Vomitus puerperarum 506. 3.
Vomitus sanguinis in puerperis Ibid. 9.
per Vomitum tria reiiciuntur Ibid. 3.
Vomitum futurum designantia Ibid. 14.
Vrachus infantis combustus & exhibitus partum accelerat & facilitat 475. 35.
Vrinæ suppressio in prægnantibus ultimis mensibus quare 423. 13.
Vrinam promoventia medicamenta 167. 23.
Vrina & alvi sacis involuntarius egressus post fœtus extractionem 445. 25.
Vteri medicamentis odorata misceantur 28. 4.

Pag. Lin.

Vteri affectus correspondent vesica affectionibus 62. 2.
Vterini affectus 152. 5.
Vteri suffocatio, vide Suffocationem uteri, & strangulatum
Vteri consensus cum variis partibus 153. 30. & 169. 18.
Vterus ut animal non errat, sed retrahitur 155. 34.
in Vteri strangulatu triplex causa difficilis respirationis 156. 28.
Vterus bene olentibus reficitur, prævum respirantibus recreatur 161. 8.
Vterum deturbantia medicamenta 161. 10.
Vteri recrementa tripliciter peccant, copia, qualitate, putredine 169. 1.
Vteri affecta cur respiratione priventur 172. 1.
Vteri dolores varij, 233. 32. *eorum causæ*, 234. 6. *signa*, Ibid. 17. & *curatio* 235. 6.
Vterus post partum, & fluentibus menstruis apertior est 234. 14.
Vteri dolores potissimum ex flatu fiunt Ibid. 21.
Vteri debilitas 247. 10.
Vteri communia, ac propria munia quæ sint Ibid. 20.
Vteri debilitatis causa, Ibid. 26. *signa*, 248. 3. & *curatio* Ibid. 17.
Vterum refrigerantia medicamenta & universum corpus 268. 4.
Vteri ad suum locum reductio 271. 9.
Vterum reducit igniti cauterij ostentatio 272. 1.
Vterum reducunt submissi mures Ibid. 5.
Vteri in sua sede conservatio Ibid. 14.
Vterus tumidus qua ratione reduci possit 273. 1.
Vteri ligamenta amputari sine periculo possunt 270. 28.
Vteri praxis historia varia apud Rousetum 23. 9.
Vteri ascensus, recursus, aut contorsio Ibid. 16.

Vterus caput, pedes, & longinquiora membra in consensum trahit 274.16.
Vteri oberratio 275.3.
Vteri & pudendarum partium ulcera difficulter cicatricem suscipiunt 278.18.
Vterum roborantia 289.5.
Vteri calidi, frigidi, humidi, & sicci signa 360.27.
Vteri intemperaturarum compositarum signa 361.7.
Vterum calefacientia medicamẽta 363.18.
Vterus nec valde humidus, nec nimis siccus concipit 364.32.
Vteri vulnera per primam intentionem consolidantur 460.24.
Vtero secto vix pariendi facultas servari potest 461.10.
Vtero concluso, quæ concepit salvari potest contra priscorum opinionem 457.13.
Vteri ulcera à partu, eorum causæ, signa, prognostica, curatio 512.19.
Vteri laxitas fœminas proprijs viris ingratiores reddit 515.8.
Vterum adstringentia 516.26.
Vulva & anus ex partu laborioso ita nonnunquam lacerantur ut in unum coëant 445.35.
Vulgi error circa morbum pilarem 531.22.

Z.

Zaratanus tumor species scyrrhi 134.7.
Zaratano repercutientia conveniunt 136.15.
Zaratano topica conveniunt inter malactica, & exsiccantia Ibid. 24. *&* 136.16.
Zaratano secandi modus 138.24.
in Zaratano causticis potius, quam ustione utendum 140.27.
Zaratanum distinguit Mercatus à cancroso scyrrho 141.5.
in Zaratano chirurgia 139.13.
Zelotypia 156.15.
Zetmata diuturni sunt cordis affectus 199.10.
Zona Hippocratis 272.35.

FINIS.



